BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
G
2
NAPOLI

FLORVM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ GENTIS ANGLORVM.

LIBRI SEPTEM,

EX QVIBVS DVLCISSIMVM MEL
Catholicæ Religionis,
EIVSQVE ADMIRABILES FRVCTVS IN ea gente copioſiſſimè colliguntur.

COLLECTORE RICHARDO SMITHEO
Epiſcopo Chalcedonenſe.

HIS ADIVNCTA EST EPISTOLA EIVSDEM AD IACOBVM Regem de mutuis officijs inter ſummos Pontifices & M. Britanniæ Reges.

Ex fructibus eorum cognoſcetis eos: Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? MATHEI 7.

Ego ex operibus oſtendam tibi fidem meam? IACOBI 2.

PARISIIS,
Apud FEDERICVM LEONARD, In Collegio Regio.

M. DC. LIIII.
Cum Priuilegio Regis, & Approbatione Doctorum.

SANCTISSIMO
BEATISSIMOQVE PATRI
INNOCENTIO DECIMO
PONTIFICI MAXIMO.
RICHARDVS SMITHEVS.

V*T flores hoſce* (Beatiſſime Pater) *ex Eccleſiaſticâ gentis Anglorum hiſtoriâ collectos, in lucem emitterem, & veluti in publicum ſpargerem, tres me potiſſimum rationes permouere; Quarum prima fuit, vt ſanctitati veſtræ intuendos, fruendoſque proponerem, lætiſſimos ſane vberrimoſque prouentus, quos hæc dominici agri portio effudit, curâ præſertim atque ſtudio Prædeceſſorum veſtrorum, tum eorum qui rudi adhuc genti, & idolorum cultui mancipatæ, miſſis in eam Christianæ fidei præconibus, Euangelij lucem primò oſtendere; tum illorum etiam, qui iacta illic fæliciter veræ pietatis ſemina, fouere deinceps, continuoque labore & verè paternâ ſolicitudine, ad ampliſſima denique incrementa perduxere. Enimuero nulla in hoc horto planta adoleuit, nulli ſeſe flores explicuere, nullus denique ad maturitatem fructus peruenit, qui, poſt prouidam ſupremi Agricolæ curam, æternique ſolis calorem, Antiſtitibus Sedis illius, in quâ ſanctitas veſtra Christiano orbi fæliciter præſidet, iure quodam ſuo non debeantur. Atque hinc altera euulgandi huius operis cauſa naſcebatur, vt ſcilicet, Angliæ noſtræ Proteſtantes, quibus in Eccleſiæ gremium reducendis, tot iam annorum ſtudia, & lucubrationes à me impenſa ſunt, ex ſolâ illius lectione, abſque vllis diſputationum ambagibus, clare demum perſpiciant, quâm ſint iniqui rerum æſtimatores, dum ſpretâ maiorum ſuorum fide, abiectâque ſanctæ huius Sedis reuerentiâ, in ſupremos Christi Vicarios, ingratè, ne dicam ſacrilegè, inuehuntur, dum infenſo eòs odio proſequuntur, à quibus patriam ſuam tot beneficijs cumulatam vident, dum denique Antichriſtos vocant, à quibus Christi cognitionem acceperunt. Nec deerunt fortaſſe ex hoc hominum genere permulti, qui flores hoſce frequentiùs in manus ſumentes naribuſque, vt ita dicam, propius admouentes, gratâ eorundem fragrantiâ, delectati, antiquiora illa tempora benignius reſpicient, præſentibuſque compa-*

rantes, mirabuntur ſubinde, cur poſtremo hoc ſæculo, naſci apud eos ſimiles nec viderint, nec audierint, turbatique recenti hac Anglicani ſoli ſterilitate, quæ eſt illius cauſa, diligentius exquirent: cumque non aliam excogitare potuerint, quàm auitæ fidei deſertionem, nouæque in illius loci ſubrogationem, ſpes magna nimirum erit, fore, vt hac demum eiuratâ, reditum ad priorem illam meditentur, quâ ſublatâ, pietatem ſimul omnem, morumque ſanctimoniam euanuiſſe intuentur. Enimuero, ſi quod in Euangelio Dominus monuit, arbores ex fructibus dignoſcendæ ſint, facilè apparebit, vtra harum alteri præferenda ſit, cum prior illa perpetuo florens, illuſtria ſemper fæcunditatis ſuæ argumenta nobis offerat, poſterior verò infelici quadam ab ipſo ortu ſterilitate damnata, omnique pietatis veluti ſucco deſtituta, arida duntaxat folia, vento quolibet abripienda, producat. Porro, ſi horum, quos Sanctitati veſtræ offero, florum tanta ſit fragrantia, vt meritò ſperandum ſit, ipſius in quo naſcuntur horti, Eccleſiæ inquam Catholicæ, vaſtatores, eâdem recreandos & oblectandos eſſe, dubitare profectò non licet, quin ſuauiſſimus eorundem odor, in Catholicis præſertim Angliæ, vehementem ſui amorem excitaturus ſit: quibus pro Catholicâ fide multa paſſis, & etiamnum patientibus, ingenti ſolatio eſſe debet, quod ob illius fidei profeſſionem puniantur, quæ tot in ſuâ inſulâ ex omni hominum genere, ſanctos protulit, quæ militantem Eccleſiam tot floribus ornauit, triumphantem tot cælitibus auxit. Et vero (quod mihi in huius operis euulgatione tertio loco propoſitum fuit) exterarum quoque nationum fideles flores hos identidem legentes, non admiratio ſolum præteritæ fæcunditatis, ſed præſentis in inſula noſtra ſterilitatis miſeratio, vti ſpero, ſubibit, quâ nimirum excitati, iunctis nobiſcum votis expetant, & pro virili inſtaurare conentur vaſtatam hoſtili incurſione ineâ vineam Domini, dirutum illius templum reparare, maiorum denique fidem, pietatem ac religionem reſtituere, quam non ſponte ſua, aut petulanti aliqua nouitatis prurigine inducta, vt prouinciæ reliquæ, quæ nuper ab Eccleſia defecerunt, abiecit, ſed Henrici VIII. eiuſque ſucceſſorum violentia extortam perdidit, pleriſque initio palam reclamantibus, plurimiſque deinceps ad hæc vſque tempora graſſanti hæreſeos peſti, voce, calamo, ipſiuſque ſanguinis profuſione reſiſtentibus. Habuit enim à primo infælicis ſchiſmatis exordio, habetque adhuc Anglia quamplurimos, qui non incuruauerunt genua ante Baal, qui inter tot circum ſe cadentium ruinas erecti ſtetere, qui denique nec mortis metu, nec terrenorum compendiorum amore adduci potuerunt, vt traditam ſibi à maioribus veræ fidei ſinceræque pietatis hæreditatem hoſtibus proderent, ſed pro eadem centum ferme annis ſtrenue dimicantes, rapinam (vt ait Apoſtolus) bonorum ſuorum cum gaudio ſuſceperunt, vincula inſuper & carceres, morteſque acerbiſſimas perpeſſi ſunt, firmiſſimam habentes repoſitam ſpem, fore vt tot confeſſorum ærumnis patientiſſime toleratis, tot martyrum ſanguine conſtantiſſime effuſo, tot denique piorum hominum votis, lachrymiſque, continuo ante thronum Dei oblatis, placatâ ipſius irâ, redeat demum Anglia, ad maiorum ſuorum fidem, Eccleſiæque vnitatem. Cumque ſerio, nec ſine ſolatio apud ſe reputant pleraſque per Europam Nationes, quibus poſt imbutam Chriſtianâ fide Angliam, Euangelij lumen affulſit, Anglorum id Miniſterio debuiſſe, quibus prædicantibus,

facemque,

facemque, vt ita dicam, præferentibus, Eccleſiam Chriſti ingreſſæ ſunt: minimè dubitandum putant, quin, ſuaui Numinis prouidentiâ id ita diſponente, piæ Anglorum preces laboreſque ad reſtituendam in patria ſua collapſam religionem haud minorem ſint virtutem habituræ, quam olim ad primam eiuſdẽ in exteris prouincijs plantationẽ habuerunt: Auget aliquantulum hanc fiduciam gentis ipſius indoles in religionem pronæ, veram vtique, aſpirante Dei gratiâ amplexuræ, ſi factâ liberiori oſtendendæ veritatis copia, velamen, quod illius oculis ſubdola Miniſtrorum nequitia obduxit, Catholicis Euangelij Præconibus detraheretur. Eſt quidem hæreſeos omnis atque ſchiſmatis tanta deformitas, vt quemcunque demum populum ea labes inuaſerit, æternam ei dedecoris notam inurat, nullâ vnquam excuſatione penitus eluendam; ſunt tamen nonnulla, quæ infamiam populi Anglicani ab Eccleſiâ deficientis apud æquos rerum æſtimatores haud parum diminuant. Neque enim vt in alijs quibuſdam prouincijs factitatum eſt, peſtem hanc voluptatis lenocinio inſinuantem ſeſe; auide & cum plauſu Anglia noſtra excepit, nec exutâ diuinæ humanæque maieſtatis reuerentiâ, excuſſoque ſimul Summorum Pontificum, Principumque ſuorum iugo, ſacrilegam ab Eccleſia apoſtaſiam fœda perduellione tuebatur, hæreſi nimirum non ſolum admiſſa, verumetiam contra legum, regumque authoritatem armata: nihil huic perfidiæ ſimile in Anglia videbatur. Notior eſt, Beatiſſime Pater, huius tragædiæ prologus, primuſque vt ita dicam, actus, quàm vt eadem ſuperflua narratione recenſere opus ſit. Henricus ille, huius nominis octauus, impotenti libidinis tyrannidi turpiter ſuccumbens, crudeliorem dein tyrannidem in ſubditos ſuos exercuit, bonorum ſpoliatione, vinculorum iniectione, exquiſitiſſimis denique omnis generis cruciatibus eoſdem affligendo, vt auitam religionem, quam ſponte non eiurarent, obiecto exilij, paupertatis, tormentorum metu extorqueri ſibi tandem paterentur. Nec mitius poſtmodum ab eiuſdem ſucceſſoribus Edwardo, ac Elizabetha tractabantur, quotquot Chriſtiana fortitudine armati, auſi ſunt pro domo Dei murum ſe opponere, quorum multi in exilium acti, haud pauci carcere damnati, omnes fortunis ſpoliati, complures denique ad ſanguinem, & mortem vſque reſiſtentes, conſtantiſſimâ centum fere annorum decertatione teſtatum poſteris reliquerunt, nihil profecto à ſe omiſſum, quo euulſam atque eradicatam violentia principum religionem, gentilium ſuorum animis denuo infererent. Adeo vt Leſleus Epiſcopus Roſſenſis inuſtam Anglis ex hæreſeos propagatione infamiam, inuictâ eorum qui ſe huic malo oppoſuerunt conſtantia, abſterſam aliquatenus, & elutam haud immerito pronunciet. Teſtimonium ipſius, vtpote hominis exteri, & è Natione Anglis parum amica, adeoque maiorem apud exteros fidem habituri, integrum hic exſcribere & Epiſtolæ huic coronidis loco impoſitum Sanctitati veſtræ offerre viſum eſt. Is ergo l. 10. hiſtoriæ ſuæ Scoticæ, Ingenue fatendum eſſe, (*ait*) quantamcunque maculam ſectarij, ſuæ Angliæ, quondam religioſiſſimæ, inuſſiſſe videantur, eam hos Epiſcopos, & alios grauiſſimos Dei ſacerdotes, octodecenni iam annorum carcere, exilio, aut beata morte, inuictam ſumma conſenſione in vera fide conſtantiam, ad vnum omnes præ ſe ferentes, aliquo modo abſterſiſſe & eluiſſe: Nam etſi profecto illa hæreticorum Anglorum impietas,

maxima per Eccleſiam Catholicam iudicata fuerit, hæc tamen Catholicorum Anglorum pietas, qui Catholicæ religionis ſanctitatem, exilio, carcere, atque adeo ſuo ſanguine ſanxerint, quaſi cælitus inſtillata atque confirmata, illuſtrior multo à pijs omnibus prædicari ac genti ipſi aſcribi debet. *Hæc ille ſapienter quidem, & pie, de 18. annorum perſecutione, quæ ſane multo potiore iure dici poſſent de alia longè diuturniori & grauiori, quæ ad hæc vſque tempora centum & amplius annis, abſque vlla intermiſſione deſæuijt (breui duntaxat ſub Maria Regina tranquillitate, & veluti quadam poſt turbines & tempeſtates ſerenitate, à priori illa ſeparata) quâ Anglos, Angelis minimè feliciores, quorum tamen pars tertia, nulla vi adhibita, cecidit, infamis hæreſis affligit. Liceat ad extremum cum Clero Romano, ac martyre Cypriano de miſerijs his conqueri, eaſdemque voces orbi noſtro Britannico applicare quibus calamitoſam ſuo tempore totius orbis conditionem* Epiſt. 31. 6. *defleuerunt*: Totum orbem penè proſtratum & vbique iacere deiectorum reliquias, infeſta tempeſtate plebem noſtram maxima ex parte proſtrari, poſitoſque demum nos eſſe inter numeroſam languentium ſtragem, & exiguam ſtantium paucitatem. *Deus pacis & dilectionis, cui venti & mare obediunt, imperet tandem huic tempeſtati, redditaque Angliæ noſtræ totique per orbem Eccleſiæ optata tranquillitate, Sanctitatem veſtram eidem fœliciter præſidentem quàm diutiſſime ſeruet incolumem.*

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

PROPOSITVM mihi eſt (*Chriſtiane Lector*) in hoc opere oſtendere gentem Anglorum, ante mille annos, conuerſam eſſe à Paganiſmo ad Romano Catholicam fidem ac Religionem, per ſanctum Auguſtinum Cantuarienſem Archiepiſcopum, eumque fuiſſe & virum doctiſſimum, ac ſanctiſſimum, & dono miraculorum & prophetiæ clariſſimum, eandemque fidem perſeueraſſe in omnibus ſuis ſucceſſoribus vſque ad Apoſtatam Cranmerum, & in omnibus Regibus Angliæ, vſque ad infelicem Henricum VIII. fuiſſeque ſub ſingulis Regibus, à viris ſanctiſſimis cultam, à doctiſſimis defenſam, & illuſtribus miraculis confirmatam. Atque hæc omnia oſtendam clariſſimis teſtimonijs Catholicorum Authorum, quos ipſi Proteſtantes agnoſcunt eſſe fide digniſſimos, & veritatis amantiſſimos, eademque etiam eruditiſſimorum Proteſtantium confeſſionibus confirmabo. De ſtilo non fui ſolicitus, tum quia non verborum nitore, ſed veritatis ſplendore pugno, tum quia (vt ait Plinius) *Hiſtoria, qualitercumque ſcripta delectat*, & vt aiebat S. Auguſtinus, *Eloquium noli quærere, de rebus enim laborauimus, & de celeritate abſoluendi huius operis. Vnde nulla nobis cura fuit verborum.* Nam dum hæc ſcribo, ago annum ætatis octuageſimum ſeptimum. Propoſitum enim meum non eſt delectare verbis, ſed docere & mouere (hæreticos potiſſimum) ratione, argumentis, exemplis. Si qui autem nihil legere volunt, niſi eleganter ſcriptum, audiant Theodoretum l. 9. de Curand. Græcorum affectibus. *Vos quidem elegantes comptoſque ſermones audire percupitis, quærentes his quam maximè delectari, vbi vero tales non inuenitis, riſu effuſo eos contemnitis, ac maledictis inceſſitis, quinetiam obſtructis auribus, quæ dicuntur, audire non vultis.* Contra *vero animaduertere vos oportuit, ita vſu euenire, vt ea quæ ſunt maximè pretioſa, cuncta ferè, vili materia integantur. Videre enim eſt pretioſum vnionem, qualem ampli ac magnifici viri apud ſe eſſe deſiderant, aſpernabili admodum teſtæ innaſci, eademque nutriri, augeſcere, occultari. Præterea pellucentes gemmas,* Vide S. Baſilium orat. in S. Gordium. *ornandis regijs capitibus deſtinatas, alius lapis extrinſecus circumveſtit, deſpicabilis quidem ille atque invtilis. Aurum quoque quod paſſim à multitudine peramatur, ipſumque præterea æs, ferrum, argentum, terra atque arena obtegitur, verum qui auri venas atque argenti venantur, metalla quidem effodiunt, ramenta vero atque minutias ſibi colligunt: poſtquam vero impreſſis notis aurum iam ſignatum eſt, non illud aurei loculi, ſed theza vel ex corio,*

vel ex marmore confectæ inditum ſeruant. Hæc pulchre & vere Theodoretus. Quibus addo illud Auguſtini. *Bonorum ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim obeſt clauis lignea, ſi poteſt aperire quod volumus, quando nihil quærimus, niſi patere quod clauſum eſt.* Et S. Cypriani Epiſt. 2. *Cum de Domino Deo vox eſt, vocis pura ſinceritas, non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus.* Nonnunquam etiam, omiſſis Catholicorum teſtimonijs, quæ quiſque videre poterit apud Catholicos Authores, quos in margine cito, ſolis Proteſtantium confeſſionibus vtor, tum breuitatis gratiâ, tum maioris etiam fidei ineundæ apud Proteſtantes, vnde ſuorum hominum ſcripta, ſi Latina non fuerint, plerunque ad Verbum transfero. Ne miretur autem Catholicus Lector, ſi nimius quandoque ei videar in accumulandis teſtimonijs: Id enim facio, vt ſi incredulis hæreticis perſuadere nequeam, ſaltem ora eorum multitudine teſtium obſtruam. Videbit autem hic Catholicus Lector, & (ni fallor) mirabitur Catholicam religionem, in vna gente, eaque ferè totius Europæ minima, tot tamque mirabiles eruditionis, pietatis, ac virtutis fructus protuliſſe. Proteſtanticus autem fateri cogetur, Catholicam fidem inſigni eruditione, mirabili ſanctitate, & illuſtribus miraculis per tot ſæcula confirmatam, ſuamque damnatam extitiſſe, niſi & doctiſſimis, & ſanctiſſimis, diligentiſſimis, atque omni exceptione maioribus teſtibus, imo & ſuorum hominum confeſſionibus fidem abrogare velit. Quod eſſet omnem fidem humanam è mundo tollere, ac pecudum more viuere, ac cum naturâ ipſa hominum, ac Deo ipſo pugnare. Deus quippe eſt, qui hominum mentibus propenſionem naturalem ad credendum teſtibus fide dignis, omnique exceptione maioribus impreſſit, imo iuſſit duobus, vel tribus huiuſcemodi teſtibus fidem adhibere. Quicquid autem vel nunc ſcribo, vel vnquam ſcripſi, aut in poſterum ſcripturus ſum, Catholicæ Eccleſiæ iudicio humillimè & libentiſſimè ſubijcio.

Margin notes: l. 4. de doctrina Chriſtian. c. 11. — *Vtilitas huius operis pro Catholicis.* — *Et pro Proteſtantibus.* — Deuter. 19. Matt. 18.

ERRATA TYPOGRAPHICA GRAVIORA
ſic corrigenda.

Pagina 6. linea vltima. *Eo ipſ* corrige *ſe ipſo.* p. 9. lin. 40. *Hac.* cor. *Hoc.* p. 8. l. 50 *Diagolos.* cor. *Dialogos* ibidem. l. 42. *Certiſsimus* cor. *certiſsimus* p. 12. l. 8 *Chronographum.* cor. *Chorographiam.* ibid. l 30. *Concionatores.* cor. *Concinnatores* ibid l. vlt. *ſucceſ.* cor. *ſucceſſ* p. 19. l. 18. *adus.* cor. *fadus* p 24. l. 25. *Regiis.* cor. *Regii.* p. 37. l. 32. *quod.* cor. *quot* p. 44. 10 margine. *charitas* cor. *charitas* p. 58 l. 16 *cui* cor *qui* p. 61. l. 29. *omniſque.* cor *omnique.* p. 65. l. 13. *loqueretur.* cor. *loquerentur* p. 70. l 20. dele *Ex* p. 76. l. 24 *ſermons.* cor. *ſermones.* p. 85 l 50. *ſubſiſtentia.* cor. *ſubſtantia.* p. 86. l. 47. *collocatur.* cor. *collocatur* p 89. l. 5 adde. *ad* p 92. l. 2. *Craſtiſsimus.* cor. *Craſsiſsimus.* p. 96. l. 48. *Itemque.* cor. *Idemque.* p. 97. l. 1. *viros*, in margine pone in textu. p. 112. l. pcoult. 45. cor 451. p. 117. l. 40. *millia* cor. *milliaria.* p. 124. l. 40. *ab.* cor. *ad* p. 144 l 11. *eſſo.* cor. *eſſe* p. 162. l 12. *adduxerunt.* cor. *adduxerunt.* ibid. l 41. *qua.* cor. *quot.* p 210. l. 22. *Eduardi* cor. *Edmundi.* p. 226. l. 41. *idemque* cor. *itemque.* p. 245. l. 18 *ſilicentem.* cor. *ſiluſcentem.* p. 262. l 53. *lapſus ſuos.* cor. *ſeipſum* p. 252. l. 21. *paruulos.* cor *pannulos.* p. 301. l. 18. *cacus.* cor. *caſus.* p. 332. l. 4. *Quintus.* cor. *Quartus.* p. 342. l. 15. 1667. cor. 1567. p. 388. l. 8. *a.* cor. *ad.*

Alia Errata vel leuia, vel facilia cognitu benignus Lector dignabitur per ſeipſum notare & corrigere.

PROTESTANTIVM ELOGIA

DE CATHOLICIS AVTHORIBVS, QVORVM præcipuè teſtimonijs Collector nititur, in ijs quæ refert de Catholicâ Religione, Sanctitate, Eruditione, & Miraculis Gentis Anglorum.

NE quiſquam Proteſtantium, ignarus quantæ authoritatis, (etiam apud ſuos) ſunt ij Catholici Authores, ex quibus hi flores collecti ſunt, viſum eſt operæ pretium apponere Elogia ſuorum hominum de præcipuis eorumdem: Catholicorum Authorum Elogia de ijſdem, omitto, partim, ne nimis prolixus ſim, partim etiam, quia nemo Catholicorum de ijs dubitat; partim denique, quia pleraque eorum ſuis locis referam. Ex his autem Proteſtantium Elogijs, Catholicus Lector facilè videbit, quanti æſtimandi ſunt hi Catholici Scriptores, qui tantopere à ſuis ipſis inimicis laudantur.

S. Aldelmus Anno 700. *S. Aldelmus Epiſcopus, obijt Anno Domini 709. ita vt eodem ſeculo (nempe ſexcenteſimo) cum ſancto noſtro Auguſtino vixerit. De eo ita Camdenus in ſua Britan. p. 177. aliàs 210.* Dignus ſanè eſt, cuius memoria in æternitate vigeat, non ſolùm ſanctitatis, ſed etiam doctrinæ nomine; *Doctiſſimus & ſanctiſſimus.* Primus enim erat ex Anglorum gente, qui latinè ſcripſit, primuſque, qui componendi Carminis latine rationem Anglos docuit. *Baleus, Cent. 1. Scriptorum Britan. c. 83.* Adeò litteris diuinis & humanis incumbebat, vt omnes ſui temporis theologos ſuperauerit: *Princeps theologorũ.* erat quidem tam carmine, quàm proſa, latinè & græcè doctiſſimus, ingenio & ſermone nitidus, ad Chriſtum fœliciter migrauit Anno Incarnationis, 709. *Eadem habent Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 10. Fabritius l. 1. Originum Saxonicarum;* Suæ ætatis princeps Theologorum in regno habitus, propter peritiam linguarum atque facundiam. *Goduin in Epiſcopis Sarisburienſibus; n. 1.* Doctiſſimus euaſit, vt multa ſcripſerit, tàm Græcè quàm Latinè. vt inter ſummos ſui temporis Theologos numeretur. *Summus theologus.* *Iameſius, in ſuo myſterio Indicis p. 50.* Aldelmus, celebris ob ſanctitatem ſuam & eruditionem. *Celebris ob ſanctitatem & eruditionem.* *En igitur Authorem, eiuſdem cum Sancto Auguſtino noſtro, ſaeculi, ex ipſorum Proteſtantium confeſſione, &* Doctiſſimum & ſanctiſſimum; *Adeoque de actis, & Religione Sancti Auguſtini, fide digniſſimum, omnique exceptione maiorem. Catholicorum Elogia de S. Aldelmo videri poſſunt infra, l. 2. c. 7. ſect. 3.*

Alcuinus An 700. *Alcuinus, vixit intra ducentos à Sancto Auguſtino annos. De eo ita ſcribit Camdenus in ſua Britannia, p. 629. aliàs, 573.* Alcuinus Eboracenſis, Caroli Magni Præceptor, Pariſienſis Academiæ primus Inſtitutor, atque vnicum huius vrbis (*Eboraci*) decus. *Baleus, Cent. 2. c. 17.* Alcuinus, Bedæ primùm, Egberti Archiepiſcopi poſteà obſequentiſſimus diſcipulus, Theologorum ſuæ ætatis, imò omnium Anglorum ab initio, poſt Bedam & Aldelmum, longè eruditiſſimus credebatur, *Longe eruditiſſimus.* Græcè, Latinè, & Hebraicè peritus. *Magdeburgenſis, Cent. 8. c. 10. col. 777.* Alcuinus, Latinæ, Græcæ & Hebraicæ linguæ ſibi comparauit notitiam, Rhetoricam, Phyſicam, Mathemata, Aſtronomiam didicit, literas ſacras dil·genter & cum fructu legit. Poſt Bedam & Aldelmum omnium Anglorum longè doctiſſimus fuit. *Longe doctiſſimus.* *Et col. 780.* Eius Magiſterio Franci antiquis Romanis facti ſunt æquales. *Et*

Inſignis bonitate morum.

col. 782. Non tantùm ſcientia, ſed etiam morum honeſtate inſignis fuit, miraculis præclarum fuiſſe, Schedelius dicit. *Pantaleo libro de viris illuſtribus Germaniæ:* Alcuinus, vir longè doctiſſimus. *Vbbo Emmius l. 4. rerum Friſicarum:* Alcuinus, Eboraci literas magna admiratione, atque hominum fama docuit, quo tum magiſtro, atque in literis præfecto, magnis ex Angliâ euocato præmiis, publicè & priuatim, Carolus vtebatur. *Seldenus, l. 2. Analectorum, c. 2.* Alcuinus, vir inter eruditos ſui ſæculi, extra aleas poſitus. *Et p. 218.* Alcuinus vir illius ſæculi in ſacris Scripturis longè eruditiſſimus: Caroli Magni Inſtitutor, & literarum apud Gallos reſtitutor. *Twinus, l. 2. Antiquitatum Oxon. ſec. 113. vocat, Alcuinum,* diuiniſſimum hominem, *Et ſec. 204.* doctiſſimum. *Elogia Catholicorum de Alcuino, legi poſſunt infra, l. 2. c. 12. ſec. 3.*

Diuiniſſimus.

3. *Aſſerius An. 880. Fideliſſimus*

Aſſerius, Epiſcopus Schireburnenſis, vel (vt alij volunt) Meneuenſis, vixit ſub Alfredo Magno, cuius vitam fideliter ſcripſit; de eo ita Twinus, de Antiquit. Oxon. lib. 1. p. 2. Aſſerius, fideliſſimus antiquitatis τάμιας *Et ſec. 115. Scriptor fideliſſimus. Et ſect. 79.* Tantæ fidei, atque antiquitatis ſcriptor, vt nemini vnquàm ſuſpectus eſſe, dignoſcatur. *Section. 84.* Cuius fidei, ego tantum tribuo, quantum authori antiquiſſimo, grauiſſimo, optimoque omnium. *Edidit eius opera, primus Parkerus, Superintendens Cantuar. Anno, 1575. ac poſteà Camdenus, 1603. vt ipſe refert in Epiſtola dedicatoria ad Grenillum. Plura de ipſo legi poſſunt apud Goduinum in Epiſcopis, Sarum. n. 11.*

Nemini ſuſpectus.

Grauiſſimus & omnium optimus.

4. *Beda An. 735.*

Beda, vixit eodem ſæculo, quo S. Auguſtinus noſter, natus An. 673. aut 671. cùm Auguſtinus mortuus ſit Anno 604. De eo ita Camdenus, in ſuâ Britan. p. 12. Beda inter omnes ſcriptores veritatis amicus. *p. 83.* Bedæ authoritas, omnibus omnium coniecturis præponderat, *P. 606. aliàs, 670.* Beda noſter, Angliæ ſplendor ſingularis, pietate & eruditione, venerabilis cognomen adeptus, meditandis Scripturis (vt inquit ipſe) operam dedit, plurimáque volumina, inter decumanos barbariæ fluctus, doctiſſimè conſcripſit. *Et in Reſiduis, p. 236.* Quem faciliùs admirari poſſumus, quàm ſatis laudare, *Balens Cent. 2. c. 1.* Ob exactam vtriuſque linguæ, Latinæ & Græcæ peritiam, magno Gregorio à multis præclarior habebatur: nihil ferè lectione dignum in omni reperitur vetuſtate, quod ſuis locis non legitur in Beda: ſi Hieronymi; Auguſtini, aut Chryſoſtomi temporibus claruiſſet, non dubito, quin potuiſſet de paritate cum ipſis contendere; opuſcula multa edidit, omni doctrinarum genere referta; ſenio confectus, tandem inter diſcipulorum manus obiit, fæliciſſimum ſortitus exitum. *Ac Cent. 10. c. 17.* Beda teſtis optimus. *Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. Col. 847.* Cùm ingenio fælici & memoria viuaci præditus eſſet, & grauiter ſtuduit, linguarum, artium, Philoſophiæ & Theologiæ, dies noctéſque operam daret, euaſit vir doctiſſimus. *Foxus, in Actis ſuis, pa. 114.* Beda vir dignæ & memorabilis memoriæ, ac celebris doctrinæ, vniuerſa Eccleſia Latina illius temporis, palmam ei dedit in ſcientia & intelligentia Scripturæ. *Coperus in Chronicis, Anno 729.* Beda ob doctrinam & pietatem celebris erat per vniuerſum orbem. *Melancthon, Orat. de ſtudijs corrigendis, to. 5. Baſileæ, ait,* Bedam, Græcè & Latinè haud vulgariter peritum, in Philoſophicis, Mathematicis, ſacris, ſic peritum; vt cum vetuſtis conferri poſſit. *Whitakerus, ad demonſtrationem 2. Sanderi:* Beda multis virtutibus, & ſingulari doctrina excellebat. *Pareus, l. 4. de Enchar. c. 8.* Beda, Monachus & Doctor clariſſimus. *Holinshedus, li. 6. Cron. c. 2.* Beda profundè doctus. *Speedus in ſua Britan. l. 1. c. 42.* Beda Monachus, cuius operoſa induſtria, lumenque eruditionis in illorum temporum tenebris, admirationem mouet, vti volumina, quæ conſcripſit, ſatis teſtantur. *Et in ſua Hiſtoria, l. 7. c. 9.* Beda vir doctiſſimus. *Vide plura l. 5. c. 3. Parkerus, in Archiepiſcopis Cantuar. n. 9.* Cui (*Bedæ*) ob id ſanè plurimum debet poſteritas, quòd plura ſcitu digniſſima, literarum monumentis tradiderit, quorum memoria, ſi is non retuliſſet, obliuionis nube tegeretur. *Twinus, in Antiquit. Oxon. l. 1. ſec. 138.* Beda, omnium fideliſſimus. *Sect. 179.* Centum Stobeis, Polidoris, &c. præferendum cenſeo. *Et ſect. 13.* Beda & Alfredus Beuerlacenſis, Authores grauiſſimi. *Vbbo Emmius, in Aſſertione de rebus Friſiæ:* Beda fideliſſimus author, & ſæculo illi proximus. *Goduin, in Archiepiſcopis Cantuar. Anglicè, n. 9.* Huc vſque ſuam hiſtoriam deducit Beda antiquiſſimam, quam

Veritatis amicus.

Pietate & eruditione venerabilis.

Teſtis optimus.

Doctiſſimus

Celebris ob pietatem & eruditionem

Omnium fideliſſimus. Coperus an. 729.

Anglia

Anglia habet, fide dignam. *Atque hæc hiſtoria Bedæ, atque hic Beda, tantoperè à Pro-*
teſtantibus laudatus, ob fidem, ſcientiam, & pietatem, ille eſt, cuius teſtimonio, in eis quæ
de S. Auguſtino Cantuar. eiuſque fide ac Religione, ſanctitate, ac miraculis; dicturi ſumus;
præcipuè nitimur. Catholicorum Elogia de Beda videri poſſunt, libro 2. c. 11. ſect. 3.

Brampton: de eo ita Selden in notis ad Edmerum p. 193. Diligentiſſimus rerum no- 5
ſtrarum, maximè autem legum vetuſtiorum, indagator. *Editus eſt hoc Anno 1652.* *Brampton An 1100.*
Londini ab ipſis Proteſtantibus. *Diligentiſſimus.*

Baronius, De eo ita, Montacutius parte poſter. tomi prioris p. 155. Doctiſſimus Baronius.
Et p. 156. Vir in litteris eminentiſſimus, præclarè de hiſtoria Eccleſiaſtica meri- 6 *Baronius.*
tus. *Camdenus in Britan. p. 73.* Hiſtoricus Eccleſiæ præſtantiſſimus. *p. 80:* Maximus *Præſtantiſſimus hiſtoricus.*
ille hiſtoricus Baronius. *Et p. 573.* Eruditiſſimus Baronius. *Caſaubonus, exercit. 16. n.*
146. Baronium, ſcio fuiſſe virum grauem & doctum. *Et in Epiſtola dedicatoria.* Ba-
ronius, vir eius eruditionis, tantæ diligentiæ, itaque neceſſariis pleriſque ſub-
ſidiis inſtructus, vt mirum videri non debeat, tantam ipſi ſuas in eo genere lucu-
brationes, apud omnes nationes, nominis celebritatem peperiſſe: vir ſui ſæculi
primarius, cuius πόλυν ἀγρυπνίαν, πολυμαθίαν, atque induſtriam, neque mirari
neque prædicare ſatis poſſumus. *Et in Prolegomenis*: Multa ſanè prius ignota, *Diligentiſſimus*
primus prompſit in lucem. Quod ad diligentiam attinet, ea in Baronio tanta
fuit, vt vix deſiderari maior queat.

Capgrauius, ſcripſit vitas Sanctorum Angliæ, vixit ſub Henrico ſexto; De eo ita ſcribit 7.
Baleus Cent. 8. c. 1. Ioannes Capgrauius, Auguſtinianorũ doctiſſimus; ab ipſa pue- *Capgrauius An. 1460.*
ritia libris perinde, ac ſuis ſcopulis concha, adhærens, ita literis profecit, vt poſt *Doctiſſimus*
adeptum Oxonij doctoratum, Prouincialis ſuæ familiæ gubernator efficeretur.
Philoſophus enim & Theologus, illa ætate præcipuus erat, ingenio etiam atque
eloquio ſummo clarus: Scripturas diuinas, vnicè amabat: illum præ aliis multis,
elegit eius temporis Princeps Humfredus Gloceſtriæ Dux; Illuſtriſſimi Henrici
Regis frater, vt ſibi interdum eſſet à conſcientiæ colloquijs. Porro, nullus fuit
ex Auguſtinianis Scriptoribus, quos noſtra produxit Britannia, cum illo vnquam
per omnia conferendus; ſunt hæc planè illuſtria eius doctrinæ teſtimonia, inter
alia multa, quæ pulcherrimis voluminibus ipſe orbi reliquit. *Somnerus, in deſcrip-*
tione Cantuariæ pag. 180. Ioannes Capgrauius, magnum ornamentum huius loci ac *Magnus*
ſui Ordinis celebris religioſus, ac magnus ſcriptor. *Spedus li. 7. ca. 18.* Valdè ver- *ſcriptor.*
ſatus in Antiquitatibus. *Catholicorum Elogia de Capgrauio, videri poſſunt, libro 5. c.*
5. ſect. 3. & in Pitſeo de Scriptoribus Angliæ, n. 883.

Ealredus, ſcripſit vitam S. Eduardi Regis, & alia multa: Claruit ſub Henrico Secundo, 8.
Anno, 1166. De eo ita Baleus, Cent. 2. ca. 99. Ealredus Riuallenſis, Ciſtercienſium *S. Ealredus An. 1160.*
Monachorum in Rieualle, Eboracenſis Dioceſis, Abbas, genere, doctrina, &
inculpatæ vitæ moribus (vt Capgrauius habet) præclarus emicuit; ſolitariæ *Doctrina & pietate clarus.*
vitæ ardore totus inflammatus, talis ac tantus euaſit, vt ſocios ſuæ profeſſionis
omnes, omnibus vitæ ornamentis ſuperaret. Acceſſit ad hæc, literarum cogni-
tio, quæ tanto illi, ad omne genus doctrinæ incitamento fuit, vt nullum ſcientiæ
genus intactum reliquerit. Vir erat idem, atque alter Bernardus, ingenio mitis; *Alter Bernardus*
actione pius, & conſilio modeſtiſſimus, Sanctorum tandem aſcriptus numero,
in omni ſcribendi genere D. Bernardo ſimillimus hic fuit. *Et ibid. c. 88. vocatur.*
Vir doctiſſimus. *Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10.* Ealredus, omni genere doctrinæ, & *Scriptor grauiſſimus*
inculpatæ vitæ præclarus. *A Spelmano in Concilijs Angliæ, p. 129. vocatur*: Scriptor
grauiſſimus. *De Ealredo vide plura l. 4. c. 5. ſect. 2. & 3. Lelandus apud Selden in præ-*
fat. ante hiſtoricos Anglos à Beo editos, ait quod nullum ſcientiæ genus intactum reli-
quit; Abbas ſolo virtutis nomine factus, egregia eruditionis monumenta reli-
quit: Claruit poſt obitum Miraculis, & in ſanctorum numerum relatus. Sepul-
chrum eius vidi in Eccleſia Rieuallenſis Cænobij, auro, & argento exornatum.
Videndus eſt Pitſeus, n. 227. Scriptorum Anglicorum.

Edmerus, Monachus, indiuiduus Comes S. Anſelmi, cuius vitam itemque hiſtoriam ſui tem- 9.
poris, conſcripſit, ab ingreſſu Normannorum, ad Annum 1122. Eius hiſtoriam edidit Selde- *Edmerus An 1120.*
nus, ob ſingularem (vt inquit) operis præſtantiam: præſtantia eius cernitur, *præſtanti*
tum in reipſa, tum in eximio authoris narrandi iudicio, pari fide, & non con- *iudicio ac fide.*

temnendo ſermonis nitore, indicio autem omnia huiuſmodi, & locata & compoſita ſunt, vt ferè nihil, quod in hiſtorico merito velles, hic deſideretur, fide autem non impari conſcripſiſſe, eum inde exiſtimo ita bona eum fide animoque veritatis amantiſſimo ſcripſiſſe oſtendimus, Et vocat eum, Authorem doctiſſimum, & luce digniſſimum. *De Edmero vide plura infra, l. 4. cap. 3. ſect. 3. Selden in præfat. citata, p. 43.* Adeò fidelis ac grauis mihi ſcriptor eſt Edmerus, vt de reipſa, quomodocumque intelligi debeat, dubitare nequeam.

Veritatis amantiſſimus. *Fidelis & grauis.*

10\. *Etheluuerdus An. 950.* *Etheluuerdus, ſcripſit hiſtoriam de Regibus Angliæ, quæ edita eſt è Sauillo vnâ cum Malmisburienſi, Huntingtono, & Houedeno, & Ingulfo. De eo, ita Camdenus in ſua Britan. p. 100.* Etheluuerdus, Adulfi Regis abnepos fuiſſe videtur, floruitque circa annum ſalutis 950. *Et p. 650.* Scriptor poſt Bedam antiquiſſimus. *Sauillus in Epiſtola dedicatoria ad Elizabetham Reginam, inquit.* Adiecimus, qui Maiores tuos propinquo affinitatis gradu contigit, nobilitatis, non minus quàm antiquitatis cauſa, Etheluuerdum. *De eo ita Lelandus apud Baleum, Cent. 2. c. 58.* Etheluuerdus, ſtudioſus fuit reconditæ antiquitatis, & tantùm in eius promouit cognitione, vt tandem hiſtoriam de rebus Saxonicis in Britannia noſtra geſtis. ante Normanorum Imperium, in lucem emiſerit; *Sed perperam ait Baleus, eum claruiſſe, anno 1090. ſub Gulielmo Rufo Rege. Spedus, l. 5. c. 3. n. 16.* Etheluuerdus, diligens Scrutator Antiquitatis, vir venerandus, & ſanguinis regij.

Antiquiſſimus. *Diligens ſcrutator antiquitatis.*

11\. *Florentius An. 1118.* *Florentius Brauonius, Monachus Eccleſiæ Cathedralis Wigornienſis, hiſtoriam ſuam ab initio mundi, vſque ad Annum Domini 1118. deduxit: in qua, & vitam cum opere finiuit. Editus eſt Londini 1592. De eo ita ſcribit Baleus Cent. 2. c. 66.* Florentius Brauonius, homo vtraque diſciplina humana & diuina, oppiparè præditus, maximum ſibi ex editis opuſculis, doctrinæ comparabat nomen, ingenium planè habuit, ad quodcumque volebat, apertum & conſpicuum, memoriam ſplendidam ac fœlicem. Ex frequenti & crebra chronicorum lectione, Chronographus euaſit ſua ætate magnus, Gildam, Bedam, & Adonem, Marianum, Sigebertum, & ſimiles ſecutus: hunc ſequuntur, atque laudant, Gualterus Couentrenſis, Ranulfus, Higdenus, & Ioannes Roſſus. *Camdenus in Epiſtola dedicatoria ante Aſſerium à ſe editum, ait, quod* in illo, ſuis locis interſerantur latinè conuerſi annales quos ſua lingua conſcriptos, maiores noſtri Anglo-Saxones ſolos habuere. *Goduinus in Archiepiſcopis Cantuar. n. 31. vocat Florentium, Malmesburienſem, Weſtmonaſterienſem, Houedenum, Huntingtonum*, diligentiſſimos ſcriptores,. *Florentius ipſe, Anno 734. ita profitetur.* Nos, Deo auſpice, ab eius (*Bedæ*) vitæ fœlici exitu, prout Anglicorum Chronicorum reperimus textum, fideliumque virorum credibili relatu, vel quæ nos ipſi indubitato audiuimus, vel quædam, quæ oculis aſpeximus, quamodò fideliter notata fidelium ſucceſſorum relinquenda, dignum duximus memoriæ. *Vide Pitſeum l. de Scriptoribus Angliæ n. 181.*

Magnus Chronographus. *Diligentiſſimus.*

12\. *Geruaſius An. 1200.* *Geruaſius Cantuarienſis; De eo ita Baleus, Cent. 3. c. 48.* Studuit ſupra quam cuiquam credibile eſt, antiquarum rerum cognitioni. Quo nomine ingentem Chronographorum numerum collegit, præcipuè eorum, qui res Britannicas & Saxonicas accuratè tractabant; vnde & ipſe tandem in arenam deſcendens, periculum ingenij fecit editis voluminibus planè egregiis. Claruit An. 1200. *Editus eſt hoc anno 1652. à Beo Londini.*

Egregius ſcriptor.

11\. *Malmeſburienſis An. 1140.* *Gulielmus, Malmesburienſis Bibliothecarius, ſcripſit de Regibus & Epiſcopis Angliæ; vixit ſub Henrico primo, Stephano, & Henrico 2. De eo ita Camdenus, in ſua Epiſtola dedicatoria citata.* Gulielmus Malmesburienſis, ex noſtris proximus ad hiſtoriam, barbaro illo ſæculo acceſſit. *Hunc vnà cum Huntingtono, Houeden, Ethelwerdo, & Ingulfo edidit Sauillus, ac dedicauit Elizabethæ Reginæ, eoſque vocat,* vetuſtiſſimos rerum noſtrarum Authores, & fidos rerum geſtarum interpretes. Inter quos, cùm & narrationis fide & iudicij maturitate, principem locum teneat, Gulielmus Malmesburienſis, homo, vt erant tempora, literatè doctus, qui ſeptingentorum, plus minus annorum, res, tanta fide, ac diligentia pertexuit, vt è noſtris propè ſolus hiſtorici munus expleuiſſe videatur. *Camdenus, in ſua Britan. p. 133.* Malmesburia, inter alios magna eruditione viros, produxit Gulielmum, qui hinc Malmesburienſis dictus, cuius eruditæ induſtriæ, Eccleſiaſtica & politica Angliæ hiſtoria plurimum

Fidus. *Magna eruditione.*

plurimum debet. *Et p. 455. al. 514. eum vocat:* Optimum Hiſtoricum. *Holinshedus* *Optimus hiſtoricus.*
l. 5. c. 14. Malmesburienſis; Scriptor optimæ fidei & authoritatis inter doctos. *Optima fides.*
Twinus Antiq. Oxon. l. 2. ſect. 242. Inſignis hiſtoriographus, *Et l. 4. ſect. 34.* Malmeſ-
burienſis, & Ranulphus, grauiſſimi authores. *Et l. 2. ſect. 180.* Summa fide de rebus
Glaſconienſis Cœnobij ſcripſiſſe, ipſe (*Caius*) fatetur. *Balens Cent. 2. c. 73.* Guliel-
mus Malmesburienſis. Sommerſet, proprio cognomine dictus, vir erat ſuo ſæ-
culo in omni genere bonarum literarum planè eruditiſſimus, & in eruendis An- *Eruditiſſimus.*
tiquitatibus, ingenio, induſtria, & diligentia ſingularis, Anglicæ noſtræ natio-
nis ſtudioſiſſimus illuſtrator, à primo Angloſaxonum aduentu in Britanniam,
per Pontificum & Regum ſeriem hiſtorias, ad ſua tempora elegantes ac pul-
cherrimas edidit: Gulielmus inſignis ſcriptor, inter lucubrationes certè magni- *Scriptor clariſſimus.*
ficas, ad Robertum Glocestriæ Ducem de Regibus Anglorum. *Et Cent. 10. c. 45.*
Scriptor clariſſimus. *Sic etiam Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. Vſſerius in Epiſtola dedi-
catoria. ſuarum Antiq. Britanniæ.* Noſtrorum hiſtoricorum, poſt Bedam, præcipuus, *Præcipuus.*
Gulielmus Malmesburienſis. *De ſeipſo ità ſcribit l. 5. Regum.* Ego veram legem ſecu-
tus hiſtoriæ, nihil vnquàm poſui, niſi quod à fidelibus relatoribus, vel ſcriptori-
bus addidici. *Et l. 1. c. 3.* Quid alij hiſtoriographi temerè ſint profeſſi, ipſi viderint:
mihi fama vilius conſtat, nec quicquam niſi abſoluta fide pronuntiem. *Ac lib. 2.
Nouellæ p. 195.* Semper horrori habui aliquid ad poſteros tranſmittendum ſtilo
committere, quod neſcirem ſolida veritate ſubſiſtere. *Vide plura de eo, l. 4. c. 4. ſect.
3. & in Pitſeo, de Scriptoribus Angliæ n. 201.*

Henricus, Archidiaconus Huntingtonienſis, ſcripſit octo libros hiſtoriarum Gentis An- 14.
glorum; eoſque edidit (vt ſupra diximus) Henricus Sauilius, qui eum & Houedenum, vocat *Huntingtonienſis An. 1148.*
authores imprimis bonos ac diligentes, veriſſimos ſuperiorum temporum indi-
ces. *A Camdeno in ſuâ Britan. p. 306. aliàs, 246. dicitur* Priſcæ fidei author. *A Parkero in* *Priſca fidei.*
Archiepiſc. Cantuar. n. 23. Vetuſtiſſimus, integerrimus, & doctiſſimus antiquitatis *Integerrimus*
ſcriptor. *A Godwino ibidem,* ſcriptor certè probatus. *A Caio, in libro de antiquitate* *Probatus.*
Cantabrigiæ ſummus hiſtoricus. *A Floido, in deſcriptione Monæ;* Egregius hiſtoricus. *Summus & egregius hiſtoricus.*
Balens, Cent. 2 c. 82. ait. Henricus Huntingtonienſis, hiſtoricus egregius, à Po-
lidoro; probatus author, à Ioanne Lelando antiquario, pronuntiatur ſcripſit
reuera Henricus eleganter & doctè. Claruit Anno, 1148. in quo poſt magnos la-
bores, finem hiſtoriis impoſuit ſub Anglorum Rege Stephano. *Selden in præfat.
ante hiſtoricos Anglos à Beo editos;* Probatiſſimæ fidei hiſtoricus. *Vide plura de eo, li-* *Probatiſſimæ fidei.*
bro, 4. c. 4. Sect. 3. Necnon in Pitſeo, l. de ſcriptoribus Angliæ, n. 204.

Ingulfus, Abbas Croulandenſis, ſcripſit de rebus ſuæ Abbatiæ, vixit Anno, 1066. ſub Gu- 15.
lielmo primo, editus eſt ab Henrico Sauillo, qui teſtatur eum, à plurimis antiquitatum *Ingulfus. An. 1066.*
noſtrarum ſitientibus, magnoperè deſideratum. *A Twino l. 1. Antiquit. Oxon. Sect.* *Multum deſideratus.*
128. dicitur: hiſtoricus probatiſſimus. *Et 197.* Vir pius & doctus *Seldenus in Notis ad* *Probatiſſimus.*
Edmerum, p. 172. ait; recentiores voco, dum Ingulfo Abbati Croulandenſi eos
compono, qui in hac re, teſtium non tàm facile Princeps, meritò dicendus eſt, *Pius & doctus*
quàm ſolus forſan, cui par ſit, vt credamus. *Camden, in ſuis Vindicijs, p. 9. & 10.* *Par vt ei credatur.*
vocat Ingulfum, Gemeticenſem, Thomam de la mare, Rob: Montenſem, Walſingamum:
Optimæ fidei hiſtoricos, ſub quorum (*inquit*) patrocinio deliteſco. *Et queritur,
quod quidam aduerſarius eius,* illorum fidem indigniſſimè conculcat. *De eo vide lib.
4. c. 1. Sect. 3. & c. 3. Sect. 5. & Pitſeum de Scriptoribus Angliæ n. 176.*

Marianus Scotus, Scripſit Chronica celeberrima, obijt, 1086. De eo ita Scribit Balens, 16.
Cent. 14. c. 45. Marianus Scotus, homo in literis tàm diuinis, quàm humanis eru- *Marianus An. 1080.*
ditus habebatur, à ſuis monachis; hiſtoriographus inſignis; computator cele- *Inſignis hiſtoriographus.*
berrimus; ac theologus grauis, quæ nomina in hodiernum vſque diem, ſcripto-
res omnes illi adhuc attribuunt. *Camdenus in ſua Brittannia, p. 321. aliàs, 258.* Ma- *Antiquæ fidei.*
rianus, antiquæ fidei hiſtoricus. *Whitakerus, contro. 4. q. 5. c. 3. ait:* Marianum,
bonum imprimis authorem eſſe, omnes fatentur. *Buchananus, l. 6. Scotor.* Maria- *Bonus author.*
nus Scotus, fama illuſtris homo. *Spedus, l. 7. c. 26.* Eruditus hiſtoricus. *Mortonus,* *Fama illuſtris*
tomo, 1. Apologiæ ſuæ, l. 1. c. 9. Numerat Marianum & Sigebertum, inter eos Hiſtori-
cos, de quibus inquit: hos authores, Proteſtantes ſtudioſè peruoluunt, ex his lu- *Eruditus.*
cem eliciunt, horum ſuffragium ſibi vendicant.

17. *Neubr. genſis. An. 1200. Veridicus. Doctus & diligens.*

Neubrigenſis, proprio nomine dictus, Gulielmus Petit, ſeu Paruus; *Scripſit libros quinque de geſtu Anglorum, ac vixit ſub Rege Ioanne, circa annum, 1200. De eo ità Baleus, Cent. 3. c. 53.* Canonicus Regularis, ac doctor theologus fuit: is humanis iuxta ac diuinis ſtudijs tantoperè adhærebat, vt nullam ferè horam rectè collocatam putaret, niſi in doctorum librorum lectione, à Polidoro Vitgilio, veridicus author pronuntiatur. Erat vir ſuâ ætate, rerum temporibus recentioribus geſtarum, non ignarus, ſed multò in Scripturarum interptetatione (vt ex eius facilè apparet libris) fæliciot. *A Camdeno in ſua Britan. p. 588. cenſetur:* Scriptor doctus & diligens. *Goduin in Epiſcopu Aſaphenſibus, n. 3.* Nubrigenſis Hiſtoriam ſui temporis conſcripſit (vt illa ferebant tempora) elegantem ſanè. *A Barronio, Anno, 1187. dicitur:* Scriptor nobilis. *Et à Ciacono in Adriano 4.* Optimus Scriptot hiſtoriarum illius ætatis. *De eo vide Pitſeum de Scriptoribus Angliæ, n. 287.*

18 *Osbernus. An. 1070. Floridus ac facundus.*

Osbernus, Monachus Cantuar. Scripſit vitas aliquot Sanctorum Angliæ, vixitque ſub Gulielmo primo Rege: De quo ita Baleus, Cent. 2. c. 54. Osbernus Cantuar. Eccleſiæ Præcentor, Lanfranco Archiepiſcopo, à colloquio familiari, & intimis animæ ſecretis ſemper erat in muſicis ille modulationibus & organis habebatur omniũ ſui temporis primus, qualis fuerit in omni latine ſcribendi genere, imò quàm floridus & facundus, Gulielmus Malmesburius hoc vno teſtimonio demonſtat: Osbernus Cantuar. inquit, qui Dunſtani vitam Romana elegantia compoſuit, nulli noſtro tempore ſtilo ſecundus eſt, muſica omnium ſine controuerſia, maximus. *Vide plura de eo, libro 4. c. 4. Sect. 3.*

19. *Pariſius. An. 1245. Maxima diligentia ac fide. Bona fides. Eruditiſſimus Authenticus. Fidelis. Doctus. Vide eum An. 1254 p. 891. vt ex cuſet Papam*

Matheus Paris, ſeu Pariſius, Monachus Albanenſis, ſcripſit hiſtorias ſatu notas; vixit ſub Henrico tertio, cuius erat hiſtoricus. De eo ità ſcribit Baleus, Cent. [illegible]. 6. Liberalibus literis ab infantiâ eruditus, ſtudiis continuè vacabat, ac viros doctos impenſiſſimè coluit: Et cùm prudens vidiſſet, hiſtoriam, rem eſſe cordatis hominibus neceſſariam, auſpicatus à conqueſtu (vt vocant) Gulielmi Normannorum Ducis, per octo Regum tempora, acta noſtræ gentis, vſque ad Annum 35. Henrici tertij Anglotum Regis, Annum ſcilicet Domini 1251. maxima cum diligentia iuxta ac fide perſcripſit; cui & poſtea multarum rerum ſcientia auctas continuationes, nouem ferè annorum, & appendices additamentorum titulo, annexuit. Ob eximias corporis & animi dotes, multis erat acceptus, Regi Henrico præcipuè, qui iuſſit, vt ſui temporis geſta conſcriberet, quod & fecit. Obijt Anno 1259. *Et Centur. 3. c. 24. vocat eum*, bonæ fidei hiſtoriographum. *Magdeburgenſes, Cent. 13. c. 10.* Pariſius, imprimis vir eruditus fuit, qui & ſingulari fide & dexteritate, hiſtoriam Anglorum conſcripſit. *Caſaubonus, epiſtola ad Frontonem Duceum:* Paris, omnium citimæ ætatis hiſtoricorum Anglorum, niſi cuiquam placeat Malmesburienſem excipere, eruditiſſimus, & acerrimus alioquin Romanæ Sedis defenſor. *Foxus in Actis ſuis, p. 297. vocat eius hiſtoriam*, authenticam. *Parkerus, in præfatione ante Walſingamum ait*, vera illa & fidelis Mathei Pariſij hiſtoria. *Caluiſius in Annalibus; Anno, 1066.* Hoc anno incipit hiſtoricus Pariſienſis, qui hiſtoriam horum temporum vſque ad annum, 1270. fideliter conſcripſit. *Houſius in ſuæ hiſtoriæ præfatione:* Pariſius, prudentiſſimus, fidelis, & doctus hiſtoricus. *Ob verborum acerbitatem in omne hominum genus, taxatur à plurimis; vnde & Vvatſus, qui nuper eum edidit, in ſuis aduerſarijs ita ſcribit:* Scio (quod & in Præfatione monui) Matheum noſtrum, acerrimum equidem, & ſceleratiſſimum fuiſſe omnium hominum cenſorem. *De fide tamen ſeu veracitate eius, vix à quoquam dubitatur. Vnde Stapletonus in Apologetico, pro S. Thoma Cantuarienſe, ait:* Mathei Paris Chronicon fideliſſimum. *Reinerus in ſuo Apoſtolatu, p. 119.* Diligentiſſimus rerum noſtrarum Scriptor. *Et Maheus in ſuis Tropheis, tabula 1. p. 113.* Matheus Paris, Author fideliſſimus. *Ita hi docti & Catholici viri cenſent de hiſtoria Mathei Paris; Plurium Catholicorum de eo iudicia refert Vatſus in ſua nupera editione Pariſij. Vide Pitſeum, de ſcripr. n. 367. Harpesfeldum, Sæc. 13. c. 25. Plerumque autem cito Editionem Pariſij Londinenſem Anno 1571.*

20. *Rob. Montenſis. An. 1113.*

Robertus Montenſis, ſcripſit Additiones ad Chronicon Sigeberti, ab Anno, 1119. De eo ita Camdenus in ſuis Vindicijs, p. 21. Robertus Montenſis, hiſtoricus, fide digniſſimus. *Et p. 10.* Optimæ fidei hiſtoricus. *De eo ipſo ita ſcribit, Anno, 1113.* Sigebertus

deſcriptor

deſcriptor præcedentium moritur: cui nos iſta, quæ ſequuntur, fideli narratione ſubiecimus. *Fide dignis Opt fidei.*

21 *Radulphus de Diceto. An. 1210. Alter Ioſephus aut Philo.*

Radulphus de Diceto: Velut alter (*inquit Baleus, Cent. 3. c. 62.*) Ioſephus aut Philo, ſuæ gentis vetera monumenta atque inclita facta perpetuare ſtudens multa retroactis ſæculis incognita, produxit in lucem. Claruit, Anno 1210. *Tipis editus eſt à Proteſtantibus, hoc Anno 1652. Londini. Vide plura in Pitſeo, n. 300.*

22. *Houedenus An 1200. Chronographus inſignis.*

Rogerus Houeden, ſcripſit inſignem hiſtoriam, ab eo tempore quo Beda deſijt, vſque ad tempus Ioannis Regis, ſub quo vixit. De eo ita Baleus, Cent. 3. c. 55. Rogerus Houeden, Chronographus inſignis, ex illuſtri Houedenorum familia natus, annales ſuos inſigni volumine ibi inchoabat, vbi Beda hiſtoriæ ſuæ finem impoſuit, quos etiam deduxit vſque ad quartum Annum imperij Ioannis Regis. *A Twino l. 2. Antiq. Oxon. Sect. 282. dicitur* Præclarus hiſtoriæ author. *Et à Whito, in ſua via ad Eccles. p. 377.* Bonus hiſtoricus. *Et à Sauillo (vt ſupra retuli)* Author imprimis bonus & diligens, veriſſimuſque ſuperiorum temporum index. *Bellarminus, in libro de ſcriptoribus, vocat eum:* Inſignem hiſtoricum. *Et Baronius, Anno, 1145.* Scriptorem accuratiſſimum. *Marques, Anno, 1201. c. 2.* Authorem grauem, verè inter primos illius æui authores, connumerandum. *Spelman in Præfat. ad lectorem ante Hiſtoricos Anglos à Beo editos, vocat eum:* Scriptorem per quàm diligentem. *Et Lelandus apud ipſum:* Omne ſtudium ſuum ad hiſtoriam ſcribendam contulit, in quo negotio ſi diligentiam, ſi antiquitatis cognitionem, ſi ſanctam fidem ſpectes, non modò quotquot ſæculis rudibus quidem illis præceſſerant, ſcriptores, verum ſeipſum ſuperauit. Quod ſi adiunxiſſet Fidei, quæ prima pars hiſtoriæ eſt, pluſculum elegantiæ Romanæ, facile palmarium obtinuiſſet. *Vide de eo Pitſeum, de ſcriptoribus Angliæ, n. 290.*

Præclarus author. Veriſſimus index. Diligens. Fideliſſimus.

23. *Silueſter Geraldus. An 1190. Chronographus celeberrimus. Literarum gloria celebris.*

Silueſter Geraldus, Cambrenſis, ſcripſit Itinerarium Cambriæ, & deſcriptionem Hiberniæ, editus eſt à Camdeno, Anno, 1603. vixit Henrico ſecundo, Richardo primo, & Ioanne Regibus. A Baleo, Cent. 2. c. 50. vocatur: Chronographus celeberrimus. *Goduinus in Epiſcopis Meneuenſibus, n. 50. ex eodem Baleo, Cent. 3.* Per totam Europam literas quæſiuit, & poſt ingentes in ea re labores, Lutetiam perueniens, artium Scholas publicè illic in Anglorum Collegio rexit. Per triennium quoque auditor Theologorum effectus, totam ferè ſcripturam expoſuit; omnium bonarum literarum gloria celebris effectus, tandem in Epiſcopum Meneuenſem electus eſt: libros edidit, plus quàm octoginta, ab eodem Baleo recenſitos. *Plura de eo, l. 4. c. 7. Sect. 3. vide Pitſeum de Scriptoribus Angliæ, n. 299.*

24. *Sanderus An 1557. Vide de eo Pitſeum de ſcriptor Angl. n. 1025*

Sanderus: de quo ita Whitaker. In Sanderi libris illud imprimis volumen celebratur, quod de viſibili Monarchia conſcripſit. Nam & argumentum illuſtre tractat, & multiplicem lectionem ac varietatem affert, & accuratione tanta vtraque elaboratur, quanta à quoquam præſtari potuit, vt nunc Sanderus non tantùm à noſtris hominibus legatur, ſed in ſummis etiam authoribus & Patronis Pontificijs habeatur. Hæc ille. *Cum ego aliquando referrem Cardinali Bellarmino, quot qualeſque Catholicæ fidei pugiles hac tempeſtate Clerus Anglicanus, licet exul & inops, protuliſſet, ac nominaſſem Alanum Hardingum, Stapletonum, Reginaldum, quam primum nominaui Sanderum, erupit Cardinalis in hæc verba Italicè,* O quel' huomo ſapeua ogni coſa: *Hæc eſt:* o! ille vir ſciebat omnia. *Quæ laus magna eſt, profecta à tam laudato viro. Hunc maledicens Suttiuius lib. 2. de Eccleſ. p. 323. & 382. ait in ſiluis Hiberniæ (quo miſſus eſt nuntius Apoſtolicus à Gregorio 13.) fame, rabie, & pediculis conſumptum periiſſe: quem tamen Florentius Mac Arti, Dynaſta Hibernus, ſanctè mihi affirmauit in ædibus amicæ ſuæ lecto ſuo conſueto morbi genere obijſſe. Hunc quodam tempore, dum ſcriberet contra hæreſes huius temporis, apparuit Satan dicens:* Sandere, quid agis. *Cui ille intrepidè reſpondit.* Ago vt deſtruam regnum tuum.

25. *Simeon Dunelmenſis. An. 1160. Singularis cronographus.*

Simeon Dunelmenſis, vir (inquit Baleus, Cent. 2. c. 98.) erat ſuo ſæculo, in multis ſcientijs eleganter inſtructus. Ex varia ac recondita rerum & temporum cognitione, ſingularis euaſit chronographus. Claruit, Anno 1164. *Tipis editus eſt hoc Anno 1652. à Proteſtantibus Londini. Vide Pitſeum, n. 226.*

26 *Gulielmus*

Gulielmus Thornus, in doctis ſtudijs (*ait Baleus, Cent. 6. c. 63.* multum temporis, idque fœliciter collocauit. *Et ibid. ex Lelando;* tanta vſus eſt diligentia in illu-

Thornus. An 1380. Diligentiſſimus. ſtrandis ſui cœnobij rebus, quo vix clariùs, aut antiquius vllum habeat Britannia monumentum. Claruit, Anno 1380. *Tipis editus eſt hoc Anno 1652. Londini, à Proteſtantibus.*

27. *Walſingamus. An 1440. Diligens hiſtoricus.* *Tomas Walſingamus, Monachus Albanenſis, ſcripſit hiſtoriam Anglorum, ab Ednardo quarto, dicto primo, ad Henricum quintum, ſub quo vixit: Editus eſt à Parkero, Anno 1574. & poſtea à Camdeno, Anno 1603. De eo ita Baleus, Cent. 7. c. 88.* Homo in hiſtorijs colligendis, Lelando teſte, ſtudioſus atque diligens erat, duas hiſtorias, vnam breuiorem, alteram longiorem poſteritati tradidit; Auctuarium eius incipit ab Anno 1342. & finijt in Anno 1417. habetque veriſſimas hiſtorias, & à nullo alio ſcriptas. Claruit 1440. ſub Henrico ſexto; *Spedus libro nono hiſtoriæ c. 11.* Walſingamus ſcriptor fide dignus. *Et libro 9. c. 14.* magnum lumen illorum temporum. *Camdenus (vt ſupra retuli) eum numerat inter* optimæ fidei hiſtoricos. *Plura de eo Pitſeus de ſcriptoribus Angliæ, n. 807.* *F. de dignus. Optimæ fidei.*

28. *Vveſtmonaſterienſis. An 1307. Præ cæteris legendus.* *Matheus Weſtmonaſterienſis Monachus, ſcripſit hiſtoriam ab initio mundi, vſque ad vltimum Annum Eduardi, dicti primi; Editus eſt Londini Anno 1573. à Parkero Superintendente Cantuarienſi, qui in Præfatione ad Lectorem ita loquitur:* Anglus cùm ſis, & Anglorum geſta ſcire deſideres, Mathei Paris, & Mathei Weſtmonaſterienſis ſcriptis, præ cæteris incumbe. *De eo ita Baleus; Cent. 6. c. 31.* Matheus Weſtmonaſterius, à collectis chronicorum floribus, etiam florilegi cognomen eſt ſortitus. Scriptor ætate ſua non inelegans, egregiam in ea functione nauabat operam; vir ipſe erat ſuo ſæculo in omni genere bonarum literarum planè eruditus, & in his, quæ ad hiſtoriam pertinent, potiſſimum in recta annorum ſupputatione eximius. Ad aptiſſimam igitur Annorum ac temporum lineam, à Chriſti natiuitate, vſque ad annum eius 1307. & ab eo, vſque ad Annum 1377. eximio labore, Annales perduxit, & huic tàm præclaro ac frugifero operi ſuo, idoneum titulum applicauit. *Stous, in Annalibus, p. 1150. ſcribit, quòd ParKerus Superintendens Cantuar. curauit Pariſium Weſtmonaſterienſem, & Walſingamum imprimi. De eo vide Pitſeum, de Scriptoribus Angliæ, n. 643.* *Planè eruditus. Eximius*

29. *Harpesfeldus. An. 1570. Princeps hiſtoriæ. Grauiſſimus author* *Nicolaus Harpesfeldus, ſcripſit Eccleſiaſticam hiſtoriam Angliæ, eleganter; itemque Diagolos contra Centuriatores, qui editi ſunt ſub nomine Alani Copi. Is dicitur à Twinoın Antiqu. Oxon. libro primo, ſect. 3.* Doctiſſimus vir. *Sect. 18.* hiſtoriæ princeps. *Sect. 144.* Author grauiſſimus. *Iemque Sect. 145.*

Audis (Chriſtiane Lector) qualibus & quantis laudibus, ob *eruditionem, diligentiam, iudicium, ac fidem*, Proteſtantes proſequuntur Catholicos teſtes à me producendos pro Romano Catholica religione, eruditione. ſanctitate, ac miraculis Catholicæ gentis Anglorum. Quod eſt planè reipſa fateri, eos eſſe teſtes locupletiſſimos, fide digniſſimos, omnique exceptione maiores in ijs rebus facti de quibus teſtantur. Non habere autem fidem teſtibus omni exceptione maioribus, eſt agere contra rationem, inhumanum, ac belluinum. Primò, quia recta ratio iubet fidem præſtare iis de quorum teſtimoniis nulla eſt ratio *Hiſtoria Magiſtra vita eſt lux veritatis.*
1. dubitandi: Secundò, quia ſicut recta ratio, data nobis eſt à Deo, vt per
2. eam certiſſimus de ijs quæ ſcienda ſunt: ita etiam recta, ſeu omni exceptione maior authoritas, ab eodem Deo inſtituta eſt, vt per eam certi ſimus de eis, quæ per nos ipſos ſcire non poſſumus, alioquin enim innumera nobis neceſſariò cognoſcenda, perpetuò nos laterent; imò nec publica iudicia, nec ipſe conuictus humanus ſubſiſterent, niſi teſtibus omni exceptione maioribus fides præſtaretur: vndè iure optimo aiebat S. Auguſtinus, *Authoritate decipi, miſerum eſt: Sed miſerius non moueri.* Nam decipi, ſiue ratione, ſiue authoritate, humanum eſt, non moueri autem, belluinum. Nec malè Caluinus; *Tot ac tam authenticis teſtibus fidem derogare, non diffidentiæ eſt, ſed prauæ ac furioſæ obſtinationis.* Et Elienſis ad Apolo- *lib de vtil. credendi c. 16. 3. Inſtit c. 2. § 55.*
3. giam Bellarmini, c. 16. *Tot, tàm probatæ fidei authores inſimulare, quaſi confinxerint ipſi rem, durius id quidem eſt.* Tertiò, quia ipſi Proteſtantes fidem adhibent Liuio, Saluſtio, & ſimilibus Paganis hiſtoricis, nec diffitentur eſſe cõtra rationem agere, eis fidem denegare: quanto magis fidem derogare hiſtoricis Chriſtianis, eiſque
4. ipſorum iudicio, eruditiſsimis, diligentiſsimis, ac veraciſsimis? Quartò, quia ipſi Proteſtantes fidem habent his ipſis Catholicis authoribus, in ijs quæ ipſorum

rum religioni non aduerſantur. Credere autem Hiſtoricis in ijs quæ volunt, & in ijs quæ nolunt, non credere, non eſt Hiſtoricis, ſed ſibi-ipſis credere, vt de Scripturis feciſſe Manicheos, aiebat S. Auguſtinus. Neque eſt quòd obijciant Proteſtantes, ſe ſcripturæ authoritate prohiberi, ne credant dictis teſtibus vlla in re, quæ ipſorum fidei aduerſatur: tum quia ipſa S. Scriptura, non minus clarè ac directè aduerſatur Proteſtantium doctrinæ, quàm teſtimonium cuiuſuis Catholici authoris, vt in ducentis quinquaginta dogmatibus controuerſis oſtenſum à * nobis eſt, ante annos plus minus triginta, cuij libro nemo Proteſtantium hactenus reſpondit, licet ipſorum plurimùm intererſit: tum etiam quia, in nullo dogmate controuerſo, Scriptura ſ, vel videtur ita clarè pro Proteſtantibus facere, vt ſufficiat ad captiuandum intellectùm in eorum ſententiam, vel ita, vt *in dubium venire non poſſet*: prout in re ſimili locutus eſt S. Auguſtinus. Etſi autem teſtimonium Dei clarum atque euidens, omnibus omnium hominum teſtimoniis præferendum ſit, verum tamen id non eſt de ſenſu obſcuro vel dubio verbi Dei. Accedit, quòd præcipua Proteſtantium firmamenta, non ſunt vlla directa Scripturæ dicta, clara vel obſcura, ſed duntaxat ipſorummet cōſequentiæ, eæque ex altera ſaltem præmiſſa humana fallaci ac falſa, deductæ: ob huiuſmodi autem conſequentias à ſeipſis factas, fidem derogare teſtibus, ſua confeſſione, omni exceptione maioribus, mera obſtinatio atque impudentia eſt. Atque vel hoc vnum ſufficeret ad Proteſtantium conſequentias, omnemque eorum doctrinam refellendum, quòd ad eam tuendam, cogantur teſtibus (ipſorum confeſſione) omni exceptione maioribus, in rebus facti, fidem abrogare. Quòd (vt dixi) eſt contra rectam rationem agere, ac fidem humanam è mundo tollere. Dei autem doctrina, nec cum recta ratione, nec cum fide humana pugnat, cùm idem ipſe ſit author earum omnium, qui cum ſeipſo pugnare non poteſt: Proteſtantium autem doctrina, cum vtraque pugnat apertiſſimè. Aut igitur fides humana, aut Proteſtantica, abneganda eſt, quia hæ fides ſimul conſiſtere non poſſunt. Non autem humana, niſi hominem exuere, ac in belluam conuerti voluerimus. Atque hoc modo, probo Catholicam fidem, inſignem eruditionem, excellentem pietatem, ac diuina miracula, ex teſtimonio Catholicorum Authorum, qui ſunt ex confeſſione Proteſtantium, teſtes omni exceptione maiores. Eademque confirmabo ex doctorum Proteſtantium confeſſione quos alij Proteſtantes ſummoperè laudant ac mirantur, vt iam referam.

** Collatio doctrinæ Catholicorū & Proteſtātium cum expreſſis S. Scripturæ verbis impreſſa Pariſijs 1621.*

Proteſtantium Elogia de Proteſtanticis Scriptoribus, quorum præcipuè confeſſionibus, Collector confirmat ea, quæ refert de Catholica Religione, Sanctitate, eruditione ac miraculis Gentis Anglorum. Quæ refero, vt inde confeſſiones eorum apud Proteſtantes, maiorem fidem inueniant. Vt autem ait Cæſarius, Hom. 25. Si veræ ſunt laudes, præconia ſunt, ſi falſæ, conuitia. *An autem veræ vel falſæ laudes ſint, Catholicus Lector facilè iudicabit.*

BAleus, ſcripſit Centurias de illuſtribus Scriptoribus Angliæ & Scotiæ, & alia permulta contra Catholicam religionem. *In Epiſt. ſua ante Centuriam 14. profitetur, quod habeat,* Antiquitatum penetralia, & incognitas orbi hiſtorias, quas in Anglia reconditas eruerat. *Et in Epiſtola ante Centuriam 13. ait; quòd* ad lectionem hiſtoriarum, Chronicorum, omniſque propè antiquitatis, ſe alacriter contulit. *Humfredus ad Rationem tertiam Campiani, p. 326. ita de eo ſcribit:* Noſter Baleus, antiquarius, ſuo tempore omnis laboris longè patientiſſimus. *Goduuinus de Conuerſione Britanniæ c. 2.* Baleus, antiquitatum Britannicarum diligentiſſimus perſcrutator. *Seldenus in Præfatione ante Edmerum à ſe editum; ita de eo ſcribit:* Baleus ſub initio rerum ſacrarum apud nos ſuperiori ſæculo, inſtaurationis, Antiſtes in Hibernia Oſſorienſis, claruit, & ſcriptorum Anglicanorum vitas, præuia Ioannis Lelandi

1. Baleus.

operâ, maximè demum adintus, collegit: ſed in Romanum Pontificem, eiuſque ferè æui aſſeclas, inſenſo ferociter animo, & ſatis intempeſtiuè paſſim inuectus. *Vnde iure à Spondano Anno 1540. vocatur*, virulentiſſimus Baleus, *Et fuit tàm obſcœnus ſcriptor, vt Twinus libro Antiq. Oxon. ſect. 230. dubitet*, an ſalua modeſtia nominare liceet librum eius de votariorum Anglicorum geſtis: *Vide quid de eo ſcribit Picardus in notis ad Nubrigenſem. lib. 4. cap. 18. p. 502. & c. 18. p. 492. Piſeus de Academijs Angliæ p. 53.*

2\. *Camdenus.* Camdenus, fecialis Regius: ſcripſit Chronographum Britanniæ, & res geſtas ſub Elizabetha Reginæ ac poſt eius obitum, prodierunt eius Reſiduæ ſummis laudibus, atque admiratione, eum Proteſtantes Angli proſequuntur. *Godwinus in Epiſcopis Cantuarienſibus, in initio ait:* Antiquitatum noſtrarum ſol, doctiſſimus ille Camdenus. *Spelmanus in Gloſſario verbo*, Clarentius Camdenus, ſol, in noſtrarum Antiquitatum Zodiaco. *Sol antiquitatum Lumen Britanniæ.* Weuer, *in ſuis Monumentis p. 799.* Camdenus lumen magnæ Britanniæ. *Vſſerius in Antiquitatibus Britan. p. 335.* Antiquitatum Patriarum ſcientiſſimus Camdenus. *Et p. 379.* Doctiſſimus Camdenus. *Et in Præfatione in Epiſtolas Hibern.* Eruditiſſimus & Candidiſſimus. *Et in Addendis p. 1204.* diligentiſſimus Camdenus. *Twinus Antiquit. Oxon. l. 1. ſect. 5.* Vir in reconditis antiquitatum apothecis, longè peritiſſimus. *Perkinſus in ſuo problemate, titulo de Latina lingua in ſacris:* Camdenus, vir antiquitatis peritiſſimus. *Spedus in deſcriptione Britanniæ l. 1. c. 1.* Camdenus antiquariorum doctiſſimus, *& 29.* Britannicæ noſtræ hiſtoriæ lumen. *Selden, l. 1. Analect. c. 1.* Camdenus gentis Anglicæ, & Britannicæ lumen. *Ibid. c. 8.* Eruditiſſimus Antiquarius. En igitur teſtem (Proteſtantium iudicio) *Candidiſſimus.* doctiſſimum, ſcientiſſimum, candidiſſimum, diligentiſſimum, & Antiquitatum Anglicarum lumen ac Solem. An non huius confeſſioni fidem adhibebunt? *In ſuis vindiciis p. 17. ait*, ſe triginta annos in ſtudiis antiquitatis conſecraſſe, authores Patrios, Græcos, Latinos, antiquos, recentes, ſedulò euoluiſſe. *Et in præfat. ad Lectorem*, Fide antiqua, ſincerè ſum vſus. *Cito autem duas editiones ſuæ Britanniæ; vnam, 1600. in quarto; alteram, 1607. in folio.*

3\. *Magdeburgenſes.* Centuriatores Magdeburgenſes, ſcripſerunt plures famoſas Centurias de rebus Eccleſiaſticis, quæ ſatis notæ ſunt. *De eis ita ſcribit prædictus Baleus in præfat. ſuæ Centuriæ 14.* Magnum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ opus fælicißimis auſpiciis adornant, cui ſimile ab ipſis Apoſtolorum temporibus, nullum extitiſſe (exceptis illis Actibus Apoſtolicis) non ſine cauſa iudico. *Humfredus ad Rationem quintam Campiani p. 523.* *Fideliſſimi & diligentiſſimi.* In conſcribenda Eccleſiaſtica hiſtoria, fideliſſimè ac diligentiſſimè deſudarunt. *Ibidem*, Præclari illius operis concionatores. *Et p. 524.* In proferendo modeſti & cauti. *Et ad Rat. 1. p. 26. vocat eos*, Diligentiſſimos Authores. *Daneus l. de Eccleſia c. 2.* Centuriatores, viri docti & laborioſi, *Caſaubonus Epiſtola dedicatoria ſuarum exercitationum vocat*, ſummam inſtituti laudabilem, & Eccleſiaſticis noſtris temporibus apprimè vtilem fuiſſe, nemo alienarum vigiliarum iudex æquus, negauerit. *Et de Illyrico, Principe ipſorum, ita Lobechius Diſput. 20.* Illyricus, eruditione clarus, & exiſtimatione magnus. *Iuellus, in ſua defenſione p. 42. 473. numerat Illyricum*, inter eruditiſſimos ſui ſæculi, *Et in Proemio defenſionis Apologiæ, ait:* Illyricus, Wigandus, Iudex, viri eruditi. *Bellus in ſuo regimine Eccleſiæ p. 28.* Illyricus valdè celebris ſcriptor, & digniſſimus defenſor veritatis Chriſtianæ.

4\. *Coperus.* Coperus, pſeudo-Epiſcopus Wintonienſis, ſcripſit Anglicè, Chronicon Angliæ; *A Spedo l. 5. hiſtoriæ c. 2. dicitur*, Eruditus ſcriptor. *Eruditus ſcriptor.* *Camdenus in ſua Britannia p. 482. inquit.* Præceptor mihi obſeruandus, Reuerendiſſimus Pater Thomas Coperus, de Republica literaria & Eccleſiaſtica meritiſſimus, è cuius ſchola me prodiiſſe, & fateor & gratulor. *Et Godwinus in Epiſcopis Winton. n. 64.* *Grauiſſimus.* Thomas Coperus, ea vir grauitate, eruditione, vitæque ſanctimonia, vt in eius laudum campum, excurrere geſtiat mihi animus.

5\. *Foxus Diligentiſſimus.* Foxus, ſcripſit ingens volumen pſeudo-martyrum; de eo ita. *Humfredus in Præfatione libri de praxe Romanæ Curiæ.* Foxus diligentiſſimus & politiſſimus hiſtoricus, fide optima congeſſit Martyrologium. *Et in vita Iuelli, ait:* Foxum Martyrum ſuorum monumentis, ſcriptorum varietate, elegantia, & virtutibus, & exilio in Mariana tempeſtate, ſatis clarum. *Fulco, l. de Sueuis p. 322.* Foxus, homo doctiſ-

ſimus, & ſanctiſſimus. *Stubbeus in Anatomia Abuſuum*: Celebris Pater, & inſigne *Celebris.*
inſtrumentum in Eccleſia Dei. *Whigiſtus, in ſua defenſione, p. 421.* Dignus ille vir,
qui tam benè meruit de Eccleſia, Magiſter Foxus. *Stous, in deſcript. Londini, p. 302.* Eruditus Foxus, Scriptor Actorum ac Monumentorum Eccleſiæ Anglicanæ.

Fulco, doctor Academiæ Cantabrigienſis, multa ſcripſit contra Catholi- 6.
cam fidem: *De eo, ita Reinoldus in Epiſtola præfixa ſuis theſibus*: Fortis & fidelis miles *Fulcus. Fidel.s.*
Chriſti. *Et in ſuis Theſibus; p. 277.* Magnum Academiæ Cantabrigienſis lumen.
Et p. 278. Vir non minus candidus, quàm eruditus. *Pryunus, in Epiſtola dedicat.* *Candidus.*
Cenſura Deuotionis Cozenij, vocat Foxum, Fulcum, Rainoldum, Whitakerum, Perkinſum, Abbatum, Whitum, Willetum, Mortonum, Vſherium, Pugiles & Heroas Proteſtanticæ religionis.

Goduinus, pſeudo-Epiſcopus Landauenſis, primùm, ac poſtea Herefor- 7. *Goduinus.*
denſis, ſcripſit vitas Epiſcoporum Anglorum, Anglicè primùm, & poſtea latinè, *vbi in Epiſtola dedicatoria ad Regem Iacobum, ita profitetur*: Operæ pretium putaui Eccleſiæ noſtræ primos quaſi fontes, & incunabula inueſtigare, & inuenta fideliter Lectori demonſtrare, quod à me tam diligenter factum confido, vt iam poſthac de rerum harum veritate, nullum dubitationi locum relictum exiſtimem. *Et de conuerſione Britanniæ, c. 3. p. 39. ait.* Quæ veritati conſona reperiemus,
nihil occultantes, omnia confitebimur ingenuè. *Camdenus, in ſua Britannia, p.* *Eximius*
490. Franciſcus Goduinus, Epiſcopus Landauenſis, venerandæ antiquitatis, & *cultor antiquitatis.*
optimarum literarum cultor eximius.

Holinſhedus, edidit magnam Angliæ hiſtoriam, quàm autem acer fuerit ad- 8
uerſus Pontificem Romanum, liquet ex ijs quæ ſcripſit Anno 1365. & alibi. *Holinshed.*

Hariſonus, edidit deſcriptionem Britanniæ & Angliæ, qui in Epiſtola dedicatoria ad Ba- 9.
ronem Cobamum, profitetur ſe eſſe, Miniſtrum Proteſtantium, legiſſe plures antiqui- *Hariſonus.*
tates, & ſtatuiſſe veritatem edere abſolutè, aut quæ videantur veriſimillima.
Camdenus, in ſua Britannia, p. 395. Vir doctiſſimus, ſacrarum literarum, & antiqui- *Antiquitatis cognitione præſtans.*
tatis cognitione præſtans, Gulielmus Hariſonus.

Iuellus, de eo ita Camdenus in ſua hiſtoria, p. 181. Iuellus, Theologiæ cognitione, 10.
ad miraculum inſtructiſſimus, & reformatæ religionis propugnator acerrimus. *Iuellus.*
Et p. 214. Vir ſingulari ingenio, exquiſita in Theologijs eruditione, & ſumma pietate. *Et in ſua Britannia p. 216.* Theologiæ cognitione ad miraculum inſtructiſſimus,
& purioris religionis propugnator acerrimus. *Ibid. p. 172.* Doctiſſimus vir, ac
Theologus nominatiſſimus. *Vſſerus, Antiquit. Britanniæ, p. 95.* Gemma Theolo-
gorum. *Twinus Antiquit. Oxon. 8. Sect. 111.* Theologorum dulce decus. *Humfredus* *Gemma Theologorum.*
ad Rat. 5. p. 646. Quis vulnerauit? Hardingus. Quem? Iuellum. ſcilicet, aquilam muſca, Elephantem mus, Leonem hinnulus: Herculem, Pigmeus, Gigantem Nanus, imo Deum homuncio, talem Iuellum diuina armatura cinctum, & ſeptum iudico. *Hokerus, l. 2. de politia Eccleſiæ, ſect. 6.* Iuellus digniſſimus Theologus, quem orbis Chriſtianus peperit per multa ſæcula. *Whitakerus, l. 5. contra Dureum, ſect. 32.* Doctiſſimus Iuellus. *Et lib. 5. contra Campianum, p. 26.* Vir ſummus. *Et vt refert Harpesfeldus, in hiſtoria Wiclefi, c. 4.* A Proteſtantibus Anglis, habetur quaſi terreſtris Deus. *Goduinus, in Epiſcopis Sarisburiæ n. 88.* Iuellum, magnus ille Theologus Hokerus, (à magno Theologo, literarum Oxonium appellatus) Theologorum, quos orbis Chriſtianus per aliquot ætatum centenarias produxit, maximum, vno encomio pronunciauit. *Mortonus in Deciſione Euchariſtiæ, p. 8.* Eccleſiæ Anglicanæ athleta inuictiſſimus. Iuellus, contra Hardingum Pontificiorum Achillem, defenſionem accuratiſſimam oppoſuit: quam tipis excuſam, veluti religionis noſtræ propugnaculum, regni Anglicani authoritas, tam politica, quam Eccleſiaſtica, in omnibus regni Parochijs extare
mandauit. 11.

Iſacſon, ſcripſit Anglicè Chronicon ab orbe condito, ad Annum, 1630. In *Iſaacſon.*
Epiſtola ad Lectorem profitetur, ſe, *ſecutum eſſe optimos ſcriptores*, & plurimùm laudatur multis elogijs præfixis ante librum ſuum.

Lelandus, de eo ita cenſet Twinus, libro de Antiquit. Oxon. ſect. 5. Lelandus, antiqua- 12. *Lelandus.*
rius celeberrimus, qui antiquitatis ſolem geſtaſſe, à Camdeno viſus eſt. *ſect. 45.* *Antiquar.*

rius celeberrimus. Rerum antiquarum inueſtigator diligentiſſimus. *ſect. 78.* Hiſtoriæ Princeps. *Baleus, Centur. 8. c. 81.* Omnium quos præterita ætate Britania nutriuit, rerum ſuarum ſtudioſiſſimus, patriam omnem exquiſitiſſimis laboribus adornauit; de eius ingenio, & doctrinæ amplitudine, non eſt quod hic dicam, cum opuſcula plura, tam proſa, quàm carmine, ab ipſo fæliciter edita in omni diſciplinarum genere, græcè, & latinè, atque in multis alijs, eruditiſſimum fuiſſe teſtentur: antiquitatis Britanniæ feruidus amator, ac diligentiſſimus perſcrutator. Vetera totius Inſulæ monumenta, magna vbique induſtria, & cura perluſtrauit. *Ab Harpeſfeldo ſect. 14. c. 30. dicitur,* Antiquitatum noſtrarum vigilans perſcrutator.

13. *Parkerus.* *Parkerus, Superintendens Cantuarienſis, qui in Antiquitatibus Britannicis, c. 12. profitetur, quòd* in Archiepiſcoporum vitis, geſtiſque declarandis, authorum, qui illorum temporum ſcripſerint, potius quàm elegantioris ſtili rationem habere conuenit, ne quacumque etiam nominatiſſima in re, ab hiſtoriæ veritate deflexiſſe videamur. *Et in Præfatione ad Aſſerium à ſe editum:* Quod ad hiſtoriæ fidem attinet, Lector humaniſſime, hoc te ſcire volo, eam me ſemper rationem ſecutum in omnibus ijs libris, quos diuulgaui, nihil vt de meo adiecerim aut diminuerim, ſed cuncta prout in exemplaribus reperiuntur, ad verbum expreſſerim. *A Camdeno, in Epiſtola dedicatoria Anglicorum hiſtoricorum à ſe publicatorum, vocatur,* ſingularis omnium diſciplinarum Pater, qui cum magnis impenſis, & maiori cura, vndique libros manuſcriptos, ab interitu vindicauit. *Et in ſua Britania, p. 131.* Optimus Parkerus, optimarum literarum patronus, & antiquitatis ſummè ſtudioſus. *Mortonus, in ſua Prouocat l. 1. c. 4. p. 60.* Parkerus, ſedulus Antiquarius.

Antiquitatis ſummè ſtudioſus.

14. *Somnerus Patriarum antiquitatũ indagator ſagaciſſimus.* Somnerus, edidit Deſcriptionem Cantuariæ. *Twiſden in Præfatione ante Hiſtoricos Anglos à Beo Anno, 1652. editos, ait, Eum eſſe* priſtinæ probitatis, & candoris virum, & Patriarum antiquitatium indagatorem ſagaciſſimum *Mericus Caſaubonus de lingua Anglo-Saxonica p. 240.* Antiquæ probitatis, & ſimplicitatis virum.

15. *Seldenus.* Seldenus, edidit hiſtoriam Edmeri, & notas in eandem: *De eo ita Watſus, in Præfatione variarum lectionum Pariſii:* Eruditiſſimus Seldenus, magnum Britanniæ noſtræ decus. *Weuerus, in ſuis Monumentis funebribus, p. 211. & 130.* Seldenus, doctiſſimus ille Antiquarius. *Et in Præfatione ad Lectorem:* Spelmanus & Seldenus, doctiſſimi Antiquarij noſtri. *Vſſerius, in Antiquit. Britanniæ. c. 6. p. 106.* Vir, non magis noſtri iuris, quàm vetuſtæ antiquitatis conſultus, Ioannes Seldenus. *Twiſden, in Præfatione ante Hiſtoricos Anglos, à Beo editos, vocat, eum,* Virum longè doctiſſimum, & clariſſimum.

Antiquarius doctiſſimus.

16. *Spelmanus.* Spelmanus, edidit Concilia Angliæ, & Gloſſarium: *De eo ita Watſus in notis ad vitas Abbatum S. Albani:* Hen: Spelman eruditionis reconditioris, iudicijque acerrimi vir, noſtræ Britanniæ lumen, gloriaque. *Twisden in Præfatione ante Hiſtoricos Anglos, à Beo editos, vocat eum:* Eruditiſſimum equitem, tot ingenij ſui monumentis clarum, & ob ſummam in Deum pietatem, in pauperes charitatem, in amicos beneuolentiam, nunquam ſatis laudatum. *Mericus Caſaubonus de lingua Anglo-Saxonica p. 270. ait.* De re Anglica veteri meritiſſimus, & pretioſæ apud omnes bonos, ob ſummam probitatem, ſummum candorem, memoriæ, Henricus Spelmanus.

Lumen Britannia

17. *Stous.* Stous, edidit Chronica Angliæ in lingua Anglica: *De eo ita cenſet Camdenus in ſua Britannia, p. 108.* Ioannes Stous, ſtudioſiſſimus, vrbis Londinenſis Antiquarius. *Et p. 395.* Chronographus ſtudioſiſſimus. *Ac p. 382.* Chronographus celebris. Anomynus hiſtoricus ſeu Goduinus *in Anno, 1553.* Stous antiquitatum noſtrarum ſedulus indagator. *Spedus, l. 9. c. 14.* Stous ob honeſtam induſtriam, multa laude dignus. *Wener in ſuis Monumentis:* ſtudioſus Antiquarius.

Studioſiſſimus Antiquarius.

18. *Spedus.* Spedus, ſcripſit tum Geographicam deſcriptionem, tum hiſtoriam Britanniæ, quæ vtraque valdè laudatur à multis Proteſtantibus, quorum Elogia præfiguntur ijs voluminibus: *Ita autem profitetur ipſe in proëmio ſuæ hiſtoriæ:* Referam, originalia nomina, & nationes huius celeberrimæ inſulæ, vnà cum ſucceſſione Monarcharum ſuorum, & hiſtorica acta, eatenus tantùm, quoad approbantur ab optimis Scriptoribus.

19. *Whitakerus* Whitakerus, lector Regius Cantabrigiæ, multa ſcripſit contra Catholicam

Eccleſiam

Eccleſiam: *De eo ita Mortonus in ſua Prouocatione, l. 3. c. 45.* Doctor inſigniter eruditus. *Et parte 2. ſuæ Apologiæ, libro. 5. c. 2.* Doctor celeberrimus, & ſummum literarum decus. *Et in deciſione Euchariſtiæ, parte 1. c. 2. ſect. 1.* numerat eum inter clariſſimos profeſſionis Anglicanæ vindices. *Iameſius, in ſuis Corruptionibus, p. 101*: celebris Scriptor Controuerſiarum. *Lubertus, l. 1. de Principijs Chriſtiani dogmatis, c. 5.* Decus Angliæ. *Bradocus, in vita Iuelli*: Whitakerus, Deus bone, quantus vir, quâ literarum omnium ſcientiâ, quâ pietate, probitate, modeſtiâ vt cælo potiùs prorſus, quàm terris dignior, Dei ipſius indicio, fuiſſe videatur. *Iameſius in ſuo Miſterio Indicus, p. 24.* Doctiſſimi noſtri Scriptores, Iuellus, Bilſonus, Andreas, Abbatus, Rainoldus, & Whitakerus. *Camdenus in ſua Hiſtoria Anno 1595.* Guiliel. Whitakerus, Theologus, pietatis, & doctrinæ ornamentis cumulatiſſimus, regius Theologiæ in Academia Cantabrigienſi 15. annos Profeſſor. — *Inſigniter eruditus.*

Weuerus, edidit librum de Monumentis funebribus in Anglia, in quo profitetur eſſe hiſtoricas obſeruationes, annotationes, & breues notas collectas ex approbatis authoribus, infallibilibus Regiſtris, Legendarijs, Chartis, Rotulis, & antiquis Manuſcriptis, & Collectionibus iudicioſorum Antiquariorum. — 20. *VVeuerus.*

Vſſerius, ſuperintendens Armakanus, ſcripſit de Antiquitatibus, ſeu Primordijs Eccleſiarum Britannicarum, Latinè, & præterea multa alia contra Catholicam fidem. De eo ita ſcribit Chillingworthus in ſua Reſponſione ad Charitatem, *&c. c. 5. p. 209.* Præſul doctiſſimus, inſignis vir, meretur, tantum applauſum, quantum alius quicunque. *Et Williamus, de Eccleſia, l. 1. c. 5.* Doctus Archiepiſcopus Armæcanus. *Camden, in ſua Hibernia, p. 752.* Iacobus Vſherus, annos, varia doctrinâ, & iuditio, longè ſuperat. *Potterus in Reſponſ. ad Charitatem &c. ſect. 7. p. 114.* Doctiſſimus Præſul. *Twiſden, in Præfatione ad lectorem ante Hiſtoricos Anglicanos, à Beo editos, anno, 1652. tribuit illi* incredibilem doctrinam, & raram purioris antiquitatis cognitionem, quam (*inquit*) norunt & Tagus & Ganges, forſan & Antipodes. *Selden, ibid. p. 25. vocat Vſſerium*, Virum præſtantiſſimum, virum incomparabilem. *Somnerus, in ſuo Gloſſario*: Summum virum, & vndequaque doctiſſimum. — 21. *Vſſerius.* — *Vir incomparabilis.*

Vides (*Lector*) *quales* (iudicio Doctorum Proteſtantium) ſint Scriptores Proteſtantici, ex quorum confeſſionibus confirmo, quod fides Gentis Anglorum, à ſua prima conuerſione à Paganiſmo, per annos nongentos, & amplius, fuerit Romano-Catholica, ſub ſingulis Regibus, fuerit à viris doctiſſimis prædicata, à viris ſanctiſſimis culta, & inſignibus miraculis confirmata. Hæc enim omnia ita manifeſta ſunt, vt ea omnia, aut plures, aut certè aliqui ex his Proteſtanticis ſcriptoribus, fateantur, quorum confeſſio manifeſtum indicium eſt exploratæ veritatis eorumdem. Nec enim defuit his, aut ingenium, aut diligentia, aut odium contra Romano Catholicam religionem, vt ea negarent, ſi ſub quocumque plauſibili prætextu negari potuiſſent. Certè nihil aliud, niſi ipſa euidentia veritatis hanc confeſſionem ab ipſis extorſit. At ô miſerandam eorum cæcitatem, vt non videant (ſi hæc omnia vera ſunt) quòd Romano-Catholica religio vera ac diuina ſit! & ſi illa vera ſit, quòd Proteſtantica religio, inanis ac falſa; cùm ſit à Romano-Catholica in tota definitione Eccleſiæ, nempe, & in profeſſione fidei, & in communione Sacramentorum, & in Miniſtris verbi ac Sacramentorum, diuerſa; valeat hîc, quod olim dixit Moyſes, Deuter. 32. v. 31. *Non enim eſt Deus* (Religio) *noſter, vt Dij eorum, & inimici noſtri ſunt iudices.*

Ne Lector aliquis, non adeò verſatus in ſcriptis Proteſtantium, Authorem vllum Catholicum putaret eſſe Proteſtantem; aut è contra, operæ pretium viſum eſt Catholicorum Authorum, ac Proteſtantium, quos cito, hic ſeorſim Cathalogum apponere.

CATHALOGVS

AVCTORVM CATHOLICORVM, QVI HIC CITANTVR.

Sanctus Aldelmus.
Alcuinus.
Aſſerius.
Alanus Copus.
Adam Bremenſis.
Sanctus Anthoninus.
Auentinus.

Beda.
Baronius.
Bzouius.
Boſſius.
Boethius.
Belnacenſis.
Bellarminus.
BroUerus.
Broughtonus.
Baunes.
Bromptom.

Ciaconus.
Coccius.
Cranzius.
Cheſneus.
Colganus,
Caporauius.
Caſſaneus.
Conſeruius.
Cominæus.

Ethelwerdus.
Edmerus.
Ealredus.
Eginhartus.
Eudemarus.

Florentius.
Ferrarius.
Froſſardus.

Gildas.
Gulielmus Brito.
Giraldus Cambrenſis.
Genebrardus.
Gordonus.
Gernaſius Tilburienſis.

Gulielmus Pictauienſis.
Gualterus.
Gemeticenſis.
Griſius.
Gretſerus.
Gregorius Toloſanus.
Gononus.
Gernaſius Cantuarienſis.

Houedenus.
Huntingtonus.
Harpesfeldus.
Hoswitha.
Halloix.
Henriques.
Sanctus Hildelbertus.
Hagulſtadenſis.

Ingulfus.
Ioannes Diaconus.
Ioannes Maior.
Ianuil.
Ioannes Sariſburienſis.
Ioannes Magnus.
Iouius.
Ioſſelinus.

Knighton.

Laſius.
Leſleus.

Malmesburienſis.
Molanus.
Marianus Scotus.
Meneuuius.
Maileus.
Mireus.
Meyerus.

Neubrigenſis.
Nauclerus.
Neirenbergius.

Osbernus.
Otholonus.

Ordericus

Ordericus Vitalis.

Piſanus.
Pariſius.
Poſſeuinus.
Pitſeus.
Paulus Diaconus.
Petrus Bleſenſis.
Paulus Emilius.
Pennotus.
Pagius.
Platus.
Picardus.

Rainerus.
Robertus Montenſis.
Rigordus.
Radulfus.
Rouenius.
Radulfus de Diceto.
Rabanus.

Surius.
Sugerius.
Spondanus.
Sigebertus.
Serrarius.
Saxo-Grammaticus.
Suares.
Stapletonus.
Sixtus Senenſis.
Scaliger.
Stuartius.
Simeon Dunelmenſis.

Trithemius.
Thornus.
Thomas de la Mare.
Thomas Stubbeus.

Vega.
Waddingus.
Wion.
Walſingamus.
Weſtmonaſterienſis.

Yepes.

CATHALOGVS
PROTESTANTIVM SCRIPTORVM, QVI HIC CITANTVR.

ANDREAS, *pſeudo-Epiſcopus Elienſis.*
Angelocrator.
Aſcamus.

Baleus.
Bilſonus.
Bakerus.
Buchananus.
Bancroftus.
Bucanus.
Baconus.
Brushius.

Caius.
Camdenus.
Coperus.
Carion.
Caluiſius.
Chytreus.
Caſaubonus.
Couellus.
Chillingworthus.
Cocus.

Duditius.
Daniel.
Daneus.

Foxus.
Fieldus.
Friccius.
Fulcus.
Fabritius.

Hariſonus.
Hokerus.
Hornus.
Hoſpinianus.
Holinshedus.
Houſus.
Haddonus.
Iacobus Rex Angliæ.
Iuellus.
Iſacſonus.

Lambertus.
Lelandus.
Lydius.

Martinus.
Magdeburgenſes.
Montacutius.
Melanthon.
Molineus.
Maſonus.

Oſiander.

Parkerus.
Pareus.
Ponellus.
Pleſſeus.
Piſcator.
Potterus.
Puttocus.
Pantaleo.

Reuſnerus.
Rainoldus.

Stons.

Serres.
Scarpius.
Sleidanus.
Somnerus.
Simpſonus.
Szegedinus.
Seldenus.
Spelmanus.
Spedus.
Stubbeus.
Sutliffius.

Twinus.

Vſſerius,
Vbbo Emmius.
Vrbanus Regius.

Wattſus.
Whitgiſtus.
Whitakerus.
Whitus.
Willetus.
Willianus.

FLORVM
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ GENTIS ANGLORVM
LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De diſcrimine Britonum, & Anglorum, ac tempore aduentus Anglorum in Britanniam.

1. VT eà, quæ de conuerſione gentis Anglorum ad fidem Chriſti, eiuſque ſanctiſſimo Apoſtolo, S. Auguſtino Cantuarienſe, dicturi ſumus, clariùs intelligantur, ſcire oportet, duas eſſe in Angliâ diuerſas gentes, etiamnum linguâ, & ſitu locorum diſtinctas, licet iam à multo tempore ſub eodem rege, & eiſdem legibus coniunctas: nempè Britones, qui fuerunt primi Britanniæ incolæ, & modo Walli dicuntur, atque eam Angliæ regionem, quæ Hiberniam reſpicit, & Wallia appellatur, inhabitant, & Anglos, quos Britones in ſuum auxilium contrà Pictos, & Scotos ex Germaniâ aduocarunt, eodem ferè tempore quo Franci Galliam, & Gothi Hiſpaniam inuaſerunt. Ac proinde malè quidam Catholici ſcriptores, Britones, & Anglos confundunt, ac vitia ac perperam facta Britonum, non autem virtutes aut rectè facta illorum Anglis attribuunt, & peiùs, quidam Proteſtantici * ſcriptores negant Sanctum Auguſtinum primum fuiſſe, qui Chriſti fidem Anglis prædicauit, quia longè anteà, Britones eam ſuſceperant, èamque licet tandem erroribus infectam in illa Angliæ parte, quam ſub Auguſtini aduentum incolebant, retinebant. De conuerſione Britonum, eorumque Eccleſiæ antiquitate, veritate, ac celebritate, quæ primum Regem Chriſtianum Lucium, ac primum Imperatorem Chriſtianum, Conſtantinum Magnum tulit, aliis agendum relinquo: Impræſentiarum duntaxat agam de conuerſione gentis Anglorum, eiuſque eruditione, pietate, fide, ac zelo in eâ colendâ ac propagandâ. Prætereà, ſicut olim Gallia, & Hiſpania in plura regna diuiſæ erant, & modò Italia ac Germania in plures Principatus: Ita tùm antè, tùm poſt aduentum S. Auguſtini, per aliquot ſæcula, Anglia in ſeptem regna ſciſſa fuerat, nempè Gantianorum, Eſt-Saxonum, Eſt-Anglorum, Nort-Humbrorum, Mer-

* *Iuellus Parkerus, Suttlinus.*

ciorum, Auſtralium Saxonum, & Occidentalium Saxonum, qui poſtremi tandem circà annum Octingenteſimum, priora omnia regna ſubiugarunt, atque Angliam in Monarchiam redegerunt. Ex quibus regnis quatuor priora, per S. Auguſtinum, eiuſque ſocios, ad Chriſti fidem primùm perducta ſunt, reliqua per alios viros ſanctos, & Apoſtolicos. Totius autem Gentis conuerſio S. Auguſtino tribuitur, quia ille primus ac præcipuus fuit, qui illius conuerſionem inchoauit, cùm antè, neglecta ab alijs, per annos centum quinquaginta, in Paganiſmi ſordibus, ac cæcitate iacuiſſet.

2. Quod Anglo-Saxones ex Germania in Britanniam venerint, accerſiti à Britonibus, vt eos contra Scotos, & Pictos tuerentur, ſcriptores omnes conſentiunt: Quo verò Anno Domini aduenerint, non conſentiunt. Plerique aduentum illorum referunt in annum quadringenteſimum quadrageſimum nonum, vt Beda in Epitome, Malmesburienſis libro primo regum Anglorum c. 1. Huntington l. 2. & * alij. Alij in annum quadringenteſimum quinquageſimum, vt Florentius in Chronico: Alij in annum quadringenteſimum trigeſimum primum, vt Sigebertus in Chronico. Alij in annum quadringenteſimum quadrageſimum tertium, vt Marianus: Alij in annum quadringenteſimum vigeſimum octauum, vt Camden in ſua Britannia pagina 95. Vide Vſſerium de Antiq. Britan. p. 401. & ſeq. Anonymus Ninij Interpolator, apud Vſſerium in Antiquitat. Britan. p. 702. & in Indice Chronologico p. 1097. Matheus in ſuis Tropheis p. 1100. & 1102. Certè Beda in Chronico anno 409. ſcribit, quod *Roma à Gothis fracta eſt, ex quo tempore Romani in Britannia regnare ceſſarunt.* Et Conſtantius in vita. S. German. l. 1. c. 18. Beda l. 1. Hiſtoriæ c. 20. & l. de ſex ætatibus: Ado in Chronico, Huntington li. 2. alij ſcribunt quòd Sanctus Germanus in primo ſuo aduentu in Britanniam, qui fuit Anno quadringenteſimo vigeſimo nono (vt Proſper qui tunc viuebat, teſtatur) inuenit *Saxones, & Pictos iunctis viribus contrà Britones bellum gerentes:* Quod indicat Saxones ante illum annum in Britannia ſedes fixiſſe, quandoquidem ſeptem annis fideliter pro Britonibus, contra Pictos, & Scotos, pugnauerint. Et Beda ipſe l. de ſex ætatibus, ponit Anglorum ingreſſum in Britanniam ſub Anno mundi 1402. & antè ingreſſum S. Germani, prout etiam facit Huntington l. 2. & alij: Præterea tùm Anglici, tum Britannici ſcriptores omnes conſentiunt, fuiſſe Vortigernum regem Britonum, qui primus Anglos aduocauit, eumque tunc regnaſſe, quando eò primùm S. Germanus aduenit.

3. Quidam aiunt codices omnium veterum Authorum, qui aſſerunt S. Germanum inueniſſe *Saxones iunctis viribus cum Pictis contra Britones bellum gerentes*, eſſe corruptos, & pro *Saxones*, legendum, *Scotos*. Cæterùm nimis violentum eſt aſſerere, omnes antiquorum ſcriptorum codices hac vna in re eſſe corruptos, nullo prolato exemplari, quod integrum ſit. Præterea * Malmesburienſis, lib. de Antiquit. Glaſconiæ diſertè vocat Saxones, *Anglos*, nam ita ſcribit: *Anglis, Britannorum infeſtantibus pacem, & Pelagianis eorum impugnantibus fidem, S. Germanus contra vtroſque ſuppetias tulit, illos enim Alleluia cantu fudit, &c.* Quapropter alij agnoſcunt codices illos incorruptos eſſe, ſed eos contendunt intelligendos eſſe de Saxonibus, non qui iam Britanniam incolerent, ſed qui ſolerent irruptiones facere in Britanniam, veruntamen etſi negandum non ſit, Saxones ſæpiùs incurſaſſe Britanniã, antequàm à Britonibus accerſirentur, tamen cùm dicti authores non dicant Saxones vnà cum Pictis prælium iniuiſſe contrà Britones, ſed *bellum, iunctis viribus cùm Pictis, geſſiſſe* contrà Britones, atque etiam prælium, de quo loquuntur, (ex traditione Britonum) geſtum fuerit in agro * Flintenſe, vicino Hiberniæ, videntur intelligendi de Saxonibus tunc incolentibus Britanniam, æquè ac Pictis. Accedit, quòd prædicti authores aſſerant *Saxones iunctis viribus cum Pictis, bellum geſſiſſe contra Britones.* Etſi autem antequam à Britonibus accerſirentur, eos nonnunquam infeſtauerint, non tamen leguntur *Bellum geſſiſſe iunctis viribus cum Pictis* antequàm Britan. incolerent. Adde quod Galfridus l. 6. Hiſt. Britan. c. 13. & Boëtius l. 8. Hiſt. Scoticæ, apertè ponunt aduentum Sax. in Britanniam antè ingreſſum SS. Germani, & Lupi, & Leſleus 64. Hiſtor. Scoticæ

cap. 44.

Saxones omnium Germanorũ fortiſſimi Zozimus.
Harpesfeld ſæc. 7. c. 1.
Gordon in Chro. V'eſt Monaſt. An. 449.
Baronius An 446.
Proſper in Proemio ſcriptor circa an 400.
** Harpeſſ l. 1 c 20.*
Gordon Chron. an. 429.
Baronius an 429.
Camden in Brit p. 291. 158.
Secundò venit An. 435. Gordon.
Malmesb. l. 1 Reg c. 1.
VVithicindus apud Camden p. 90.
Gildas aut multo tempore.
Bed. l. 2. c. 5. & 14 & lib de ſex ætatibus.
Ethelwerd. lib 1
Malmesb. l 1 c 1.
Florentius An 446
Camden in Brit p 96.
Huntingt. l. 2.
Maior l. 2. c 3.
Hũtingt. l. 2
VVeſtmon. A 448 habet Scotos.
Vſſer. Ant. Brit. p 335
Vſſer ſup p 333 1001
Vide Camdẽ in Br p. 457 al 516. 517
Sic etiam Sigebert. An. 436
Ordericus Vitalis l 1.

c. 44. aſſerit quòd *Germanus, & Lupus in Britanniam venerint eo animo, vt Pelagianam hæreſim ſtirpitus eradicarent, Regemque Hengiſtum, & Saxones Catholicæ doctrinæ præceptis informarent*: vel vt habet Sigebertus Anno 436. *vt Chriſtianitatem, quæ ibi per ſocietatem Paganorum* (Saxonum) *corrupta fuerat reſtaurarent*. Ac Proſper Tiro apud Caniſium tomo 1. Antiq. in Chronico ſuo Anno. 15. Honorij, ita ſcribit. *Hac tempeſtate, præualetudine Romanorum, vires funditùs attenuatæ Brittanniæ.* Et Ann. 18. Theodoſij iunioris: *Britanaiæ, vſque ad hoc tempus, varijs cladibus euentibuſque laceratæ, in ditionem Saxoaum rediguntur.* Annus autem 18. Theodoſij iunioris, idem eſt cum 425. Chriſti. Giraldus etiam in deſcript. Cambriæ c. 18. ſcribit, quod S. Germanus ac Lupus, *Propter corruptionem, quæ Paganorum Saxonum irruptionibus iam irrepſerat, in Britanniam miſſi ſunt.* Quæ omnia indicant Saxones incoluiſſe Britanniam antequam S. Germanus eo adueniret.

Selden. l. 2. Anno leſt. c. 2.

4. Similiter non conſentiunt ſcriptores, vtrum Britones, an Saxones, authores fuerint belli inter eos exorti: Plerique quidem culpam conijciunt in Saxones: Malmesburienſis tamen l. 1. Regum c. 1. ait, quod Vortimerus, filius Vortigerni regis, *ad expulſionem Anglorum mentem intendit, ſimulque Patrem ad idem audendum incendit. Hoc igitur authore* (inquit ille) *poſt annos ſeptem aduentus eorum, adus fœdatum*. Et paulò poſt, eum vocat, *Incentorem belli*, Eique fauet Ethlverdus antiquus, & regij ſanguinis Author l. 1. c. 17. vbi itâ ſcribit. *Videntes* (Britones) *aſtutiam populi noui, partim timuerunt, partimque deſpectui eos habuère. Frangunt pactum, nec vltrâ ſocietatis addunt honorem, ſed potiùs ab oris expellere conantur.* Sigebertus etiam ait quòd *Britanni præcauentes, expulerunt Saxones*, Boëthus etiam l. 8. Hiſtoriæ Scot. *Vortimerus, vt ab aliquo egregio facinore regnum auſpicaretur, Saxones ſtatuit graui bello adoriri.* Fortè, Saxones, primi occaſionem belli dederunt, & Britones, primi bellum intulerunt. Veruntamen quiâ hæc diſcutere, parùm ad propoſitum meum facit, ea in medio relinquam. Hoc certè conſtat, quòd, quocunque Anno Domini, Angli in Britanniam venerint, & quicunque fuerint authores belli inter ipſos, & Britones, Angli in Britannia permanſerint centum quinquaginta plus minùs annos immerſi in tenebris Paganiſmi, recuſantibus Britannicis ſacerdotibus, & alijs (vt ex S. Gregorio magno mox referemus) *è vicino negligentibus*, eis viam ſalutis prædicare.

Vortimerus author, & incentor belli.

Britones frangunt pactum

Vide Stowm in Annalibus p. 13.

Beda. l. 1. c. 3.

Hunting. l. 3.

CAPVT SECVNDVM.

QVÆ FVERIT PRIMA OCCASIO, ET QVIS Author Conuerſionis Anglorum ad fidem Chriſti.

1. PRIMA occaſio conuerſionis Anglorum à Paganiſmo hæc fuit, quam verbis venerabilis *Bedæ l. 2. c. 1.* referam: *Nec prætereunda eſt opinio quæ de B. Gregorio ad nos vſque perlata eſt, quâ videlicet ex cauſâ admonitus, tàm ſedulam ergâ ſalutem noſtræ gentis curam geſſerit. Dicunt quia die quadam cum aduenientibus nuper mercatoribus, multa venalia in forum* (Romanum) *fuiſſent collata, multique ad emendum confluxiſſent, & ipſum Gregorium inter alios aduenisse, ac vidiſſe inter alia, pueros venales poſitos, candidi corporis, ac venuſti vultus; quos cùm aſpiceret, interrogauit, vt aiunt, de quà regione vel terra eſſent allati, dictumque eſt, quòd de Britanniæ inſula, cuius incolæ tales eſſent aſpectu: Rursùm interrogauit, vtrùm ijdem Inſulani, Chriſtiani, an Pagani adhuc erroribus eſſent implicati: dictumque eſt, quòd eſſent Pagani. At ille intimo ex corde longa trahens ſuſpiria, Heu proh dolor, quòd tàm lucidi vultus homines, tenebrarum author poſſidet, tantaque gratiâ frontis conſpicui, mentem ab æternâ gratiâ vacuam geſtant. Accedenſque ad Pontificem Romanæ & Apoſtolicæ ſedis* (nondùm enim erat ipſe Pontifex factus) *rogauit, vt genti Anglorum in Britanniam, aliquos verbi miniſtros, per quos ad Chriſtum conuerteretur, mitteret, ſeipſum paratum eſſe in hoc opus, Domino cooperante, perficiendum, ſi tamen Apoſtolico Papæ vt hoc fieret, placeret. Quod dùm perficere non poſſet, quia etſi Pontifex concedere illi quod petierat, voluit, non tamen ciues Romani, vt tàm longè ab*

Prima occaſio conuerſionis Anglorum. Ex quo cauſa.

vrbe ſecederet, potuêre permittere. Mox vt ipſe Pontificatus officio functus eſt, perfecit opus diù deſideratum, alios quidem prædicatores mittens, ſed ipſe prædicationem, vt fructificaret, ſuis exhortationibus ac precibus adiuuans: Hæc Beda de primâ cauſa ſeu occaſione conuerſionis Anglorum: Eademque habet Ioannes Diaconus in vita Gregorij l. 1. c. 21. Ethelwerdus l. 2. c. Malmesbur. l. 1. Regum c. 3 Huntington l. 3. Polidorus l. 4. Crantius l. 1. Saxoniæ c. 22. Florentius Ann. 559. Harpesfeld. ſect. 7. l. 2. Author vitæ S. Gregorij apud Caniſium tom. 6. Baronius Ann. 595. Capgrauius in vita S. Auguſtini, & alij omnes, tam externi quàm domeſtici. Et ex Proteſtantibus Camden in ſuâ Britan. p. 97. & in Reſiduis p. 13. & 159. Spedus in Hiſtoria l. 7. ca. 18. Holinshed l. 5. hiſtoriæ 19. qui addit *Hoc tradi à plurimis ſcriptoribus. Godwinus*, in Conuerſione Britanniæ c. 4. itâ ſcibit: *Quem* (Gregorium) *ſuo tempore excitauit Deus ad verum Numinis cultum hîc reſtituendum: eius rei occaſionem narrabit pro me verbis ſuis Ioannes Diaconus*, ac recitat verba Ioannis Diaconi de pueris Anglis Romæ venûm expoſitis. Selden in Analecto l. 2. c. 2. *Venalibus quibuſdam Anglorum* Romam allatis, Gregorius Chriſtiani nominis amore propagandi excitus, gentiſque pulcherrima ſpecie commotus, ad diuina ſemina noſtris interſerenda animum deſtinabat. Magdeburgenſes etiam Gent. 6. c. 10. col. 677. *Cum mercatore aliquandò collocutus* (Gregorius) *qui ex Anglia eò venerat humana mancipia vendituris, cùm intellexiſſet eam regionem adhuc Paganiſmo implicatam teneri, ſingulari zelo ſe itineri accinxit vt eandem gentem conuerteret.* Eadem habent Stous in Chron. Foxus in Actis ſuis p. 104. Houſus p. 72. & alij Proteſtantes.

Maior l. 2. c 9. Idem fatentur Proteſt.

Occaſio conuerſionis Anglorum.

Vnde commotus S. Gregorius.

2. Parkerus tamen Superintendens Cantuarienſis in Antiq. Brit. p. 14. & 36. nè fateretur primam originem conuerſionis ſuæ gentis, fluxiſſe à commiſeratione Pontificis Romani erga Anglos, negat hanc fuiſſe cauſam legationis Auguſtini in Angliam, ſed eam totam aſcribit deſiderio ipſorum Anglorum, quia Gregorius l. 5. Epiſt. 58. inquit: *Peruenit ad nos, Anglorum gentem ad fidem Chriſtianam, Deo miſerante deſideranter velle conuerti, ſed ſacerdotes, qui in vicino ſunt, negligere: ob hoc igitur Auguſtinum præſentium portitorem præuidimus illuc dirigendum.* Atqui nihil impedit, quò minùs primò excitatus fuerit S. Gregorius ex aſpectu prædictorum puerorum Anglorum, ad eorum gentis conuerſionem procurandam, quòd poſteà magis animatus erat ex eorum deſiderio ſuſcipiendi fidem Chriſti. Neque ipſe in verbis citatis, ait, ſe ad illud primò excitatum ex illorum deſiderio. Magis autem intolerandum eſt, quod idem Parkerus habet ibid: p. 8. *Permultos reges Anglosaxones in Chriſtiana fide inſtituros, non ab Auguſtino aut eius ſucceſſoribus, ſed ante aduentum illorum, exiſtimandum eſt.* Quibus addit p. 35. *Beda, qui nihil homini* (Auguſtino) *detraxit, enumeratis quæ fecit ac inſtituit, cæteris, de prædicatione ſuâ ne verbum quidem facit.*

3. Quoniam autem non ſolus Parkerus, ſed etiam Iuellus in denfenſione Apologiæ ſuæ parte 1. c. 2. diuiſione. 2. Sutcliuius in ſuâ ſubuerſione c. 3. Maſonus l. 2. de conſecrat. Epiſcoporum 4. Whitus in ſuâ viâ ad Eccleſiam p. 355. & quidam alij ingrati Proteſtantes Angli, negant S. Auguſtinum Cantuarienſem, fuiſſe primum, qui fidem Chriſti Anglis prædicauit, imò Parkerus loc. cit. p. 48. audet ſcribere, *Pontificios ex quibuſcunque, ſine authoritate aut delectu, authoribus, Chriſtianam religionem in Angliâ inſtitutam, aut reſtitutam, Auguſtino ſuo totam tribuere: & Foxus in actis ſuis l. 2. p. 95. negat nos probare poſſe, quòd Anglia tempore Auguſtini, fidem receperit*, ac Angelocrator in vita S. Greg. *mentiuntur quidam adulatores Pontificij, quod Angliam ad Chriſtianam religionem ab Ethnicismo conuerterit*, Omni genere teſtimoniorum, & Chriſtianorum, & Paganorum: Catholicorum, & Proteſtantium: domeſticorum, & externorum: eiuſdem & ſequentium temporum: imò non tantum humano, ſed etiam diuino teſtimonio oſtendam, Auguſtinum ac ſocios ſuos, primos fuiſſe, qui Chriſti fidem genti Anglorum prædicarunt. Dixi, *genti Anglorum*, quia non negauerim, vnum aut alterum Anglum aut certe pauciſſimos Anglos, conuerti potuiſſe ad Chriſti fidem ante aduentum S. Auguſtini, prout de S. Richardo Anglo Epiſcopo Andrienſi in Italia legitur, qui vixiſſe ſcribitur circa annum 500. & de quo fit mentio in Martyrologio Romano, aucto

S. Richardus Anglus anno 500.

per

per Vrbanum octauum, die Septimo Iunij, & apud Bzouium anno 495. ac Ferrarium in Cathalogo Sanctorum 9. Iunij, & 21. Auguſti. Ex illius temporis teſtibus, primus ſit S. Gregorius, qui in ipſâ Epiſtolâ, & ipſis etiam verbis à Parkero ſupra citatis, inquit: *Peruenit ad nos, Anglorum gentem ad fidem Chriſtianam deſideranter velle conuerti.* Nondùm ergò erant conuerſi ad fidem Chriſtianam, & l. 7. Epiſtola 30. ad Eulogium Patriarcham Alexandrinum: *Dùm gens Anglorum, in mundi angulo poſita, in cultu lignorum ac lapidum nunc vſque remaneret, ex veſtræ mihi orationis adiutorio placuit, vt ad eam Monaſterij mei Monachum in prædicatione transmittere, Deo authore, debuiſſem.* En iterum, vt gens Anglorum, vſque ad Auguſtini miſſionem, in cultu lignorum ac lapidum permanſit. Et Epiſtola 15. l. 12. ad Auguſtinum, quam recitat Beda l. 1. c. 29. *Quia noua Anglorum Eccleſia, ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & te laborante, perducta eſt, vſum tibi Pallij concedimus.* En Eccleſiam Anglorum, ad Dei gratiam, laborante Auguſtino, perductam, eumque ob illud Pallio remuneratum: Et l. 9. Epiſt. 58. ad eundem. *Quis ſufficiat narrare, quanta lætitia in omnium corde Fidelium fuerit exorta, quòd gens Anglorum, operante Dei gratiâ, & tuâ fraternitate laborante, expulſis errorum tenebris, ſanctæ fidei luce perfuſa eſt.* Vides, vt (teſte S. Gregorio) omnes illius temporis Fideles, agnoſcebant gentem Anglorum per labores S. Auguſtini, expulſis erroribus, fidei luce perfuſam eſſe: vt infideles meritò cenſendi ſint, qui id negauerint. Idem ſcribit l. 9. Epiſt. 52. & 59. & apud Bedam l. 1. c. 27. 29. 30. 31. 32. ſed verba eius non refero, nè tædio ſim lectori. Quam etiam ob cauſam omittam teſtimonia ſequentium Pontificum, Bonifacij, Honorij, Vitaliani, Sergij, Gregorij, Formoſi, quæ curioſus Lector videre poterit apud Malmesbur. l. 2. Pontificum, itemque S. Agathonis Papæ, apud Spelmanum in Concilijs Angliæ. p. 158. Proximi S. Gregorio erunt tres eius diſcipuli, ac S. Auguſtini ſocij, nempè Laurentius, Mellitus, Iuſtus, qui in publicis ſuis literis ad Scotos apud Bedam l. 2. c. 4. ſcribunt, ſe, cum ad Anglos mitterentur, miſſos eſſe ad Paganos: *Dùm nos* (inquiunt) *ſedes Apoſtolica, more ſuo, ſicut in vniuerſo orbe terrarum, in his occiduis partibus ad prædicandum Gentibus Paganis dirigeret &c.* En S. Auguſtini ſocios miſſos ad Anglos adhuc Paganos. His adiungam Mercatores, qui pueros Anglos Romæ venundabant. Nam interrogati à S. Gregorio, *verùm ijdem Inſulani* (Angli) *Chriſtiani, an Paganis adhuc erroribus eſſent implicati,* reſponderunt, quod *eſſent Pagani.* Atque hi quidem teſtes externi erant, ſed qui, quænam eſſet Anglorum tunc temporis religio, ignari eſſe non poterant.

S. Gregorius.
Omnes fideles agnoſcebant S. Auguſt. conuertiſſe Anglos.
Socij S. Auguſtini.
Mercatores.
Ioa. Diacon. l. 1. c. 21. in vita S. Greg.

4. Ex Anglis ipſis, qui eo tempore viuebant, primum teſtimonium ferant pueri illi, quos S. Gregorius Romæ venales vidit, qui interrogati ab ipſo (ait Ethelwerdus li. 2. ca. 1.) *num Chriſticolæ eſſent? minimè Chriſtiani,* (inquiunt) *& necdum aliquis in hoc nobis aperuit aures.* Idemque habet Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij: Audis pueros Anglos negantes ſe Chriſtianos, aut quenquam eatenùs eis Chriſti fidem prædicaſſe: aut ſi fidem pueris nolis adhibere, audi S. Ethelbertum, potentiſſimum tunc temporis Anglorum Regem, qui cùm *S. Auguſtinus verbum vitæ* (ait Beda l. 1. c. 25.) *ei cum omnibus, qui aderant, comitibus prædicaret,* reſpondit, *Pulchra quidem ſunt verba, & promiſſa, quæ affertis; ſed quia noua ſunt, & incerta, non his poſſum aſſenſum tribuere, relictis eis, quæ tanto tempore, cùm omni Anglorum gente ſeruaui.* Audis potentiſſimum tunc temporis Angliæ Regem, profitentem, ſe, vſque ad Sancti Auguſtini aduentum, *cùm omni gente Anglorum,* Paganum fuiſſe, ac verba vitæ ab Auguſtino annunciata, *noua & incerta* iudicantem. An Rex iſte, Author ſine delectu aut authoritate, tibi videtur? Aut ſi iſte tibi non ſufficiat, accedat alius Rex Ethelberto potentior, vtpotè totius Angliæ Rex, S. Eduinus; Hic, cùm Paulinus, Auguſtini ſocius, Chriſti fidem ei annunciaret, *Habito,* (inquit Beda l. 2. c. 13.) *cum ſapientibus conſilio, ſciſcitabatur ſingulatim ab omnibus, qualis ſibi hæc doctrina eatenùs inaudita, & nouus diuinitatis, qui prædicabatur, cultus videbatur?* En vt doctrina Chriſti, & cultus ipſius fuerat Eduino & ſapientibus eius, eatenus inauditus. Nec contenti Angli, qui eo tempore viuebant, verbis hoc profiteri, id ipſum S. Auguſtini tumulo ita inſculpſerunt: * *Hic requieſcit Domnus Auguſtinus, Doruernenſis Epiſcopus primus,*

apud Cantuarienſium … Anglis.
S. Ethelbertus Rex.
Malmesbur. l. 1. Reg. c. 1.
S. Eduinus Rex.
Epitaphium S. Auguſtini.
† Beda. l. 2.

3. Hunting. l. 2. Camden in Reſiduis. Spelman in Concil p. 93. Parker. et Auguſtino Godwin in eodem.

quі olim huc à B. Gregorio Romanæ Vrbis Pontifice directus, & à Deo, operatione miraculorum, ſuffultus; Ethelbertum Regem, & gentem illius ab Idolorum cultu, ad fidem Chriſti perduxit. Idemque profeſſi ſunt Romani hac inſcriptione tumuli S. Grego. * *Ad Chriſtum Anglos conuertit pietate magiſtra, acquirens fidei agmina gente noua.* Aut ſi nullum teſtimonium humanum audire ſuſtines, audi ſaltem diuinum. Refert enim Beda l. 2. c. 12. cæleſtem quendam ſpiritum prædicto regi Eduino, adhuc Pagano, apparuiſſe, qui ei tùm cordis ſui ſecreta, tum multa poſteà futura certiſſimè prædixit, qui cùm ei ſuaderet fidem Chriſti amplecti, vocat illud *Conſilium ſalutis ac vitæ, melius atque vtilius, quàm aliquis de ſuis parentibus aut cognatis vnquam audiuit.* Atque hoc Godwinus ipſe in vita S. Paulini vocat * *Oraculum cæleſte.* Teſtimonio igitur cæleſtis oraculi, nullus parentum, aut cognatorum Eduini Regis, audiuerat conſilium de amplectenda fide Chriſti ante aduentum Sancti Auguſtini.

† Beda l. 2. c. 1. Hunting. l. 3. Magdeſburg Cent. 6. c. 10. Ioan. Dixon l. 4. c. 68. Cæleſte oraculum. Sic Foxus p. 109. Holinshed. l. 6. c. 25. Weuer p. 310. S. Aldelmus.

5. Ex Anglis, qui non multò poſt S. Auguſtinum floruerunt, primus ſit S. Aldelmus, qui obiit anno 709. adeóque vixit eodem ſæculo, quo S. Auguſtinus. Hic igitur lib. de Virginitate c. 7. ita teſtatur de S. Gregorio, qui S. Auguſtinum in Angliam miſit: *Gregorius ſedis Apoſtolicæ Præſul, à quo rudimenta fidei, & Baptiſmi Sacramenta ſuſcepimus.* Et cap. 23. *Præceptor & Pædagogus noſter Gregorius.* Et cap. 28. *Gregorius Pædagogus noſter, qui noſtris parentibus errorem tetræ Gentilitatis abſtulit, & Regenerationis gratiæ normam tradidit.* S. * Bonifacius Anglus, Primus Archiepiſcopus Moguntinus, & Coepiſcopi eius, in Epiſtola ad Ethelbaldum regem an. 745. *S. Gregorius, ab Apoſtolica ſede miſſis prædicatoribus Catholicæ fidei, gentem Anglorum ad Deum verum conuertit.* Beda l. 2. c. 1. *Quod noſtram gentem, eatenus Idolis mancipatam* (Gregorius) *Chriſti fecit Eccleſiam, ita vt Apoſtolicum illum de eo liceat proferre ſermonem, quia etſi alijs non eſt Apoſtolus, ſed tamen nobis eſt: Nam ſignaculum Apoſtolatus eius nos ſumus in Domino.* Ibid. *Gregorius noſtram, id eſt, Anglorum gentem de poteſtate ſatanæ, ad fidem Chriſti, ſuâ induſtriâ conuertit.* Item. *Noſtram gentem per Prædicatores, quos huc direxit, de dentibus antiqui hoſtis eripiens, æternæ libertatis fecit eſſe participes, cuius fidei & ſaluti congaudens, quamque digna laude commendans, ipſe dicit in expoſitione libri B. * Iob: Ecce lingua Britanniæ quæ nihil aliud nouerat, quam barbarum frendere, iamdudum in diuinis laudibus Hebræum cœpit Alleluia reſonare.* Idem teſtatur præfatione, in l. de ſex ætatibus, & alibi. Et ad confuſionem Parkeri, qui aſſerit p. 35. Bedam, *ne verbum facere de prædicatione S. Auguſtini,* li. 1. ca. 25. ait, quòd Auguſtinus & ſocij, *verbum vitæ Ethelberto, vnà cum omnibus, qui aderant, eius comitibus, prædicabant.* Et c. 26. quòd *verbum vitæ, quibus poterant prædicabant.* Et quo modo Ethelbertus ac populus eius credidiſſent ſine prædicante, Alcuinus Caroli magni magiſter, apud Malmesburiens. l. 1. Regum ca. 4. vocat S. Auguſtinum. *Primum Doctorem noſtrum, & Cantuariam primam fidei ſedem.* Kenulfus Merciorum Rex, qui intrâ ducentos ab Auguſtino annos floruit, literis ſcriptis ad Leonem Papam tertium, & ſuo, & ſuorum Epiſcoporum, Ducum, Comitum, & totius Nobilitatis nomine, apud Malmesbur l. 1. Regum c. 4. profitetur, quod *Româ, nobis fidei veritas innotuit,* quodque *Romana ſedes gentem ſuam rudimentis fidei imbuit.* Et quòd *Auguſtinus verbum Dei genti Anglorum miniſtrabat, & his partibus fidei veritatem inſeruit.* In Synodo Cloueshoenſe ſub Cutberto Archiepiſcopo præſente rege Ethebaldo habita An. 747. dicitur. *Auguſtinus Genti Anglorum miſſus à Papa & patre noſtro Gregorio, ſcientiam fidei, Baptiſmi Sacramentum, & cæleſtis patriæ notitiam primus adduxit. Nomen eiuſdem B. Patris, & Doctoris noſtri Auguſtini, in Litaniæ decantatione, poſt S. Gregorij vocationem, ſemper dicatur.* Et in aliâ Synodo ibid. celebrata An. 803. ſub Athelardo Archiepiſcopo: *Dorobermiæ, primùm in hac Inſula, Catholica fides emicuit, & à S. Auguſtino ſacrum Baptiſmum celebratum eſt, & Euangelium Chriſti prædicatum:* Et in Concilio Pan-Anglico celebrato Ann. 833. ſub Egberto Rege Occidentalium Saxonum, & With-laſio Merciorum, S. Auguſtinus dicitur Doctor *& Apoſtolus noſtræ Gentis.* Idemque ſemper profeſſa eſt Catholica Eccleſia Anglicana, vt patet ex oratione ſuâ in feſto S. Auguſtini: mitto alios tam domeſticos, quàm externos, ne in re tam manifeſta faſtidio ſim Lectori.

* Bonifacius Spelman Concil an. 745. Madeburg. Cent. 8. Beda. Vide Ioan. † Diac. l. 4. Ammo. l. 3. c. 74. vide l. 27. Moral. c. 8. Alcuinus. Kenulf Rex. Spelman. Concil. Spelman. in Conc. p. 339. At ſalo ſarum.

6. Ad

6. Ad maiorem autem confuſionem eorum Proteſtantium, qui hanc tam euidentem veritatem inficiantur, afferam confeſſiones ſuorum Synmiſtarum. Camdenus in ſuâ Britanniâ p. 104. l. 97. *Auguſtinus, quem vulgò Anglorum Apoſtolum dicunt, huc miſſus à Gregorio magno, ſublatis Ethnicæ impietatis portentis, fœliciſſimo ſucceſſu in Anglorum animis Chriſtum inſerendo, ad Chriſtianam fidem conuertit.* P. 178. al. 155. *Cerne Monaſterium ædificauit Auguſtinus, ille Anglorum Apoſtolus,* p. 170. *cùm Heil, Gentilium Saxonum Idolum, comminuiſſet, ſuperſtitionumque tenebras fugaſſet.* p. 515. al. 436. *Ad quam, Auguſtinus Anglorum Apoſtolus, & Britannici Epiſcopi, conuenerunt.* Et in ſuis Reſiduis p. 364. *Auguſtinus primus prædicauit Chriſtum genti Anglorum.* Baleus Cent. 1. c. 73. *Ethelbertus omnium Anglorum primus, à Gregorio primo Romano Pontifice, Romanæ religionis dogmata per Auguſtinum recepit.* Et Cent. 14. c. 1. *Auguſtinus à Gregorio primo ad Angloſaxones, Papiſticis traditionibus initiandos, Apoſtolus primus mittitur.* Vſſerius in Antiq. Britan. c. 14. p. 577. *Quo modo verò, & hi* (Angli) *tandem operâ Gregorij magni, & Auguſtini minoris Chriſtianæ religionis profeſſionem ſuſceperint, itâ copiosè in Eccleſiaſtica ſua gentis historia, à Beda eſt explanatum, vt eandem telam denuò texere, operis futurum ſit planè ſuperuacanei.* Foxus in Actis ſuis p. 104. *Anno 598. Auguſtinus miſſus à Gregorio, venit in Angliam: occaſio mittendi eum hæc erat:* Et refert hiſtoriam puerorum Anglorum ex Beda & alijs: Ibidem *Regnante Ethelberto, fides Chriſti primùm recepta eſt ab Anglis, mediante Gregorio Epiſcopo Romano.* Et l. 2. & 4. *Saxones, deuictâ Britanniâ, ſeipſos in ſeptem regna diuiſerunt, & cùm eſſent Infideles ac Pagani, tales permanſerunt vſque ad tempus, quo Gregorius, cùm eſſet Pontifex Romanus, miſit Auguſtinum ad prædicandum illis.* Holinshed in ſuâ Hiſtoria Angliæ li. 5. ca. 14. *Gregorius miſit Auguſtinum ad imbuendos Anglos in fide Chriſti, quam eatenus non receperant.* Goduuinus in Conuerſione Britanniæ c. 4. *Gregorium ſuo tempore excitauit Deus ad verum Numinis cultum hic reſtituendum.* Et in vita S. Paulini: *Poſtquàm rerum hic potiti Saxones, veteres Incolas in eam Inſulæ partem, quæ Cambria, & Wallia hodiè nuncupata eſt, pepuliſſent, reliqua certè Anglia erroris, & ſuperſtitionis tenebris immerſa iacuit ad Auguſtini vſque aduentum.* Et in Epiſtola dedicat. ad Regem Iacobum. *Etſi Romam, matrem & fontem religionis noſtræ fateamur, & Romæ ortam ad nos eam promanaſſe: qui tamen, &c.* Morton in ſua Prouocatione l. 1. cap. 5. ſect. 4. *S. Gregorius conuertit gentem noſtram Anglicam ad fidem Chriſti.* Et c. 8. ait quod, *Primus nos conuertit.* Fulkus in confutat. Rupis Sanderi p. 561. *Laudandus eſt zelus Gregorij primi, quòd miſerit Auguſtinum ad conuertendos Saxones ad fidem Chriſti.* Weuerus in ſuis monumentis funebribus p. 197. *Chriſtiana religio iterùm accenſa fuit per glorioſos radios religioſæ lucis, per Auguſtinum, & Cooperatores ſuos in vineâ Domini.* Imò ipſe Iuellus art. 3. diuiſ. 5. c. 21. *Auguſtinus gentem Anglorum ab vitæ craſsâ Idololatriâ abduxit.* Item Parkerus ipſe in vitâ Auguſtini: *mittitur in Angliam Auguſtinus à Gregorio Pontifice Romano, vt collapſam iam, & penitùs deletam in eâ Inſulæ parte, quam Angli occupauerant, Chriſti religionem, inſtauraret.* Idem agnoſcunt Stous in Chron. Ann. 596. Daniel l. 1. p. 25. Foxus l. 4. Actorum. Coperus. Ann. 599. & alij Proteſtantes Angli. Ex exteris itâ Madeburgenſes Cent. 6. c. 3. *Miſſus eſt Auguſtinus à Gregorio in Britanniam, vt Anglis verbum Dei prædicaret, qui Paganâ ſuperſtitione cæcati, in illâ Inſulæ parte, quam habebant, totam deleuerant Chriſtianitatem.* Chytreus lib. 5. Hiſtoriæ Ann. 1502. *Auguſtinus primus religionis Chriſtianæ in Anglia Inſtaurator.* Vbbo Emmius l. 3. rerum Friſicarum *ad eum vſque diem* (Aduentus Auguſtini) *tota Gens* (Anglorum) *in Paganiſmo permanſerat.*

Proteſtantes agnoſcunt S. Aug. primum prædicaſſe Anglis. Camden. — *Baleus* — *Vſſerius* — *Foxus.* — *Holinshed* — *Goduuinus.* — *Roma fons & mater religionis Anglorum. Morton. Fulcus.* — *VVeuerus vide eum p. 711. Iuellus* — *Parkerus. Penitus deleta illy religio l. 6. iuſti p. 547. Iſaacſon in Planeat. Magdeburgenſes. Tota deletà ſit illyr p. 0. iſt.*

7. Atque hinc eſt, quòd S. Auguſtinus vocatur ab Ethelberto Rege, *genitor ſuus per Euangelium, & Apoſtolus*, in diplomate ſuo apud Thornum de Abbatibus S. Auguſtini §. 8. & Apoſtolus Anglorum, non ſolùm à Catholicis, vt Honorio 1. apud Bedam l. 2. c. 17. Alexandro 2. Papa apud Spelman. in Concilijs p. 118. à Withlaſio rege apud Ingulfum in ſuâ Hiſtoria Croiland. p. 858. Edgaro Rege apud Weuer in Mon. p. 240. Malmerburienſ. l. 1. Regum c. 2. 3. Regum p. 130. l. 4. c. 1. Ioanne Sallsburienſi Epiſt. 272. Weſtmonaſterienſi, Anno 948. Polidoro l. 4. & alijs Catholicis: ſed etiam ab ipſis Proteſtantibus, vt à Camdeno l. citato Spelmano in Conc. p. 336. Seldeno in Analectis l. 2. c. 21. Godwino in vitâ

Auguſtini Anglicè ſcriptâ, & in Actis Henrici octaui Anno 1538, Holinſhedo l. 6. c. 21, Spedo in deſcript. Britan. c. 9. & 26. Pouello in Itinerario Cambriæ l. 2. c. 4. à Baleo Cent. 14. c. 13. Imo Goduinus in præfat. libri de Epiſcopis Angliæ, & Camdenus p. 104. citata fatentur, quòd *vulgo dicitur Anglorum Apoſtolus.* Nec grauatè ferre deberent Proteſtantes titulum *Apoſtoli Anglorum* tribui S. Auguſtino, quandoquidem Baleus Cent. 8. c. 72. vocet Tindallum *Nouellum Chriſti Apoſtolum*: Et c. 83. Ioannem Rogerſium, ac c. 75. Lutherum, *verum Dei Apoſtolum* & c. 84. Latimerum *Sanctiſſimum Dei Apoſtolum, & c.* 85. *Indubitatum Dei Apoſtolum.* Eundemque Ridleius apud Foxum in Actis ſuis p. 1570. nuncupat *Gentis Anglicanæ verum Apoſtolum.* Caluinus etiam 4. Inſt. c. 3. § 5. aſſerit, quod *omnes verbi Miniſtri Eccleſiaſtici, qui à Domino mittuntur, ritè Apoſtoli poſſunt vocari.* Et ibid. § 4. *Noſtro tempore, excitauit Deus Apoſtolos, aut ſaltem Euangeliſtas.* Lutherus li. contrà ordinem Epiſcoporum to. 2. vocat ſe *Euangeliſtam.* Ac Bucerus & alij, eundem vocant *Apoſtolum.* Modò videamus, quid contrà hanc teſtatiſſimam, & euidentiſſimam, & ab ipſis Proteſtantibus agnitam veritatem, aliqui eorum objiciant.

Iuel. Defenſ Apol. c. 2. d. 2. Humfredus ad Rat. 5. VVhitaker l. 5. cõt Durenm ſec. 15. Goduin Epiſ Wigorn n. 70. Pag. 648.

CAPVT TERTIVM.

REFELLVNTVR OBIECTIONES, QVIBVS quidam Proteſtantes contendunt S. Auguſtinum Cantuarienſem non fuiſſe primum, qui prædicauit Anglis.

1. PARKERVS in ſuis Antiquit. Brit. p. 8. aſſerit *Permultos reges Angloſaxones in Chriſtianâ fide inſtitutos antè aduentum Auguſtini*: Idque probat, quia Munſterus refert Anno Domini 601. veniſſe ex Angliâ Offonem regio ſtemmate natum, qui Monaſterium Scuterenſe in Germania fundauit, & quia Beda ait, quod *toto tempore, quo Edwinus regnauit, filij Ethelfridi, qui antè eum regnauerat, apud Scotos exulabant, ac fidem Chriſti ac Baptiſmum ſuſceperunt.* Cæterùm, nec Offo exiuit ex Angliâ antè ingreſſum S. Auguſtini, ſed ſex ad minus annis poſt, ſi exiuerit Anno 603. vt ex Munſtero refert Spelman. in Concilijs Angliæ p. 126. vbi addit: *Videtur hic Offo, quiſpiam fuiſſe è conuerſis Saxonibus, quibus iam ſexennio penè Euangelium prædicauerat Auguſtinus Britanniam ingreſſus ſub Anno 597.* Ac Godocus Coccius in vita Dagoberti Regijs c. 8. disertè ait, hunc Offonem conuerſum eſſe à S. Auguſtino & ſocijs eius. Adde, quòd Baleus Cent. 13. c. 52. itâ loquitur: *vixiſſe circà Annum 650. (Offo) à Pantaleone ſcribitur.* Imò Lazius l. 9. de Marcomannis p. 644. ait hunc Offo ſeu Offonem, fuiſſe Filium Segheri, & comitem Camoenredi Reg. qui Romam profecti ſunt Anno Domini 709. vt habet Beda in Epitome, nempe centum annis poſt S. Auguſtini obitum. Nec Beda ait, filios Ethelfridi profugiſſe in Scotiam antè regnum Edwini, quod cœpit Anno Domini 616. vt tradit Florentius, & manifeſtè colligitur ex Beda l. 1. c. 34. & l. 2. c. 14. hoc eſt, 20. annis poſt S. Auguſtini ingreſſum in Angliam.

Offo conuerſus ab Aug.

2. Sutcliſius in ſuâ ſubuerſione c. 3. objicit quòd aliqui Britones Chriſtiani viuebant inter Anglos, & quòd rex Ethelbertus habebat Bertam coniugem quam comitabatur Epiſcopus Lutardus: quapropter veriſimile eſt, Anglos habuiſſe notitiam fidei Chriſtianæ ante aduentum S. Auguſtini: Cæterùm non probat vixiſſe vllos Chriſtianos Britones inter Anglos: & Parkerus ipſe in Antiq. Brit. in vitâ S. Auguſtini aſſerit, quod *Angli in eâ Inſulæ parte, quam occupauerant, penitùs* * *deleuerant Chriſti religionem*: Godwinus etiam in Conuerſ. Brit. c. 4. *Chriſtiana religio in noſtrâ Angliâ exciſa penitùs & deleta eſt, niſi quatenus à Britannorum veterum reliquijs, Walliam, Cornubiamque incolentibus, retenta eſt.* Et in Archiepiſcopis Eboracenſibus n. 1. *Poſtquam rerum hic potiti Saxones, veteres incolas in eam inſulæ partem, quæ hic Cambria & Wallia hodie nuncupata eſt pepuliſſent, reliqua certe Anglia, erroris & ſuperſtitionis*

*Goduin de Conuerſ. Brit. c. 4. † Vide Vſſer. de Antiq Brit. c. 14. p. 576. * VVeuer in monumentis p. 61. † VVeſtmon. A. 596. Crantius Metrop l. 2. c. 2. ſet 6. Galfridus l. 11. c. 12.*

ſuperſtitionis tenebris immerſa iacuit ad Auguſtini vſque aduentum. Idemque aſſerunt alij citati ſupra c. 2. ſect. 6. Et vtcunque fuerint aliqui Britones Chriſtiani inter Anglos, certè non alia vixerunt conditione, quàm modò Chriſtiani captiui inter Turcas, vt liquet ex his verbis Bedæ l. 1. c. 15. *Alij fame confecti procedentes, manus hoſtibus dabant pro accipiendis alimentorum ſubſidijs, æternum ſubituri ſeruitium, ſi tamen non continuò trucidarentur.* Notitiam igitur habere potuerunt Angli de fide Chriſtianâ, ſed qualem modò habent Turcæ, ſinè vllâ acceptatione, aut approbatione eiuſdem. Et quod ad Britannicos Sacerdotes ſpectat, conſtat eos ob odium quo flagrabant in Anglos, adeo abhorruiſſe à prædicandâ illis Chriſti fide, vt nullis vel precibus S. Auguſtini, vel minacibus eius vaticinijs induci potuerint ad illud præſtandum: ſed Anglos (ait Parker p. 35.) *vt indignos Chriſtianæ communione deſeruerunt.* Imo Bœthius l. 9. Hiſtoriæ Scotorum, & Baleus Cent. 1. ſcriptorum, c. 7. ſcribunt, quòd Angli aſpernabantur dogmata Britannorum. [b] Beda l. 2. c. 2 Parker in vita S. Auguſt

3. Quod ad Ethelberti coniugem ſpectat, erat illa, non Angla, ſed Galla, atque ante S. Auguſtini aduentum, neglexerat viro ſuo Chriſti fidem ſuadere, vt liquet tum ex his verbis S. Gregorij ad ipſam, l. 9. Epiſt. 59. *Et quidem iamdudùm glorioſi filij noſtri, coniugis veſtri, animos prudentiæ veſtræ bono debuiſtis inflectere,* & ibidē: *Agite, vt diuina gratia cooperante, cum augmento poſſitis, quod neglectum eſt, reparare:* tùm etiàm ex verbis Ethelberti ad ipſum Auguſtinum [c] ſuprà relatis, quibus ait verba Auguſtini ad ipſum de fide Chriſti ſuſcipiendâ, fuiſſe *noua*: Noua autem non fuiſſent ſi priùs fuiſſent à Bertâ aut Lutardo inculcata. [c] c. 2. ſec. 4. Lutardus autem nec miſſus eſt ad prædicandum Anglis, (& quomodo prædicaret, niſi mitteretur?) ſed tantùm ad conſeruandum Bertam in fide Chriſti, neque legitur illis prædicaſſe: Non tamen negauerim, vel Bertam, ſaltem poſt S. Auguſtini acceſſum, Ethelbertum ad auſcultandum Auguſtino, eiuſque doctrinam amplectendum, hortatam eſſe, vel *Lutardum vitâ* (vt loquitur Malmeſbur. l. 1. Regum c. 1.) *regem ad Chriſti Domini cognitionem tacitè inuitaſſe:* At prædicaſſe Anglis fidem Chriſti, vel Lutardum, vel alios è Gallia ſacerdotes, negat Gregorius his verbis ad Theodoricū & ad Theodebertū reges Francor. l. 5. Epiſt. 58. *Peruenit ad nos Anglorum gentem ad fidem Chriſtianam deſideranter velle conuerti, ſed ſacerdotes tuos è vicino negligere, & deſideria eorum ceſſare ſuâ adhortatione ſuccendere.* Vndè Parkerus in Antiq. Britan. pag. 35. *A vicinis ſacerdotibus adiuuari eos* (Anglos) *non potuiſſe, narrat ipſe Gregorius.* Idem repetit Gregorius Epiſt. 59. ad Brunechildem reginam Galliæ: Atque hoc ipſum teſtabantur pueri illi Angli, qui Romæ venundabantur, cùm dicerent: *Minimè Chriſtiani ſumus, & necdum aliquis in hoc nobis aperuit aures.* Quæ verò obijciant de diſcrimine inter doctrinam S. Auguſtini, ac Romano-Catholicam, infrâ diluentur: modò ſufficiat reſpondiſſe eorum friuolis obiectionibus, quòd S. Auguſtinus non fuerit primus, qui genti Anglorum Chriſti fidem prædicauerit. Supra c. 8 ſec. 4. Alij obijciunt, quòd longè antè appulſum S. Auguſtini, Britones Chriſti fidem acceperant; ſed hoc friuolum eſt, & extrâ oleas, cùm non agatur de conuerſione Britonum, ſed Anglorum. Agnoſcimus, alios Britonibus Chriſtum prædicaſſe, Anglis autem, S. Auguſtinum primùm eum annunciaſſe, contendimus.

CAPVT QARTVM.

QVOD SANCTI AVGVSTINI, ET SOCIORVM prædicatio magnos in gente Anglorum fructus pepererit.

Sutcliffus in ſubuerſ. c. 3. VVhitus in ſua via ad Eccleſ. p. 351. VVilliamus l. 1. de Eccleſ. c. 17. Godwin. de conuerſ. Britan. c. 4.

1. QVIDAM ingrati Proteſtantes Angli, non contenti negaſſe S. Auguſtinum primum fuiſſe, qui Genti ſuæ Chriſti fidem annunciauit, negant etiam eius prædicationem magnos fructus in Gente Anglorum feciſſe, ſed (vt inquiunt) *Pauculos Saxones Auguſtino fuiſſe obſtrictos, ac nec ipſum Gregorium, magnam laudem meruiſſe ob conuerſionem Anglorum*: Breuiter recenſebo fructus, quos ipſe, ac ſocij eius in Angliâ fecerunt. Quamuis enim S. Auguſtinus, ob immenſos, quos in Anglia excolenda, ſuſcepit labores, præmatura morte ſublatus fuerit, nec vltra ſeptem annos (vt infra oſtendam) ibi ſuperuixerit, tamen (vt habet eius Epitaphium à Beda relatum l. 2. c. 3.) *Ethelbertum regem, ac gentem illius ab Idolorum cultu, ad fidem Chriſti perduxit.* Hic autem Ethelbertus (vt idem Beda teſtatur) *cunctis auſtralibus Anglorum Prouincijs, qui Humbro fluuio & contiguis terminis ſequeſtrantur à Borealibus, imperauit.* Miſit etiam Londinum, S. Mellitum, qui Sebarethum regem Eſt-Saxonum ac populum eius conuertit. Et (vt refert S. Gregorius l. 7. Epiſt. 30. *In die Natiuitatis Domini, plus quàm decem millia Anglorum Baptizauit*. Et l. 9. Epiſt. 52. *Tanta de Anglorum gente ad Chriſtiana fidei gratiam multitudo conuertitur, vt frater noſter Auguſtinus, eos qui ſecum ſunt, ad hoc opus exequendum, aſſerat non poſſe ſufficere*. Et (vt ſcribit ad Auguſtinum apud Bedam l. 1. c. 29.) *Noua Anglorum Eccleſia, ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & te laborante perducta eſt*. Ibidem: *Si de vno pœnitente grande fit gaudium in cælo, quale gaudium factum credimus de tanto populo à ſuo errore conuerſo?* S. Aldelmus l. de laude Virginum itâ canit de S. Gregorio, qui Auguſtinum miſit:

l. 9 ep. 58.

S. Aldelmus.

Huius alumnorum numero glomerantur ouantes,
Quos alit in gremio fœcunda Britannia ciues.

* l. 3. in R. Ina. Beda. Malmesbur.

Quod de S. Gregorio intelligendum eſſe *, infra probabimus. Beda l. 2. c. 4. *Anglicanæ Eccleſiæ fundamenta (*Auguſt.*) nobiliter iecit.* Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 250. *Auguſtinus, primus Doctor Anglorum, poſt Cantiam Chriſto ſubditam, reliquas Anglorum Prouincias peruagabatur, quantùm Ethelberti regis imperium protendebatur. Habebat enim ſibi ſubiectum, quicquid Angli Britanniæ incolunt, præter ſolos Nothumbros.* Capgrauius in vitâ S. Auguſtini. *Perrexit S. Auguſtinus ad Eboracam ciuitatem, ſalutem omnium affectans. Ibat ſemper pedes, abſque vehiculo, patiens laborum vt verus Apoſtolus. baptizauit autem in ipſo Natalis Domini die, plus quàm decem millia Anglorum, abſque paruulorum ac mulierum infinito numero, in fluuio qui modò* *Swala dicitur: ſtat hactenus in eodem loco Eccleſia in S. Auguſtini honore & nomine condita*: Houeden Anno 734. *Auguſtinus, glorioſus Doctor totius regni, ac egregius fundator Chriſtianæ fidei ac religionis.* Idemque habet Simeon Dunelmenſis eodem anno.

Capgrauius. Gordon. an. 597. * de SVVala in rancio. vide Cam. p. 292. & Spedum in deſcrip. Cantij. Houeden.

2. Ex Proteſtantibus: Camdenus in ſuâ Britan. p. 97. aliàs 104. *Auguſtinus, ſublatis Ethnicæ impietatis portentis, fœliciſſimo ſucceſſu, in Anglorum animis Chriſtum inſerendo, ad Chriſtianam fidem conuertit.* Et 155. al. 178. *Cerue Monaſterium ædificauit Auguſtinus, ille Anglorum Apoſtolus, cùm Heil Gentilium Saxonum Idolum ibi comminuiſſet, ſuperſtitionumque tenebras fugaſſet.* Et p. 98. al. 104. ita refert ex fragmento eius ætatis: *Auguſtinus in vno Dominicæ Natiuitatis die, plus quàm decem millia virorum, præter innumerabilem multitudinem fœminarum ac puerorum, vitali Bapriſmo regenerauit.* *Iuellus Defenſ. Apologiæ* part. 5. diuiſ. 1. c. 1. *Auguſtinus baptizabat decem millia in fluuio Swale.* Parkerus in Auguſtino, de ipſo & ſocijs: *Prædicare & baptizare publicè cæperunt, donec Rex ipſe tandèm conuerſus, & vniuerſus populus Chriſto lucrifactus eſt.*

Camden. Vide eundem p. 438. Sped. Hiſtor. l. 7. c. 18.

Iuel.

Parker.

*eſt: Tùm verò Eccleſias collapſas reſtituunt, nouas ædificant, profanatas, & pollutas conſe-
crant, Chriſtianam religionem per omnem regionem vndique ſtabiliunt.* Ibid. *ſæpe Augu-
ſtinus diſcalciatus ibat nudis pedibus, perluſtrando, callos plantis attraxit.* Godwinus in Godwin.
Conuerſ. Britan. c. 4. *Auguſtinus cum ſocijs in opus Euangelij omnibus neruis incumbe-
bant, tàm vitæ ſanctitate, quam verbis, Chriſtum prædicantes.* Et in Epiſcopis Elienſi-
bus in initio *Ethelbertus Cantiæ rex, ibi loci* (Eliæ) *Eccleſiam condiderat ex Auguſtini
conſilio.* Foxus in Actis ſuis p. 103. *Elthelbertus Rex Cantiæ, per Auguſtinum, & par-* Fox.
tim per vxorem ſuam Bertam, primùm recepit ac propagauit fidem Chriſtianam in totâ terrâ Conuerſi innumera-
Angloſaxonum: Et p. 165. *Poſtquàm rex* (Ethelbertus) *conuerſus eſt, innumeri quoti-* biles p. 105.
diè acceſſerunt, & adiuncti ſunt Eccleſiæ Dei. Iſacſon Ann. 596. *Auguſtinus, & ſocij
conuerterunt centum millia Anglorum.*

3. Præterea S. Auguſtini operâ erecta eſt ſedes Archiepiſcopalis Cantuariæ: Vide Tepes Ann 597.
& Epiſcopales, Londini, & Roffæ; item Monaſteria Cantuariæ, Londini[f] Eliæ,[g] [f] Polidor. l. 4 Godwin.
Cernellæ: Nec contentus tantùm pro Anglis laboraſſe, etiam Britones ſegre-
ges ad Chriſti caulas conatus eſt reducere. Collegit enim (vt teſtatur Beda l. 2. ſuprà.
c. 2.) duos conuentus Theologorum ipſorum, eorumque errorem in obſerua- Harpſf ſec. 7. c. 4
tione diei Paſchalis, & diſputatione, & miraculis confutauit, eoſque coëgit fa- [g] Speam in
teri *veram eſſe viam iuſtitiæ, quam prædicaret.* Ex quibus liquet, non pauculos Saxo- Catal.
nes, ſed omnes Anglos, & Britones etiam S. Auguſtino in immenſum eſſe ob- Camd. n. ſup § 2.
ſtrictos.

4. S. Auguſtino ad ſuperos abeunte, eius in labore ſocius, & in dignitate ſuc- Labores S.
ceſſor S. Laurentius, *ſtrenuiſſimè* (inquit Beda l. 2. c. 4.) *fundamenta Eccleſiæ, quæ* Laurentij.
*nobiliter iacta vidit, augmentare, atque ad perfectum debiti culminis, & crebrâ voce ſan-
ctæ exhortationis, & continuis piæ operationis exemplis prouehere curauit. Denique non ſolùm
nouæ, quæ de Anglis collecta erat, Eccleſiæ, curam gerebat, ſed & veterum Britanniæ in-
colarum, necnon, & Scotorum, qui Hiberniam inſulam proximam incolunt, populis, paſto-
ralem impendere ſolicitudinem curabat: ſiquidem vbi Scotorum in præfatâ ipſorum patriâ,
quo modo, & Britonum in ipſâ Britanniâ, vitam ac profeſſionem minùs Eccleſiaſticam in
multis eſſe cognouit, maximè quòd Paſchæ ſolemnitatem non ſuo tempore celebrarent, ſcripſit
cum Epiſcopis ſuis exhortatoriam ad eos Epiſtolam, obſecrans eos, & conteſtans, vnitatem* Baron An
pacis ac Catholicæ obſeruationis, cum eâ, quæ toto orbe diffuſa eſt, Eccleſiâ, tenere. Miſit 604. n. 50.
*idem Laurentius, cum Coepiſcopis ſuis, etiam Britonum ſacerdotibus, literas ſuo gradu con-
dignas, quibus eos in vnitate Catholica confirmare ſatègit.* Præterea (vt idem Beda
narrat l. 2. c. 6.) Edbaldum Cantiæ regem, & regis Ethelberti filium, qui non
modó Idololatriæ ſordibus, ſed etiam inceſtis nuptijs contaminatus erat, ad
Chriſtum conuertit, qui (inquit Beda) *ex quo ad Dominum conuerſus eſt, diuinis ſe
ſtuduit mancipare præceptis.* Addit Baleus Cent. 1. c. 74. & Cent. 13. c. 2. quòd
Laurentius *fidem Papiſticam penè in omnibus finibus Anglorum docuit, ac Synodum ha-
buit in Inſulâ Monâ ad Hibernos, & Scotos ad rectam Paſchatis obſeruationem reducendos.*
Imò Capgrauius in vitâ S. Laurentij aſſerit, quod in Scotiam perrexerit, ibique
Hiberniæ Archiepiſcopum[h] Tenanum, ad legitimam Paſchatis obſeruationem [h] Harpſf.
reuocauerit. Parkerus in vitâ S. Laurentij ita ſcribit: *Statim atque Archiepiſcopatus* ſec. 7. c. 7.
gradu poſitus eſt, quam ille (Auguſtinus) *religionem, quoſque ritus inſtituerat, hic promo-* Gonzalum.
*uere atque ſtabilire omni diligentiæ ſtudio, ſolicitudine, crebris exhortationibus, & conti-
nuis bonorum operum exemplis aduititur. Neque ſolùm recentis Eccleſiæ Anglicanæ curam
geſſit, ſed etiam Britones veteres, Scotos etiam, & Hibernos adhuc in Chriſtianæ fidei dog-
mate rudiores, plenius erudire, & ad eoſdem ritus ſtuduit perducere,* Et Godwinus in
vitâ eiuſdem: *multum hic laborauit, non ſolùm rebus Eccleſiæ ſuæ conſtituendis, ſed etiam
in hoc, vt Cambrobritannos, Scotos, & Hibernos, ad vnam fidei diſciplinæque rationem
perduceret, Laurentius, vt bonus Paſtor, nihil intentatum reliquit, quo ad deuium erroris
properantes in via veritatis contineret.* Eademque habet Weuerus in ſuis monumen-
tis p. 245.

5. S. Laurentio ſucceſſit S. Mellitus, qui Sebarethum regem Eſt-Saxonum, Labores S. Melliti.
Paganum ad Chriſtum perduxit, vt refert Beda l. 2. c. 7. De quo eiuſque ſuc- Baron An.
ceſſore S. Iuſto, hoc teſtimonium perhibet loco citato, quòd *cùm magnâ, Eccle-* 614.
ſiam Anglorum, curâ ac labore, gubernarunt. Weſtmonaſterienſis Ann. 604. *Sebertum*

regem cùm totâ ſuâ gente ad fidem conuertit. Harpesfeldus ſec. 7. c. 7. *Omni Angliæ, claris, virtutis, fidei Doctrinæque ſuæ radijs præluxit.* Polydorus l. 4. *Bene multa edidit miracula.* De eodem itâ Parkerus in eius vitâ: *Mellitus, Sebertum regem, ac reliquum populum, ad Chriſtianæ religionis profeſſionem perduxit, & ſalutari Baptiſmatis vndâ perfudit.* Weuerus in ſuis monumentis p. 247. ait, quod *fuit valdè ſollicitus in ſuo munere obeundo.* Maſonus l. 2. de conſecratione Epiſcoporum c. 4. quòd *ipſe, & ſui conuerterunt multa millia.*

Labores S. Iuſti. 6. In S. Melliti locum ſuffectus eſt S. Iuſtus, alter ex ſocijs S. Auguſtini: De quo, præter præfatum teſtimonium Bedæ, itâ teſtatur Bonifacius Papa 5. apud Bedam l. 2. c. 8. *Quàm deuotè, quàmque etiam vigilanter pro Chriſti Euangelio laborauerit veſtra fraternitas, non ſolùm Epiſtolæ à Vobis directæ tenor, imò indulta operi veſtro perfectio indicanit. Hocque etiam illa vobis repenſione collatum eſt, qui iniuncto miniſterio iugiter perſiſtentes, laudabili patientiâ redemptionem gentis illius expectatis, & veſtris, vt proficerent, meritis, eorum eſt ſaluatio propinata. Suſceptis apicibus Adelualdi regis, reperimus, quantâ ſacri eloquij eruditione, eius animum ad veræ conuerſionis, & indubitatæ fidei credulitatem, fraternitas veſtra perduxerit* Et in alia Epiſtolâ ad eundem (apud Malmesburienſem l. 1. Pontif. p. (208. Spelmanum in Concil. p. 134. & Parkerum in Antiq. Britan. p. 14.) *ſuſceptis veſtræ Dilectionis apicibus, in quibus reperimus inter alia, plurimos ex Gentibus ibi degentibus, Deo omnipotenti, & Domino noſtro Ieſu Chriſto auxiliante, eſſe conuerſos, maximè autem in partibus Cantij, ad veri Dei noſtri fidem, veſtris laboribus eſſe perductos, valdè gratulati ſumus: Edbaldi quoque regis animum ad veræ agnitionis viam eſſe correctum, Dominum omnipotentem in id laudamus.* Huntington l. 3. *Auguſtinus ad eos* (Eſt-Saxones) *miſit virum perfectum, & probatum Euangelizare, Mellitum ſcilicet, re benè proſperatâ, & rege Seberto, & populo ad fidem conuerſo, facit rex Ethelbertus in Londonia, Eccleſiam Pauli ad ſedem Epiſcopi, multiſque prædijs dotauit.* Polidorus l. 4. ait de S. Iuſto *multa paſſim opera, ad amplificandam religionem fecit.*

Laudatur à Proteſt. 7. Ex Proteſtantibus, Parkerus in vitâ Iuſti: *Iuſtus religionem Chriſtianam diu, multûmque promouit,* Godwinus in eius vitâ: *Iuſtus, Paſtoris non indiligentis, annos per decem, officio functus eſt.* Weuerus in monumentis p. 147. *Pietas ac eruditio eius, ſummè laudantur à Bonifacio Papa quarto.*

Labores S. Honor. 8. S. Iuſti locum capeſſit S. Honorius alius S. Auguſtini ſocius, ad quem ita ſcribit Honorius Papa apud Bedam l. 2. c. 18. *Deum votis ſupplicibus exoramus, vt veſtram Dilectionem in prædicatione Euangelij elaborantem, & fructificantem, ſectantemque magiſtri veſtri, & Capitis ſui S. Gregorij regulam, perpeti ſtabilitate confirmet.* Et Beda ipſe l. 2. c. 15. *Honorius miſit Fœlicem ad prædicandum verbum Dei præfatæ nationi*

Regula S. Gregorij. Vide eum 69. Epiſt. ou. *Anglorum Orientalium, qui totam illam Prouinciam à longâ iniquitate, & infœlicitate liberatam, ad fidem, & opera iuſtitiæ, ac perpetuæ fœlicitatis dona, perduxit.* Capgrauius in S. Honorij vitâ, itâ ſcribit. *Nec illud paruæ gloriæ præconium eſt, quòd per S. Fœlicem à ſe ordinatum Orientalium Anglorum præſulem, illam quoque ad Chriſtum conuertit gentem. Hic igitur dux ſtrenuus ac peruigil Dominicæ militiæ, alijs velut in acie diuinâ cadentibus, alios ſubrogare certauit nè ſcilicet ſæuo hoſti locus irrumpendi pateret. Non ſolùm altioribus verùm etiam inferioribus cuſtodijs Eccleſiarum, fidelis, & prudens diſpenſator Domini, proſpiciebat, & omnia, vt omnium ſolicitus, procurabat: ordinabat Parochias, & cætera Clericorum officia, docens omnes, vt in omnibus ſe exhiberent vt Dei miniſtros.*

Parochiæ ordinatæ.

Proteſt. teſtimonia de S. Honorio. 9. Ex Proteſtantibus, Parkerus in vitâ Honorij: *Honorius creauit Epiſcopum Felicem virum Apoſtolicum, eumque ad Orientales Anglos, miſit: ſtrenuus ac peruigil diuinæ militiæ dux, & Imperator,* Et ibid. aſſerit, quòd Honorius *Academiam Cantabrigienſem primus fundauit Anno 636.* Godwin. in vitâ eiuſdem. *Honorius ob plurimas animi virtutes ſummâ dignus veneratione: Nouas aliquot ſedes Epiſcopales erexit, omnes Prouinciæ ſuæ regiones, in* [i] *Paræcias diſtinxit primus, vt ſingulis miniſtris, ſingulos Greges, quos curarent, poſſet attribuere:* Eadem Weuerus l. cit. p. 247. vixit hic vſque ad annum Chriſti 653. Itâ vt Auguſtinus, & ſocij per annos 57. in Angliâ, labores, vitas, ſeipſos, æternæ ſaluti Anglorum promouendæ impenderint. Ac ſcholam videntur inſtituiſſe [k] Cantuariæ. Nam itâ ſcribit Beda l. 3. c. 18. *Sigebertus inſtituit Scholam, in quâ pueri literis erudirentur, iuuante ſe Epiſcopo Fœlice, quem de Cantia acceperat, eiſque*

[i] *Camden in Brit. p. 232*

[k] *Spedus in ſua Britan. p. 7.*

Pædagogos

Pædagogos ac Magiſtros; iuxtà morem Cantuariorum, præbente. Tantumque tunc Angli literis profecerunt, vt Beda l. 3. c. 14. aſſerat Ithamarum Anglum, Epiſcopum Roffenſem, fuiſſe *vitâ, & eruditione, anteceſſoribus ſuis* (Iuſto & Paulino) *æquandum.*

10. Demùm S. Paulinus alter S. Auguſtini ſocius, ac primus Archeipiſcopus Eboracenſis: De quo ita Beda l. 2. c. 9. *Gens Nordhumbrorum cum ſuo rege Eduino, verbum fidei, prædicante Paulino, ſuſcepit, ſed ipſe* (Paulinus) *toto animo intendens, vt gentem, quam adibat, ad agnitionem veritatis aduocaret.* Et c. 14. *Igitur accepit Edwinus cùm cunctis gentis ſuæ Nobilibus, ac plebe perplurimâ, fidem, & lauacrum ſanctæ regenerationis. Tantus autem fertur tunc fuiſſe feruor fidei, ac deſiderium lauacri ſalutaris genti Northumbrorum, vt quodam tempore, Paulinus veniens cum rege, & reginâ in villam regiam, quæ vocatur Adregin, triginta ſex*[l] *diebus ibidem cùm eis Catechizandi ac baptizandi officio deditus, moraretur: quibus diebus cunctis à manè vſque ad veſperam, nihil aliud ageret, quàm confluentem eo, de cunctis viculis ac locis, plebem Christi, verbo ſalutis instruere, atque inſtructam in fluuio*[m] *Gleni, qui proximus erat, lauacro remiſſionis abluere.* Addit Beda l. 2. c. 15. *Tantam autem, vt fertur, deuotionem Edwinus erga cultum veritatis habuit, vt etiam regi Orientalium Anglorum Carpwaldo, filio Redwaldi, perſuaderet, relictis Idolorum ſuperſtitionibus fidem, & Sacramenta Chriſti cum ſuâ Prouinciâ ſuſcipere: & quidem eius Pater Redualt iamdudùm in Cantio Sacramentis Chriſtianæ fidei imbutus eſt.* Huntington l. 3. adijcit, quòd Paulinus *etiâm conuertit Prouinciam Lindiſſæ; & Lincolniæ Eccleſiam egregij operis fecit.*

Labores S. Paulini. Martyrolog. Rom 10. Octobr. Baron An. 626 n 27. 28 Florenſ. Anno 629. & p. 161.
[l] Huntingt. l. 3.
[m] Vide Camden in ſua Britan. p 717.

11. Ex Proteſtantibus, Godvinus in vitâ Paulini: *Chriſtum diligenter prædicauit Northũbris. Poſtquàm Eduinus Rex Chriſto per regenerationis lauacrum initiatus eſt, operæ pretiũ iàm erat videre, ex omni hominum genere, numerum ingentem ad Paulinũ vndiq; confluentem, vt eidem ſalutis Symbolum ſuſciperent. Sanè ferunt enim diebus triginta ſex continuis, vix noctibus ad quietẽ conceſſis, laboraſſe perpetim in docendo, & Catechumenis baptiſmi Sacramentũ, in campis ac fluminibus impertiendo. Paulinus hinc euocatus eſt, vt fælicißimorũ laborũ glorioſam mercedem à Chriſto ſummo Iudice acciperet.*[n] Camden in Britan. p. 593. aliàs 655. *Vnodie, cùm Angli primùm Chriſto initiarentur, plus quàm*[o] *decem millia virorum, præter fæminas, & paruulos, à Paulino vitali Baptiſmo, feſtiuâ lætitiâ, fuerunt regenerati.* Et p. 669. al. 727. *Huic contiguum eſt H[illegible]on id eſt Saxum ſacrum, Vbi in primitiuâ Saxonum Eccleſiâ, Paulinum multa millia hominum baptizaſſe fama obtinet.* Ac p. 564. eum vocat Tranhumbranæ gentis *Apoſtolum*, aitque eum *ſacraſſe Eccleſiam Sancto Albano*. Magdeburgenſes Cent. 7. c. 10 col. 523. *Paulinus conuertit ipſum Eduinum cum tota gente ſuâ à Paganiſmo.* Et ibid. c. 2. col. 33. *Northumbri, conuerſo Eduino rege à Paulino, doctrinam Chriſti acceperunt.* Cent. 6. c. 2. col. 37. *Anglos multos per Auguſtinum conuerſos, & plus quàm decem millia baptizatos in Natali Chriſti, Gregorius meminit l. 7. Indict. 1. c. 30.* Parkerus in Antiquitat. Britan. p. 18. *Rex Eduinus, à Paulino ad fidem conuerſus, baptizatus eſt.* Holinshed l. 5. c. 26. *Paulinus conuertit innumerabiles populos ad fidem Chriſti.*

Proteſt. teſtimonia de S. Paulino.
[n] Vide etiam p 413.
[o] Sped. Hiſtor. 9.7.c. 9.

12. Ex his liquet, S. Auguſtinum, & ſocios conuertiſſe à Paganiſmo ad fidem Chriſti, quatuor regna, nempè Cantij, Eſt-Saxonum, Eſt-Anglorum, & Northumbrorum, ac ſex reges, ſcilicet S. Ethelbertum, & Edbaldum reges Cantij, Sebarethum regem Eſt-Saxonum, Redwaldum, & Carpwaldum reges Eſt-Anglorum & S. Eduinum regem Northumbrorum. Ex quibus S. Ethelbertus. S. Eduinus, & Redualdus, erant potentiſſimi inter Anglos, reges: prædicaſſe etiàm in alijs duobus regnis, nempè Lincolniæ, in regno Merciorum, & Cernellæ, in regno Occidentalium Saxonum: erexiſſe duas ſedes Archiepiſcopàles, Cantuariæ, & Eboraci, & duas ſedes Epiſcopales, Londini, & Roffæ: Inchoaſſe quatuor Monaſteria, duo Cantuariæ, vnum Londini, & quartum Eliæ: Incepiſſe ſcholas Cantuariæ, & Cantabrigiæ: Immenſos labores ſubijſſe, veniendo Roma in Angliam, itinere mille milliarium, pedibus eundo per Angliam, inſtruendo, & baptizando rudem populum.

13. An tot reges, & populi, pauculi ſunt? an fides Chriſti, Sacramenta Chriſti, tot, & tanta miracula, tàm ingentes labores, tot erectæ ſedes Epiſcopales, tot

ſcholæ inſtitutæ, nullam laudem merentur? ô cæcam, barbaram, & ingratam hæreſim!

14. Quin imò tot & tàm ingentia beneficia Angli acceperunt à S. Gregorio, & S. Auguſtino, vt aliquandô Proteſtantes Angli, licet inuiti, ea cogantur confiteri: Spelman. lib. de Conciliis Angliæ p. 110. ait *Piaculum duco, omni non agnoſcere gratitudine inſignes illas bonitates, quas à veteri Romanâ Eccleſiâ, maiores noſtri aliquandò acceperunt*, Et poſtquâm retuliſſet ingentem ſolicitudinem S. Gregorij pro conuerſione Anglorum, ſubdit p. 92. *Vides, quanto feruore æſtuabat inſignis Præſul in opere Domini promouendo*, Whitaker l. 5. contrà Dureum ſec. 25. *Quòd nos* (Gregorius) *magno beneficio affecit, id ſemper gratiſſimâ memoriâ recolemus.* Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. col. 671. *Gregorius, cùm intellexiſſet eam regionem* (Angliam) *adhùc Paganiſmo implicatam tenêri, ſingulari zelo, ſe itineri accinxit, vt eam gentem conuerterer:.* Sutliſius ipſe l. 1. de Eccleſ. p. 232. *Gregorij magnum eſt apud nos, & nomen & gloria.* Rainoldus in ſuo colloquio c. 9. ſec. 4. *Maiores noſtri religioſam de Pontifice informatam animis opinionem, diù poſt defunctum Gregorium, Gregorij causâ, aluerunt.* Mortonus de Authoritate Principum c. 6. *Gregorij Magni nomen, nos, vt par eſt, magno honore proſequimur.*

Quidam Proteſt. grati erga S. Gregorium.

CAPVT QVINTVM.

QVOD SANCTVS AVGVSTINVS CANTVARIENSIS fuerit vir doctiſſimus.

1. PERGVNT quidam Proteſtantes Angli ingratitudinem ſuam ergà Apoſtolum gentis ſuæ oſtendere, aſſerentes eum fuiſſe indoctum. Godwinus in Conuerſione Britan. c. 4. *Inſcitia fuit planè pudenda, ſicut ex quæſtionibus D. Gregorio ab ipſo propoſitis, legenti patebit clariſſimè.* Baleus Cent. 13. c. 1. vocat interrogationes eius S. Gregorio propoſitas, *omni Euangelij, & diuinæ legis cognitione vacuas, imô inſulſiſſimas.* Eaſdemque irridet Iuellus in Defenſ. Apologiæ parte 6. c. 16. diuiſ. 2. Hornus in ſuo Flatu fol. 58. 59. vocat S. Auguſtinum *cæcum ducem, & cæcum Biſardum, ſeu Aſionem.* Sed vt ait S. Gregorius 14. Moralium c. 12. *Habent hoc Heretici proprium, vt inani ſcientiæ ſuæ arrogantia inflentur, & rectè credentium ſimplicitatem ſæpe derideant.*

Baleus in Confutat. p. 41

2. Enimuero S. Auguſtinum fuiſſe inſigni doctrinâ præditum, omni genere teſtimoniorum, ſeu argumentorum, & ipſorum Proteſtantium confeſſione commonſtrabimus. Nam quod ingenium ſpectat, Italus fuit ſeu Romanus, Italos autem ingenio excellere, ipſi Proteſtantes agnoſcunt: Nam itâ Lutherus in c. 6. Geneſ. to. 6. fol. 85. *Romani homines ſapientiâ præſtantes, & diſciplinæ grauitate, præ cæteris gentibus illuſtres:* Caluin l. contrâ Seruetum in opuſculis p. 692. *Italis ineſt naturâ acumen.* Parkerus in vita Poli: *Itali omnem ingenij doctrinæque laudem, iure quodam hæreditario atque peculiari, ſibi vendicant.* Præterea S. Auguſtini tempore, *Roma rerum ſcientia cùm ſeptem artibus floruit*, vt tradit Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij l. 2. c. 13. & Romanæ ſcholæ celeberrimæ, meminit Theodoricus Rex, l. 4. Epiſt. ad Symmachum: & Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. col. 679. *Gregorius ſtudium ſapientiæ, & bonas artes in ſummo ſtudio retinuit.* Magiſter S. Auguſtini erat S. Gregorius, re & nomine magnus, vt teſtatur Beda Epiſtola ad Ceolulfum Regem: Condiſcipulum habuit S. Iſidorum virum doctiſſimum, vt teſtatur Sigebertus & Genebrardus in Chron. & agnoſcunt Magdeburgenſes Cent. 7. c. 10. col. 512. Studium, & conatus S. Auguſtini in literis addiſcendis, vel ex eo liquet, quòd educatus fuerit in Monaſterio S. Gregorij, vt ipſemet refert l. 7. Epiſt. 30 & alibi, vbi proculdubio non permittebatur otiosè tempus tranſigere. Profectus eius, indè apparet, quòd delectus eſt Dux verbi ad Paganos, & hæreticos doctiſſimos inſtruendos, à Gregorio deligendi peritiſſimo ac ſtudioſiſſimo, Et cùm Vitalianus Papa tantam diligentiam ac curam adhibuerit in mittendo

in

in Angliam Theodoro Archiepiſcopo, cùm iam tota Anglia ad Chriſtum conuerſa eſſet, vt docet Beda l. 4. c. 1. certè maiorem, vel ſaltem parem curam credendum eſt S. Gregorium adhibuiſſe in deligendo Auguſtino. Denique S. Gregorius Auguſtino poteſtatem fecit inſtituendi quos ritus vellet in Eccleſiâ Anglicanâ: Nam itá ſcribit ad eum apud Bedam l. 1. c. 27. *Ex ſingulis quibuſque Eccleſiis; quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt, elige, & hæc, quaſi in faſciculum collecta, apud Anglorum mentes in conſuetudinem depone.* Quod proculdubio nunquâm feciſſet, niſi erudi ionem Auguſtini optimè perſpectam habuiſſet.

S. Gregorius teſtatur eruditionem S. Auguſtini.

3. Sed miſſis argumentis, teſtimonijs omni exceptione maioribus agamus. S. Gregorius, Auguſtini Magiſter, eum optimè nouit, atque optimè potuit de ipſo iudicare: ſic igitur ille in Reſponſ. ad primum Interrogatum Auguſtini apud Bedam loc. cit. *Sacra ſcriptura teſtatur, quam te benè noſſe, dubium non eſt.* Et idem Gregorius [a] ſcribens ad Ethelbertum regem. *Reuerendiſſimus frater noſter Auguſtinus Epiſcopus, in Monaſterij regula doctus, ſacræ ſcripturæ ſcientiâ repletus, bonis authore Deo operibus præditus, quæque vos admonet, libenter audite, deuotè peragite, ſtudiosè in memoriâ reſeruate—Totâ igitur mente cum eo vos in feruore fidei ſtringite.* Et iterum l. 1. c. 29. *Tua fraternitas non ſolùm eos Epiſcopos, quos ordinauerit, neque hos tantùmmodò, qui Eboraci per Epiſcopum fuerint ordinati, ſed etiam omnes Britanniæ ſacerdotes habeat, Deo Domino noſtro Ieſu Chriſto authore, ſubiectos: Quatenùs ex linguâ, & vitâ tuæ ſanctitatis, & rectè credendi, & benè viuendi normam percipiant.* Et ibid. c. 27. *Britanniarum omnes Epiſcopos, tuæ fraternitati committimus, vt indocti doceantur.* Itaque teſte S. Gregorio, non erat dubium, quin S. Auguſtinus *benè nouerat S. Scripturam, erat S. Scripturæ ſcientiâ repletus, ipſique commiſit omnes Epiſcopos, & ſacerdotes Britanniæ vt ab eo rectè credendi normam perciperent* & hortatur regem Ethelbertum, *vt quæ Auguſtinus eum admoneret, libenter audiret, & ſe cum Auguſtino in feruore fidei ſtringeret.*

[a] *Beda l. 1 c. 32*

Proponitur vt norma rectè credendi.

4. Eccleſia in Breuiario Romano in feſto S. Gregorij vocat Auguſtinum, & ſocios, *doctos, & ſanctos viros.* Beda l. 2. c. 4. ait quòd Auguſtinus, *nobiliter iecerat fundamenta Eccleſiæ Anglicanæ.* Kenulfus Angliæ Rex, qui regnauit Ann. 797. ſcribens ad Leonem Papam 3. cum Epiſcopis, Ducibus, *& omni* (inquit rex) *ſub noſtrâ ditione dignitatis gradu*: itâ loquitur: *B.* [b] *Recordationis Auguſtinus, qui verbum Dei, imperante Papa Gregorio, Anglorum Genti miniſtrabat, & glorioſiſſimè Eccleſijs præfuit Saxoniæ.* Ethelwerdus antiquus, & Regij ſanguinis Author l. 2. c. 1. aſſerit Auguſtinum fuiſſe *diuino eloquio nimis inſtructum.* Ingulfus in hiſtoriâ Croilandenſi p. 874. vocat Auguſtinum: *Egregium Doctorem.* Houeden in initio Chronici: *Glorioſum Doctorem totius regni, ac egregium Fundatorem Chriſtianæ fidei, ac religionis.*

[b] *Malmeſ. l. 1 Reg. c. 4.*

5. De S. Iuſto, vno ex ſocijs & ſucceſſoribus S. Auguſtini, hoc teſtimonium perhibet Bonifacius Papa in literis ad ipſum, apud Bedam l. 2. c. 8. *ſuſceptis apicibus filij noſtri Adilualdi regis, reperimus, quanta ſacri eloquij eruditione, eius animum, ad veræ conuerſionis, & indubitatæ fidei credulitatem, fraternitas veſtra perduxerit.* Et de S. Honorio alio ſocio Auguſtini, itâ ſcribit Beda l. 5. c. 20. *Honorius, vnus ex diſcipulis S. Gregorij Papæ, vir in rebus Eccleſiaſticis ſublimiter inſtitutus.* Et putabit quiſpiam, quòd S. Auguſtinus, quem eis præfecit S. Gregorius, eruditione impar fuit aut Iuſto, aut Honorio? Et l. 1. c. 22. ſermonem faciens de Britannicis doctoribus, (inter quos fatetur l. 2. ca. 2. fuiſſe *plures viros doctiſſimos.*) aſſerit tamen Auguſtinum *ac ſocios multò digniores veritatis præcones extitiſſe.* Idque Auguſtinus effectu ipſo comprobauit. Nam non ſolûm auſus eſt omnes Britannicos doctores ad diſputationem prouocare, ſed etiam eos itâ conuicit, vt palàm faterentur, *intellexiſſe ſe, veram eſſe iuſtitiæ viam, quam prædicaret Auguſtinus.* Idem Beda l. 2. c. 4. refert, quòd Laurentius, Iuſtus, & Mellitus (tres comites Auguſtini) ſcripſerunt Britanniarum ſacerdotibus, *literas ſuo gradu condignas.*

Eruditio S. Iuſti.

6. Quin imò Proteſtantes ipſi, aliquando agnoſcunt inſignem eruditionem S. Auguſtini ac ſociorum. Nam itâ Coperus in Chronico An. 599. *Auguſtinus, Ioannes, Mellitus, & alij, erant pij & valdè docti viri.* Holinshed in hiſtoria Scotiæ in Aidano: *Gregorius miſit plures doctos viros, inter quos erant Auguſtinus, Mellitus &c.*

Proteſtantes agnoſcunt eruditionem S. Auguſtini & ſociorum.

God✱in. in vitâ S. Laurentij. *Laurentius, homo & pius, & doctus.* Et in vitâ Honorij: *Honorius, ob plurimas animi virtutes, ſummâ dignus veneratione: ſed quid mirum, eruditione, pietateque clarum euaſiſſe, qui D. Gregorij fuerit diſcipulus?* At nunquid non etiam Auguſtinus? Et in vitâ S. *Paulini, vir eruditione pietateque præſtans.* Atque in vitâ Deusdedit, qui fuerat diſcipulus S. Auguſtini, ac ſociorum eius: *Deusdedit, vir eruditione, aliſque virtutibus clarus.* Si autem diſcipulus fuit eruditione clarus, quid nî & magiſtri? Magdeburgenſes Cent. 7. ca. 7. col. 222. *Paulinus Archiepiſcopus omnium liberalium artium Armarium & Sacrarium fuit.* Ibi. ca. 10. col. 518. *Laurentius, Dialectica & Philoſophiæ peritus.* Baleus Cent. 13. ca. 2. *Laurentius Dialectica ac reliquæ Philoſophiæ, perbellè peritus.* Parkerus in vitâ S. Laurentij. *Laurentius, vir doctrinâ & moribus clarus.* Et in vitâ S. Honorij: *Honorius, venerandus pater, & in ſacris literis non vulgariter eruditus, quippè qui Gregorij magni fuerat diſcipulus.*

7. Si autem ipſi comites S. Auguſtini, tam docti fuerint, quid de ipſo S. Auguſtino totius cohortis duce, atque æquè Gregorij Magni diſcipulo, ab ipſo S. Gregorio illis omnibus præfecto, cenſebimus? Certum ergò ſit, tùm ex ipſius S. Auguſtini ingenij fælicitate, tùm ex optimâ ipſius inſtitutione, tum ex doctiſſimi Magiſtri ſui præclarâ commendatione, tûm ex Bedæ, aliorumque Catholicorum ſuffragio, tûm ex illuſtri eius de doctiſſimis hæreticis victoriâ, tûm demûm ex doctiſſimorum Proteſtantium aperta confeſſione, S. Auguſtinum fuiſſe inſigniter doctum, ac tûm aliarum artium liberalium, tum præcipuè Theologiæ, peritiſſimum. Nunc quid quidam ingrati Proteſtantes obijciant, videamus.

7. Non aliam ob cauſam obijciunt S. Auguſtino inſcitiam, quâm quià interrogationes, quas S. Gregorio propoſuit, & refert Beda l. 1. c. 27. *omni Euangelij cognitione vacuæ, & inſulſæ,* ipſis videntur. Cæterum, non mirum, ſi Caluiniano guſtui inſulſæ quæſtiones, ipſorumque Euangelij cognitione vacuæ videantur, quæ de cæremonijs Miſſæ, de ſacro poſt pollutionem faciendo, de communione poſt congreſſum cùm vxore participandâ, inquirunt. De quibus rebus Caluini Euangelium omnino non loquitur: Non ſunt quidem quæſtiones S. Auguſtini, de ſublimibus S. Theologiæ dogmatibus, ſed de rebus practicis, vt de regimine Eccleſię, de ſacris ritibus, de Sacramentorum adminiſtratione, in quibus ſummi Theologi non ſolent ſemper eſſe verſatiſſimi: ſed nunquid proptereâ S. Auguſtinum ignarum ſublimium S. Theologiæ myſteriorum exiſtimabimus? quin potiûs peritiſſimum? Qui enim tâm exigui momenti quæſtiones S. Gregorio proponere non erubuit, an is à grauioribus rebus inquirendis abſtinuiſſet, niſi ſuæ de illis ſcientiæ ſibi probè conſcius fuiſſet? Vnde Seldemus l. 2. Analectorum c. 2. inquit: *Inſtaurato fœliciter ſanctèque ſtatu Eccleſiæ, vt diſciplinam Catholicam inſuper adderet, Auguſtinus Gregorium Pontificem de quibuſdam Chriſtianæ politiæ capitibus conſuluit.* Atque hæc dixerim, ſi conſtaret S. Auguſtinum ignarum fuiſſe earum rerum, de quibus S. Gregorium conſuluit: verùm ex ipsâ S. Gregorij reſponſione ſatis liquet, S. Auguſtinum non ex ignorantiâ, ſed ex humilitate, ac ſtudio ſequendi mentem S. Gregorij, etiam in rebus minimis, eas propoſuiſſe. Itâ enim Gregorius reſpondet: *Hoc non ambigo fraternitatem tuam eſſe requiſitam, cui iam, & reſponſum reddidiſſe me arbitror: ſed hoc quod ipſe dicere, & ſentire potuiſti, credo quòd mea apud te voluerit reſponſione firmari.* Vides, vt (teſte ipſo S. Gregorio) Auguſtinus, non ob ſuam ignorantiam, ſed ob Gregorij authoritatem de prædictis rebus ipſum conſuluerit. Neque aliter miniſtri Gallici Caluinum conſuluerunt. Nam vt refertur à Bancrofto Superintendente Cantuarienſi in *Cenſurâ prætenſæ diſciplinæ c. 3. Quamprimùm dubia aliqua inter eos orta ſunt de rebus Eccleſiaſticis, licet rudia eſſent, atque eius generis, vt Theologiæ candidatus mediocris ingenij aut iudicij, eis ſatisfacere potuiſſet, tamen nemo, præter Caluinum dùm vixit, & poſt eum, Bezam, idoneus exiſtimatus eſt, qui illa diſſolueret.* Si hoc licuit Miniſtris agere ergâ Caluinum, & Bezam, abſque eruditionis ſuæ præiudicio, quid nî multò magis licuit illud S. Auguſtino agere ergâ S. Gregorium? Quin imò hac in re, nec S. Auguſtini ergâ Anglos pietatem, nec Dei bonitatem ſatis laudare poſſum, quòd & S. Auguſtinus ignorantiæ potiùs ſuſpicionem incurrere voluerit, quàm quicquam Anglis tradere,

Conſuluit Greg. de capitibus politia..

quod

quod non eſſet à ſede Apoſtolicâ approbatum, & quòd Deus illius quæſtiones ad noſtram ætatem extare voluerit, vt certi eſſemus, nihil S. Auguſtinum Anglos docuiſſe, quod non à S. Gregorio Magno acceperit, eamque Chriſtianam fidem, quam primi maiores noſtri Chriſtiani didicerunt, fuiſſe doctrinam ſanctiſſimi ac doctiſſimi Pontificis *b* Romani, qui poſt S. Petrum eam ſedem tenuit. Quod non exiguæ conſolationi eſſe poterit Catholicis Anglis, qui doctrinam S. Gregorij, maioribus ſuis ab eius diſcipulo traditam, conſtanter retinent; nec minori confuſioni Proteſtantibus, qui eam deſeruerunt. Ex ijs autem quæ retulimus de inſigni eruditione S. Auguſtini eiuſque ſociorum, manifeſtiſſimè liquet non poſſe vllâ cum veriſimilitudine dici, quòd ex defectu ſcientiæ errauerint in tradendâ Anglis doctrinâ Chriſtianâ: Modò oſtendamus, quòd nec ex defectu virtutis, voluerint eam aliter tradere, quàm deberent ac ſentirent.

b Magdebur. Cent 6. c. 10. col 678. Baleus Cent 1. c. 61.

CAPVT SEXTVM.

QVOD SANCTVS AVGVSTINVS FVERIT vir ſanctiſſimus.

1. SI Proteſtantes aliqui (vt ſuperiori capite vidimus) S. Auguſtino eruditionem detraxerint, non mirabimur, ſi eidem ſanctitatem detrahant. Nam cùm vera fides, omnis verę ſanctitatis radix ac fundamentum ſit, ex qua (vt loquitur Apoſtolus) *iuſtus viuit, & ſine quâ impoſſibile eſt placere Deo,* quî poterunt S. Auguſtino ſanctitatem concedere, quem Catholicæ fidei manifeſtum aſſertorem, ſuæque doctrinæ omninô ignarum fuiſſe confitentur, [a] vt infrâ videbimus? Cæterùm tâm illuſtris fuit S. Auguſtini ſanctitas, vt non tantùm à Deo, à Catholicis, à ſuis actibus, ſed etiàm à iuratis hoſtibus, teſtimonium tulerit. Omni enim teſtimoniorum genere, nempè, & Dei atteſtatione, S. Gregorij aſſertione, vitæ ſuæ piè, & inculpatè actæ indicio, publicâ & priuatâ eorum, qui cum ipſo vixerunt, teſtificatione, omnium ſæculorum ſequentium ſuffragio, eximia Eccleſiæ, quam fundauit, pietate, ac demùm Proteſtantium confeſſione, ſanctitatem Auguſtini manifeſtam reddemus.

Vvitaker contr. 2 q. 5. c. 11. vera ſanctitas à vera fide promanat. a c. 25.

2. Erat Auguſtinus (inquit Capgrauius in eius vitâ) *ſtaturâ procerus, adeò vt à ſcapulis populo ſuperemineret, facie amabilis, & reuerendus.* Parkerus in vitâ eiuſdem: *erat ſtaturâ procerâ, & arrectâ, itâ vt à ſcapulis populo ſuperemineret: facies amabilis, & reuerenda frons, mediante ſuis columbis reſultabat feneſtrata; ſæpiùs diſcalciatus ibat, nudis pedibus perluſtrando, callos pedibus attraxit.* Godvvinus in vitâ eiuſdem: *Corpore dicitur fuiſſe multùm procero, & vultu itidem venuſtiſſimo.* Idem habet Weuerus in ſuis monumentis p. 241. & Spelman. in Concilijs p. 93.

3. Sanctitati autem Auguſtini Deus illuſtre perhibuit teſtimonium. Nàm cùm (vt ſcribit Beda l. 2. c. 2.) *longâ diſputatione habitâ* (cum Britonibus quartodecimanis) *neque precibus, neque hortamentis, neque increpationibus Auguſtini ac ſociorum eius, aſſenſum præbere voluiſſent, Auguſtinus dixit; Adducatur aliquis æger, per cuius preces fuerit curatus, huius fides & operatio Deo deuota, atque omnibus ſequenda credatur. Quod cùm aduerſarij, inuiti licet, concederent, allatus eſt quidam de genere Anglorum, oculorum luce priuatus, qui cùm oblatus Britonum ſacerdotibus, nil curationis aut ſanationis horum miniſterio perciperet, tandèm Auguſtinus iuſtâ neceſſitate compulſus, flectit genua ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, deprecans, vt viſum cæco, quem amiſerat, reſtitueret. Nec mora: Illuminatur cæcus, ac verus ſummæ lucis præco ab omnibus prædicatur Auguſtinus. Tunc Britones confitentur quidem veram eſſe viam iuſtitiæ, quam prædicaret Auguſtinus.* En illuſtre miraculum factum à S. Auguſtino coram ipſis ſuis Aduerſarijs, factum, (inquàm) *vt eius fides, & operatio Deo deuota, atque omnibus ſequenda crederetur.* An dubitabimus nos, eius operationem fuiſſe Deo deuotam, & omnibus ſequendam, quam talem eſſe, Deus tâm inſigni miraculo comptobauit?

Deus miraculo teſtatur opera Auguſtini eſſe ſibi deuota, & omnibus ſequenda.

Spelman ſo. 118 magnus Auguſtini magiſter, Gregorius.

4. Ad magiſtrum eius S. Gregorium accedamus. Et cûm (vt ait S. Ambroſius) *Primus ardor diſcendi nobilitas eſt magiſtri*, Quem vel ſequentium, vel præcedentium ſæculorum, habere potuit Auguſtinus Magiſtrum, Gregorio ſanctitate ſuperiorem, quem Eccleſia in Martyrologio 4. Septembris, vocat *virum incomparabilem*? Et vt omittam ingentes eius laudes apud Iſidorum. Ildefonſum, Gregorium Turonenſem l. 10. Damaſcenum, & alios, quoniam de Gregorij ſanctitate hic ex profeſſo non agitur, attingam tantùm laudes, quas Angli tum Catholici, tum Proteſtantes illi attribuunt: Beda l. 1. c. 23. ait eum fuiſſe *virum doctrinâ, & actione præcipuum*. l. 2. c. 2. quòd *ſedem Apoſtolicæ Eccleſiæ glorioſiſſimè rexit — mutato ſeculari habitu, Monaſterium petijt in quo tantâ perfectionis gratiâ cœpit conuerſari, vt ſicut ipſe poſteà flendo teſtari ſolebat, animo illius labentia cuncta ſubter eſſent, vt rebus omnibus, quæ voluuntur, emineret, vt nulla, niſi cæleſtia cogitare ſoleret, vt etiam retentus corpore, ipsâ iam carnis clauſtra contemplatione tranſiret, vt mortem quæ penè cunctis pœna eſt, videlicet, vt ingreſſum vitæ, & laboris ſui præmium, amaret.* Et dubitabit quiſquam, quin S. Auguſtinus illius diſcipulus, tàm illuſtre cernens ſanctitatis ſibi propoſitum exemplum, illud conaretur imitari? Alfredus magnus antiquus, & doctiſſimus Angliæ rex, hoc eum encomio exornat: *ſeruus Domini Papa Romanus rectus Vicarius gubernans, Gregorius, conſideratæ vir fortitudinis, abſque furore, ſummo ſenſu, ſapientiâ, concilio præditus, immenſus Theſaurus, quoniam is generis humani maximam partem cœlo lucrifecit, Romanorum vir optimus, mentis magnitudine abundantiſſimus, maieſtate liberrimus.* Similia habent omnes ſcriptores noſtri, vt Malmesbur. l. 1. Regum c. 3. Florentius, & Weſtmonaſt. An. 605. Harpsfeild. ſæc. 7. c. 3. Baronius Ann. 604. & alij: Tantaque erat maiorum noſtrorum de admirabili Gregorij ſanctitate perſuaſio, vt non diu poſt eius obitum, in ipſo medio Eccleſiæ, quam primam poſt S. Auguſtini aduentum Cantuariæ erexerunt, altare in honorem B.[a] Gregorij Papæ dedicarint, vt teſtatur Beda l. 2. c. 3. ſed Proteſtantes audiamus.

Sanctitas S. Gregorij magiſtri S. Auguſtini.

a Parkerus in vita Auguſtini.

Proteſt. laudes de S. Gregorio.

5. Lutherus in C. 5. Petri to. 5. fol. 481. *Gregorius Papa, indubiè fuit vir Sanctus.* Caluinus 4. Inſtit. c. 17. §. 49. *Gregorius, quem vltimum Romæ fuiſſe Epiſcopum, iure dicere poſſis.* Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. col. 677. *A primis Cunabulis, ſtudijs pietatis deditus, in Monaſterium ſeſe contulit, vbi peculiarem vitæ ſanctimoniam præ ſe ferens, dùm ſaltèm crudis leguminibus paſceretur, & totus orationibus eſſet intentus, omnium oculos in ſe conuertit — Pontificali muneri itâ præfuit, vt ſequentia ſecula neminem parem habuerint, nedum ſuperiorem: Miraculis plurimum claruit.* Caſaubonus Exercit. 16. *Fuit Gregorius non ſolùm cognomine, ſed & rebus ipſis, Magnus.* Et Exercit. 14. *Gregorius vir ſanctiſſimus, & modeſtiſſimus.* Baleus Cent. 1. c. 68. *Gregorius magnus, omnium Pontificum Romanorum, doctrinâ & vitâ præſtantiſſimus, vir bonus & doctus.* Whitaker. l. 5. contrà Dureum ſec. 26. *Gregorius Epiſcopus Sanctus & doctus fuit.* l. 7. ſec. 18. *Gregorium agnoſco virum bonum, & ſanctum.* Ad demonſtrationem ſecundam Sanderi *Gregorium magnum magni facio, virumque pium fuiſſe, minimè dubito.* Et Controu. 2 q. 3. c. 1. *Dicimus Gregorium Magnum fuiſſe vltimum verum & pium illius Eccleſiæ Epiſcopum, quem iure poſſis Epiſcopum vocare. Ibidem: Quis negabit Hieronymum, & Gregorium pios patres fuiſſe?* Iuellus, ferè vbique, addit titulum *Sanctitatis* Gregotio. Godwinus in Conuerſ. Britan. c. 4. *Diuus ſanè Gregorius, vir pius, & ob humilitatem Chriſtianam, eò magis laudandus, quòd &c.* Humfredus ad Rat. 5. p. 626. *Gregorius, nomine quidem magnus, & reuera magnus, vir magnis & multis diuinæ gratiæ dotibus ornatus, & ſæpe vt dictus eſt, os Domini atque lucerna.* Morton. in ſua Prouocat. l. 1. c. 2. ſec. 29. *Admiranda dignitas, & ſanctitas S. Gregorij.* In deciſione Euchar. part. 1. c. 12. ſec. 3 *Bonus æquè ac magnus Pontifex.* c. 15. ſec. 3. *Pius Pontifex.* Et tom. 2. Apologiæ l. 1. c. 20. *verè paſtor agnorum. Et de Author. Principum c. 1. In Epiſcopatu Rom. ſi non prima, at certe ſecundæ magnitudinis ſtella reſplenduit.* Idem Mortonus in ſua Impoſtura c. 13. ſec. 1. *vnus ex optimis Papis, Sanctus Papa.* c. 2. ſec. 5. *Gregorius Papa ob ſingularem ſuam ſapientiam ac deuotionem, dictus magnus.* Foxus in Actis eius p. 203. vocat *Benedictum Gregorium.* Sutliuius l. 1. de Eccleſ. c. vlt. p. 232. *Gregorij magni, magnum eſt apud nos etiam nomen, & Gloria.* Iameſius in ſuis correption.

ruption. p. 64. vocat eum, *Pium patrem ac Sanctum.* Vide etiam Theodorum Bibliandrum Tab. 10. Chronol. Fieldus l. 5. de Eccleſia c. 32. *Gregorius vir Sanctus, ac dignus Epiſcopus:* ſic etiam Sutliuius in ſua Subuerſione c. 2. Bellus in ſuo lugubri clamore p. 62. En quas fidei Gregorianæ hoſtes, Gregorio laudes accumulant. Audiamus modò, quodnam tam ſanctus ac doctus vir, de ſanctitate S. Auguſtini teſtimonium ferat l. 5. Epiſt. 53. vocat S. Auguſtinum *ſeruum Dei, de cuius (inquit) certiſſimus ſtudio.* Ibid. Epiſt. 58. *Auguſtinum ſeruum Dei, cuius zelus, & ſtudium benè nobis eſt cognitum, cùm alijs ſeruis Dei præuidimus illuc (In Angliam) dirigendum.* Idque repetit Epiſt. 59. & l. 9 Epiſt. 60. *Reuerendiſſimus frater noſter Auguſtinus Epiſcopus, in Monaſterij regula doctus, ſacræ ſcripturæ ſcientiâ repletus, bonis (authore Deo) moribus repletus.* Ibid. Epiſt. 58. *Ego ſpem certiſſimam teneo, quia per Dei & Chriſti gratiam, iâm peccata tua dimiſſa ſunt.* Et in aliâ Epiſtolâ apud Bedam l. 1. c. 29. Præfecit Auguſtinum omnibus Epiſcopis in Britanniâ, *quatenus (inquit) ex linguâ, & vitâ tuæ ſanctitatis, & rectè credendi, & bene viuendi normam, percipiant:* Proculdubio autem ſenſit vitam S. Auguſtini fuiſſe ſanctiſſimam, quam, vt *normam viuendi,* omnibus in Britanniâ Epiſcopis propoſuit. Et in alijs literis ad ſocios Auguſtini apud Bedâ l. 1. c. 23. *Auguſtino, in omnibus humiliter obedite, ſcientes hoc veſtris animabus per omnia profuturum, quicquid à vobis fuerit eius admonitione completum,* Itaque & dictis, & factis, S. Gregorius ſummè laudauit Auguſtini ſanctitatem.

S. Gregorius teſtatur ſanctita[te] S. Auguſt.

Regula Monaſterij.

S. Auguſti. vita norma bene viuendi.

5. Ex moribus etiam atque actis S. Auguſtini, eius inſignis ſanctitas multis modis eluceſcit. Nam (vt teſtatur ipſe Gregorius apud Bedam l. 1. c. 27.) *Fraternitas tua, in Monaſterij regulis erudita, eam conuerſationem inſtituere debet, quæ initio naſcentis Eccleſiæ fuit Patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex his, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant eis communia omnia:* Nec dubium eſt, quin S. Gregorij conſilium ſit ſecutus. Adeoque in Monaſterio, virtute excelluit, vt in eo Præpoſitus, ſeu Prior conſtitutus fuerit. Vbi autem ex S. Gregorij mandato, relictâ patriâ, in qua Deo ſecurè ſeruiebat, non detrectauit in Angliam ire, ad feram, & incredulam tunc temporis gentem, cuius nec linguam nôſſet, vbi (inquam) Angliam appulit, tantis ſanctitatis radijs illuxit, vt quanquàm doctrinâ ac miraculis multûm profecerit, tamen Beda Gentis noſtræ conuerſionem, eius ſociorumque ſuorum ſanctitati potiſſimûm tribuit. Sic enim ſcribit l. 1. c. 26. *Vbi ſibi datam manſionem intrauerunt, cœperunt Apoſtolicam primitiuæ Eccleſiæ vitam imitari, orationibus videlicet* * *aſſiduis, vigilijs ac ieiunijs ſeruiendo, cuncta huius mundi, velut aliena, ſpernendo, ea tantùm, quæ victui neceſſaria videbantur ab eis, quos docebant, accipiendo, ſecundùm ea, quæ docebant, ipſi per omnia viuendo, & parati ad patiendum aduerſa quæque, vel etiam moriendum, pro eâ, quam prædicabant, veritate, animum habendo.* Subdit autem: *At vbi ipſe* (Rex) *etiam inter alios, delectatus vitâ iucundiſſimâ ſanctorum, & promiſſis eorum ſuauiſſimis, quæ vera eſſe, miraculorum multorum oſtenſione firmauerunt, credens Baptizatus eſt, cæpêre plures quotidiè ad audiendum verbum confluere, ac relicto Gentilitatis ritu, vnitati ſe S. Chriſti Eccleſiæ credendo ſociare.* En vt Beda Ethelberti regis conuerſionem, delectationi quam capiebat ex Auguſtini, & ſociorum *iucundiſſimâ vita*, aſcribat. Et Huntington l. 3. *Vitam Apoſtolicam Eccleſiæ Primitiuæ imitantes, conuerſatione cæleſti, & dulcedine doctrinæ, multos ad fidem & Baptiſmum compulerunt.* Capgrauius de eo ità ſcribit. [c] *Pedes incedebat, ſæpiùs diſcalciatus Prouincias luſtrabat, & callos in genibus pro crebrâ genuflexione habebat.* Idemque agnoſcit Parkerus in ipſius vitâ. Quantum autem laboris, moleſtiæ, ac periculorum ſubierit S. Auguſtinus, in Paganis conuertendis, eiſdem inſtruendis, ac Sacramentis muniendis, nullis verbis explicari poterit. Claruit etiam dono Prophetiæ, itemque dono miraculorum, vt infrâ oſtendam, vt iure dicere poſſet Anglis Auguſtinus cum B. Apoſtolo 2. Cor. 11. *Exiſtimo nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis.* Et nos eiſdem, cum eodem Apoſtolo Hebr. 13. *Meminerote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem.* Atque hanc Apoſtolicam ac ſanctiſſimam vitam fœlice fine concluſit. Nam (vt habetur in eius Epitaphio) vbi regem Ethelbertum, & gentem ab Idolorum cultu ad Chriſti fidem perduxiſſet, *completis in pace diebus officij ſui, defunctus eſt:* Iames in ſuâ Eclogâ Oxonio-Cantabrigienſe me-

Auſt. ac & Apoſtolica vita S. Auguſtini, & ſociorũ.

Sped. Hiſtor l. 7 c. 18

[b] *Harpeſfeld ſec 6 c. 6 Stows in deſcrip. Londinij 481.*

Rex conuerſus per vitam eorum

[c] *Harpeſf. ſec 7. c. 6. & 4. Thornus in chron c. 1. § 6.*

minit libri Bedæ de vita, & virtutibus Auguſtini, & ſociorum eius: Item alterius; de S. Laurentio eius ſucceſſore in Bibliothecâ Gualteri Copi. Baleus etiam Cent. 13. c. 17. tradit Gozelinum ſcripſiſſe duos libros de vita S. Auguſtini; alium de eius miraculis, & alium de eius tranſlatione, iterumque vnum de vita S. Laurentij, quos ſi vidiſſem, pleniùs eorum ſanctitatem patefacere potuiſſem.

Vſſer. in Ant. c. 7. Meminit Maioris hiſtoriæ Gozelini de vita S. Auguſt. Ioannes in Catal. in S. Librorum Santabrigiæ in Collegio S. Benedict. Teſtes ſanctitatis S. Auguſtini.

6. Quod ad teſtes ſeu aſſertores ſanctitatis S. Auguſtini ſpectat: Bonifacius quartus eum vocat *S. Doctorem.* Honorius *Sanctæ Recordationis;* Gregorius Tertius *Beatæ memoriæ.* Leo Tertius; *Beatum Auguſtinum* vt videre eſt in eorum Epiſtolis, apud Malmesburienſem l. 1. Pontif. Angliæ p. 208. 209. Beda l. 2. c. 2. appellat S. Auguſtinum *S. Pontificem ad cæleſtia regna ſublatum.* c. 3. *Deo dilectum Patrem* l. 4. c. 27. *Beatum Patrem* l. 1. c. 25. *Seruum Dei* & c. 27. *virum Dei.* Et c. 25. alteos veniſſe *diuinâ virtute præditos,* In Synodo habitâ in Angliâ Anno 747. præſente Rege Ethelbaldo & omnibus eius Nobilibus ſtatuitur, *vt dies Patris noſtri S. Auguſtini feſtus habeatur.* Vti refert Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 197. ac Spelman. in Concilijs p. 249. Ac paulò poſt rex clariſſimus Kenulfus, omneſque eius Epiſcopi ac Duces, ſcribentes ad Leonem Papam tertium inquiunt: *Auguſtinus B. Recordationis glorioſiſſimè Eccleſiis præfuit Saxoniæ,* ex Malmesbur. l. 1. Regum c. 4. Odo Cantuarienſis Archiepiſcopus apud eundem li. 1. Pontif. p. 201. eum vocat *Auguſtinum B. memoriæ.* Ethelverdus l. 2. c. 1. & 5. *S. Auguſtinum ſeruum Chriſti.* Malmesbur. ipſe l. 1. Pontif. p. 196. ita de illo ſcribit. *Eius merita, quanti apud Dominum penſentur ſigna præconantur illuſtria, quæ ille non faſtidit, tot adhùc inculcare ſæculis, Cantiam ſuam, imò totam Angliam in ſui veneratione torpeſcere non ſinens.* Notkerus in Martyrolog. 4 Idus Mart. vocat Auguſtinum, & ſocios fideliſſimos Euangeliſtas. Marianus An. 618. *Gregorius miſit ſeruum Dei Auguſtinum, & plures cum eo Monachos timentes Deum,*[d] Gotzelinus vocat Auguſtinum, & ſocios, *Deiferos aduenas, & ciues ſupernos.* Et in eundem modum laudatur ab Huntington, Houedeno, Florentio, Polidoro c. 4. Maiore l. 2. c. 9. & alijs omnibus ſcriptoribus Catholicis, quos breuitatis gratiâ omittam. Tantùm addam, quod ſcribit Alcuinus Epiſt. 24. *Recordemur omni horâ quales habuimus Patres, & Progenitores, quàm præclaros, & pios, Deo amabiles, & omni populo honorabiles.*

Paulus Diac. l. 3. ca 25.

d Camden p. 297.

Fructus ſanctitatis S. Auguſt. S. Gregorius laudat pietatem Anglorum.

7. Quantos autem pietatis fructus, prædicatio S. Auguſtini ac ſociorum, in gente Anglorum fecerit, penè omnem fidem excedit, vt patebit ex ijs, quæ de regibus Angliæ infrâ referemus. Gregorius l. 27. moral. c. 8. loquens de conuerſione gentis Anglorum ſuo tempore, ait quod *praue agere metuit, ac totis deſiderijs ad æternitatis gloriam peruenire concupiſcit.* Et l. 9. Epiſt. 58. *Quis ſufficiat enumerare, quanta lætitia exorta ſit in cordibus omnium Fidelium, quòd gens Anglorum, ſincerâ deuotione calcat Idola, puroque corde ſubdita ſit Deo omnipotenti.* Huntington l. 5.[e] *In Primitiuâ Angliæ Eccleſiâ, Religio clariſſimè ſplenduit, ità vt Reges, & reginæ, Duces & Epiſcopi vel Monachatum vel exilium appeterent.* Idemque[f] Houeden habet in Annalibus p. 412. & ex Proteſtantibus Foxus in Actis p. 126. Camden. in ſuâ Britan. p. 98. aliàs 105. *vbi primùm Chriſti nomen annunciatum eſt* (Anglis) *adeò flagranti ſtudioſe Chriſto conſecrarunt, vt incredibilem diligentiam ſacris ædibus extruendis, rebus diuinis peragendis, & Chriſti nomine propagando adhibuerint, regeſque nonnulli ſua ſceptra monaſticæ vitæ poſtpoſuerint: totque ſanctos viros protulit, qui ob firmiſſimam Chriſtianæ religionis profeſſionem, ſolidamque in eadem conſtantiam, ſinceramque pietatem, in ſanctorum numerum relati fuerunt, vt non alteri inter Chriſtianas Prouincias cederet, vtque Britannia, profano illi Porphirio dicta fuerit, Ferax tyrannorum Prouincia, ita Anglia, meritò diceretur, Inſula ſanctorum fœcundiſſima.* Et p. 279. al. 345. vocat illud *Feraciſſimum ſanctorum ſæculum.*[g] Spedus l. 7. c. 24. Talis erat religio tunc tradita ac pius zelus bonorum Principum tunc regnantium, quorum opera patefecerunt virtutes poſteris, ac fidem in Chriſtum ſalutem animarum ſuarum. Similia habet ibidem c. 7. & 9. & l. 8. c. 3. vbi agnoſcit Catholicos huius temporis mult[...] ſuperaſſe Proteſtantes *in operibus* (vt loquitur) *veræ pietatis.* Foxus in A[...]s p. 110. *lego ac credo, Clerum Angliæ illius temporis, nulli rei mundanæ deditum fuiſſe, ſed totum ſe addixiſſe prædicationi, & doctrinæ verbi Chriſti, ac ſectatum e[...]e vitam illam, quam prædicabat, præbendo bona exempla. Quin imò* (*vt hiſtoriæ noſtræ referunt*) *adeo alieni erant ab auaritiâ*

e Vide Malmesb. l. 2. Reg. in Guth. 10. & l. 1. p. 104.

f W. ſimon. An. 818. Pacis An. 1607.

g Vide eum p. 120. Decam epiſt. 3. Similem exhort. ad bona opera p. 43.

vt

vt non acceperint poſſeſſiones, ac terras, quæ illis obtrudebantur. Vide Spelmanum in Epiſtola dedicat. ſuorum Conciliorum, Weuerum in monumentis p. 62: Danielem in Regibus Angliæ p. 29. Bakerum in vita Eduardi Senioris. Quos miror, dum hæc ſcriberent, non cogitaſſe de illo Saluatoris, Mathæi 7. *Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?* aut de illo Iacobi 2. *Ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam*, aut quod ſui docent: *Euidens eſt, quod quicumque homines, aut quæcunque Eccleſia, maximè abundat bonis operibus, ea eſt veriſſima Chriſti Eccleſia.* Item. *Nunquam non ſingularis in Eccleſia præ cæteris omnibus ſocietatibus, elucet ſanctitatis ſplendor, morumque incorrupta ſanitas. Vera ſanctitas à vera fide promanat.*

y Villamus de Eccleſ.l.5. ca.9. Sutlinius de Eccleſ.l 1.c 2 VVhitaker Contr.2.q. 5.c.11

8. Demùm tàm illuſtris fuit S. Auguſtini ac ſociorum ſuorum ſanctimonia, vt à profeſſis hoſtibus confeſſiones extorſerit. Nam ità Godwin. in Conuerſ. Britan. c. 4. *Homo is* (S. Auguſtinus) *videtur ſanctitate morum, quàm ſcientiâ aut eruditione laudatior.* Ibid. *Auguſtinus cum ſocijs in opus Euangelij omnibus neruis incumbebant, tàm vitæ ſanctitate, quàm verbis, Chriſtum prædicantes:* Item: *Thomas Spottus, qui vixit circâ Annum Domini 1270.* * *Diſtichon huiuſmodi tumulo eius dicit inſcriptum.*

Proteſtantes agnoſcunt ſanctitatem S Auguſtin. & ſociorū. Goduinus.

** Thornus An. 1091. Vide eum fol 1977.*

[h] *Inclytus Anglorum Præſul, pius, & decus altum,*
Hic Auguſtinus requieſcit corpore Sanctus.

h Spelman. p 93. Camden p 295.

Et in Epiſcopis Londinenſibus n. 1. *Sanctus ille Auguſtinus Anglorum dictus Apoſtolus.* Spelman. in Concilijs p. 92. ait *vita Sancti Auguſtini.* Et p. 93. *laudant veteres, doctum, pium, & primitiuæ Eccleſiæ æmulum prædicant, & Anglorum Apoſtolum, crebrum in vigilijs, ieiunijs, orationibus, & eleemoſynis, in propagando ſui ſæculi, & religionis Eccleſiam, & Paganiſmum vndiquaque extirpando omninò feruidum; in inſtaurandis condendiſque Eccleſijs, ſatis ſedulum, & in edendis miraculis, valdê celebrem.* Et p. 94. *Auguſtinus Britanniam aduenit, Ethelberto Regi Cantiorum benignê excipitur, vitam & doctrinam primitiuæ Eccleſiæ imitatur.* Et p. 124. *vir eximius.* Demum p. 217. vocat eum ac ſocios, *Chriſtianæ militiæ anteſignanos.* Foxus in Actis ſuis p. 1056. ità ſcribit de S. Auguſtino, & ſocijs. *Vbi rex probam vitæ conuerſationem eorum attendiſſet, ac promotus eſſet miraculis, quæ per digitum Dei ab ipſis fiebant, audiuit eos libentiùs, ac ſalutiferis eorum exhortationibus, ac exemplo* (nota) *ſanctæ vitæ conuerſus eſt per eos, ac baptizatus.* Holinshed l. 5. hiſtoriæ c. 19. *Vbi Auguſtinus ac ſocij Cantuariam acceſſerunt, vitam Apoſtolicam egerunt, in vigilijs, continuis orationibus, prædicantes verbum omnibus, quibus poterant, ſpernentes omnia mundi, tanquam non ſpectantia ad ipſos, recipientes ab eis, quod docebant, duntaxat res ad vitam neceſſarias. & in omnibus viuentes, iuxtâ quod prædicabant, ac parati aduerſa quæque, etiam mortem ſubire pro confirmatione doctrinæ, quam prædicabant. Hinc multi Anglorum credebant, & baptizabantur plurimùm admirantes candorem illorum hominum & dulcedinem cæleſtis ipſorum doctrinæ.* Maſon de conſecrat. Epiſcop. l. 2. c. 4. ità ſcribit de S. Auguſtino & ſocijs eius. *Eorum actus ergà Principem erant Chriſtiani, honeſti, ac moderati: venerunt plantatum fidem Chriſti — Eius ſtudium conuertendi Paganos, ac obſequium ergà principem, merentur ſcribi literis aureis.* Bilſonus l. de obedientia, p. 57. *Venerunt in Angliam cum religione ergâ Deum, & ſubmiſſione ergâ principem.* Coperus in Chron. Ann. 599. vocat Auguſtinum & comites: *Doctos ac pios viros.* Et Anno 630. Paulinum, vnum ex ſocijs eius, *Sanctum Epiſcopum.* Stous in Chronico p. 65. aſſerit, *Auguſtinum & ſocios vixiſſe in timore Dei.* Et p. 67. vocat eum, *Sanctum Auguſtinum,* & addit S. Ethelbertum eius diſcipulum, *recepiſſe fidem Chriſti, ac intraſſe in æternam fœlicitatem cæleſtis regni.* Houſus in ſua præfatione Hiſtorica, quinquies, in vna pagina, vocat Auguſtinum, Sanctum, & addit quòd *Saxones adducti ſunt ad Chriſtianiſmum magnis laboribus, deuotis precibus ac prædicationibus S. Auguſtini & Sociorum.* Somner. in deſcriptione Cantuariæ p. 46. ait quod Auguſtinus *ſua & ſociorum prædicatione, cùm vita, tum doctrina perduxit Ethelbertum ad Chriſtianiſmum.* Ac p. 31. refert chartam S. Ethelberti regis de donatione Cantuariæ, ſuæ ſedis regiæ, S. Auguſtino, Godwinus in vitâ Paulini: *Paulinus, vir eruditione pietateque præſtans — hinc eſt euocatus, vt fœliciſſimorum laborum glorioſam mercedem à Chriſto ſummo iudice acciperet:* Eundem-

i Vewer. p 194. Spelman. Foxus. Holinshed. Maſon. Bilſon. Coperus. Stous. Houſus p.57 Somner. Goduinus.

Parkerus.

que Parkerus in vita Iuſti n. 4. vocat *virum ſanctum, & prudentem.* Et in vitâ Mel-liti n. 3. *terrena omnia deſpexiſſe dicitur Mellitus, ſpiraſſe cæleſtia.* Weuerus in monumentis p. 243. 273. & alibi frequenter vocat Auguſtinum, *Sanctum.* Et ſimiliter Godwin. in vitis Epiſcoporum Angliæ, & in Archiepiſ. Cantuar. n. 2. Roffenſibus n. 1. Londin. n. 1. Elien. n. 1. in Briſtol. n. 1. in Meneuenſibus n. 1. modò videamus, quid contrà tam ſanctum, tamque ab ipſis Proteſtantibus laudatum Pontificem, aliqui eorum opponunt.

CAPVT SEPTIMVM.

QVOD SANCTVS AVGVSTINVS FVERIT IMMVNIS à cæde Britannicorum Monachorum.

Baleus in Confutat. p. 91.

a Septies ad minimum.

Vide Copū Dial. 5. c. 18. 19.

1. PRoteſtantes nonnulli grauiſſimè accuſant S. Auguſtinum, quòd fuerit author cædis Monachorum Britannicorum, quam Beda refert l. 2. c. 2. Ità enim Baleus Cent. 13. c. 1. Iuellus in Defenſ. Apologiæ parte 5. c. 1. Elienſis in Torturâ Torti p. 85. Humfredus ad Rat. 5. Campiani. Parkerus in vita Auguſtini. Godwinus in Conuerſ. Britan. c. 4. [a] Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. & alij vt S. Auguſtino, ſeu potiùs eius religioni, quam per ipſius latus petunt, odium concilient. Quoniam igitur in hac accuſatione, non Auguſtini tantùm, ſed & religionis ſuæ, imò & Dei ipſius, qui (vt infrà patebit) huius cædis author fuit, honor agitur, dabit mihi lector veniam, vt plenè & accuratè hanc calumniam refellam, quò & obſtruatur os loquentium iniqua, & S. Auguſtini innocentia, & ſuæ religionis puritas, & Dei optimi maximi gloria pateſiat atque illuſtretur.

Edelfridus Author cædis Monachorum.

b Huntington l. 2.

c Boethius lib. 9. Copus Dial. 5. c. 8.

2. Primus teſtis innocentiæ S. Auguſtini hac in re, iſque omni exceptione maior, eſt ipſe Edelfridus, Paganus rex Northumbrorum, actor cædis. Ipſe igitur, qui iuſſit monachōs interfici, dicat cuius conſilio, quo incentore, quauè de causâ, cædem illam imperauerit. Qualis autem fuerit, quamque ob cauſam, ſtragem illam mandauerit, ita refert Beda l. 1. c. 34. *His temporibus, Northumbrorum regno præfuit Rex fortiſſimus, & gloriæ cupidiſſimus* [b] *Edelfridus, qui plùs omnibus Anglorum Primatibus, gentem vaſtabat Britonum, ità vt Sauli, quondam regi Iſraelitica gentis, comparandus videretur, excepto duntaxat hoc, quòd diuinæ erat religionis ignarus. Nemo enim in Tribunis, nemo in regibus, plures eorum terras exterminauit, vel ſubiugatis Indigenis, aut tributarias genti Anglorum, aut habitabiles fecit: cui meritò poterat illud aptari quod benedicens filium, Patriarcha in perſonâ Saulis, dicebat. Beniamin, lupus rapax.* Idem habet Huntington l. 2. & 3. vbi eum vocat *Regem ferum*: prout etiam Foxus in Actis p. 107. & alij. Quibus addit Holinshed in hiſtoria Scotiæ in Rege Aidano, quòd itâ erat infenſus Chriſtianis, quod [c] denunciauerit regibus Cantij & Eſt-Saxoniæ, *ſe futurum non minùs hoſtem eorum, quià inſtituta maiorum ſuorum reliquiſſent, quàm erat Britonum aut Scotorum.* An Rex tam ferus, tamque cupidus gloriæ, ac propagandi Imperij, tamque infenſus Chriſtianis, egebat hortatione S. Auguſtini, aut alterius cuiuſquam, vt bellum Britonibus Chriſtianis inferret? Sed iam cauſam cædis Monachorum ex ipſius verbis apud Bedam l. 2. c. 2. audiamus [d] *Cùm bellum acturus, videret ſacerdotes eorum* (Britonum) *qui ad exorandum Deum, pro milite bellum agente, conuenerant, ſeorsùm in tutiore loco conſiſtere, ſciſcitabatur, qui eſſent ij, quiduè acturi illò conueniſſent. Quorum cauſam aduentus cùm intellexiſſet rex Edelfridus, ait: Ergo ſi aduersùs nos ad Deum ſuum clamant, profectò & ipſi, quamuis arma non ferant, contrà nos pugnant, qui aduersùm nos imprecationibus perſequuntur. Itaque in hos primùm arma verti iubet.* Vides nullam iniuriam factam Auguſtino à Monachis illis, neque vllum huius regis propoſitum de illis occidendis ante hoc prælium, ſed fortuitum ipſorum, ſub ipſo pugnæ initio conſpectum, & preces ab eis contrà ipſum factas, cauſam fuiſſe, cur eos Rex ille cædi iuſſerit. Quem igitur alium Authorem cædis eorum, quàm Edelfridum Regem Paganum, quam aliam cauſam eiuſdem, quàm preces eorum contrà eum factas, fuiſſe cenſebimus?

d Hunting. l. 3. Weſtmonaſ. An. 609. Florenſ. An. 603. Capgrauius in Auguſt. Foxus p. 107. Holinshed l. 5. c. 22. Sped. Hiſt. l. 7. c. 9.

Quæ ad cauſa occidis Monachos.

3. Secundus

3. Secundus teſtis Innocentiæ S. Auguſtini, iſque etiam omni exceptione ma- *Teſtimonium Bed.*
ior, eſt Beda ipſe, qui l. 2. c. 2. cit. ità ſcribit: *Quibus* (Britonum ſacerdotibus, &
monachis) *Vir Domini Auguſtinus fertur minitans prædixiſſe, quòd ſi pacem cum fratri-
bus accipere nollent, bellum ab hoſtibus forent accepturi: & ſi nationi Anglorum nollent
viam vitæ prædicare, per horum manus vltionem eſſent mortis paſſuri: quod ità per omnia
vt prædixerat, diuino agente iudicio, patratum eſt.* Et poſt narratam cædem eorum,
ab Edelfrido patratam, ſubdit *ſicque completum eſt præſagium S. Pontificis Auguſtini,
quamuis ipſe iam multo antè tempore ad cæleſtia regna ſublato, vt etiam temporalis interitûs
vltionem ſentirent perfidi, quòd oblata ſibi perpetuæ ſalutis conſilia ſpreuerant.* In quibus
verbis Beda vocat Auguſtinum, *virum Domini*, & *Sanctum Pontificem*: Et dicit,
ſublatum eſſe ad cæleſtia regna. Tantum abeſt, vt (quod Iuellus defenſ. Apol. par.
5. c. 1. affirmat) *inſigniter nobilitauerit ſuperbiam Auguſtini*: Ter vocat hæc verba
Auguſtini ad Britones, *præſagium, ſeu Prophetiam*: Diſertè aſſerit, quòd cædes
hæc facta eſt (non agente Auguſtino) ſed *agente diuino iudicio*: Ac demùm, quòd [d] *Vide Florentium An 603 & 604.*
S. Auguſtinus mortuus eſt *multo* [d] *tempore*, antequam illa fieret, itâ vt non potue-
rit eſſe author huius cædis, multò minùs illi interfuiſſe, prout quidam Prote-
ſtantes confingunt. Huntington l. 3. recitat ipſiſſima verba Bedæ de laude Augu
ſtini, de eius prædictione, de iudicio Dei in monachos, & morte Auguſtini multo
tempore antè cladem ipſorum: Idemque facit Capgrauius in vitâ S. Auguſtini:
Triuettus etiam, relatus à Spelmano in Concilijs Angliæ p. 111. ſcribit: *Poſt mor-
tem S. Auguſtini, Adelbertus rex Cantiæ, Ethelfridum regem Northumbriæ, & Saxones
ſuos, contrà monachos illos excitauit*: vbi etſi falsô accuſet Ethelbertum (vt infrà
patebit) tamen apertè ait S. Auguſtinum mortuum eſſe antè cladem prædictam:
& idem ibid. p. 112. addit. *Quos* (Monachos) *ideo quòd Britanni eſſent, ſingulos in-
terfecit.* Harpsfeildus ſec. 7. [e] c. vlt. *ſed hanc ſtragem* (Monachorum) *mors Augu-* [e] *idem c. 6.*
ſtini anteuertit. Et grauiter inuehitur in eos, qui aſſerunt eum fuiſſe authorem il-
lius. Florentius An. 603. *Quod bellum* (cum Scotis) *in loco, qui dicitur Degſaſtan,
Anno Regni ſui 11. Phocæ verò Imperatoris primo, Ethelfridus perfecit. Is etiam longo poſt* *Florentius. longo tempore poſteri 603.*
*tempore, collecto exercitu ad ciuitatem Legionum, quæ à Britonibus Carlegion appellatur,
diuino agente iudicio, vt prædixerat Beatus Auguſtinus Archiepiſcopus, ex Britonum Sa-
cerdotibus, qui ad exorandum Deum pro milite bellum agente, conuenerant, mille ducen-
tos priùs extinxit, & ſic cæteras nefandæ militiæ copias deleuit.* Et An. 604. *Auguſtinus* *Geruaſius.*
*Epiſcopum ordinauit Laurentium pro ſe paruo poſt tempore ad regnum migrauit cæleſte. 7.
Cal. Iunij feria 3.* Geruaſius in vita S. Auguſtini. *Vnde poſt obitum Auguſtini, ſicut eis* *Bromptom.*
prædixerat (Monachi Britannici) *à Rege Ethelfrido ad nihilum redacti ſunt.* Brom-
pton. col. 735. *Quod poſt mortem S. Auguſtini, vt Prophetando eis prædixerat, tempore
Edelfridi Regis Northumbrorum, qui eos debellauit, diuino agente iudicio, per omnia poſt-
modum eſt patratum.* Atque hi quidem omnes diſertis verbis aſſerunt, S. Augu-
ſtinum mortuum eſſe, antequam Monachi illi interficerentur: Idem aſſerunt
Thomas Spottus in Chronico ſuo, alijque Monachi, vt agnoſcit Parkerus in vitâ
Auguſtini p. 48. Idem proculdubio volunt illi, qui ſignant mortem S. Augu-
ſtini antè cladem Monachorum, vt Sigebertus, qui in Chronico ponit mortem S.
Auguſtini ſub An. 609. & cladem Monachorum (quos perperam vocat *Scotos*)
ſub Anno 615. ſuffragantur etiam innocentiæ S. Auguſtini illi, qui dicunt Edel-
fridum, bellum hoc intuliſſe Britonibus, non ad vindicandum Auguſtinum,
ſed ad capiendam [f] Ceſtriam, vt Malmeſbur. l. 1. Regum c. 3. Florentius Ann.
603. Weſtmonaſterienſis eodem Anno, & apertè indicat Beda l. 2. c. 2. vbi ait: [f] *Polidorus l. 4*
Edelfridus collecto grandi exercitu ad ciuitatem Legionum (quæ modò Ceſtria nuncu-
patur) *hanc ſtragem edidit.* Suffragantur etiam omnes illi, qui præfatam commi-
nationem factam ab Auguſtino Britonibus, attribuunt vaticinio ſeu Prophetiæ,
vt Sigebertus Ann. 602. & 615. Beluacenſis l. 23. c. 8. Bromton in Chronico,
Weſtmonaſterienſis Anno 603. & alij: Nam qui cenſent S. Auguſtinum hac in
re Prophetam fuiſſe, proculdubiò eum culpæ reum non exiſtimant ſuffragan-
tur itêm omnes illi, qui de hac Auguſtini crudelitate tacent: Nam nec Ninius,
quem Baleus Cent. 1. c. 74. facit vnum ex Monachis, qui ex hac ſtrage euaſe-
runt, neque Galfridus Auguſtinum hac de re accuſat vti liquet ex libro c. 4. ſi

autem Britones, (licet S. Auguſtino inimiciſſimi) hanc ſcalumniam S. Auguſtino non inferunt, quantò minùs deberent alij?

4. Demûm innocentia S. Auguſtini hac in re itâ eſt manifeſta, vt Proteſtantes [*Proteſtantiũ teſtimonia pro S. Auguſtino.*] aliqui, partim eum tueantur, partim non audeant eum condemnare. Foxus in [*Foxus.*] Actis ſuis p. 107 *Auguſtinus prædixit illam cladem, & (vt tradunt Authores) mortuus eſt, antequàm ficret.* Holinshed. [*Holinshed.*] l. 5. hiſtoriæ c. 22. ſic *Impleta fuit Prophetia Auguſtini, quamquâm ipſe longè antè ex hac vitâ diſceſſerat, vti Beda refert.* Et ibidem aſſerit quòd *Britones ipſi pronocarunt Edelfridum ad bellum.* Mortonus in ſua Prouocatione ſeu [*Mortonus.*] Appellatione l. 1. cap. 61. in margine, ait quòd cædes Monachorum, *accidit poſt mortem Auguſtini.* Godwinus [*Godwin.*] ipſe in vitâ Auguſtini Anglicè editâ: *Auguſtinus denunciauit illis iudicium Dei ob ſuam contumaciam, ac confidenter illos certos fecit,* (inquit Beda) *de inſigni aliquâ clade illis ſuperuentura — Euenitque iuxtâ eius prædictionem Quidam aſſerunt Auguſtinum morte preuentum, cladem illam non vidiſſe.* Hæc ille ibi, licet, more hæreticorum, in peius proficiens, poſteâ in Conuerſ. Britan. c. 4. contendat, Auguſtinum fuiſſe authorem huius cladis. Camden. [*Camden.*] in ſua Britan. p. 457. aliàs 537. *Quorum* (Monachorum) *mille ducentos, Edilfridus rex Nordunhumbrorum è medio ſuſtulit, quòd pus precibus Chriſti opem pro Britannis Chriſtianis contrâ Paganos, Saxones implorasſent.* En authorem cædis Monachorum, non Auguſtinum, ſed Edilfridum regem paganum, ac cauſam cædis, non eorum contumaciam ergâ Auguſtinum, ſed eorum preces contra Paganos-Saxones. Stous [*Stous Honſ. p. 51.*] in Chronico *Auguſtinus cis minaciter Prophetauit, quòd ſi pacem nollent habere cum fratribus, bellum habituri eſſent ab hoſtibus: quod poſteâ euenit.* Elias Reuſnerus [*Reuſnerus.*] lib. Genealogiarum Regum p. 250. *Ethelfridus Northumbriæ rex, partim dominandi cupiditate, partim etiam diuturno odio irritatus, arma in Britannos ſumpſit.* Spelman. [*Spelman.*] in Concilijs p. 124. vbi retuliſſet, quòd quidam faciunt Auguſtinum reum huius cædis, addit: *Quàm hoc verè, ipſi viderint; vir eximius meo non cadet calculo.* Et p. 110. antequam dicetet quod *nonnulli ſcribunt ipſum Auguſtinum, huius belli, non modò conſcium, ſed etiam impulſorem extitiſſe,* præmiſerat: *Faxit Deus, vt præter veritatem ego nihil ſuggeram.* Maſonus [*Maſon.*] de conſecratione Epiſcoporum l. 2. c. 4. *An Auguſtinus fuerit cauſa cædis ſecutæ, nolo definire.* Caluiſius in Chronico ponit mortem S. Auguſtini Anno 604. ac cædem Monachorum An. 615.

CAPVT OCTAVVM.

QVID ACCVSATORES SANCTI AVGVSTINI reſpondent prædicto teſtimonio Bedę, de morte eius, ante cædem Monachorum.

1 QVI calumniantur S. Auguſtinum de cæde Monachorum Britannicorum, oppreſſi pondere prædicti teſtimonij Bedæ, quòd is è viuis exceſſerat *multo tempore* antequàm illa accideret, ad impudentiæ ſubſidium confugiunt, ſed, non omnes vno, & eodem modo. Nam aliqui eorum negant verba Bedæ; alij eius authoritatem. Quidam eorum aſſerunt ea verba: *Quamuis ipſo Auguſtino tam multò ante tempore ad cæleſtia regna ſublato*, non eſſe reuerâ Bedæ verba, ſed ab aliquo ſuppoſita. Primus (quòd ſciam) huius impudentis effugij inuentor fuit Iuellus in Defenſ. Apologiæ parte 5. p. 437. quem ſecuti ſunt Parkerus in vitâ S. Auguſtini, Godwin. in Conuerſ. Britan. c. 4. Maſonus de Conſecrat. Epiſcop. l. 2. c. 4. & alij: & ne ſine ratione inſanire videantur, contendunt id probare: Primò, quia non reperiuntur in antiquâ Saxonicâ tranſlatione Bedæ, cuius (ait Iuellus) *exſtant nonnulla exemplaria.* Secundò, quia vetus Chronicon ante 200. annos ſcriptum, per Thomam Graium aſſerit Auguſtinum incitaſſe Ethelbertum regem Cantij ad occidendos hos Monachos, quod & fecit tertiò, quia falſum eſt, Auguſtinum mortuum eſſe ante ſtragem Monachorum: Nam illa peracta eſt Ann. 605. & ipſe obijt Ann. 610.

2. Cæterùm,

2. Cæterûm, in hoc arguendi modo tria deteguntur abſurda, & ab omni ratione aliena, impudentia: Primum eſt tranſlationem recentem & obſcuram anteferre exemplaribus originalibus & celeberrimis, Secundum, pauciſſima, innumeris toto orbe diſpetſis: Tertium eſt, dicere omnia Bedæ [a] exemplaria eſſe corrupta hoc vno in loco, quo eorum calumnia refellitur. Quòd antè verba illa verè ſint Bedæ, manifeſtum eſt: Primò, quià non profertur vllum exemplar Bedæ, ſiuè [b] Manuſcriptum, ſiuè impreſſum, in quo non extant. Secundò, quia eadem verba habentur in Huntingtono l. 3. qui ſolet verbatim ſequi Bedam; itemque in Capgrauio in vitâ S. Auguſtini. Tertiò, quia Beda alijs verbis, quæ Aduerſarij agnoſcunt eſſe eius, apertè profitetur innocentiam S. Auguſtini: Nam ait, quòd Auguſtinus Monachis illis *prædixit, quod ſi pacem cum fratribus accipere nollent, bellum ab hoſtibus forent accepturi: & ſi noluiſſent nationi Anglorum viam vitæ prædicare, per horum manûs vltionem mortis eſſent accepturi: quòd ità per omnia, vt prædixerat, diuino agente iudicio, patratum eſt: ſicque completum eſt præſagium ſancti Pontificis Auguſtini, quamuis &c.* In quibus verbis, Beda apertè facit S. Auguſtinum, Prophetam huius cædis, & Deum, authorem eiuſdem: vnde Mortonus l. 1. Prouocat. c. 4. ſec. 1. inquit: *Quem ſermonem* (Auguſtini) *quidam intelligunt profectum eſſe ex Spiritu Prophetico;* & in margine citat Bedam: Si autem S. Auguſtinus duntaxat fuit Propheta huius cædis, & Deus author eiuſdem prout aſſerit Beda, proculdubiò culpâ vacuus fuit, imò optimè merebatur de Monachis, quos admonuit de clade ſuà, de quâ diuinitùs edoctus fuerat.

[a] *l. 2. de Aug. sermo ſim le ac vitâ tred. cap. 1*
[b] *Godwin. ait extare, ſed non dicit vbi.*

3. Quartò, quia forte nulli erant eiuſmodi Saxonici libri, quos iactant, tûm quia, primus, (quod ſciam) eos venditauit Iuellus, mendaciſſimus homo, & qui ad nullum mendacij genus erubuit: tûm quia nulli huiuſmodi libri adhuc prolati ſunt, aut locus indicatus, vbi inueniantur: tùm quia Spelman. etſi diligentiſſimus ſcrutator huiuſmodi antiquitatum, tamen in Concilijs p. 110. ait ſe *Manuſcriptos codices Saxonicos non luſtraſſe.* Tum demùm, quia non conueniunt inter ſe, cuiuſmodi ſunt hi libri Saxonici, nempe, nùm Bedæ libri *tranſlati in linguam Saxonicam* (vt loquuntur Iuellus, & Mortonus locis citatis) an verò latini libri Bedæ, ſed ſcripti charactere Saxonico, vt videtur velle Godwinus in Côuerſ. Brita. c. 4. Parkerus autem abſolutè vocat *libros Saxonicos*; non explicans, vtrum ſint libri Bedæ tranſlati in linguam Saxonicam, vel tantûm ſcripti charactere Saxonico: imo in Antiquit. ſuis p. 35 impudenter aſſerit, extare *veteres ipſorum Saxonum leges ac prædicationes ante Auguſtini huc aduentum quibus Pontificiorum, de Auguſtino error refellitur.* Cæterûm qualeſcunque ſint libri illi, omnis ratio dictat, cæteris paribus, fidem habendam potiùs [c] originalibus, quâm tranſlatis: [d] pluribus, quàm paucioribus: vetuſtioribus, quàm recentioribus, ac librarios ſolere potiùs omittere aliqua verba, quàm vlla addere: Certè [d] Sutclifius ipſe ait: *Nihil eſſe magis abſurdum, quàm codices originales ad ſcripta interpretum, tanquam regulam ad opus, inflectere:* Idemque ſolent [e] Proteſtantes omnes clamare, quandò contendunt ſcripturam originalem anteferendam eſſe Latinæ vulgatæ. Et Twinus in Antiq. Oxon. ſec. 36. *At Prototypon, Latinum eſt: niſi ergò in Latino exemplari iſta reperiantur, nullus dabitur Saxonico exemplari locus.* Et pari modo dico ego: At Prototypon Bedæ, Latinum eſt, cùm ergo verba iſta habeantur in Latino exemplari, nullus dabitur Saxonico exemplari locus.

Author ſine nomine, eſt ſine authoritate. Merton de Auctor. Princ. capite 6 p. 186.
[c] *S. Aug. 15. de ciuit. c. 13: Hieronym. contra Heluidiũ multo putior manare credenda eſt fontis vnda quam riui.*
[d] *Apud Gretſer l. 1. Defen. Bellar. c. 18*
Holſpin par. H. Hor l. 2. c. 1 Morton. to 2. Apol. l. 3 c 14
[e] *Humfred. ad Rat. 1. p. 58.*

4. Quintò, quia Thomas Graius, Chronici illius author, apertè mentitur: Nam [a] aſſerit S. Ethelbertum, Regem Cantij Chriſtianum, hanc cædem Monachorum feciſſe, cùm Beda & alij omnes affirment, eam feciſſe Ethelfridum, Paganum regem Northumbriæ. Et prætereà, tam obſcurus eſt author, vt Baleus in ſuis Centurijs ſcriptorum Anglicorum illius mentionem non fecerit: qui tamen Cent. 3. c. 70. meminit Hugonis whiti, authoris Chronici Petroburgenſis, quem ait, *recta diſſonis, ac vera friuolis, interdum admiſcuiſſe.* Anonymus apud Godwinũ de Conuerſ. Brit. c. 4. perhibet, *Ethelbertum ab Auguſtino inſtigatum petiiſſe ab Elfrido Northumbria rege, vt ſibi copias commodaret ad bellum Britannis inferendum.* Cùm conſtet ex Beda, non Ethelbertum cum copijs Ethelfridi, ſed Ethelfridum cum copijs ſuis, hoc bellum Britonibus intuliſſe: Humfredus ad Rat. 5.

[a] *Godwin. l. cit.*

Campiani, ait Ethelbertum iunxiſſe copias cum Ethelfrido Genero ſuo, & trucidaſſe aliquot millia Monachorum, cùm nec Ethelfridus fuerit Gener Ethelberti, nec vlla millia Monachorum cęſa fuerint. Triuettus autem apud Spelman. in Concilijs p. 111. ſcribit, quòd *poſt mortem Auguſtini, Ethelbertus Rex Cantij excitauit Ethelfridum regem Northumbriæ contrâ Monachos:* Idem ait Parker. in Antiq. p. 48. Quod à fabulatore [g] Galfrido mutuati ſunt. Adeò rectè mendacibus inter ſe conuenit. Tantûm enim abfuit Ethelbertus à cogendo Britones vi & armis ad ſuſcipiendam doctrinam Auguſtini, vt (quod teſtatur Beda l. 1. c. 26.) *nullum* [h] *cogeret ad Chriſtianiſmum, ſed tantummodò credentes, arctiori dilectione, quaſi conciues ſibi Regni cæleſtis, amplecteretur: didicerat enim à Doctoribus authoribuſque ſuæ ſalutis, ſeruitium Chriſti voluntarium, non coactitium debere eſſe.* Imó Foxus ipſe in Actis ſuis p. 108. aſſerit, quòd ſit *potiùs ſuſpicio, quàm veritas, quòd Ethelbertus rex Chriſtianus, aut potuerit tantum apud regem paganum Idololotram, aut voluerit tâm crudele facinus admittere.*

5. Sextò, quia S. Auguſtinus reuera mortuus eſt, antequam hæc cædes Monachorum patrata eſſet: Nam obijt Anno Domini 604. vt aſſerit Baronius eodem anno, Item Yepes in ſuis Annalibus Anno 604. Florentius in Chron. Gordon. Ann. 604. & alij, idque apertè indicat Beda l. 2. c. 3. vbi poſtquàm retuliſſet, quòd S. Auguſtinus eo anno ordinaſſet Mellitum, & Iuſtum, ſtatim ſubdit: *Defunctus eſt autem dilectus Deo Pater Auguſtinus*, vbi apertè ponit obitum S. Auguſtini ſub Anno 604. (idque agnoſcit Spelman. in Concilijs p. 93) nullâ mentione factâ aut longioris vitæ, aut alterius rei ab Auguſtino geſtæ, niſi quòd addat c. 4. quòd [i] *viuens ordinauerat Laurentium, ſuum ſucceſſorem, ne ſe defuncto, ſtatus Eccleſiæ vel ad horam Paſtore deſtitutus, vacillare inciperet:* Hoc autem potuit feciſſe eodem anno 604. idque cum feciſſe ſcribit [k] Florentius in Chron: qui *in temporis calculo præ cæteris eſt diligentiſſimus, teſte* [l] *Seldeno* Neque ſanè veriſimile eſt eum conſecraſſe Laurentium, niſi cum perſpiceret ſibi mortem [m] imminere. Godwinus etiam in Conuerſ. Brit. c. 4. inquit: *Haud me latet, à nonnullis traditum Anno Chriſti 603. vitam Auguſtinū cum morte commutaſſe. Quod ipſum innuit Beda in exemplaribus omnibus impreſſis.* Certe Stous in Chronico ait, quòd S. Auguſtinus exceſſit è vita duobus menſibus, duobus Hebdomadibus, ac duobus diebus poſt S. Gregorium: qui (vt notiſſimum eſt) obijt Anno Domini 604. Neque obſtat quod S. Auguſtinus legitur ſubſcripſiſſe diplomati S. Ethelberti Regis dato Anno Chriſti 605. Nam (vt omittam, quod illud diploma habitum fuit [n] ſuſpectum ab ipſis Archiepiſcopis Cantuarienſibus, vti refert Geruaſius & ipſe Monachus Cantuarienſis Anno 1181. col. 1458. cuius ſuſpitionis multas cauſas affert, Spelman in Conciliis Angliæ p. 125.) annus ſignatus in illo diplomate, eſt ſatis incertus. Primo, quia annus Chriſti non apponitur alteri eiuſdem regis diplomati [o], dato Eccleſiæ Sancti Pauli Londini, neque etiam Epitaphio S. Auguſtini, neque ferè vlli publico ſcripto illius temporis, quia nondum inoleuerat [p] vſus illum apponendi. Secundo, quia indictio adiuncta illi diplomati, varia eſt. Nam apud Harpesfeldum ſec. 7. c. 9. & Weuerum in ſuis monumentis p. 239. eſt octaua: apud Thornum autem (qui eùm fuerit Monachus in ipſo Monaſterio S. Auguſtini, potuit vidiſſe ipſum Autographum) col. 2123. eſt ſexta; quæ coincidit cum anno Chriſti 603. quo anno ſuperſtes erat S. Auguſtinus, adeoque potuit ſubſcripſiſſe illi diplomati, & quidem S. Auguſtinus in ſuo priuilegio apud eundē Thornum in Chronico ca. 1. §. 10. manifeſte loquitur de S. Gregorio, tanquam adhuc ſuperſtite, qui tamen obiit Chriſti Ann. 604. Et ipſe Thornus de Abbatibus S. Auguſtini c. 2. §. 11. refert, quod in *textu Adriani ſcribitur, quòd eodem anno, quo S. Gregorius, obijt Sanctus Auguſtinus.* Conſtat autem Sanctum. Gregorium obiiſſe anno 604. Tertiò, quia manifeſtus eſt error in anno Chriſti ſignato in diplomate Edmundi Regis nempe An. 844. eùm ipſe nondum natus eſſet, & tamen eius diploma dicitur approbatum ab Eduardo ſexto, dicto tertio, non ſecus ac Diploma Sancti Ethelberti. Ex quibus omnibus conſtat, annum Chriſti appoſitum diplomati Sancti Ethelberti incertum eſſe, ideoque ex illo non poſſe certo concludi, quod S. Auguſtinus vitam produxerit vſque ad annum 605. ſed vteunque S. Auguſtinus ſuperſtes

Morton pro-uocat. l. 1. c. 4.

[g] *l. 2 c. 4.*

[h] *Hunting. l. 3* Nullum ad fidē cogebat.

S. Aug obiit An. 604.

[i] *VVeuer p. 244.* paulo ante mortem.

[k] Paruo poſt tempore.

[l] *In præfat. hiſtor. Admero.*

[m] *Harpeſ. ſec 1 c. 7.* cum extrema ſibi imminere videret.

Lito & Moaſo in Chron.

Beda innuit

Vide Edmerum l. 4. Pariſ An. 1258 variātes lectiones Thorni col. 1931.

[o] *Spedus l. 7 c 8.*

Stous p. 77.

VVeuer p. 354.

[p] *Myreus in ſcholiis ad Sigebertum c. 27.*

Viguerius apud Cheſneum co. 1. hiſtor Frāc.

perſtes

perſtes fuerit, poſt Annum 604. certiſſimè mortuus eſt ante 3. Kalendas Maias Anno 610. Nam tunc (vt refert Beda l. 2. c. 4.) *Bonifacius Papa, Deo dilecto Archiepiſcopo Laurentio, & Clero vniuerſo, ſimiliter Ethelberto regi, atque genti Anglorum, Epiſtolas direxit;* nullâ mentione factâ S. Auguſtini. Ad quem proculdubio ſcripſiſſet, ſi is tunc in viuis fuiſſet. Quin imo, idem Bonifacius in Epiſtola ad S. Ethelbertum Regem, miſſa per eundem S. Mellitum, apud Malmesbur. l. 1. Pont. p. 208. vocat Auguſtinum *Beatæ memoriæ*, atque ait Sanct. Laurentium præfuiſſe Cantuar. Eccleſiæ, vt certiſſimum ſit, eo tempore fuiſſe Auguſtinum vita functum. Cædes autem Monachorum quoto anno acciderit, certum non eſt. Probabiliſſimum videtur, quòd acciderit Annó 615. tùm quia hoc magis eſt conſentaneum verbis Bedæ, aſſerentis S. Auguſtinum mortuum eſſe *multo tempore* antè hanc cædem, prout multum tempus eſt inter Annum 604. quo S. Auguſtinus obijt, & Annum 615. tum quia Sigebertus ait, hanc cædem patratam eſſe poſt diſputationem cum Scotis, quæ habita fuit Ann. 615. Idem aſſerit Maſſeus apud Baleum Cent. 1. c. 74. & Magdeburgenſes Cent. 7. c. 8. col. 248. Atque hi authores iure præferendi ſunt innominato authori Chronici Petroburgenſis, qui (vt refert Iuellus l. cit.) aſſerit cædem Monachorum contigiſſe Anno 605. ſi Iuellus non poſuerit 605. pro 615. ſed vtcunque incertum ſit, vel quo Anno S. Auguſtinus obierit, vel quo, Monachi occiſi fuerint, illud certiſſimum eſt ex prædicto Bedæ teſtimonio, quòd obierit multo tempore, antequâm illi necarentur, & quòd quicunque ex incerto tempore mortis S. Auguſtini, vel cædis Monachorum, arguere velit contrâ certiſſimum Bedæ teſtimonium, quòd S. Auguſtinus obierit *multo tempore* antequam illi necarentur, non veritatem quærit, ſed fucum veritati facit, ac maleuolentiam ergâ ſanctiſſimum virum prodit.

Vide Thorn. col. 1765.

Tempus cædis Monachorum.

6. Demûm probatur apertâ confeſſione Proteſtantium, partim quòd prædicta verba de morte S. Auguſtini ante cladem Monachorum, ſunt reuera Bedæ; partim quòd ipſe aſſerat S. Auguſtinũ immunem fuiſſe à dicta cæde. Mortonus l. 2. Apologiæ c. 17. obijciens ſibi dicta Bedæ verba, reſpondet: *Vos venerabilem Bedam, vt murum aheneum opponitis. ſed* (inquit) *magni authores labuntur interdum.* Quod eſt planè fateri, verba illa eſſe reuera Bedæ, ſed eius teſtimonium reijcere. Atqui vndè probat lapſum eſſe hac in re Bedam? Certè non ex vllo teſte antiquiore, aut veraciore, nec ex alio argumento, quâm quia magni viri interdûm labuntur. An quia magni viri interdùm labuntur, propterea lapſus eſt hac in re Beda? An magni viri dicendi ſunt lapſi eſſe, niſi conuincantur? An non hoc eſt omnium Hiſtoricorum fidem eleuare, ſeque regulam totius veritatis hiſtoricæ conſtituere? Parkerus in vitâ Auguſtini itâ ſcribit: *Narrat Beda, Auguſtinum diuino edoctum oraculo, bellum hoc Britonum Epiſcopis, & Clericis prædixiſſe.* Et nihilominùs addit, quòd *veriſimilius ſit, ipſum communicato cùm Ethelberto rege conſilio, eius belli inferendi non conſcium modò, ſed etiam cauſam fuiſſe.* Ac ſi quicquam veriſimilius eſſe poſſit hac in re, quàm quòd Beda narrat? Foxus in actis ſuis p. 108. fatetur, quôd *Huntington, & alij, teſtantur Auguſtinum defunctum eſſe antè prælium prædictum.* Et p. 107. inquit: *Authores, qui ſcribunt de hac lachrimabili cæde, referunt, quo modo vaticinium Auguſtini impletum ſit de Britonibus — Quam ob cauſam* (quòd noluerint Anglis prędicare) *nil mirum, ſi à Deo puniti ſunt, iuxtà verba Auguſtini* — Item 1. *Auguſtinus, iuxtâ relationem authorum, mortuus eſt antequâm hæc cædes patrata eſt.* Vbi, licet non nominet Bedam, certiſſimè tamen eum comprehendit ſub nomine *authorum*, quiâ eſt præcipuus inter authores, qui hoc aſſerunt: Magdeburg. Cent. 6. c. 5. col. 74. itâ ſcribunt, *Beda ait Anglos* (dicerent Britones) *ideò à Deo punitos fuiſſe, quòd Auguſtini prædicationem, & conſilium repudiauerint —— Hi quia ſubſcribere nolebant* (Britones) *diuinâ vindictâ plurimos ipſorum in bello interfectos eſſe memorat.* Spelman. in Concil. p. 106. refert ea verba: *Quamuis ipſo iam multo tempore* &c. vti verba Bedæ, æquè & alia. Qui omnes, partim agnoſcunt verba illa de morte S. Auguſtini antè cædem Monachorum, eſſe reuera Bedæ verba: partim, S. Auguſtinum ſolùm prædixiſſe cædem illam Monachorum, Deum verò eam peregiſſe ob eorum contumaciam.

Proteſtantes agnoſcunt verba Bedæ, ſed negant eius Authoritatem.

Mortonus.

Parkerus.

Foxus.

Magdeburgenſes.

7. His omnibus dictis pro innocentiâ S. Auguſtini, accedit, quòd teſtes à Proteſtantibus contrà S. Auguſtinum producti, ſibi inuicem contradicunt. Nam Graius ait, quòd rex Ethelbertus collegerit exercitum, ac dictam cædem patrauerit. Chronicon citatum ab Iuello, aſſerit quòd Ethelbertus, & Ethelfridus iunctis viribus eam ediderint: Aliqui dicunt, S. Auguſtinum duntaxat incitaſſe reges ad eam cædem, alij etiam[p] interfuiſſe. Denique ipſimet Proteſtantes accuſatores S. Auguſtini, in initio, timidè & ſine vllo teſte, hoc crimen S. Auguſtino obiecerunt. Nam Baleus, qui primus ex Proteſtantibus, quòd ſciam, illud illi obiecit, nullum teſtem citat, ſed tantùm rumorem. Nam ità ſcribit Cent. 1. c. 70. *Iſte* (Dionotus) *cùm mille ducentis ſocijs, Auguſtino ſuggerente, (vt ferunt) apud Ceſtriam, Anno ſalutis 603. Ethelfridi regis tyrrannide coronatur.* Magdeburg. Cent. 6. c. 10. col. 781. *Dionotus, cùm 1200. Collegis, Anno ſalutis 603. Martyrio affectus eſt, Auguſtino Monacho, (vt aiebant) impulſore.* Et Parkerus in vitâ Auguſtin. *Veriſimilius eſt, ipſum communicato conſilio cùm Ethelberto rege, belli inferendi, non conſcium modò, ſed etiam cauſam fuiſſe.* Item. *Non eſt abſimile, eius* (Auguſtini) *inſtigatione, hoc bellum Britannis eſſe paratum: Quin etiam huic coniecturæ ſuffragari videtur Amandus Zierixenſis.* Audis: *vt ferunt, vt aiunt, veriſimilius, non abſimile, Coniectura.* Ac tandem Magdeburgenſes Cent. 6. c. 3. col. 74. profitentur, ſe nolle præſtare, quod dicunt contrà S. Auguſtinum; ſed aiunt. *Fides narrationis, eſto penes authorem.* Et quis innocens erit, ſi ſufficiat tantum virum accuſaſſe, ex rumoribus, ex veriſimilitudinibus, ex coniecturis, quarum fidem ipſi accuſatores nolunt præſtare, præſertim cùm tot ac tanti teſtes, omni exceptione maiores, innocentem eum eſſe pronunciant: ſed modò videamus, quales fuerint Monachi illi, quorum patrocinium ſuſcipiunt Proteſtantes contrà S. Auguſtinum, & quorum cædis ipſum accuſant.

Hariſon apud Holinshed l.5.c.22. — *Vt ferunt.* — *Vt aiebat.* — *Veriſimilius* — *Non eſt abſimile.* — *Coniectura.*

CAPVT NONVM.

QVOD MONACHI BRITANNICI QVORVM cędis Proteſtantes accuſant Sanctum Auguſtinum, erant Schiſmatici.

1. QVOD Monachi, quorum cædem Proteſtantes S. Auguſtino obijciunt, erant Schiſmatici oſtendam in hoc capite, & in ſequentibus capitibus, quòd erant hæretici, & impij in Deum ac homines, ac demûm, à Deo ipſo morti adiudicati, vt inde intelligat lector, num reuera mortem merebantur, necne. Quòd igitur erant Schiſmatici, conſtat. Nam (vt refert Beda l. 2. c. 2.) *Auguſtinus,* (Britones) vt *pacem Catholicam ſecum haberent, fraterna admonitione ſuadebat.* Et S. Laurentius eius ſucceſſor cum ſocijs ſuis ſcripſit literas ad eoſdem *quibus eos* (inquit Beda l. 2. c. 4.) *in vnitate Catholica confirmare ſategit:* & alias ad Scotos, Britonum in errore ſocios, *obſecrans eos, & conteſtans, vnitatem pacis, & Catholicæ obſeruationis, cum eâ, quæ toto orbe diffuſa eſt, Eccleſia tenere.* Et nihilominùs Britones (vt loquitur Auguſtinus apud Bedam l. 2. c. 2. cit.) *pacem cum fratribus accipere noluerunt.* Dagamus Scotorum Epiſcopus, (vt teſtatur S. Laurentius ibid. c. 4.) *nec cibum cum ipſis ſumere, nec in eadem domo cùm ipſis verſari voluit.* At, qui nolebant pacem Catholicam habere cum legato Apoſtolicæ ſedis, nolebant eſſe in vnitate Catholica, nolebant vnitatem pacis cûm Eccleſiâ toto orbe diffusâ, tenere, qui non accipiebant pacem cum fratribus, qui nec cibum ſumere, nec in eadem domo manere volebant cum Catholicis Epiſcopis, proculdubio erant Schiſmatici.

2. Beda etiam l. 2. c. 2. ſcribit, quòd Britones *ſuas traditiones, vniuerſis, quæ per orbem, ſibi* (Auguſtino) *concordabant, Eccleſiis, præferebant, & multa, vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudini contraria, gerebant.* Et l. 5. c. 19. inquit. *Aldelmus ſcripſit,* (*iubente Synodo ſuæ gentis*) *librum egregium aduerſùs errorem Britonum quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia plura Eccleſiaſtica* * *caſtitati, & paci contraria gerunt.*

** Charitas*

Ibid:

Ibid. c. 16. ait Adam annum *reduxiſſe multos Britones ad vnitatem Catholicam*: c. vigeſimo: vocat, *Scotorum ſectam*. Et c. 23. ait. *Britones adhuc claudicantes à ſemitis ſuis, & capita fieri ſinè coronâ prætendunt, & ſolemnia Chriſti, ſinè Eccleſiæ Chriſti ſocietate, venerantur*. Et c. vlt. *Britones totius Eccleſiæ Catholicæ ſtatutum Paſcha, minùs rectè, moribuſque improbis impugnant*. Ac l. 2. c. 20. *vſque hodiè, moris eſt Britonum, fidem, religionemque Anglorum, pro nihilo facere, neque in aliquo eis, magis communicare, quàm cùm* [a] *Paganis*. Et Ioannes Papa quartus apud eundem l. 2. c. 9. ait, eos *refutaſſe Paſcha noſtrum*. Qui autem plura gerunt paci Eccleſiaſticæ contraria, qui ſolemnia Chriſti, ſine Eccleſiæ Chriſti ſocietate, celebrant, qui ſunt extrà vnitatem Catholicam, qui totius Eccleſiæ ſtatutum Paſcha impugnant, qui fidem religionemque Catholicorum pro nihilo faciunt, nec in aliquo cum eis communicant, magis, quàm cum Paganis, quique denique refutant Paſcha Catholicum, habendi ſunt Schiſmatici.

Sine ſocietate Eccleſiæ Chriſti.

[a] *Vide Epiſtolam Cumiani apud Vſſerium in Epiſt. Hiber. p. 29.*

3. S. etiam Aldelmus, qui eodem ſæculo, quo Auguſtinus, floruit, itâ ſcribit de Britonibus Epiſt. 44. inter Epiſtolas S. Bonifacij: *Illud verò, quàm valdè à Catholicâ fide diſcrepat, & ab Euangelicâ traditione diſcordat, quòd vltrà Sabrinæ fluminis fretum, Demetarum ſacerdotes, de priuatæ propriæ conuerſationis munditia gloriantes, noſtram communionem magnopere aſpernantur, in tantùm, vt nec in Eccleſiâ nobiſcum orationum officia celebrare, nec ad menſam ciborum fercula, pro charitatis gratia, pariter percipere dignentur: quin imò ferculorum fragmenta, & reliquias epularum lurconum canum rictibus deuorandas porrò proijciunt*. S. Cuthbertus iam moriturus apud Bedam in eius vita c. 39. itâ ſuos admonuit. *Cum illis, qui ab vnitate Catholicæ pacis, Paſcha non ſuo tempore celebrando, aberrant, vobis ſit nulla communio*. Item. *Recedatis ab his locis, & vbicunque Deus prouiderit, incolæ maneatis, quàm vt vllâ ratione conſentientes iniquitati, Schiſmaticorum iugo colla ſubdatis*. Vbi per *Schiſmaticos* intelligit * Quartodecimanos Britones, ſeu Scotos: Nulli enim alij erant Schiſmatici in Britannia tunc temporis, à quibus cauendum erat. Atque hoc erat S. Auguſtini, & ſociorum ſuorum S. Bedæ, S. Aldelmi, S. Cutberti (qui optimè nouerant Britones) de ipſis iudicium, Itemque Ioannis Papæ, qui eodem tempore vixit.

Diſcrepant à fide Catholicâ.

Aſpernantur communionem Catholicorum.

Schiſmatici.

* *Harpesfeld ſec. 7. c. 12.*

4. Nec diſſimile erat iudicium ſcriptorum ſequentium ſæculorum. Nam itâ Malmesbur. l. 3. Pontif. p. 260. *Communionem* [b] *Scotorum Epiſcoporum ſedes aſpernabatur Apoſtolica*. Et l. 1. p. 233. *Quia* (Scoti) *tùm in multis, tùm in obſeruatione Catholici Paſchæ delirabant, canebant Romanorum apud Cantiam reliquiæ, ordinationes erroneorum ſuſcipere*. Weſtmonaſter. An. 586. ait de Britonibus: *Nec illis* (Anglis) *libentiùs, quàm* [c] *canibus communicare volunt*. Huntington l. 3. *Nec Britones magis communicant Anglis, quàm Paganis, fidem eorum nihili pendentes*. Baronius An. 604. n. 55. 60. 65. *Auguſtinus, duas Synodos habuit cum Epiſcopis antiquæ Britannorum gentis, iàm multò tempore à communione Catholica, diro Schiſmate antè diuiſis*. Ibidem n. 78. *eâdem planè, qua Britanni, pariter, & Scoti erant Schiſmatis fuligine tincti, ac diſceſſionis ab Eccleſiâ Romanâ*. Et Harpesfeldus ſæc. 7. c. 25. *Britanni, Anglorum religionem, & Catholicos ritus nimia inſolentia contemnebant, proprios quoſdam, & deprauatos improba ab Eccleſia receſſione, ſectantes*. Vide etiam eundem ibidem c. 39. Et ex [d] Proteſtantibus Spelman. in Concilijs p. 109. *Manifeſtum eſt Britannicam Eccleſiam nullam hoc tempore cum Rom. Eccleſiâ communionem coluiſſe*. Potter. ſec. 2. p. 50. *Britones firmiter adhærebant Eccleſiis Aſiaticis in celebratione paſchæ, ob quod Papa eos abſcindebat à ſua communione*. Goduin. in Archiepiſ. Eboracenſibus n. 3. *Wilfridus in Galliam fuit amandatus vt ibi conſecrationem acciperet, Scotorum antiſtitum ordinatione ſpreta, quos Schiſmaticos appellabant*. Selden. in Præfatione ad Lectorem ante Hiſtoricos Anglos à Beo editos. *Seiunxerat quidem ab illis eum* (S. Wilfridum) *Schiſma eorum de Paſchate illud notiſſimum*. Hæc Proteſtantes, qui tamen omnes fatentur Eccleſiam Rom. fuiſſe eo tempore Catholicam, adeoque fateri debent Britones fuiſſe eo tempore Schiſmaticos, vt potè à Catholicæ Eccleſiæ communione diuulſos.

[b] *Sic Hodim Stephanus in vita S. Wilfridi.*

[c] *Baleus Cent. 1. c. 74. Magdeb. Cent. 6. c. 3. col. 74.*

Britones diro Schiſmate diuiſi.

Vide eum Ann. 716.

Mahus in Trophæis p. 1407. 1422.

[d] *Et Morris de Antiquit. Prim. c. 1. & Prouincial. l. 3. c. 9. Speed. l. 6. c. 9. n. 10.*

Seceſſerunt ab Eccleſia.

5. Obiter autem noto, perperam ſcripſiſſe [e] Fitzimonem, quòd venerabilis Beda *nimio* (inquit ille) *zelo tranſuerſum actus, ſeptentrionales Hiberniæ Monachos, Schiſmatis damnat, quòd peculiarem quandam coronæ formam obſeruarent*. Non enim Beda itâ deſipuit, vt rem leuiculam tanti criminis condemnare. Imò l. 5. c. 22. Nomine

[e] *l. 2. de Miſſa, parte 2. c. 9.*

Ceolfridi Abbatis ſui, ait Quod *diſcrimen Tonſuræ, non nocet ijs, qui habent rectam fidem in Deum, & charitatem ergà proximum, præſertim cùm non legerimus vllam controuerſiam inter Catholicos ſcriptores, de diſcrimine Tonſuræ, prout fuit de Paſchate.* Et l. 3. c. 16. vbi improbat morem Aidani in obſeruatione Paſchatis, nihil tamen dixit contrà formam coronæ, quam gerebat. Rectiùs hoc potuiſſet attribuiſſe S. Patricio, ſi (quod [f] refert Vſſerius in Antiq. Britan. p. 294.) ſanciuit in Synodo Canonem, quo *excommunicandus declaratur clericus, ſi non more Romano capilli eius tonſi ſunt.*

[f] *Spelman. in Concil. p. 52. Vide Camden. in Hibern. p. 704.*

CAPVT DECIMVM.

QVOD MONACHI BRITANNICI, DE QVORVM cæde accuſatur Sanctus Auguſtinus, erant etiam graui errore, imo hæreſi, implicati.

Britones differebant à Quarto-decimanis Aſianis.

1. OPINIO Britonum fuit, quòd Paſcha celebrandum erat in die Dominico, qui incideret in Lunam decimam quartam incluſiuè primi menſis, vſque ad vigeſimam eiuſdem. In quo, partim conſentiebant, partim diſſentiebant tum à Catholicis, tum à Quartò-decimanis Aſianis. Nam diſſentiebant à Quarto-decimanis illis, & conueniebant cum Catholicis, in eo, quòd cenſebant Paſcha omninò celebrandum in die Dominico, vt teſtatur S. Wilfridus apud Bedam l. 3. c. 25. & ipſe Beda l. 3. c. 4. & 17. Quarto-decimani verò Aſiani, Paſcha celebrabant ipſâ decimâ-quartâ Lunâ, in quemcunque diem hebdomadę incideret: diſſentiebant etiam à Catholicis, quòd celebrarent Paſcha die Dominico à decimâ-quartâ lunâ ad vigeſimam, cùm Catholici illud celebrarent in die Dominico à decimâ-quintâ Lunâ ad vigeſimam-primam, adeoque Britones ipſam Lunam decimam-quartam vnâ cum Aſianis includebant in legitimo tempore Paſchatis, quam Catholici excludebant, & Lunam vigeſimam-quartam excludebant, quam Catholici includebant. Vide Bedam l. 2. c. 2. & 19.

Contra legem. August. Epiſt. 119. c. 15. Harpsf. ſec. 1 c. 19 Pamel. in l. Tertul. de ieiunijs p. 995 Azorius pent. 2. l. 1 c. 3.

2. Quòd autem in hoc grauiter errabant, probatur primô, quia (vt S. Wilfridus, vir doctiſſimus apud Bedam l. 3. c. 25. & Ceolfridus l. 5. c. 22. arguunt) erat contrà legem, celebrare Paſcha Iudaicum (quod erat typus, & figura Paſchatis Chriſtiani) ipsâ decimâ-quartâ. Nam Exodi 12. dicitur: *Et ſeruabitis eum* (Agnum) *vſque ad decimum quartum diem menſis huius, immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam.* Vbi licet decimi quarti diei fiat mentio, non tamen vt eo ipſo die, fieret Paſcha, ſed in veſpera illius diei, hoc eſt, vt Agnus offerretur, quandò luna habet 15. dies. Secundò probatur, quia (vt arguit idem S. Wilfridus) celebrare Paſcha ipsâ decimâ quartâ Lunâ, aduerſatur exemplo Chriſti, qui celebrabat Paſcha tùm Iudaïcum, tùm Chriſtianum, in veſperâ Lunæ decimæ-quartæ, quæ veſpera pertinebat ad Lunam decimam quintam. Idemque ait Beda l. de Rat. temporum c. 57. vbi citat verba Theophili Alexandrini, probantis, quòd Paſcha non ſit celebrandum in Dominicâ, quæ incidit in ipſam decimam-quartam Lunam, quia (inquit) *aut ſoluemus ieiunium decimâ-quartâ Lunâ, quod eſt contrà legem, aut ieiunabimus die Dominico, quod eſt Manichæum.*

Contra exemplum Chriſti. Contra traditionem S. Petri.

Tertiô, quia (vt argumentatur idem S. Wilfridus l. cit.) S. *Petri traditioni* (de tempore Paſchatis) *ſcienter contradicitu*, ſeu (vt inquit Ceolfridus l. cit.) *Diem Dominicum Apoſtolica traditio feſtis Paſchalibus inſeruit, vt nihil omninò cum tempore Paſcæ legalis præoccupandum, nihil minuendum eſſe decerneret. Quin potiùs ſtatuit, vt expectaretur, iuxtà præceptum legis, idem primus Anni menſis, expectaretur decimus-quartus dies illius, expectaretur veſpera eiuſdem.* Item: *decreuit, Apoſtolica traditio, quæ per Beatum Petrum Romæ prædicata, per Marcum Euangeliſtam, & interpretem ipſius, Alexandriæ confirmata eſt, vt adueniente primo menſe, adueniente in eo veſpera diei decimæ-quintæ, expectetur dies Dominica à decimâ-quintâ die eiuſdem menſis.* Eſſe autem hanc verè Apoſtolicam traditionem, teſtatur Euſebius l. 5. Hiſtoriæ c. 23. his verbis:

verbis: *Cæteræ* [præter Quartodecimanos] *Eccleſiæ, per vniuerſum orbem terrarum diſperſæ, conſuetudinem, ex Apoſtolicâ traditione, ad hoc vſque tempus continuatam, tenebant*. Et Cyrillus ad Innocentium: *Sanctum Paſcæ myſterium, eiuſque ſacra ſolennitas, ſicut eſt à Saluatore noſtro, & Apoſtolis tradita, illibata manſiſſet, ſi eam quorundam inſipientium peruerſitas, inter cætera fidei Sacramenta, minimè contaminaſſet*: Victor Papa primus, Epiſtolâ ad Deſiderium Viennen: apud Baronium tomo ſecundo in Appendice: *ſicut ſancta fraternitas tua, à Præsbyteris, qui Apoſtolos in carne viderunt, erudita eſt, qui & Eccleſiam vſque ad tua tempora rexerunt, non decimâ quartâ Lunâ cum Iudæis, ſed decimâ-quintâ vſque ad vigeſimam-primam Paſcha Catholica Eccleſia celebrauit: Hanc doctrinam* [a] *Petrus & Paulus inſtituerunt*. Leo Papa Epiſtola ad Proterium Alex. *Oportebat, vt ab Alexandrinæ Eccleſiæ Præſule talia ſcripta* (de tempore Paſchatis) *ad Apoſtolicam ſedem mitterentur, quæ oſtenderent, magiſterio Beatiſſimi Petri Apoſtoli, hoc ab initio per B. Marcum eius diſcipulum didiciſſe Ægyptios, quod conſtat credidiſſe Romanos*. Sozomenus l. 7. c. 18. aſſerit Romanos, ſequi traditionem Petri & Pauli in celebratione Paſchatis. Idem aſſerit S. Aldelmus in Epiſtola ad Geronthium regem Britonum) Idemque agnoſcunt aliqui [b] Proteſtantes. Nam ità Iuellus artic. 1. diuiſ. 15. *Occidentalis Eccleſia, in obſeruatione Paſcæ, ſequebatur S. Petrum*: Elienſis in Reſponſ. ad Apolog. Bellarmin. c. 7. *In Paſchate, alia Ægypti praxis fuit, alia Romæ, alia Ioannis Apoſtoli, alia Petri per Occidentem*. Sic etiam Whitakerus Controu. 1. q. 6. c. 16. Fulcus in ſua Confutat. p. 52

Apoſtolica traditio.

a Sic etiam Vitalianus P. in Beda l. 3. c. 29. Vide Socratem l. 5. c. 22.

b Tailerus in libertate Propheti. ſec. 2. n. 10.

3. Quartò quià (vt ait S. Wilfridus l. cit.) mos Britonum in tempore Paſchatis, erat contrà decretum Concilij * Niceni, in quo (vt teſtatur Euſebius l. 3. de vitâ Conſtantini c. 17. & Theodoretus l. 1. c. 10.) ſancitum erat, non eſſe celebrandum Paſcha ipsâ decimâ quartâ Lunâ, idemque ſtatutum erat in pluribus Concilijs Prouincialibus, tempore Papæ Victoris, vt refert idem Euſebius l. 5. Hiſtoriæ c. 23. Itemque poſt Concilium Nicenum, præceptum ſub pænâ Anathematis, in Synodo Anthiochenâ, & in Concilio Chalcedonenſi. Quintò, quià (vt arguit idem S. Wilfridus) mos Britonum erat *contrà vniuerſalem Eccleſiæ morem*. Idemque ait Beda l. 2. c. 2. & l. 5. c. 16. Neque id negabant, aut negare poterant eius Aduerſarij. Et Euſebius l. 5. Hiſtoriæ c. 23. ſcribit, quòd *talis conſuetudo* (Quarta-decimanorum) *in nullis prorſùs alijs Eccleſiis vnquàm obſeruata fuiſſet*. Et ibidem: *Vnum omnes* (Eccleſiæ) *Eccleſiaſticum dogma* (de tempore Paſchatis) *confirmant*. Socrates etiam l. 1. c. 5. *Diſſenſio de tempore feſti Paſchalis per Orientis partes ſolummodò peruadebat, dùm alij ibi feſtum more Iudæorum celebrandum eſſe contendebant, alij autem Chriſtianorum vbique per orbem terrarum diffuſorum, in eo prorsùs conſuetudinem imitandam, cenſebant*. Similia habet l. 4. c. 23. Et Sozomenus l. 1. c. 15. Atque hinc eſt, quòd Beda l. 3. c. 25. & l. 5. c. 16. 19. & 22. vocet Catholicorum morem celebrandi Paſchatis, *Catholicum Paſcha, & Catholicam Paſcæ obſeruantiam*. Sextò arguit S. Wilfridus l. cit. Quia mos Britonum ac Scotorum aduerſabatur Decretis ſedis Apoſtolicæ: Nam itâ loquitur. *Decreta ſedis Apoſtolicæ, imò vniuerſalis Eccleſiæ, hæcque literis ſacris confirmata contemnitis*. Et Honorius Papa apud Bedam l. 2. c. 19. hortatur Scotos (ſocios Britonum in ſuo errore) *Ne ſuam paucitatem, ſapientiorem, ſiue antiquis, ſiue modernis, quæ per orbem erant, Chriſti Eccleſiis, æſtimarent, & contrà Paſchales computus, & contrà Synodalia totius orbis Pontificum, aliud Paſcha celebrarent*.

Cont. Conc. Nicænum.

* VVhitaker cont. 2. q. 5. c. 6.

Cont morē vniuerſ. Eccleſ.

Cont decreta ſedis Apoſt.

4. Septimò, quia error Britonum circà tempus Paſchatis, aduerſabatur diuino iudicio: Nam (vt refert Beda l. 2 c. 2.) cùm S. Auguſtinus non potuiſſet diſputatione Britones conuincere, in doctrinæ ſuæ confirmationem, & eorum confutationem, coram ipſis, [c] illuminauit cæcum, itâ vt ij confiterentur, *veram eſſe iuſtitiæ viam, quam prædicaret Auguſtinus*. Et l. 5. c. 10. refert, quòd S. Egbertus cælitùs admonitus fuit, vt adiret Columbæ Monaſteria, quæ hoc errore tenebantur: *Debet* (inquit cæleſtis Spiritus) *ad Columbæ Monaſteria venire, quia aratra eorum non rectè incedunt: oportet autem eum ad rectum hæc tramitem reuocare*. En, vt iudicio cæleſtis oraculi, Aratra quarta-decimanorum Scoticorum, ſeu Britannicorum, non rectè incedebant, & oportebat ea reuocari ad rectum tramitem. Fuiſſe autem hanc verè cæleſtem viſionem, liquet, tùm ex miraculo, quo, cùm

Cont. diuinum iudicium.

c Hunting. l. 3.

Aratra quartadecimanorum non rectè incedebant.

Spelman. fo. 118. magnus Auguſt. nima giſter. Gregorius.

4. Ad magiſtrum eius S. Gregorium accedamus. Et cùm (vt ait S. Ambroſius) *Primus ardor diſcendi nobilitas eſt magiſtri*, Quem vel ſequentium, vel præcedentium ſæculorum, habere potuit Auguſtinus Magiſtrum, Gregorio ſanctitate ſuperiorem, quem Eccleſia in Martyrologio 4. Septembris, vocat *virum incomparabilem*? Et vt omittam ingentes eius laudes apud Iſidorum, Ildefonſum, Gregorium Turonenſem l. 10. Damaſcenum, & alios, quoniam de Gregorij ſanctitate hic ex profeſſo non agitur, attingam tantùm laudes, quas Angli tum Catholici, tum Proteſtantes illi attribuunt: Beda l. 1. c. 23. ait eum fuiſſe *virum doctrinâ, & actione præcipuum*. l. 2. c. 2. quòd *ſedem Apoſtolicæ Eccleſiæ glorioſiſſimè rexit — mutato ſæculari habitu, Monaſterium petijt in quo tantâ perfectionis gratiâ cœpit conuerſari, vt ſicut ipſe poſteà flendo teſtari ſolebat, animo illius labentia cuncta ſubter eſſent, vt rebus omnibus, quæ voluuntur, emineret, vt nulla, niſi cæleſtia cogitare ſoleret, vt etiam retentus corpore, ipſâ iam carnis clauſtra contemplatione tranſiret, vt mortem quæ penè cunctis pœna eſt, videlicet, vt ingreſſum vitæ, & laboris ſui præmium, amaret.* Et dubitabit quiſquam, quin S. Auguſtinus illius diſcipulus, tàm illuſtre cernens ſanctitatis ſibi propoſitum exemplum, illud conaretur imitari? Alfredus magnus antiquus, & doctiſſimus Angliæ rex, hoc eum encomio exornat: *ſeruus Domini Papa Romanus rectus Vicarius gubernans, Gregorius, conſideratæ vir fortitudinis, abſque furore, ſummo ſenſu, ſapientiâ, concilio præditus, immenſus Theſaurus, quoniam is generis humani maximam partem cœlo lucrifecit, Romanorum vir optimus, mentis magnitudine abundantiſſimus, maieſtate liberrimus.* Similia habent omnes ſcriptores noſtri. vt Malmesbur. l. 1. Regum c. 3. Florentius, & Weſtmonaſt. An. 605. Harpsfeild. ſæc. 7. c. 3. Baronius Ann. 604. & alij: Tantaque erat maiorum noſtrorum de admirabili Gregorij ſanctitate perſuaſio, vt non diu poſt eius obitum, in ipſo medio Eccleſiæ, quam primam poſt S. Auguſtini aduentum Cantuariæ erexerunt, altare in honorem B. [a] Gregorij Papæ dedicarint, vt teſtatur Beda l. 2. c. 3. ſed Proteſtantes audiamus.

Sanctitas S. Gregorij magiſtri S. Auguſtini.

a Parkerus in vita Auguſtini.

Proteſt. laudes de S. Gregorio.

5. Lutherus in C. 5. Petri to. 5. fol. 481. *Gregorius Papa, indubiè fuit vir Sanctus.* Caluinus 4. Inſtit. c. 17. §. 49. *Gregorius, quem vltimum Romæ fuiſſe Epiſcopum, iure dicere poſſis.* Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. col. 677. *A primis Cunabulis, ſtudijs pietatis deditus, in Monaſterium ſeſe contulit, vbi peculiarem vitæ ſanctimoniam præ ſe ferens, dùm ſaltêm crudis leguminibus paſceretur, & totus orationibus eſſet intentus, omnium oculos in ſe conuertit — Pontificali muneri itâ præfuit, vt ſequentia ſæcula neminem parem habuerint, nedum ſuperiorem: Miraculis plurimum claruit.* Caſaubonus Exercit. 16. *Fuit Gregorius non ſolum cognomine, ſed & rebus ipſis, Magnus.* Et Exercit. 14. *Gregorius vir ſanctiſſimus, & modeſtiſſimus.* Baleus Cent. 1. c. 68. *Gregorius magnus, omnium Pontificum Romanorum, doctrinâ & vitâ præſtantiſſimus, vir bonus & doctus.* Whitaker. l. 5. contrà Dureum ſec. 26. *Gregorius Epiſcopus Sanctus & doctus fuit.* l. 7. ſec. 18. *Gregorium agnoſco virum bonum, & ſanctum.* Ad demonſtrationem ſecundam Sanderi *Gregorium magnum magni facio, virumque pium fuiſſe, minimè dubito.* Et Controu. 2 q. 3. c. 1. *Dicimus Gregorium Magnum fuiſſe vltimum verum & pium illius Eccleſiæ Epiſcopum, quem iure poſſis Epiſcopum vocare. Ibidem: Quis negabit Hieronymum, & Gregorium pios patres fuiſſe?* Iuellus, ferè vbique, addit titulum *Sanctitatis* Gregorio. Godwinus in Conuerſ. Britan. c. 4. *Diuus ſanè Gregorius, vir pius, & ob humilitatem Chriſtianam, eò magis laudandus, quòd &c.* Humfredus ad Rat. 5. p. 626. *Gregorius, nomine quidem magnus, & reuera magnus, vir magnus & multis diuinæ gratiæ dotibus ornatus, & ſæpe vt dictus eſt, os Domini atque lucerna.* Morton. in ſua Prouocat. l. 1. c. 2. ſec. 29. *Admiranda dignitas, & ſanctitas S. Gregorij.* In deciſione Euchar. part. 1. c. 12. ſec. 3 *Bonus æquè ac magnus Pontifex.* c. 15. ſec. 3. *Pius Pontifex.* Et tom. 2. Apologiæ l. 1. c. 20. *verè paſtor agnorum. Et de Author. Principum c. 1. In Epiſcopatu Rom. ſi non prima, at certe ſecundæ magnitudinis ſtella reſplenduit.* Idem Mortonus in ſua Impoſtura c. 13. ſec. 1. *vnus ex optimis Papis, Sanctus Papa.* c. 2. ſec. 5. *Gregorius Papa ob ſingularem ſuam ſapientiam ac deuotionem, dictus magnus.* Foxus in Actis eius p. 203. vocat *Benedictum Gregorium.* Sutliuius l. 1. de Eccleſ. c. vlt. p. 232. *Gregorij magni, magnum eſt apud nos etiam nomen, & Gloria.* Iameſius in ſuis correption.

ruption. p. 64. vocat eum, *Pium patrem ac Sanctum.* Vide etiam Theodorum Bibliandrum Tab. 10. Chronol. Fieldus l. 5. de Eccleſia c. 32. *Gregorius vir Sanctus, ac dignus Epiſcopus:* ſic etiam Sutliuius in ſua Subuerſione c. 2. Bellus in ſuo lugubri clamore p. 62. En quas fidei Gregorianæ hoſtes, Gregorio laudes accumulant. Audiamus modò, quodnam tam ſanctus ac doctus vir, de ſanctitate S. Auguſtini teſtimonium ferat l. 5. Epiſt. 53. vocat S. Auguſtinum *ſeruum Dei, de cuius* (inquit) *certiſumus ſtudio.* Ibid. Epiſt. 58. *Auguſtinum ſeruum Dei, cuius zelus, & ſtudium benè nobis eſt cognitum, cùm alijs ſeruis Dei præuidimus illuc* (In Angliam) *dirigendum.* Idque repetit Epiſt. 59. & l. 9 Epiſt. 60. *Reuerendiſſimus frater noſter Auguſtinus Epiſcopus, in Monaſterij regula doctus, ſacræ ſcripturæ ſcientiâ repletus, bonis (authore Deo) moribus repletus.* Ibid. Epiſt. 58. *Ego ſpem certiſſimam teneo, quia per Dei & Chriſti gratiam, iàm peccata tua dimiſſa ſunt.* Et in aliâ Epiſtolâ apud Bedam l. 1. c. 29. Præfecit Auguſtinum omnibus Epiſcopis in Britanniâ, *quatenus* (inquit) *ex linguâ, & vitâ tuæ ſanctitatis, & rectè credendi, & bene viuendi normam, percipiant.* Proculdubio autem ſenſit vitam S. Auguſtini fuiſſe ſanctiſſimam, quam, vt *normam viuendi*, omnibus in Britanniâ Epiſcopis propoſuit. Et in alijs literis ad ſocios Auguſtini apud Bedã l. 1. c. 23. *Auguſtino, in omnibus humiliter obedire, ſcientes hoc veſtris animabus per omnia profuturum, quicquid à vobis fuerit eius admonitione completum.* Itaque & dictis, & factis, S. Gregorius ſummè laudauit Auguſtini ſanctitatem.

S. Gregorius teſtatur ſanctita- tem S. Auguſt.

Regula Monaſterij.

S. Auguſti. vita norma bene viuendi.

5. Ex moribus etiam atque actis S. Auguſtini, eius inſignis ſanctitas multis modis elucescit. Nam (vt teſtatur ipſe Gregorius apud Bedam l. 1. c. 27.) *Fraternitas tua, in Monaſterij regulis erudita, eam conuerſationem inſtituere debet, quæ initio naſcentis Eccleſiæ fuit Patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex his, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant eis communia omnia:* Nec dubium eſt, quin S. Gregorij conſilium ſit ſecutus. Adeoque in Monaſterio, virtute excelluit, vt in eo Præpoſitus, ſeu Prior conſtitutus fuerit. Vbi autem ex S. Gregorij mandato, relictâ patriâ, in qua Deo ſecurè ſeruiebat, non detrectauit in Angliam ire, ad feram, & incredulam tunc temporis gentem, cuius nec linguam nôſſet, vbi (inquam) Angliam appulit, tantis ſanctitatis radijs illuxit, vt quanquàm doctrinâ ac miraculis multùm profecerit, tamen Beda Gentis noſtræ conuerſionem, eius ſociorumque ſuorum ſanctitati potiſſimùm tribuit. Sic enim ſcribit l. 1. c. 26. *Vbi ſibi datam manſionem intrauerunt, cœperunt Apoſtolicam primitiuæ Eccleſiæ vitam imitari, orationibus videlicet* ^a^ *aſſiduis, vigilijs ac ieiunijs ſeruiendo, cunctis huius mundi, velut alienis, ſpernendo, ea tantùm, quæ victui neceſſaria videbantur ab eis, quos docebant, accipiendo, ſecundùm ea, quæ docebant, ipſi per omnia viuendo, & parati ad patiendum aduerſa quæque, vel etiam moriendum, pro eâ, quam prædicabant, veritate, animum habendo.* Subdit autem: *At vbi ipſe* (Rex) *etiam inter alios, delectatus vitâ iucundiſſimâ ſanctorum, & promiſſis eorum ſuauiſſimis, quæ vera eſſe, miraculorum multorum oſtenſione firmauerunt, credens Baptizatus eſt, cæpère plures quotidiè ad audiendum verbum confluere, ac relicto Gentilitatis ritu, vnitati ſe S. Chriſti Eccleſiæ credendo ſociare.* En vt Beda Ethelberti regis conuerſionem, delectationi quam capiebat ex Auguſtini, & ſociorum *iucundiſſimâ vitâ*, aſcribat. Et Huntington l. 3. *Vitam Apoſtolicam Eccleſiæ Primitiuæ imitantes, conuerſatione cæleſti, & dulcedine doctrinæ, multos ad fidem & Baptiſmum compulerunt.* Capgrauius de eo ità ſcribit. [c] *Pedes incedebat, ſæpiùs diſcalciatus Prouincias luſtrabat, & callos in genibus pro crebrâ genuflexione habebat.* Idemque agnoſcit Parkerus in ipſius vitâ. Quantum autem laboris, moleſtiæ, ac periculorum ſubierit S. Auguſtinus, in Paganis conuertendis, eiſdem inſtruendis, ac Sacramentis muniendis, nullis verbis explicari poterit. Claruit etiam dono Prophetiæ, itemque dono miraculorum, vt infrâ oſtendam, vt iure dicere poſſet Anglis Auguſtinus cum B. Apoſtolo 2. Cor. 11. *Exiſtimo nihil me minùs feciſſe à magnis Apoſtolis.* Et nos eiſdem, cum eodem Apoſtolo Hebr. 13. *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem.* Atque hanc Apoſtolicam ac ſanctiſſimam vitam fœlice fine concluſit. Nam (vt habetur in eius Epitaphio) vbi regem Ethelbertum, & gentem ab Idolorum cultu ad Chriſti fidem perduxiſſet, *completis in pace diebus officij ſui, defunctus eſt:* Iames in ſuâ Eclogâ Oxonio-Cantabrigienſe me-

a aut a & Apoſtolica vita S. Auguſtini, & ſociorũ.

Spod Hiſtor l. 7 c 18

b Harpesfild ſec 6. c. 6 Stowus in deſcrip. Londini p 481.

Rex conuerſus per vitam eorum

c H rpesf. ſec. 7. c. 6. & d Thornas in chron c. 1.

§ 6.

minit libri Bedæ de vita, & virtutibus Auguſtini, & ſociorum eius: Item alterius; de S. Laurentio eius ſucceſſore in Bibliothecâ Gualteri Copi. Baleus etiam Cent. 13. c. 17. tradit Gozelinum ſcripſiſſe duos libros de vita S. Auguſtini; alium de eius miraculis, & alium de eius tranſlatione, iterumque vnum de vita S. Laurentij, quos ſi vidiſſem, pleniûs eorum ſanctitatem patefacere potuiſſem.

Vſſer. in Ant c. 7. Meminit Matris biſtores Gozelini de vita S. Auguſt. Ioannes in Catal. in S. Librorum Cantabrigiæ in Collegio S. Benedict. Teſtes ſanctitatis S. Auguſtini.

6. Quod ad teſtes ſeu aſſertores ſanctitatis S. Auguſtini ſpectat: Bonifacius quartus eum vocat *S. Doctorem.* Honorius *Sanctæ Recordationis*, Gregorius Tertius *Beatæ memoriæ.* Leo Tertius; *Beatum Auguſtinum* vt videre eſt in eorum Epiſtolis, apud Malmesburienſem l. 1. Pontif. Angliæ p. 208. 209. Beda l. 2. c. 2. appellat S. Auguſtinum *S. Pontificem ad cæleſtia regna ſublatum.* c. 3. *Deo dilectum Patrem* l. 4. c. 27. *Beatum Patrem* l. 1. c. 25. *Seruum Dei* & c. 27. *virum Dei.* Et c. 25. ait eos veniſſe *diuinâ virtute præditos*, In Synodo habitâ in Angliâ Anno 747. præſente Rege Ethelbaldo & omnibus eius Nobilibus ſtatuitur, *vt dies Patris noſtri S. Auguſtini feſtus habeatur.* Vt refert Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 197. ac Spelman. in Concilijs p. 249. Ac paulò poſt rex clariſſimus Kenulfus, omneſque eius Epiſcopi ac Duces, ſcribentes ad Leonem Papam tertium inquiunt: *Auguſtinus B. Recordationis glorioſiſſimè Eccleſiis præfuit Saxoniæ*, ex Malmesbur. l. 1. Regum c. 4. Odo Cantuarienſis Archiepiſcopus apud eundem li. 1. Pontif. p. 201. eum vocat *Auguſtinum B. memoriæ.* Ethelwerdus l. 2. c. 1. & 5. *S. Auguſtinum ſeruum Chriſti.* Malmesbur. ipſe l. 1. Pontif. p. 196. ita de illo ſcribit. *Eius merita, quanti apud Dominum penſentur ſigna præconantur illuſtria, quæ ille non faſtidit, tot adhuc inculcare ſæculis, Cantiam ſuam, imò totam Angliam in ſui veneratione torpeſcere non ſinens.* Notkerus in Martyrolog. 4 Idus Mart. vocat Auguſtinum, & ſocios fideliſſimos Euangeliſtas. Marianus An. 618. *Gregorius miſit ſeruum Dei Auguſtinum, & plures cum eo Monachos timentes Deum*,[d] Gotzelinus vocat Auguſtinum, & ſocios, *Deiferos aduenas, & ciues ſupernos.* Et in eundem modum laudatur ab Huntington, Houedeno, Florentio, Polidoro c. 4. Maiore l. 2. c. 9. & alijs omnibus ſcriptoribus Catholicis, quos breuitatis gratiâ omittam. Tantùm addam, quod ſcribit Alcuinus Epiſt. 24. *Recordentur omni horâ quales habuimus Patres, & Progenitores, quàm præclaros, & pios, Deo amabiles, & omni populo honorabiles.*

Pitſeus Dec. l. 3. ca 13.
d Camden. p. 297.

Fructus ſanctitatis S. Auguſt. S. Gregorius laudat pietatem Anglorum.

7. Quantos autem pietatis fructus, prædicatio S. Auguſtini ac ſociorum, in gente Anglorum fecerit, penê omnem fidem excedit, vt patebit ex ijs, quæ de regibus Angliæ infrâ referemus. Gregorius l. 27. moral. c. 8. loquens de conuerſione gentis Anglorum ſuo tempore, ait quod *prauè agere metuit, ac totis deſiderijs ad æternitatis gloriam peruenire concupiſcit.* Et l. 9. Epiſt. 58. *Quis ſufficiat enumerare, quanta lætitia exorta ſit in cordibus omnium Fidelium, quòd gens Anglorum, ſincerâ deuotione calcat Idola, puroque corde ſubdita ſit Deo omnipotenti.* Huntington l. 5. *In*[e] *Primitiuâ Angliæ Eccleſiâ, Religio clariſſimè ſplenduit, ità vt Reges, & reginæ, Duces & Epiſcopi vel Monachatum vel exilium appeterent.* Idemque[f] Houeden habet in Annalibus p. 412. & ex Proteſtantibus Foxus in Actis p. 126. Camden. in ſuâ Britan. p. 98. aliàs 105. *vbi primùm Chriſti nomen annunciatum eſt* (Anglis) *adeo flagranti ſtudioſe Chriſto conſecrarunt, vt incredibilem diligentiam ſacris ædibus extruendis rebus diuinis peragendis, & Chriſti nomine propagando adhibuerint, regeſque nonnulli ſua ſceptra monaſticæ vitæ poſtpoſuerint: totque ſanctos viros protulit, qui ob firmiſſimam Chriſtianæ religionis profeſſionem, ſolidamque in eadem conſtantiam, ſinceramque pietatem, in ſanctorum numerum relati fuerunt, vt non alteri inter Chriſtianas Prouincias cederet, vtque Britannia, profano illi Porphirio dicta fuerit, Ferax tyrannorum Prouincia, ità Anglia, meritò diceretur, Inſula ſanctorum fœcundiſſima.* Et p. 279. al. 345. vocat illud *Feraciſſimum ſanctorum ſæculum.*[g] Spedus l. 7. c. 24. Talis erat religio tunc tradita ac pius zelus bonorum Principum tunc regnantium, quorum opera patefecerunt virtutes poſteris, ac fidem in Chriſtum ſalutem animarum ſuarum. Similia habet ibidem c. 7. & 9. & l. 8. c. 3. vbi agnoſcit Catholicos huius temporis multum ſuperaſſe Proteſtantes *in operibus* (vt loquitur) *veræ pietatis.* Foxus in Actis ſuis p. 110. *lego ac credo, Clerum Angliæ illius temporis, nulli rei mundanæ deditum fuiſſe, ſed totum ſe addixiſſe prædicationi, & doctrinæ verbi Chriſti, ac ſectatum eſſe vitam illam, quam prædicabat, præbendo bona exempla. Quin imò* (*vt hiſtoriæ noſtræ referunt*) *adeo alieni erant ab auaritiâ*

e Vide Malmesb. l. 2. Reg. in Gub. 10. & l. 1. p. 101.
f Weſtmon. An. 818. Paris An. 1607.
g Vide eum p. 120. Bizam epiſt. 1. Stubeum exhort. ad bona opera p. 43.

vt

vt non acceperint poſſeſſiones, ac terras, quæ illis obtrudebantur. Vide Spelmanum in Epiſtola dedicat. ſuorum Conciliorum, Weuerum in monumentis p. 62: Danielem in Regibus Angliæ p. 29. Bakerum in vita Eduardi Senioris. Quos miror, dum hæc ſcriberent, non cogitaſſe de illo Saluatoris, Mathæi 7. *Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?* aut de illo Iacobi 2. *Ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam*, aut quod ſui docent: *Euidens eſt, quod quicumque homines, aut quæcunque Eccleſia, maximè abundat bonis operibus, ea eſt veriſſima Chriſti Eccleſia.* Item. *Nunquam non ſingularis in Eccleſia præ cæteris omnibus ſocietatibus, elucet ſanctitatis ſplendor, morumque incorrupta ſanitas. Vera ſanctitas à vera fide promanat.*

v Vilianus de Eccleſ. l. 5. ca. 9. Sutlivius de Eccleſ. l. 1 c. 2. l. Vbitaker Contr. 2. q. 5. c. 13

8. Demùm tàm illuſtris fuit S. Auguſtini ac ſociorum ſuorum ſanctimonia, vt à profeſſis hoſtibus confeſſiones extorſerit. Nam itâ Godwin. in Conuerſ. Britan. c. 4. *Homo is* (S. Auguſtinus) *videtur ſanctitate morum, quàm ſcientiâ aut eruditione laudatior.* Ibid. *Auguſtinus cum ſocijs in opus Euangelij omnibus neruis incumbebant, tàm vitæ ſanctitate, quàm verbis, Chriſtum prædicantes:* Item: *Thomas Spotens, qui vixit circâ Annum Domini 1270.* * *Diſtichon huiuſmodi tumulo eius dicit inſcriptum.*

Proteſtantes agnoſcunt ſanctitatem S. Auguſtin. & ſociorũ. Godwinus.

** Thornus An. 1091. Vide eum fol 1977.*

[h] *Inclytus Anglorum Præſul, pius, & decus altum,*
Hic Auguſtinus requieſcit corpore Sanctus.

h Spelman. p. 93. Camden p. 295.

Et in Epiſcopis Londinenſibus n. 1. *Sanctus ille Auguſtinus Anglorum dictus Apoſtolus.* Spelman. in Concilijs p. 92. ait *vita Sancti Auguſtini.* Et p. 93. *laudant veteres, doctum, pium, & primitiuæ Eccleſiæ æmulum prædicant, & Anglorum Apoſtolum, crebrum in vigilijs, ieiunijs, orationibus, & eleemoſynis, in propagando ſui ſæculi, & religionis Eccleſiam, & Paganiſmum vndiquaque extirpando omninò feruidum; in inſtaurandis condendiſque Eccleſijs, ſatis ſedulum, & in edendis miraculis, valdè celebrem.* Et p. 94. *Auguſtinus Britanniam aduenit, Ethelberto Regi Cantiorum benignè excipitur; vitam & doctrinam primitiuæ Eccleſiæ imitatur.* Et p. 124. *vir eximius.* Demum p: 217. vocat eum ac ſocios, *Chriſtianæ militiæ anteſignanos.* Foxus in Actis ſuis p. 1056. itâ ſcribit de S. Auguſtino, & ſocijs. *Vbi rex probam vitæ conuerſationem eorum attendiſſet, ac promotus eſſet miraculis quæ per digitum Dei ab ipſis fiebant, audiuit eos libentiùs, ac ſaluteferis eorum exhortationibus, ac exemplo* (nota) *ſanctæ vitæ conuerſus eſt per eos, ac baptizatus.* Holinshed l. 5. hiſtoriæ c. 19. *Vbi Auguſtinus ac ſocij Cantuariam acceſſerunt, vitam Apoſtolicam egerunt, in vigilijs, continuis orationibus, prædicantes verbum omnibus, quibus poterant, ſpernentes omnia mundi, tanquam non ſpectantia ad ipſos, recipientes ab eis, quod docebant, duntaxat res ad vitam neceſſarias, & in omnibus viuentes, iuxta quod prædicabant, ac parati aduerſa quæque, etiam mortem ſubire pro confirmatione doctrinæ, quam prædicabant. Hinc multi Anglorum credebant, & baptizabantur plurimùm admirantes candorem illorum hominum & dulcedinem cæleſtis ipſorum doctrinæ.* Maſon de conſecrat. Epiſcop. l. 2. c. 4. itâ ſcribit de S. Auguſtino & ſocijs eius. *Eorum actus ergà Principem erant Chriſtiani, honeſti, ac moderati: venerunt plantatum fidem Chriſti — Eius ſtudium conuertendi Paganos, ac obſequium ergâ principem, merentur ſcribi literis aureis.* Bilſonus l. de obedientia, p. 57. *Venerunt in Angliam cum religione ergâ Deum, & ſubmiſſione ergâ principem.* Coperus in Chron. Ann. 599. vocat Auguſtinum & comites: *Doctos ac pios viros.* Et Anno 630 Paulinum, vnum ex ſocijs eius, *Sanctum Epiſcopum.* Stous in Chronico p. 65. aſſerit, *Auguſtinum & ſocios vixiſſe in timore Dei.* Et p. 67. vocat eum, *Sanctum Auguſtinum,* & addit S. Ethelbertum eius diſcipulum, *recepiſſe fidem Chriſti, ac intraſſe in æternam fœlicitatem cæleſtis regni.* Houſus in ſua præfatione Hiſtorica, quinquies, in vna pagina, vocat Auguſtinum, Sanctum, & addit quod *Saxones adducti ſunt ad Chriſtianiſmum magnis laboribus, deuotis precibus ac prædicationibus S. Auguſtini & Sociorum.* Somner. in deſcriptione Cantuariæ p. 46. ait quod Auguſtinus *ſua & ſociorum prædicatione, cùm vita, tum doctrina perduxit Ethelbertum ad Chriſtianiſmum.* Ac p. 31. refert chartam S. Ethelberti regis de donatione Cantuariæ, ſuæ ſedis regiæ, S. Auguſtino, Godwinus in vitâ Paulini: *Paulinus, vir eruditione pietateque præſtans — hinc eſt euocatus, vt fœliciſſimorum laborum glorioſam mercedem à Chriſto ſummo iudice acciperet:* Eundem-

Weuer. p. 194 Spelman.

Foxus.

Holinshed.

Maſon.

Bilſon.

Coperus.

Stous.

Houſus p. 57.

Somner.

Goduinus.

Parkerus.

que Parkerus in vita Iuſti n. 4. vocat *virum ſanctum, & prudentem*. Et in vitá Melliti n. 3. *terrena omnia deſpexiſſe dicitur Mellitus, ſpiraſſe cæleſtia*. Weuerus in monumentis p. 243. 273. & alibi frequenter vocat Auguſtinum, *Sanctum*. Et ſimiliter Godwin. in vitis Epiſcoporum Angliæ, & in Archiepiſ. Cantuar. n. 2. Roffenſibus n. 1. Londin. n. 1. Elien. n. 1. in Briſtol. n. 1. in Meneuenſibus n. 1. modò videamus, quid contrâ tam ſanctum, tamque ab ipſis Proteſtantibus laudatum Pontificem, aliqui eorum opponunt.

CAPVT SEPTIMVM.

QVOD SANCTVS AVGVSTINVS FVERIT IMMVNIS à cæde Britannicorum Monachorum.

Baleus in Confutat. p. 91.

a Septies ad vnum lectum.

Vide Copi Dial. 3 c. 18 19.

1. PRoteſtantes nonnulli grauiſſimè accuſant S. Auguſtinum, quòd fuerit author cædis Monachorum Britannicorum, quam Beda refert l. 2. c. 2. Ità enim Baleus Cent. 13. c. 1. Iuellus in Defenſ. Apologiæ parte 5. c. 1. Elienſis in Torturâ Torti p. 85. Humfredus ad Rat. 5. Campiani. Parkerus in vita Auguſtini. Godwinus in Conuerſ. Britan. c. 4. [a] Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. & alij vt S. Auguſtino, ſeu potiùs eius religioni, quam per ipſius latus petunt, odium concilient. Quoniam igitur in hac accuſatione, non Auguſtini tantùm, ſed & religionis ſuæ, imò & Dei ipſius, qui (vt infrà patebit) huius cædis author fuit, honor agitur, dabit mihi lector veniam, vt plenè & accuratè hanc calumniam refellam, quò & obſtruatur os loquentium iniqua, & S. Auguſtini innocentia, & ſuæ religionis puritas, & Dei optimi maximi gloria patefiat atque illuſtretur.

Edelfridus Author cædis Monachorum.

b Huntington l. 2.

2. Primus teſtis innocentiæ S. Auguſtini hac in re, iſque omni exceptione maior, eſt ipſe Edelfridus, Paganus rex Northumbrorum, actor cædis. Ipſe igitur, qui iuſſit monachos interfici, dicat cuius conſilio, quo incentore, quauè de causâ, cædem illam imperauerit. Qualis autem fuerit, quamque ob cauſam, ſtragem illam mandauerit, ita refert Beda l. 1. c. 34. *His temporibus, Northumbrorum regno præfuit Rex fortiſſimus, & gloriæ cupidiſſimus* [b] *Edelfridus, qui plùs omnibus Anglorum Primatibus, gentem vaſtabat Britonum, ità vt Sauli, quondam regi Iſraeliticæ gentis, comparandus videretur, excepto duntaxat hoc, quòd diuinæ erat religionis ignarus. Nemo enim in Tribunis, nemo in regibus, plures eorum terras exterminatis, vel ſubiugatis Indigenis, aut tributarias genti Anglorum, aut habitabiles fecit: cui meritò poterat illud aptari quod benedicens filium, Patriarcha in perſonâ Saulis, dicebat. Beniamin, lupus rapax.* Idem habet Huntington l. 2. & 3. vbi eum vocat *Regem ferum*: prout etiam Foxus in Actis p. 107. & alij. Quibus addit Holinshed in hiſtoria Scotiæ in Rege Aidano, quòd itâ erat infenſus Chriſtianis, quod [c] denunciauerit regibus Cantij & Eſt-Saxoniæ, *ſe futurum non minùs hoſtem eorum, quia inſtituta maiorum ſuorum reliquiſſent, quàm erat Britonum aut Scotorum.* An Rex tam ferus, tamque cupidus gloriæ, ac propagandi Imperij, tamque infenſus Chriſtianis, egebat horratione S. Auguſtini, aut alterius cuiuſquam, vt bellum Britonibus Chriſtianis inferret? Sed iam cauſam cædis Monachorum ex ipſius verbis apud Bedam l. 2. c. 2. audiamus [d] *Cùm bellum acturus, videret ſacerdotes eorum* (Britonum) *qui ad exorandum Deum, pro milite bellum agente, conuenerant, ſeorsùm in tutiore loco conſiſtere, ſciſcitabatur, qui eſſent ij, quidue acturi illò conueniſſent. Quorum cauſam aduentus cùm intellexiſſet rex Edelfridus, ait: Ergo ſi aduersùs nos ad Deum ſuum clamant, profectò & ipſi, quamuis arma non ferant, contrâ nos pugnant, qui aduersùm nos imprecationibus perſequuntur. Itaque in hos primùm arma verti iubet.* Vides nullam iniuriam factam Auguſtino à Monachis illis, neque vllum huius regis propoſitum de illis occidendis ante hoc prælium, ſed fortuitum ipſorum, ſub ipſo pugnæ initio conſpectum, & preces ab eis contrà ipſum factas, cauſam fuiſſe, cur eos Rex ille cædi iuſſerit. Quem igitur alium Authorem cædis eorum, quàm Edelfridum Regem Paganum, quam aliam cauſam eiuſdem, quam preces eorum contrà eum factas, fuiſſe cenſebimus?

c Boethius lib 9 Copus Dial. 3. c. 8.

d Hunting. l. 3. Weſtmonaſt. An. 609 Florenſ. An 603. Capgrauius in Auguſt. Foxus p. 107 Holinshed l 5 c. 22. Sped. Hiſt. l. 7. c 9

Quâ de cauſa occiſi Monachi.

3. Secundus

3. Secundus teſtis Innocentiæ S. Auguſtini, iſque etiam omni exceptione maior, eſt Beda ipſe, qui l. 2. c. 2. cit. ità ſcribit: *Quibus* (Britonum ſacerdotibus, & monachis) *Vir Domini Auguſtinus fertur minitans prædixiſſe, quòd ſi pacem cum fratribus accipere nollent, bellum ab hoſtibus forent accepturi: & ſi nationi Anglorum nollent viam vitæ prædicare, per horum manus vltionem eſſent mortis paſſuri: quod ità per omnia vt prædixerat, diuino agente iudicio, patratum eſt.* Et poſt narratam cædem eorum, ab Edelfrido patratam, ſubdit: *ſicque completum eſt præſagium S. Pontificis Auguſtini, quamuis ipſe iam multo antè tempore ad cæleſtia regna ſublato, vt etiam temporalis interitûs vltionem ſentirent perfidi, quòd oblata ſibi perpetuæ ſalutis conſilia ſpreuerant.* In quibus verbis Beda vocat Auguſtinum, *virum Domini*, & *Sanctum Pontificem*: Et dicit, *ſublatum eſſe ad cœleſtia regna.* Tantum abeſt, vt (quod Iuellus defenſ. Apol. par. 5. c. 1. affirmat) *inſigniter nobilitauerit ſuperbiam Auguſtini*: Ter vocat hæc verba Auguſtini ad Britones, *præſagium, ſeu Prophetiam*: Diſertè aſſerit, quod cædes hæc facta eſt (non agente Auguſtino) ſed *agente diuino iudicio*: Ac demùm, quòd S. Auguſtinus mortuus eſt *multo* [d] *tempore*, antequam illa fieret, ità vt non potuerit eſſe author huius cædis, multò minùs illi interfuiſſe, prout quidam Proteſtantes confingunt. Huntington l. 3. recitat ipſiſſima verba Bedæ de laude Auguſtini, de eius prædictione, de iudicio Dei in monachos, & morte Auguſtini multo tempore antè cladem ipſorum: Idemque facit Capgrauius in vitâ S. Auguſtini: Triuettus etiam, relatus à Spelmano in Concilijs Angliæ p. 111. ſcribit: *Poſt mortem S. Auguſtini, Adelbertus rex Cantiæ, Ethelfridum regem Northumbriæ, & Saxones ſuos, contrâ monachos illos excitauit*: vbi etſi falsò accuſet Ethelbertum (vt infrâ patebit) tamen apertè ait S. Auguſtinum mortuum eſſe antè cladem prædictam: & idem ibid. p. 112. addit. *Quos* (Monachos) *ideo quòd Britanni eſſent, ſingulos interfecit.* Harpsfeildus ſec. 7. [e] c. vlt. *ſed hanc ſtragem* (Monachorum) *mors Auguſtini anteuertit.* Et grauiter inuehitur in eos, qui aſſerunt eum fuiſſe authorem illius. Florentius An. 603. *Quod bellum* (cum Scotis) *in loco, qui dicitur Degſaſtan, Anno Regni ſui 11. Phocæ verò Imperatoris primo, Ethelfridus perfecit. Is etiam longo poſt tempore, collecto exercitu ad ciuitatem Legionum, quæ à Britonibus Carlegiou appellatur, diuino agente iudicio, vt prædixerat Beatus Auguſtinus Archiepiſcopus, ex Britonum Sacerdotibus, qui ad exorandum Deum pro milite bellum agente, conuenerant, mille ducentos priùs extinxit, & ſic cæteras nefandæ militiæ copias deleuit.* Et An. 604. *Auguſtinus Epiſcopum ordinauit Laurentium pro ſe paruo poſt tempore ad regnum migrauit cæleſte. 7. Cal. Iunij feria 3.* Geruaſius in vita S. Auguſtini. *Vnde poſt obitum Auguſtini, ſicut eis prædixerat* (Monachi Britannici) *à Rege Ethelfrido ad nihilum redacti ſunt.* Brompton. col. 735. *Quod poſt mortem S. Auguſtini, vt Prophetando eis prædixerat, tempore Edelfridi Regis Northumbrorum, qui eos debellauit, diuino agente iudicio, per omnia poſtmodum eſt patratum.* Atque hi quidem omnes diſertis verbis aſſerunt, S. Auguſtinum mortuum eſſe, antequam Monachi illi interficerentur: Idem aſſerunt Thomas Spottus in Chronico ſuo, alijque Monachi, vt agnoſcit Parkerus in vitâ Auguſtini p. 48. Idem proculdubio volunt illi, qui ſignant mortem S. Auguſtini antè cladem Monachorum, vt Sigebertus, qui in Chronico ponit mortem S. Auguſtini ſub An. 609. & cladem Monachorum (quos perperam vocat *Scotos*) ſub Anno 615. ſuffragantur etiam innocentiæ S. Auguſtini illi, qui dicunt Edelfridum, bellum hoc intuliſſe Britonibus, non ad vindicandum Auguſtinum, ſed ad capiendam [f] Ceſtriam, vt Malmeſbur. l. 1. Regum c. 3. Florentius Ann. 603. Weſtmonaſterienſis eodem Anno, & apertè indicat Beda l. 2. c. 2. vbi ait: *Edelfridus collecto grandi exercitu ad ciuitatem Legionum* (quæ modò Ceſtria nuncupatur) *hanc ſtragem edidit.* Suffragantur etiam omnes illi, qui præfatam comminationem factam ab Auguſtino Britonibus, attribuunt vaticinio ſeu Prophetiæ, vt Sigebertus Ann. 602. & 615. Beluacenſis l. 23. c. 8. Bromton in Chronico, Weſtmonaſterienſis Anno 603. & alij: Nam qui cenſent S. Auguſtinum hac in re Prophetam fuiſſe, proculdubiò eum culpæ reum non exiſtimant ſuffragantur itêm omnes illi, qui de hac Auguſtini crudelitate tacent: Nam nec Ninius, quem Baleus Cent. 1. c. 74. facit vnum ex Monachis, qui ex hac ſtrage euaſerunt, neque Galfridus Auguſtinum hac de re accuſat vti liquet ex libro c. 4. ſi

Teſtimonium Bed.

[d] *Vide Florentium An. 603 & 604*

[e] *idem c. 6.*

Florentius. longo tempore paſtere 603.

Geruaſius.

Brompton.

[f] *Pol. doru l. 4*

autem Britones, (licet S. Auguſtino inimiciſſimi); hanc ſcalumniam S. Auguſtino non inferunt, quantò minùs deberent alij?

Proteſtantiũ teſtimonia pro S. Auguſtino. *Foxus.* *Holinshed.* *Mortonus.* *Godvvin.* *Camden.* *Stous Honſ. p. 11.* *Reuſnerus* *Spelman.* *Maſon.*

4. Demùm innocentia S. Auguſtini hac in re itâ eſt manifeſta, vt Proteſtantes aliqui, partim eum tueantur, partim non audeant eum condemnare. Foxus in Actis ſuis p. 107 *Auguſtinus prædixit illam cladem, & (vt tradunt Authores) mortuus eſt, antequàm fieret.* Holinshed. l. 5. hiſtoriæ c. 22. ſic *Impleta fuit Prophetia Auguſtini, quamquâm ipſe longè antè ex hac vitâ diſceſſerat, vti Beda refert.* Et ibidem aſſerit quòd *Britones ipſi prouocarunt Edelfridum ad bellum.* Mortonus in ſua Prouocatione ſeu Appellatione l. 1. cap. 61. in margine, ait quòd cædes Monachorum, *accidit poſt mortem Auguſtini.* Godvvinus ipſe in vitâ Auguſtini Angliceè editâ: *Auguſtinus denunciauit illis iudicium Dei ob ſuam contumaciam, ac confidenter illos certos fecit,* (inquit Beda) *de inſigni aliquâ clade illis superuentura —Euenitque iuxtâ eius prædictionem: Quidam aſſerunt Auguſtinum morte prauentum, cladem illam non vidiſſe.* Hæc ille ibi, licet, more hæreticorum, in peius proficiens, poſteâ in Conuerſ. Britan. c. 4. contendat, Auguſtinum fuiſſe authorem huius cladis. Camden. in ſua Britan. p. 457. aliàs 537. *Quorum* (Monachorum) *mille ducentos, Edilfridus rex Nordanhumbrorum è medio ſuſtulit, quòd pius precibus Chriſti opem pro Britannis Chriſtianis contrâ Paganos, Saxones implorâſſent.* En authorem cædis Monachorum, non Auguſtinum, ſed Edilfridum regem paganum, ac cauſam cædis, non eorum contumaciam ergâ Auguſtinum, ſed eorum preces contra Paganos-Saxones. Stous in Chronico *Auguſtinus eis minaciter Prophetauit, quòd ſi pacem nollent habere cum fratribus, bellum habituri eſſent ab hoſtibus: quod poſteà euenit.* Elias Reuſnerus lib. Genealogiarum Regum p. 250. *Ethelfridus Northumbriæ rex, partim dominandi cupiditate, partim etiam diuturno odio irritatus, arma in Britannos ſumpſit.* Spelman. in Concilijs p. 124. vbi retuliſſet, quòd quidam faciunt Auguſtinum reum huius cædis, addit: *Quàm hoc verè, ipſi viderint; vir eximius meo non cadet calculo.* Et p. 110. antequam diceret quod *nonnulli ſcribunt ipſum Auguſtinum, huius belli, non modò conſcium, ſed etiam impulſorem extitiſſe,* præmiſerat: *Faxit Deus, vt præter veritatem ego nihil ſuggeram.* Maſonus de conſecratione Epiſcoporum l. 2. c. 4. *An Auguſtinus fuerit cauſa cædis ſecutæ, nolo definire.* Caluiſius in Chronico ponit mortem S. Auguſtini Anno 604. ac cædem Monachorum An. 615.

CAPVT OCTAVVM.

QVID ACCVSATORES SANCTI AVGVSTINI reſpondent prædicto teſtimonio Bedę, de morte eius, ante cædem Monachorum.

1. QVI calumniantur S. Auguſtinum de cæde Monachorum Britannicorum, oppreſſi pondere prædicti teſtimonij Bedæ, quòd is è viuis exceſſerat *multo tempore* antequàm illa accideret, ad impudentiæ ſubſidium confugiunt, ſed, non omnes vno, & eodem modo. Nam aliqui eorum negant verba Bedæ; alij eius authoritatem. Quidam eorum aſſerunt ea verba: *Quamuis ipſo Auguſtino tam multò ante tempore ad cæleſtia regna ſublato*, non eſſe reuerâ Bedæ verba, ſed ab aliquo ſuppoſita. Primus (quòd ſciam) huius impudentis effugij inuentor fuit Iuellus in Defenſ. Apologiæ parte 5. p. 437. quem ſecuti ſunt Parkerus in vitâ S. Auguſtini, Godvvin. in Conuerſ. Britan. c. 4. Maſonus de Conſecrat. Epiſcop. l. 2. c. 4. & alij: & ne ſine ratione inſanire videantur, contendunt id probare: Primô, quia non reperiuntur in antiquâ Saxonicâ tranſlatione Bedæ, cuius (ait Iuellus) *exſtant nonnulla exemplaria.* Secundô, quia vetus Chronicon ante 200. annos ſcriptum, per Thomam Graium aſſerit Auguſtinum incitaſſe Ethelbertum regem Cantij ad occidendos hos Monachos, quod & fecit tertiò, quia falſum eſt, Auguſtinum mortuum eſſe ante ſtragem Monachorum: Nam illa peracta eſt Ann. 605. & ipſe obijt Ann. 610.

2. Cæterùm,

2. Cæterûm, in hoc arguendi modo tria deteguntur abſurda, & ab omni ratione aliena, impudentia: Primum eſt tranſlationem recentem & obſcuram ante ferre exemplaribus originalibus & celeberrimis, Secundum, pauciſſima, innumeris toto orbe diſperſis: Tertium eſt, dicere omnia Bedæ [a] exemplaria eſſe corrupta hoc vno in loco, quo eorum calumnia refellitur. Quòd autẽ verba illa verè ſint Bedæ, manifeſtum eſt: Primò, quiâ non profertur vllum exemplar Bedæ, ſiuè [b] Manuſcriptum, ſiuè impreſſum, in quo non extant. Secundo, quia eadem verba habentur in Huntingtono l. 3. qui ſolet verbatim ſequi Bedam; itemque in Capgrauio in vitâ S. Auguſtini. Tertio, quia Beda alijs verbis, quæ Aduerſarij agnoſcunt eſſe eius, apertè profitetur innocentiam S. Auguſtini: Nam ait, quòd Auguſtinus Monachis illis *prædixit, quod ſi pacem cum fratribus accipere nollent, bellum ab hoſtibus forent accepturi: & ſi noluiſſent nationi Anglorum viam vitæ prædicare, per horum manûs vltionem mortis eſſent accepturi: quòd itâ per omnia, vt prædixerat, diuino agente iudicio, patratum eſt: ſicque completum eſt præſagium ſancti Pontificis Auguſtini, quamuis &c.* In quibus verbis, Beda apertè facit S. Auguſtinum, Prophetam huius cædis, & Deum. authorem eiuſdem: vnde Mortonus l. 1. Prouocat. c. 4. ſec. 1. inquit: *Quem ſermonem* (Auguſtini) *quidam intelligunt profectum eſſe ex Spiritu Prophetico;* & in margine citat Bedam: Si autem S. Auguſtinus duntaxat fuit Propheta huius cædis, & Deus author eiuſdem prout aſſerit Beda, proculdubiò culpâ vacuus fuit, imò optimè merebatur de Monachis, quos admonuit de clade ſuâ, de quâ diuinitùs edoctus fuerat.

[a] V. de Aug. de re ſim li de vtil cred. cap. 1.
[b] Godwin. ait extare, ſed non dicit vbi.

3. Quartò, quia forte nulli erant eiuſmodi Saxonici libri, quos iactant, tùm quia, primus, (quod ſciam) eos venditauit Iuellus, mendaciſſimus homo, & qui ad nullum mendacij genus erubuit: tùm quia nulli huiuſmodi libri adhuc prolati ſunt, aut locus indicatus, vbi inueniantur: tùm quia Spelman. etſi diligentiſſimus ſcrutator huiuſmodi antiquitatum, tamen in Concilijs p. 110. ait ſe *Manuſcriptos codices Saxonicos non luſtraſſe*. Tum demùm, quia non conueniunt inter ſe, cuiuſmodi ſunt hi libri Saxonici, nempe, nùm Bedæ libri *tranſlati in linguam Saxonicam* (vt loquuntur Iuellus, & Mortonus locis citatis) an verò latini libri Bedæ, ſed ſcripti charactere Saxonico, vt videtur velle Godwinus in Cõuerſ. Brita. c. 4. Parkerus autem abſolutè vocat *libros Saxonicos*; non explicans, vtrum ſint libri Bedæ tranſlati in linguam Saxonicam, vel tantûm ſcripti charactere Saxonico: imo in Antiquit. ſuis p. 35 impudenter aſſerit, extare *veteres ipſorum Saxonum leges ac prædicationes ante Auguſtini huc aduentum quibus Pontificiorum, de Auguſtino error refellitur.* Cæterûm qualeſcunque ſint libri illi, omnis ratio dictat, cæteris paribus, fidem habendam potiùs [c] originalibus, quàm tranſlatis: pluribus, quàm paucioribus: vetuſtioribus, quàm recentioribus, ac librarios ſolere potiùs omittere aliqua verba, quàm vlla addere: Certè [d] Sutclifius ipſe ait: *Nihil eſſe magis abſurdum, quàm codices originales ad ſcripta interpretum, tanquam regulam ad opus, inflectere:* Idemque ſolent [e] Proteſtantes omnes clamare, quando contendunt ſcriptutam originalem anteferendam eſſe Latinæ vulgatæ. Et Twinus in Antiq. Oxon. ſec. 36. *At Prototypon, Latinum eſt: niſi ergò in Latino exemplari iſta reperiantur, nullus dabitur Saxonico exemplari locus.* Et pari modo dico ego: At Prototypon Bedæ, Latinum eſt, cùm ergo verba iſta habeantur in Latino exemplari, nullus dabitur Saxonico exemplari locus.

Author ſine nomine, eſt ſine authoritate. Morton de Author. Principis 6 p. 286.
[c] S. Aug. 15. de ciuit. c. 13. Hieronym. contra Heluidiũ. Multo potior manare credenda eſt fons vnda quam riui.
[d] Apud Gretſer l. 1. Defen. Bellar. c. 18.
Hoſpin par. H. Hor l. 2. c. 1. Morton. to 2. Apol. l. 1 c. 14.
[e] Humfred. ad Rat. 1. p. 82.

4. Quintò, quia Thomas Graius, Chronici illius author, apertè mentitur: Nam [a] aſſerit S. Ethelbertum, Regem Cantij Chriſtianum, hanc cædem Monachorum feciſſe, cùm Beda & alij omnes affirment, eam feciſſe Ethelfridum, Paganum regem Northumbriæ. Et prætereâ, tam obſcurus eſt author, vt Baleus in ſuis Centurijs ſcriptorum Anglicorum illius mentionem non fecerit: qui tamen Cent. 3. c. 70. meminit Hugonis whiti, authoris Chronici Petroburgenſis, quem ait, *recta diſſonis, ac vera friuolis, interdum admiſcuiſſe.* Anonymus apud Godwinũ de Conuerſ. Brit. c. 4. perhibet, *Ethelbertum ab Auguſtino inſtigatum petiſſe ab Elfrido Northumbriæ rege, vt ſibi copias commodaret ad bellum Britannis inferendum.* Cùm conſtet ex Beda, non Ethelbertum cum copijs Ethelfridi, ſed Ethelfridum cum copijs ſuis, hoc bellum Britonibus intuliſſe: Humfredus ad Rat. 5.

[a] Godwin. l. cit.

Campiani, ait Ethelbertum iunxiſſe copias cum Ethelfrido Genero ſuo, & trucidaſſe aliquot millia Monachorum, cùm nec Ethelfridus fuerit Gener Ethelberti, nec vlla millia Monachorum cęſa fuerint. Triuettus autem apud Spelman. in Concilijs p. 111. ſcribit, quòd *poſt mortem Auguſtini, Ethelbertus Rex Cantij excitauit Ethelfridum regem Northumbriæ contrâ Monachos*: Idem ait Parker. in Antiq. p. 48. Quod à fabulatore [g] Galfrido mutuati ſunt. Adeò rectè mendacibus inter ſe conuenit. Tantûm enim abfuit Ethelbertus à cogendo Britones vi & armis ad ſuſcipiendam doctrinam Auguſtini, vt (quod teſtatur Beda l. 1. c 26.) *nullum* [h] *cogeret ad Chriſtianiſmum, ſed tantummodò credentes, arctiori dilectione, quaſi conciues ſibi Regni cæleſtis, amplecteretur: didicerat enim à Doctoribus authoribuſque ſuæ ſalutis, ſeruitium Chriſti voluntarium, non coactitium debere eſſe.* Imó Foxus ipſe in Actis ſuis p. 108. aſſerit, quòd ſit *potiùs ſuſpicio, quàm veritas, quòd Ethelbertus rex Chriſtianus, aut potuerit tantum apud regem paganum Idololotram, aut voluerit tâm crudele facinus admittere.*

5. Sextò, quia S. Auguſtinus reuera mortuus eſt, antequam hæc cædes Monachorum patrata eſſet: Nam obijt Anno Domini 604. vt aſſerit Baronius eodem anno, Item Yepes in ſuis Annalibus Anno 604. Florentius in Chron. Gordon. Ann. 604. & alij, idque apertè indicat Beda l. 2. c. 3. vbi poſtquàm retuliſſet, quòd S. Auguſtinus eo anno ordinaſſet Mellitum, & Iuſtum, ſtatim ſubdit: *Defunctus eſt autem dilectus Deo Pater Auguſtinus*, vbi apertè ponit obitum S. Auguſtini ſub Anno 604. (idque agnoſcit Spelman. in Concilijs p. 93) nullâ mentione factâ aut longioris vitæ, aut alterius rei ab Auguſtino geſtæ, niſi quòd addat c. 4. quòd [i] *viuens ordinauerat Laurentium, ſuum ſucceſſorem, ne ſe defuncto, ſtatus Eccleſiæ vel ad horam Paſtore deſtitutus, vacillare inciperet*: Hoc autem potuit feciſſe eodem anno 604. idque eum feciſſe ſcribit [k] Florentius in Chron: qui *in temporum calculo præ cæteris eſt diligentiſſimus*, teſte [l] *Seldeno* Neque ſanè veriſimile eſt eum conſecraſſe Laurentium, niſi cum perſpiceret ſibi mortem [m] imminere. Godwinus etiam in Conuerſ. Brit. c. 4. inquit: *Haud me latet, à nonnullis traditum Anno Chriſti 603. vitam Auguſtinū cum morte commutaſſe. Quod ipſum innuit Beda in exemplaribus omnibus impreſſis.* Certe Stous in Chronico ait, quòd S. Auguſtinus exceſſit è vita duobus menſibus, duobus Hebdomadibus, ac duobus diebus poſt S. Gregorium: qui (vt notiſſimum eſt) obijt Anno Domini 604. Neque obſtat quod S. Auguſtinus legitur ſubſcripſiſſe diplomati S. Ethelberti Regis dato Anno Chriſti 605. Nam (vt omittam, quod illud diploma habitum fuit [n] ſuſpectum ab ipſis Archiepiſcopis Cantuarienſibus, vti refert Geruaſius & ipſe Monachus Cantuarienſis Anno 1181. col. 1458. cuius ſuſpitionis multas cauſas affert, Spelman in Conciliis Angliæ p. 125.) annus ſignatus in illo diplomate, eſt ſatis incertus. Primo, quia annus Chriſti non apponitur alteri eiuſdem regis diplomati [o], dato Eccleſiæ Sancti Pauli Londini, neque etiam Epitaphio S. Auguſtini, neque ferè vlli publico ſcripto illius temporis, quia nondum inoleuerat [p] vſus illum apponendi. Secundo, quia indictio adiuncta illi diplomati, varia eſt. Nam apud Harpesfeldum ſec. 7. c. 9. & Weuerum in ſuis monumentis p. 239. eſt octaua: apud Thornum autem (qui cùm fuerit Monachus in ipſo Monaſterio S. Auguſtini, potuit vidiſſe ipſum Autographum) col. 2123. eſt ſexta; quæ coincidit cum anno Chriſti 603. quo anno ſuperſtes erat S. Auguſtinus, adeoque potuit ſubſcripſiſſe illi diplomati, & quidem S. Auguſtinus in ſuo priuilegio apud eundē Thornum in Chronico ca. 1. §. 10. manifeſte loquitur de S. Gregorio, tanquam adhuc ſuperſtite, qui tamen obiit Chriſti Ann. 604. Et ipſe Thornus de Abbatibus S. Auguſtini c. 2. §. 11. refert, quod in *textu Adriani ſcribitur, quòd eodem anno, quo S. Gregorius, obijt Sanctus Auguſtinus.* Conſtat autem Sanctum. Gregorium obiiſſe anno 604. Tertiò, quia manifeſtus eſt error in anno Chriſti ſignato in diplomate Edmundi Regis nempe An. 844. cùm ipſe nondum natus eſſet, & tamen eius diploma dicitur approbatum ab Eduardo ſexto, dicto tertio, non ſecus ac Diploma Sancti Ethelberti. Ex quibus omnibus conſtat, annum Chriſti appoſitum diplomati Sancti Ethelberti incertum eſſe, ideoque ex illo non poſſe certo concludi, quod S. Auguſtinus vitam produxerit vſque ad annum 605. ſed vtcunque S. Auguſtinus ſuperſtes

Morton pro-notas. l. 2. c. 4.
g l. 8 c 4.
h Hunting. l. 3 Nullum ad fidē cogebat.
S. Aug. obiit An. 604
i *VVeuer p. 244.* paulo ante mortem.
k Paruo poſt tempore.
l *In præfat hiſtor. Admeri.*
m *Harpeſ. ſec 2 c. 7.* cum extrema ſibi imminere videret.
l. 810 & Noaſo in Chron. Beda innuit
Vide Edmerum l 4. Pariſ An. 1138 variātes lectiones Thorni col. 1911.
o *Spedus l. 7 c 8. Stous p. 77. VVeuer p. 356.*
p *Myreus in ſcholiis ad Sigebertum c 27. Viguerunt apud Cheſneum to. 1. hiſtor Frāc.*

perſtes

perſtes fuerit, poſt Annum 604. certiſſimè mortuus eſt ante 3. Kalendas Maias Anno 610. Nam tunc (vt refert Beda l. 2. c. 4.) *Bonifacius Papa, Deo dilecto Archiepiſcopo Laurentio, & Clero vniuerſo, ſimiliter Ethelberto regi, atque genti Anglorum, Epiſtolas direxit;* nullâ mentione factâ S. Auguſtini. Ad quem proculdubio ſcripſiſſet, ſi is tunc in viuis fuiſſet. Quin imo, idem Bonifacius in Epiſtola ad S. Ethelbertum Regem, miſſa per eundem S. Mellitum, apud Malmesbur. l. 1. Pont. p. 208. vocat Auguſtinum *Beatæ memoriæ*, atque ait Sanct. Laurentium præfuiſſe Cantuar. Eccleſiæ, vt certiſſimum ſit, eo tempore fuiſſe Auguſtinum vita functum. Cædes autem Monachorum quoto anno acciderit, certum non eſt. Probabiliſſimum videtur, quòd acciderit Annô 615. tùm quia hoc magis eſt conſentaneum verbis Bedæ, aſſerentis S. Auguſtinum mortuum eſſe *multo tempore* antè hanc cædem, prout multum tempus eſt inter Annum 604. quo S. Auguſtinus obijt, & Annum 615. tum quia Sigebertus ait, hanc cædem patratam eſſe poſt diſputationem cum Scotis, quæ habita fuit Ann. 615. Idem aſſerit Maſſeus apud Baleum Cent. 1. c. 74. & Magdeburgenſes Cent. 7. c. 8. col. 248. Atque hi authores iure præferendi ſunt innominato authori Chronici Petroburgenſis, qui (vt refert Iuellus l. cit.) aſſerit cædem Monachorum contigiſſe Anno 605. ſi Iuellus non poſuerit 605. pro 615. ſed vtcunque incertum ſit, vel quo Anno S. Auguſtinus obierit, vel quo, Monachi occiſi fuerint, illud certiſſimum eſt ex prædicto Bedæ teſtimonio, quòd obierit multo tempore, antequâm illi necarentur, & quòd quicunque ex incerto tempore mortis S. Auguſtini, vel cædis Monachorum, arguere velit contrâ certiſſimum Bedæ teſtimonium, quòd S. Auguſtinus obierit *multo tempore* antequam illi necarentur, non veritatem quærit, ſed fucum veritati facit, ac maleuolentiam ergâ ſanctiſſimum virum prodit.

Vide Thorneum col. 1765.

Tempus cædis Monachorum.

6. Demûm probatur apertâ confeſſione Proteſtantium, partim quòd prædicta verba de morte S. Auguſtini ante cladem Monachorum, ſunt reuera Bedæ; partim quòd ipſe aſſerat S. Auguſtinũ immunem fuiſſe â dicta cæde. Mortonus l. 2. Apologiæ c. 17. objiciens ſibi dicta Bedæ verba, reſpondet: *Vos venerabilem Bedam, vt murum aheneum opponitis, ſed* (inquit) *magni authores labuntur interdum.* Quod eſt planè fateri, verba illa eſſe reuera Bedæ, ſed eius teſtimonium reijcere. Atqui vndè probat lapſum eſſe hac in re Bedam? Certè non ex vllo teſte antiquiore, aut veraciore, nec ex alio argumento, quâm quia magni viri interdûm labuntur. An quia magni viri interdùm labuntur, propterea lapſus eſt hac in rè Beda? An magni viri dicendi ſunt lapſi eſſe, niſi conuincantur? An non hoc eſt omnium Hiſtoricorum fidem eleuare, ſeque regulam totius veritatis hiſtoricæ conſtituere? Parkerus in vitâ Auguſtini itâ ſcribit: *Narrat Beda, Auguſtinum diuino edoctum oraculo, bellum hoc Britonum Epiſcopis, & Clericis prædixiſſe.* Et nihilominùs addit, quòd *veriſimilius ſit, ipſum communicato cùm Ethelberto rege conſilio, eius belli inferendi non conſcium modò, ſed etiam cauſam fuiſſe.* Ac ſi quicquam veriſimilius eſſe poſſit hac in re, quàm quòd Beda narrat? Foxus in actis ſuis p. 108. fatetur, quôd *Huntington, & alij, teſtantur Auguſtinum defunctum eſſe antè prælium prædictum.* Et p. 107. inquit: *Authores, qui ſcribunt de hac lachrimabili cæde, referunt, quo modo vaticinium Auguſtini impletum ſit de Britonibus — Quam ob cauſam* (quòd noluerint Anglis prędicare) *nil mirum, ſi à Deo puniti ſunt, iuxtâ verba Auguſtini* — Item: *Auguſtinus, iuxtâ relationem authorum, mortuus eſt antequàm hæc cædes patrata eſt.* Vbi, licet non nominet Bedam, certiſſimè tamen eum comprehendit ſub nomine *authorum*, quiâ eſt præcipuus inter authores, qui hoc aſſerunt: Magdeburg. Cent. 6. c. 3. col. 74. itâ ſcribunt, *Beda ait Anglos* (dicerent Britones) *ideò à Deo punitos fuiſſe, quòd Auguſtini prædicationem, & conſilium repudiauerint — His quia ſubſcribere nolebant* (Britones) *diuinâ vindictâ plurimos ipſorum in bello interfectos eſſe memorat.* Spelman. in Concil. p. 106. refert ea verba: *Quamuis ipſe iam multo tempore* &c. vti verba Bedæ, æquè & alia. Qui omnes, partim agnoſcunt verba illa de morte S. Auguſtini antè cædem Monachorum, eſſe reuera Bedæ verba: partim, S. Auguſtinum ſolùm prædixiſſe cædem illam Monachorum, Deum verò eam peregiſſe ob eorum contumaciam.

Proteſtantes agnoſcunt verba Bedæ, ſed negant eius authoritatem Mortonus.

Parkerus

Foxus.

Magdeburgenſes.

7. His omnibus dictis pro innocentiâ S. Auguſtini, accedit, quòd teſtes à Proteſtantibus contrâ S. Auguſtinum producti, ſibi inuicem contradicunt. Nam Graius ait, quòd rex Ethelbertus collegerit exercitum, ac dictam cædem patrauerit. Chronicon citatum ab Iuello, aſſerit quòd Ethelbertus, & Ethelfridus iunctis viribus eam ediderint: Aliqui dicunt, S. Auguſtinum duntaxat incitaſſe reges ad eam cædem, alij etiam[p] interfuiſſe. Denique ipſimet Proteſtantes accuſatores S. Auguſtini, in initio, timidè & ſine vllo teſte, hoc crimen S. Auguſtino obiecerunt. Nam Baleus, qui primus ex Proteſtantibus, quòd ſciam, illud illi obiecit, nullum teſtem citat, ſed tantùm rumorem. Nam ità ſcribit Cent. 1. c. 70. *Iste* (Dionotus) *cùm mille ducentis ſocijs, Auguſtino ſuggerente, (vt ferunt) apud Ceſtriam, Anno ſalutis 603. Ethelfridi regis tyrannide coronatur.* Magdeburg. Cent. 6. c. 10. col. 781. *Dionotus, cùm 1200. Collegis, Anno ſalutis 603. Martyrio affectus eſt, Auguſtino Monacho, (vt aiebant) impulſore.* Et Parkerus in vitâ Auguſtin. *Veriſimilius eſt, ipſum communicato conſilio cùm Ethelberto rege, belli inferendi, non conſcium modò, ſed etiam cauſam fuiſſe.* Item. *Non eſt abſimile, eius* (Auguſtini) *inſtigatione, hoc bellum Britannis eſſe paratum: Quin etiam huic coniecturæ ſuffragari videtur Amandus Xierixenſis.* Audis: *vt ferunt, vt aiunt, veriſimilius, non abſimile, Coniectura.* Ac tandem Magdeburgenſes Cent. 6. c. 3. col. 74. profitentur, ſe nolle præſtare, quod dicunt contrâ S. Auguſtinum; ſed aiunt. *Fides narrationis, eſto penes authorem.* Et quis innocens erit, ſi ſufficiat tantum virum accuſaſſe, ex rumoribus, ex veriſimilitudinibus, ex coniecturis, quarum fidem ipſi accuſatores nolunt præſtare, præſertim cùm tot ac tanti teſtes, omni exceptione maiores, innocentem eum eſſe pronunciant: ſed modò videamus, quales fuerint Monachi illi, quorum patrocinium ſuſcipiunt Proteſtantes contrâ S. Auguſtinum, & quorum cædis ipſum accuſant.

Hariſon apud Holinshed l. 5. c. 22.

Vt ferunt

Vt aiebat. Veriſimilius

Non eſt abſimile. Coniectura.

CAPVT NONVM.

QVOD MONACHI BRITANNICI QVORVM cędis Proteſtantes accuſant Sanctum Auguſtinum, erant Schiſmatici.

1. QVOD Monachi, quorum cædem Proteſtantes S. Auguſtino obijciunt, erant Schiſmatici oſtendam in hoc capite, & in ſequentibus capitibus, quòd erant hæretici, & impij in Deum ac homines, ac demûm, à Deo ipſo morti adiudicati, vt inde intelligat lector, num reuera mortem merebantur, necne. Quòd igitur erant Schiſmatici, conſtat. Nam (vt refert Beda l. 2. c. 2.) *Auguſtinus,* (Britones) vt *pacem Catholicam ſecum haberent, fraterna admonitione ſuadebat.* Et S. Laurentius eius ſucceſſor cum ſocijs ſuis ſcripſit literas ad eoſdem *quibus eos* (inquit Beda l. 2. c. 4.) *in vnitate Catholica confirmare ſategit:* & alias ad Scotos, Britonum in errore ſocios, *obſecrans eos, & conteſtans, vnitatem pacis, & Catholicæ obſeruationis, cum eâ, quæ toto orbe diffuſa eſt, Eccleſia tenere.* Et nihilominùs Britones (vt loquitur Auguſtinus apud Bedam l. 2. c. 2. cit.) *pacem cum fratribus accipere noluerunt.* Dagamus Scotorum Epiſcopus, (vt teſtatur S. Laurentius ibid. c. 4.) *nec cibum cum ipſis ſumere, nec in eadem domo cùm ipſis verſari voluit.* At, qui nolebant pacem Catholicam habere cum legato Apoſtolicæ ſedis, nolebant eſſe in vnitate Catholica, nolebant vnitatem pacis cûm Eccleſiâ toto orbe diffusâ, tenere, qui non accipiebant pacem cum fratribus, qui nec cibum ſumere, nec in eadem domo manere volebant cum Catholicis Epiſcopis, proculdubio erant Schiſmatici.

2. Beda etiam l. 2. c. 2. ſcribit, quòd Britones *ſuas traditiones, vniuerſis, quæ per orbem, ſibi* (Auguſtino) *concordabant, Eccleſiis, præferebant, & multa, vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudini contraria, gerebant.* Et l. 5. c. 19. inquit. *Aldelmus ſcripſit, (iubente Synodo ſuæ gentis) librum egregium aduersùs errorem Britonum quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia plura Eccleſiaſtica * caſtitati, & paci contraria gerunt.*

* *Charitati*

Ibid:

Ibid. c. 16. ait Adam annum *reduxiſſe multos Britones ad vnitatem Catholicam* : c. vigeſimo : vocat, *Scotorum ſectam.* Et c. 23. ait. *Britones adhuc claudicantes à ſemitis ſuis, & capita fieri ſinè coronâ prætendunt, & ſolemnia Chriſti, ſinè Eccleſiæ Chriſti ſocietate, venerantur.* Et c. vlt. *Britones totius Eccleſia Catholicæ ſtatutum Paſcha, minùs rectè, moribuſque improbis impugnant.* Ac l. 2. c. 20. *vſque hodiè, moris eſt Britonum, fidem, religionemque Anglorum, pro nihilo facere, neque in aliquo eis, magis communicare, quàm cùm* [a] *Paganis.* Et Ioannes Papa quartus apud eundem l. 2. c. 9. ait, eos *refutaſſe Paſcha noſtrum.* Qui autem plura gerunt paci Eccleſiaſticæ contraria, qui ſolemnia Chriſti, ſinè Eccleſiæ Chriſti ſocietate, celebrant, qui ſunt extrà vnitatem Catholicam, qui totius Eccleſiæ ſtatutum Paſcha impugnant, qui fidem religionemque Catholicorum pro nihilo faciunt, nec in aliquo cum eis communicant, magis, quàm cum Paganis, quique denique refutant Paſcha Catholicum, habendi ſunt Schiſmatici.

Sine ſocietate Eccleſia Chriſti.

[a] *Vide Epiſtolam Cumiani apud Vſſerium in Epiſt. Hiber p. 29.*

3. S. etiam Aldelmus, qui eodem ſæculo, quo Auguſtinus, floruit, itâ ſcribit de Britonibus Epiſt. 44. inter Epiſtolas S. Bonifacij : *Illud verò, quàm valdè à Catholicâ fide diſcrepat, & ab Euangelicâ traditione diſcordat, quòd vltra Sabrinæ fluminis fretum, Demetarum ſacerdotes, de priuatæ propriæ conuerſationis munditia gloriantes, noſtram communionem magnopere aſpernantur, in tantùm, vt nec in Eccleſiâ nobiſcum orationum officia celebrare, nec ad menſam ciborum fercula, pro charitatis gratia, pariter percipere dignentur : quin imò ferculorum fragmenta, & reliquias epularum lurconum canum rictibus deuorandas porrò proijciunt.* S. Cuthbertus iam moriturus apud Bedam in eius vita c. 39. itâ ſuos admonuit. *Cum illis, qui ab vnitate Catholicæ pacis, Paſcha non ſuo tempore celebrando, aberrant, vobis ſit nulla communio.* Item. *Recedatis ab his locis, & vbicunque Deus prouiderit, incolæ maneatis, quàm vt vllâ ratione conſentientes iniquitati, Schiſmaticorum iugo colla ſubdatis.* Vbi per *Schiſmaticos* intelligit * Quartodecimanos Britones, ſeu Scotos : Nulli enim alij erant Schiſmatici in Britannia tunc temporis, à quibus cauendum erat. Atque hoc erat S. Auguſtini, & ſociorum ſuorum S. Bedæ, S. Aldelmi, S. Cutberti (qui optimè nouerant Britones) de ipſis iudicium, Itemque Ioannis Papæ, qui eodem tempore vixit.

Diſcrepant à fide Catholicâ.

Aſpernantur communionem Catholicorum.

Schiſmatici.

* *Harpesfild ſec. 7. c. 12.*

4. Nec diſſimile erat iudicium ſcriptorum ſequentium ſæculorum. Nam itâ Malmesbur. l. 3. Pontif. p. 260. *Communionem* [b] *Scotorum Epiſcoporum ſedés aſpernabatur Apoſtolica.* Et l. 1. p. 233. *Quia* (Scoti) *tùm in multis, tùm in obſeruatione Catholica Paſchæ delirabant, cauebant Romanorum apud Cantiam reliquiæ, ordinationes erroneorum ſuſcipere.* Weſtmonaſter. An. 586. ait de Britonibus : *Nec illis* (Anglis) *libentiùs, quàm* [c] *canibus communicare volunt.* Huntington l. 3. *Nec Britones magis communicant Anglis, quàm Paganis, fidem eorum nihili pendentes.* Baronius An. 604. n. 55. 60. 65. *Auguſtinus, duas Synodos habuit cum Epiſcopis antiquæ Britannorum gentis, iàm multò tempore à communione Catholica, diro Schiſmate antè diuiſis.* Ibidem n. 78. *eâdem planè, qua Britanni, pariter, & Scoti erant Schiſmatis fuligine tincti, ac diſceſſionis ab Eccleſiâ Romanâ.* Et Harpesfeldus ſæc. 7. c. 25. *Britanni, Anglorum religionem, & Catholicos ritus nimia inſolentia contemnebant, proprios quoſdam, & deprauatos improba ab Eccleſia seceſſione, ſectantes.* Vide etiam eundem ibidem c. 39. Et ex [d] Proteſtantibus Spelman. in Concilijs p. 109. *Manifeſtum eſt Britannicam Eccleſiam nullam hoc tempore cum Rom. Eccleſiâ communionem coluiſſe.* Potter. ſec. 2. p. 50. *Britones firmiter adhærebant Eccleſiis Aſiaticis in celebratione paſchæ, ob quod Papa eos abſcindebat à ſua communione.* Goduin. in Archiepiſ. Eboracenſibus n. 3. *Wilfridus in Galliam fuit amandatus vt ibi conſecrationem acciperet, Scotorum antiſtitum ordinatione ſpreta, quos Schiſmaticos appellabant.* Selden. in Præfatione ad Lectorem ante Hiſtoricos Anglos à Beo editos. *Seiunxerat quidem ab illis eum* (S. Wilfridum) *Schiſma eorum de Paſchate illud notiſſimum.* Hæc Proteſtantes, qui tamen omnes fatentur Eccleſiam Rom. fuiſſe eo tempore Catholicam, adeoque fateri debent Britones fuiſſe eo tempore Schiſmaticos, vt pote à Catholicæ Eccleſiæ communione diuulſos.

[b] *Sic Hedius Stephanus in vita S. Wilfridi.*

[c] *Baleus Cent 1. 0. 74. Magdeb. Cent 6. c. 3. col. 74.*

Britones diro Schiſmate diuiſi. Vide eum Ann 716.

Ma bus in Trophæis p. 1407. 1422.

[d] *Et Mortõ de Autoritate Prin c. 1. & Prouocat. l. 1. c. 9. Speedus l. 6. c. 9. n. 20.*

Seceſſiunt ab Eccleſia.

5. Obiter autem noto, perperam ſcripſiſſe [e] Fitzimonem, quòd venerabilis Beda *nimio* (inquit ille) *zelo tranſuerſum actus, ſeptentrionales Hiberniæ Monachos, Schiſmatis damnat, quòd peculiarem quandam coronæ formam obſeruarent.* Non enim Beda itâ deſipuit, vt rem leuiculam tanti criminis condemnare. Imò l. 5. c. 22. Nomine

[e] *l. 1. de Miſſa. parte 2. c. 9.*

Ceolfridi Abbatis ſui, ait Quod *diſcrimen Tonſuræ, non nocet ijs, qui habent rectam fidem in Deum, & charitatem ergà proximum, præſertim cùm non legerimus vllam controuerſiam inter Catholicos ſcriptores, de diſcrimine Tonſuræ, prout fuit de Paſchate.* Et l. 3. c. 16. vbi improbat morem Aidani in obſeruatione Paſchatis, nihil tamen dixit contrà formam coronæ, quam gerebat. Rectiùs hoc potuiſſet attribuiſſe S. Patritio, ſi (quod [f] refert Vſſerius in Antiq. Britan. p. 294.) ſanciuit in Synodo Canonem, quo *excommunicandus declaratur clericus, ſi non more Romano capilli eius tonſi ſunt.*

[f] *Spelman. in Concil. p. 52. Vide Camden. in Hibern. p. 704.*

CAPVT DECIMVM.

QVOD MONACHI BRITANNICI, DE QVORVM cæde accuſatur Sanctus Auguſtinus, erant etiam graui errore, imo hæreſi, implicati.

Britones differebant à Quarto-decimanis Aſianis.

1. OPINIO Britonum fuit, quòd Paſcha celebrandum erat in die Dominico, qui incideret in Lunam decimam quartam incluſiuè primi menſis; vſque ad vigeſimam eiuſdem. In quo, partim conſentiebant, partim diſſentiebant tum à Catholicis, tum à Quartò-decimanis Aſianis. Nam diſſentiebant à Quarto-decimanis illis, & conueniebant cum Catholicis, in eo, quòd cenſebant Paſcha omninô celebrandum in die Dominico, vt teſtatur S. Wilfridus apud Bedam l. 3. c. 25. & ipſe Beda l. 3. c. 4. & 17. Quarto-decimani verò Aſiani, Paſcha celebrabant ipſa decimâ-quartâ Lunâ, in quemcunque diem hebdomadę incideret: diſſentiebant etiam à Catholicis, quòd celebrarent Paſcha die Dominico à decimâ-quartâ lunâ ad vigeſimam, cùm Catholici illud celebrarent in die Dominico à decimâ-quintâ Lunâ ad vigeſimam-primam, adeoque Britones ipſam Lunam decimam-quartam vnâ cum Aſianis includebant in legitimo tempore Paſchatis, quam Catholici excludebant, & Lunam vigeſimam-quartam excludebant, quam Catholici includebant. Vide Bedam l. 2. c. 2. & 19.

Contra legem. Auguſt. Ep. ſt. 119. c. 15. Harpeſf ſec. 1629 [illegible] in l. Tertul. de ieiunijs p. 995. Azo vius pent. 2. l. 1 c 3.

2. Quòd autem in hoc grauiter errabant, probatur primô, quia (vt S. Wilfridus, vir doctiſſimus apud Bedam l. 3. c. 25. & Ceolfridus l. 5. c. 22. arguunt) erat contra legem, celebrare Paſcha Iudaicum (quod erat typus, & figura Paſchatis Chriſtiani) ipsâ decimâ-quartâ. Nam Exodi 12. dicitur: *Et ſeruabitis eum* (Agnum) *vſque ad decimum quartum diem menſis huius, immolábitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſraël ad veſperam.* Vbi licet decimi quarti diei fiat mentio, non tamen vt eo ipſo die, fieret Paſcha, ſed in veſpera illius diei, hoc eſt, vt Agnus offerretur, quandò luna habet 15. dies. Secundò probatur, quia (vt arguit idem S. Wilfridus) celebrare Paſcha ipsâ decimâ quartâ Lunâ, aduerſatur exemplo Chriſti, qui celebrabat Paſcha tùm Iudaïcum, tùm Chriſtianum, in veſperâ Lunæ decimæ-quartæ, quæ veſpera pertinebat ad Lunam decimam quintam. Idemque ait Beda l. de Rat. temporum c. 57. vbi citat verba Theophili Alexandrini, probantis, quòd Paſcha non ſit celebrandum in Dominicâ, quæ incidit in ipſam decimam-quartam Lunam, quia (inquit) *aut ſoluemus ieiunium decimâ-quartâ Lunâ, quod eſt contrà legem, aut ieiunabimus die Dominico, quod eſt Manichæum.*

Contra exemplum Chriſti.

Contra traditionem S. Petri.

Tertiô, quia (vt argumentatur idem S. Wilfridus l. cit.) S. *Petri traditioni* (de tempore Paſchatis) *ſcienter contradicitu*, ſeu (vt inquit Ceolfridus l. cit.) *Diem Dominicum Apoſtolica traditio feſtis Paſchalibus inſeruit, vt nihil omninò cum tempore Paſcæ legalis praoccupandum, nihil minuendum eſſe decerneret. Quin potiùs ſtatuit, vt expectaretur, iuxtà præceptum legis, idem primus Anni menſis, expectaretur decimus-quartus dies illius, expectaretur veſpera eiuſdem.* Item: *decreuit, Apoſtolica traditio, quæ per Beatum Petrum Romæ prædicata, per Marcum Euangeliſtam, & interpretem ipſius, Alexandriæ confirmata eſt, vt adueniente primo menſe, adueniente in eo veſpera diei decimæ-quintæ, expectetur dies Dominica à decimâ-quintâ die eiuſdem menſis.* Eſſe autem hanc verè Apoſtolicam traditionem, teſtatur Euſebius l. 5. Hiſtoriæ c. 23. his

verbis:

verbis: *Cætera* [præter Quartodecimanos] *Eccleſiæ, per vniuerſum orbem terrarum diſperſæ, conſuetudinem, ex Apoſtolicâ traditione, ad hoc vſque tempus continuatam, tenebant*. Et Cyrillus ad Innocentium: *Sanctum Paſcæ myſterium, eiuſque ſacra ſolennitas, ſicut eſt à Saluatore noſtro, & Apoſtolis tradita, illibata manſiſſet, ſi eam quorundam inſipientium peruerſitas, inter cætera fidei Sacramenta, minimè contaminaſſet*: Victor Papa primus, Epiſtolâ ad Deſiderium Viennen: apud Baronium tomo ſecundo in Appendice: *ſicut ſancta fraternitas tua, à Præsbyteris, qui Apoſtolos in carne viderunt, erudita eſt, qui & Eccleſiam vſque ad tua tempora rexerunt, non decimâ quartâ Lunâ cum Iudæis, ſed decimâ-quintâ vſque ad vigeſimam-primam Paſcha Catholica Eccleſia celebrauit: Hanc doctrinam* [a] *Petrus & Paulus inſtituerunt*. Leo Papa Epiſtola ad Proterium Alex. *Oportebat, vt ab Alexandrinæ Eccleſiæ Præſule talia ſcripta* (de tempore Paſchatis) *ad Apoſtolicam ſedem mitterentur, quæ oſtenderent, magiſterio Beatiſſimi Petri Apoſtoli, hoc ab initio per B. Marcum eius diſcipulum didiciſſe Ægyptios, quod conſtat credidiſſe Romanos*. Sozomenus l. 7. c. 18. aſſerit Romanos, ſequi traditionem Petri & Pauli in celebratione Paſchatis. Idem aſſerit S. Aldelmus in Epiſtola ad Geruntium regem Britonum) Idemque agnoſcunt aliqui [b] Proteſtantes. Nam itâ Iuellus artic. 1. diuiſ. 15. *Occidentalis Eccleſia, in obſeruatione Paſcæ, ſequebatur S. Petrum*. Elienſis in Reſponſ. ad Apolog. Bellarmin. c. 7. *In Paſchate, alia Ægypti præxis fuit, alia Romæ, alia Ioannis Apoſtoli, alia Petri per Occidentem*. Sic etiam Whitakerus Controu. 1. q. 6. c. 16. Fulcus in ſua Confutat. p. 52

Apoſtolica traditio.

[a] *Sic etiam Vitalianus P. in Beda l. 3. c. 29. Vide Socratem l. 5. c. 22.*

[b] *Tailerus in libertate Propheti. ſec. 2. n. 20.*

3. Quartò quiâ (vt ait S. Wilfridus l. cit.) mos Britonum in tempore Paſchatis, erat contrâ decretum Concilij [a] Niceni, in quo (vt teſtatur Euſebius l. 3. de vitâ Conſtantini c. 17. & Theodoretus l. 1. c. 10.) ſancitum erât, non eſſe celebrandum Paſcha ipsâ decimâ quartâ Lunâ, idemque ſtatutum erat in pluribus Concilijs Prouincialibus, tempore Papæ Victoris, vt refert idem Euſebius l. 5. Hiſtoriæ c. 23. Itemque poſt Concilium Nicenum, præceptum ſub pænâ Anathematis, in Synodo Anthiochenâ, & in Concilio Chalcedonenſi. Quintò, quiâ (vt arguit idem S. Wilfridus) mos Britonum erat *contrâ vniuerſalem Eccleſiæ morem*. Idemque ait Beda l. 2. c. 2. & l. 5. c. 16. Neque id negabant, aut negare poterant eius Aduerſarij. Et Euſebius l. 5. Hiſtoriæ c. 23. ſcribit, quòd *talis conſuetudo* (Quarta-decimanorum) *in nullis prorſùs alijs Eccleſiis vnquàm obſeruata fuiſſet*. Et ibidem: *Vnum omnes* (Eccleſiæ) *Eccleſiaſticum dogma* (de tempore Paſchatis) *confirmant*. Socrates etiam l. 1. c. 5. *Diſſenſio de tempore feſti Paſchalis per Orientis partes ſolummodò peruadebat, dùm alij ibi feſtum more Iudæorum celebrandum eſſe contendebant, alij autem Chriſtianorum vbique per orbem terrarum diffuſorum, in eo prorſùs conſuetudinem imitandam, cenſebant*. Similia habet l. 4. c. 23. Et Sozomenus l. 1. c. 15. Atque hinc eſt, quòd Beda l. 3. c. 25. & l. 5. c. 16. 19. & 22. vocet Catholicorum morem celebrandi Paſchatis, *Catholicum Paſcha*, & *Catholicam Paſcæ obſeruantiam*. Sextò arguit S. Wilfridus l. cit. Quia mos Britonum ac Scotorum aduerſabatur Decretis ſedis Apoſtolicæ: Nam itâ loquitur. *Decreta ſedis Apoſtolicæ, imò vniuerſalis Eccleſiæ, hacque literis ſacris confirmata contemnitis*. Et Honorius Papa apud Bedam l. 2. c. 19. hortatur Scotos (ſocios Britonum in ſuo errore) *Ne ſuam paucitatem, ſapientiorem, ſiue antiquis, ſiue modernis, quæ per orbem erant, Chriſti Eccleſiis, æſtimarent, & contrâ Paſchales computûs, & contrà Synodalia totius orbis Pontificum, aliud Paſcha celebrarent*.

Cont. Conc. Nicænum.

[a] *VVhitaker cont. 2. q. 3. c. 6.*

Cont morē vniuerſ. Eccleſ.

Cont decreta ſedis Apoſt.

4. Septimò, quia error Britonum circâ tempus Paſchatis, aduerſabatur diuino iudicio: Nam (vt refert Beda l. 2. c. 2.) cùm S. Auguſtinus non potuiſſet diſputatione Britones conuincere, in doctrinæ ſuæ confirmationem, & eorum confutationem, coram ipſis, [c] illuminauit cæcum, itâ vt ij confiterentur, *veram eſſe iuſtitiæ viam, quam prædicaret Auguſtinus*. Et l. 5. c. 10. refert, quòd S. Egbertus cælitùs admonitus fuit, vt adiret Columbæ Monaſteria, quæ hoc errore tenebantur: *Debet* (inquit cæleſtis Spiritus) *ad Columbæ Monaſteria venire, quia aratra eorum non rectè incedunt: oportet autem eum ad rectum hæc tramitem reuocare* En, vt iudicio cæleſtis oraculi, Aratra quarta-decimanorum Scoticorum, ſeu Britannicorum, non rectè incedebant, & oportebat ea reuocari ad rectum tramitem. Fuiſſe autem hanc verè cæleſtem viſionem, liquet, tùm ex miraculo, quo, cùm

Cont. diuinum iudicium.

[c] *Hunting. l. 3.*

Aratra quartadecimanorum non rectè incedebant.

S. Egbertus aliò ire cuperet, impeditus eſt, tùm ex Scotorum conuerſione, quam perfecit, tùm ex iudicio Bedæ. Tanti igitur hic error Deo viſus eſt, vt S. Egbertum, cùm 12. ſocijs ad conuerſionem Infidelium properantem, detinuerit, eumque potiùs ad Quartodecimanos hos ab errore reuocandos, miraculosè amandare voluerit. Beda etiam ipſe de Ratio. temporum c. 41. *ſed & ſpecialibus diuinæ authoritatis iudicijs, obſeruantiam lunarem, quam tenemus, defendimus. Legimus namque, ſcribente B. Cyrillo Alexand. Epiſcopo, quia Pachomius Monachus, inſignis factus Apoſtolicæ gratiæ, fundatorque Egypty Cœnobiorum, ediderit ad Monaſteria, quæ regebat, literas, quas Angelo dictante perceperat, vt non errorem incurrerent in ſolennitatis Paſchalis ratione.* Ibidem refert ex Paſchaſino in Epiſtola ad Leonem Papam, miraculum de fonte in [d] Sicilia ebulliente, ad oſtendendum legitimum diem Paſchatis, prout etiam refertur de alio ſimili fonte in Hiſpaniâ: de quibus legi poſſunt Sigebertus Ann. 417. 573. Gregorius Turonenſis l. 10. §. 22. & l. 5. c. 17. Alanus Copus Dialog. 5. c. 19. Baronius Ann. 573. Bellarminus l. 3. de cultu ſanctorum c. 12. & alij. His adde, quòd S. Auguſtinus Epiſtola 119. c. 5. dicat: *Spiritus ſanctus, tranſitum illum de aliâ vitâ in aliam vitam, (quod Paſcha nominatur) à decimâ-quartâ Lunâ voluit obſeruari, vſque ad vigeſimam-primam.* Ex quibus omnibus liquidò patet, quòd Britones errabant in ſuâ obſeruatione Paſchatis, quiâ aduerſabantur & legi veteri, & exemplo Christi, & traditioni S. Petri, & Decreto Concilij Generalis, & multorum particularium, & ſtatuto ſedis Apoſtolicæ, & mori vniuerſalis Eccleſiæ, ac demùm iudicio Dei. Reſtat probandum, quòd hic error eorum erat in re graui, & ex pertinacia ſeu ignorantiâ affectatâ.

Fontes miraculoſi.
d Caluiſius An 417.
Florentius An 417
Spiritus S. vult obſeruari rectum tempus Paſca.

5. Quòd eorum error erat in re graui patet, primò ex ingentibus Elogijs, quibus S. Patres ornant feſtum Paſchale: Nam ita Conſtantinus Magnus in oratione ad Synodum Nicenam apud Euſebium l. 4. c. 1. *Dies feſtus Paſchalis, eſt veluti clariſſimum diei, & ſolis lumen.* Et apud Theodoretum l. 1. c. 10. *Cogitandum eſt nefarium eſſe, in re tantâ, & tantæ feſtiuitatis cultu, diſcrepantiam inueniri.* Item: *Hoc quoque conſideret ſapientia ſanctitatis veſtra, quàm ſit horrendum, & deforme, eiſdem diebus alios eſſe ieiunijs, alios conuiuijs operatos.* Hæc ille, cùm tacitâ ſaltem approbatione magni illius Concilij. Nazianzenus orat. 2. de Paſchate: ait quòd Paſcha ſit [e] *Feſtiuitas feſtiuitatum, & celebritatum celebritas, tanto cæteris omnibus ſuperior, quanto ſol ſtellas antecellit.* Et orat. de obitu patris: *Dies Paſcæ, rex dierum.* Leo ſerm. de Quadrageſima: *In omnibus ſolemnitatibus Chriſtianis, non ignoramus Paſchale Sacramentum eſſe præcipuum*, & Sermone 12. de Quadrageſimâ: *Feſtum, feſtorum omnium maximum.* Et Epiſt. 64. *Paſchale feſtum, quo Sacramentum ſalutis humanæ maximè continetur.* S. Auguſtinus ſer. 13. de diuerſis: *Quo modo Maria virgo mater Domini, inter omnes mulieres principatum tenet, itâ & inter cæteros dies, hæc,* (Paſchalis) *omnium dierum mater eſt* l. cont. Epiſtolam fundamenti c. 8. *Paſſio eius totius iam orbis feſtiuiſſimum tempus eſt.* Vide plura ſerm. 164. de tempore. S. Gregorius homilia 22. *Hanc rectè nobilitatem ſolemnitatis dicam, quiâ ſolemnitates cæteras antecedit; ſicut enim in ſacro eloquio, ſancta ſanctorum, vel cantica Canticorum, pro ſui dignitate dicuntur, itâ hæc feſtiuitas rectè dici poteſt ſolemnitas ſolemnitatum.* Beda l. 5. c. 23. vocat eam *præcipuam ſolemnitatem, & ſummam feſtiuitatem.*

Dignitas feſti Paſchalis.
Nefarium
Horrendū.
e Sic etiam Martyrol. Rom.

6. Secundò, quiâ in Primitiuâ Eccleſiâ tanti æſtimatum eſt legitimum tempus Paſchatis, vt ad illud ſtatuendum, habita fuerint Concilia Romæ, in Paleſtinâ, in Ponto, in Gallia in Oſtroenâ, Corinthi, & alijs propè innumeris locis, quæ *vno conſenſu* [ait Euſeb. l. 5. c. 23.] *indicioque vnam eandemque de illius feſti obſeruatione tulêre ſententiam.* Eademque cauſa fuit cogendi Concilij Niceni: Nam itâ S. Athanaſius Epiſtola ad Epiſcopos Africæ: *Nicena Synodus, ob Arianam ſectam, & controuerſiam Paſchatis celebrata fuit.* Et l. de Synodis Arimini, & Seleuciæ: *Atque ea cauſa fuit, cur vniuerſus orbis in Concilium* (Nicææ) *coiret, vt & eadem die vbique feſtum* [Paſcæ] *celebraretur, & hæreſis, quæ ſuppullulauerat percuteretur.*

Cauſa cogendi Concilia.

7. Tertiò probatur ex ſententiâ Patrum, quòd error circâ tempus Paſchatis, eſt in re graui. Nam Conſtantinus (vt vidimus) ait quòd ſit *Nefarium, horrendum, & deforme* in eo diſſentire. Epiphanius hæreſ. 70. inquit: *Reuerâ duo maxima contribuit nobis Deus per Conſtantinum: quòd congregauit Synodum, ediditque fidem modò*

Vide Bellar l. 2. de Sacramentis c. 32.

Nicea

Nicæa editam, & quòd curauit, quòd ab ipſis corrigeretur Paſchalis feſtiuitas ad vnionem noſtram. Victor Papa Epiſt. cit. vocat errorem in Paſchate, *perniti oſum errorem.* Et (vt tradit Euſebius l. 5. c. 24.) voluit excommunicare Quartò-decimanos, *tanquàm homines alterius fidei.* Et Patres Concilij Paleſtini hac de re collecti, apud Euſebium Ibid. c. 25. itâ ſcribunt. *Epiſtolæ noſtræ exemplaria per omnes Eccleſias tranſmittantur, vt ne rei efficiamur animarum, quæ diuerſis erroribus immerguntur.* S. Anatholius apud eumdem l. 7. c. 29. *Non parum delinquere dicimus eos, qui ante æquinoctium vernum, Paſcha putant eſſe celebrandum.* In Concilio Chalcedonenſi actione primâ in multis abiurationibus hæreticorum itâ dicitur: *Anathematizo, & eos, qui non celebrant ſanctum diem Paſchæ, ſicut ſancta & Catholica Eccleſia celebrat.* Imò ibi proponitur huiuſmodi forma abiurationis: *Omnis, qui non celebrat ſanctum diem Paſchæ ſecundùm ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ ſtatuta, Anathema ſit.* Et in Conſilio Ephæſino c. 32. *Anathematizo, & illos, qui ſanctum Paſchatis diem, aliter celebrant, quàm eum ſancta, & Catholica, & Apoſtolica celebrat Eccleſia:* In Concilio Antiocheno c. 1. *Qui auſus fuerit ſoluere Canonem magni Concilij Nicæni de celebratione Paſchatis, Anathema ſit.* In Canone octauo Apoſtolorum, itâ ſtatuitur: *ſi quis ſanctum Paſchæ diem antè æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponatur.* Britones autem nonnunquàm celebrabant Paſcha antè æquinoctium, vt eis obijcit S. Wilfridus apud Bedam l. 3. c. 25. & Ceolfridus l. 5. c. 22. S. Leo loquens de tempore Paſchatis Epiſt. 64. ait. *Non leuiter delinquitur, ſi in principio Sacramenti veritas, & vnitas ab vniuerſali Eccleſiâ non tenetur.* Et Epiſt. 65. *Ad omnium ſalutem pertinet, vt Dei cultus nullo errore lædatur.* Theodoretus in Hiſtoria Patrum, in S. Martiano, refert, quòd ille ſanctus nolebat communicare cum quodam Eremita, qui Paſcha obſeruabat aliter, quàm Concilium Nicenum decreuerat. Et S. Auguſtinus noſter, eiuſque ſocij, licet cupidiſſimi communionis cum Britonibus, nolebant tamen cum ipſis communicare, niſi Paſcha celebrarent more vniuerſalis Eccleſiæ. Neque in hoc leguntur reprehenſi aut à S. Gregorio, aut ſucceſſoribus eius, quin potius ab aliquibus eorum approbati: Nam Papa Honorius, vbi intellexit (inquit Beda lib. 2. c. 19.) Scotos errare in obſeruatione Paſchatis, *hortatus eſt eos, nè ſuam paucitatem ſapientiorem omnibus per orbem Eccleſiis æſtimarent, neuè contrà Paſchales computus, & decreta Synodalium totius orbis Pontificum, aliud Paſcha celebrarent.* Vitalianus P. apud Vſſerium in Epiſtolis Hibernicis p. 126. *Nunquam enim celebrare* (debemus) *ſanctum Paſcha, niſi ſecundum Apoſtolicam & Catholicam fidem, vt in toto orbe celebratur à Chriſtiana plebe, id eſt, ſecundùm Apoſtolicam regulam 318. Sanctorum Patrum, ac computum S. Cyrilli, & Dionyſii.* Ioannes autem Papa quartus multò acrius ait, *Reperimus quoſdam Prouinciæ veſtræ, contrà Orthodoxam fidem, nouam ex veteri hæreſim renouare conantes, Paſcha in quo immolatus eſt Chriſtus, nebuloſâ caligine refutantes, & decimâ-quartâ Lunâ cùm Hebræis celebrare nitentes.* En vt vocet *hæreſim* & contrà *Orthodoxam fidem*, celebrare Paſcha Lunâ decimâ quartâ, ad quem modum Victor Papa cenſuit Quarto-decimanos Aſianos eſſe *alterius fidei*: cui ſententiæ ſubſcribens Beda, addit: *Quo Epiſtolæ (Ioannis Papæ) principio, manifeſtè declaratur, & nuperrimè temporibus illis, hanc apud eos hæreſim exortam.* Et l. 3. c. 17. profitetur, quòd hunc errorem *multùm deteſtetur*: Et tùm ibid. c. 26. tùm l. 5. c. 20. vocat *ſectam Scotorum.* Ceolfridus apud eundem lib. 5. c. 22. vocat hunc errorem *irregionabilem.* Et S. Wilfridus l. 3. c. 25. itâ alloquitur Colmanum, huius erroris aſſertorem: *Tu & ſocij tui, ſi audita decreta ſedis Apoſtolicæ, imò vniuerſalis Eccleſiæ, & hæc ſacris literis confirmata, ſequi contemnitis; abſque vllâ dubitatione peccatis.* Neque aliter excuſat eos, qui hunc errorem priùs ſecuti fuerant, quàm ex ignorantiâ, ob defectum idonei Doctoris: quo modo etiám Beda ibidem c. 4. eos excuſat. S. Aldelmus Epiſtola ad Geruntium regem Britonum, *Compertum nobis eſt, quòd Sacerdotes veſtri in Catholicæ fidei regula, ſecundùm ſcripturæ præcepta, minimè concordent, & per eorum ſimultates & pugnas verborum, in Eccleſia Chriſti graue ſchiſma, & crudele ſcandalum naſcatur.* Et infrà *Eſt autem altera crudelior animarum pernicies, quod in Sacroſancta Paſchalis ſolemnitate 318. Patrum regulam non ſectantur.* Ado etiã in Chron. ætate 6. *eo tempore apud Scotos, error maximus exortus eſt, quorum errorem Honorius Papa &c.* S. Auguſtinus ipſe apud Bedam li. 2. ca. 2. itâ alloquitur Britones:

Paſcha ſecundum Catholicam fidem.
Beda l. 2. c. 19.
Scotorum error, erat hæreſis contra Orthodoxam fidem.
Adrian. 1. Epiſt 96 & 97. vocat errorem de Paſchate, hæreſim.

Fides S. Auguſtini & Britonum diuerſa.

Adducatur aliquis æger, & per cuius preces fuerit curatus, huius fides, & operatio, Deo deuota, & omnibus ſequenda, credatur. In quibus verbis, apertè ſupponit, quod fides ſua, non ſecus ac operatio, diuerſa erat à fide Britonum. Quinimò Angli illi, qui à Scotis eruditi, hunc errorem imbiberant, tandem eum pernicioſum eſſe meritò ſuſpicati ſunt. Nam ità Beda l. 3. c. 28. *vndè meritò mouit hæc quæſtio* (de Paſchate) *ſenſus, & corda multorum, timentium, nè fortè accepto Chriſtianitatis vocabulo, in vanum currerent aut cucurriſſent.* Atque Oſwinus Northumbrorum rex, vbi audiuit diſputationem S. Wilfridi cum Colmanno, concluſit, quòd S. Petrus eum in cælum non eſſet admiſſurus, qui eo errore inficeretur; cui (inquit Beda l. 3. c. 25.) *aſſenſerunt aſſidentes quique, ſiuè aſtantes, maiores vnà cùm mediocribus.* Malmeſburienſis l. 1. Pontif. p. 233. ait. *Scoti in obſeruatione Catholica Paſcæ delirabant.*

Hæreſis de Paſchate.

Hermanus Contractus in Chronico Ann. 630. *His temporibus, hæreſis de Paſcha, & Pelagiana, Britanniam turbat.* Bellarminus etiam l. 3. de verbo Dei ca. 6. notat, quòd habiti ſunt hæretici, *Qui non acquieuerunt Pontificis decreto de tempore Paſchatis.* Et Browerus Annotat. in Fortunatum l. 3. inquit: *Mora fuit Britannorum in hæreſi obſtinatio, eo quoque tempore, quo Gregorij magni iuſſu Auguſtinus in Britanniam venit.*

Piſeus de Antiq. Eccleſ. Britan.

Ac Dureus, etſi Scotus, in confutatione Whitakeri l. 10. ita cenſet de Scotis quarto-decimanis: *Hi profectò aliqui ne veritatem agnoſcerent, vel ignorantia impediti, vel hæreticorum fraudibus decepti, vel certè hæretici fuerunt.*

Deſeruerunt veterem fidem

Sanderus de Petra Eccleſiæ c. 16. *AngloSaxones, ſubiugarunt Britones, non magis ob aliam cauſam, quàm quòd ceperunt deſerere veterem ſuam fidem: nam ceperunt obſeruare paſca iuxta morem Iudæorum.*

Nullus Catholicus.

Boſſius l. 8. de ſignis Eccleſiæ c. 1. §. 2. *Quo tempore Auguſtinus miſſus eſt à Gregorio magno, nullus in Brittannia Catholicus erat.* Idemque habet l. 5. c. 11. § 1. & l. 24. c. 1. l. 1. c. 6. Britones illos vocat Hæreticos. Harpesfeld. ſec. 7. c. vlt. *Britones in ſua perfidiæ tenebris iacebant.*

8 Demùm ratione probatur, quòd Monachi illi, quorum necis Auguſtinus falsò inſimulatur, hæreſi laborabant. Nam & licitum putabant celebrare Paſcha ipsâ decimâ-quartâ Lunâ, contra vniuerſalis Eccleſiæ prohibitionem, & illicitum, non celebrare Paſcha decimâ-quartâ Lunâ, ſi in diem Dominicum incideret. Cenſere autem aliq ïd licitum eſſe, quod vniuerſalis Eccleſia prohibet, hæreſis eſt: quia ſi quis Eccleſiã nõ audierit, habendus eſt, vt Ethnicus, aut Publicanus, aut aliquid illicitũ eſſe, quod vniuerſalis Eccleſia præcipit, quià hoc eſſet negare Eccleſiã eſſe infallibilẽ, in decretis fidei, ſeu morũ. Quemadmodũ modò eſſet * hæreſis, cenſere communionem ſub vtraque ſpecie, eſſe licitã, aut ſub vna ſpecie illicitam. Et Caſtro de Hæres. v. *Paſcha*, ait: *Ne putet, Quarto-decimanos ideo dici hæreticos, quia Paſcha decimâ quartâ Lunâ celebrabant, ſed quia ità eſſe* † *neceſſariò faciendum, credebant.* Accedit, quòd Nouatianorum error erat, cenſere tempus celebrandi Paſcha eſſe Adiaphoron, vt videre eſt apud Sozomenum l. 7. c. 18. multoque magis error Britonum damnandus, qui cenſebant illegitimum tempus celebrandi Paſcha, eſſe neceſſarium, & legitimum, eſſe illicitum: præſertim cùm id facerent, ſinè vllo idoneo authore, aut argumento. Nam etſi Colmannus allegaret authoritatem S. Ioannis Euangeliſtæ, & S. Anatholij, eos tamen Britonum errorem non approbaſſe, clarè oſtendit S. Wilfridus: Ac proinde minùs excuſabiles erant, quàm Quarto-decimani Aſiani, qui reuerà S. Ioannis exemplum ſequebantur. Britones autem (ſaltem tempore S. Auguſtini) ſcienter, ſeu ex affectatâ ignorantiâ errabant. Nam (vt refert Beda l. 2. c. 2.) etſi vidiſſent S. Auguſtinum inſigni miraculo eorum errorem confutaſſe, ac confeſſi eſſent, eam eſſe *veram iuſtitiæ viam, quam Auguſtinus prædicabat*, tamen eam ſequi noluerunt, *imò conctis'j quæ dicebat, contradicere laborabant.* S. etiam Wilfridus l. 3. c. 25. ità alloquitur Scotos, Socios Britonum in ſuo errore. *Petri traditioni ſcienter contradicitis*, Item: *Decreta ſedis Apoſtolicæ, imò vniuerſalis Eccleſiæ, hæcque ſacris literis confirmata, contemnitis—ſtulto labore contrà totum orbem pugnatis.* Et (vt aiebat Honorius Papa) *ſuam paucitatem ſapientiorem, ſiue antiquis, ſiue modernis, quæ per orbem erant, Eccleſiis, æſtimabant.* Et (vt aiebat Ioannes Papa) Catholicorum *Paſcha refutabant.* Atque (vt habet Beda l. 5. c. vltimo.) *Totius Catholicæ Eccleſiæ ſtatutum*

Suarez. to. 2. de Relig. l. 1. c. 6.
** Vide Conc. Trident. ſeſſ. 21 can. 2*
Ob quid quarto-decimani erãt hæretici.
† Gordon. An. 198.

Paſcha

Paſcha minus rectè, moribuſque improbis, impugnabant. Et l. 2. c. 20. *Vſque hodiè, moris eſt Britonum fidem religionemque Anglorum pro nihilo facere.* Et l. 2. c. 2. *Oblata ſibi perpetuæ ſalutis conſilia ſpreuerant.* At contradicere confeſſæ, & à Deo miraculis comprobatæ, viæ iuſtitiæ: ſcienter contradicere traditioni S. Petri: contemnere decreta vniuerſalis Eccleſiæ: pugnare contra totum orbem, æſtimare ſe ſapientiores tam antiquis, quàm modernis Eccleſiis: refutare Paſcha Catholicorum: vniuerſalis Eccleſiæ ſtatutum Paſcha impugnare: fidem religionemque Catholicorum pro nihilo facere: perpetuæ ſalutis conſilia ſpernere, proculdubio pertinacium hæreticorum eſt.

9. Præter ſcientiam igitur egit Spelmanus, quando li. de Concilijs p. 110. ſcripſit. *Præter charitatis ſuauitatem actum eſſe ab Auguſtino, cum Britannis,* [g] *dum veteres eorum conſuetudines ſubitò tollere, nouas ſubitò nititur eſt ingerere.* Quia hic non agebatur de meris ritibus aut conſuetudinibus, ſed num conſuetudo Britonum circa tempus Paſcæ, eſſet neceſſaria. Catholicorum verò, illicita. Quod cùm Schiſmaticum ac hæreticum ſit, non potuit, ei Auguſtinus, ſalua religione, conniuere. Accedit, quòd alia ſit ratio Paſchatis, & aliorum Rituum, eo quòd Paſcha ſit præcipua ſolemnitas Chriſtianorum, in qua (vt vidimus) deforme eſt Chriſtianis diſcrepare! His omnibus adde, quòd quartodecimani numerantur inter hæreticos, non ſolùm à [h] S. Patribus, ſed etiam à Proteſtantibus in Colloq. Ratisbon. ſeſſ. 10. à Muſculo in locis, tit. de hæreſi, Mortono 2: parte Apologiæ l. 1. ca. 39. & alijs: ac Whitakerus li. 6. contra Dureum ſec. 3. agnoſcit, *Paſcatis obſeruationem ad fidem ſpectare.* Britones autem, partem hæreſis Quartadecimanorum Aſianorum tenebant: Nempe Paſcha debere celebrari ipsâ decimâquartâ Lunâ, modò in diem Dominicum incideret. Non eſt autem præter charitatis ſuauitatem, ſed maximè iuxta charitatem, eradicare omnem ſurculum hæreſis, quam primùm quis poterit, quia eſt venenum ſeu mors animarum. Sed nec poterat Auguſtinus, ſalua religione, atque anima ſua, vel ad horam communicare cum ijs, qui pertinaciter vel minimam hæreſim ſequebantur. Egit ergò Auguſtinus iuxtà charitatis ſuauitatem, tum ergâ animam ſuam, quam nolebat infici communione hæreticorum, tum ergâ Britones, quibus, & diſputatione, & miraculis atque ſuâ ab ipſis ſeceſſione, quàm pernitioſus eſſet ipſorum error, oſtendit. Et præter veritatem egit Fulcus 2. Corinth. 12. Nota. 5. & alij Proteſtantes, qui hos Britones vocant *Catholicos*, cùm & Schiſmatici atque etiam hæretici fuerint: vnde Magdeburgenſ. Cent. 7. c. 10. col. 518. ſcribunt quod S. Laurentius *multum ſudauit, vt Scotos* (Socios Britonum in errore) *ſibi & Eccleſiæ Catholicæ coniungeret.* Quod eſt planè fateri, eos non fuiſſe Catholicos. Ac Chillingvorthus c. 6. n. 30. agnoſcit, quòd poſt Concilium Nicænum, iure poterant excommunicari, qui aliter quàm à Concilio ſtatutum fuerat, Paſchatis tempus obſeruarent. Quòd prædicti Monachi faciebant. Poterus etiam ſec. 2. p. 51 agnoſcit, quod Papa Britones, ob eorum tempus celebrandi Paſchatis, à ſua communione abſciderit, citatque Baronium Ann. 604. & Vſſerium de religione Antiq. Hibernorum ca. 9. ac 10. Godvin. de Conuerſ. Britan. c. 2. ait *Paſchalis ſolemnitatis celebratio ſecundum normam, & morem Orientalium, tam pertinaciter à Cambrobritannis retenta ne dicam peruicaciter.*

S. Auguſt. non egit contra charitatem.

g Godwin. de Conuerſ. Britan. c. 3. p. 17.

Spelman. p. 126 vocat Catholicum Paſcha.

h Epiphanius hæreſ. 50 Auguſt. hæreſ. 29.

Proteſt. Damnant Quartodecimanos Britones Non Catholici. Excommunicandi.

Peruicaces.

CAPVT VNDECIMVM.

QVOD MONACHI BRITANNICI, DE QVORVM nece Sanctus Auguſtinus, accuſatur, erant impij in Deum, in homines iniqui, ac improbi.

1. QVOD erant in Deum impij, patet. Nam S. Auguſtini doctrinam, quam & ſua diſputatione, & inſigni miraculo, à Deo confirmatam viderunt, & ipſimet eſſe *viam iuſtitiæ* faſſi fuerunt, nihilominùs admittere noluerunt, imò, omnibus, quæ ab Auguſtino dicebantur, contradicebant, vti refert Beda l. 2. c. 2. Atqui agnitam veritatem Dei impugnare, ſcelus eſt in Spiritum ſanctum, quod neque in hoc ſæculo, neque in futuro remittetur. Præterea *vſque hodie* (ait Beda ibid. c. 20.) *moris eſt* [a] *Britonum, fidem religionemque Anglorum pro nihilo facere.* At impietas eſt in Deum, fidem religionemque Dei, (qualis erat Anglorum) pro nihilo facere, ob odium gentis, quæ eam colit: Quod etiam erant in homines iniqui, conſtat, quia tanto odio gliſcebant in Anglos, eô quòd ſuos maiores ex parte Britanniæ ante annos 150. eiecíſſent, vt nullis S. Auguſtini precibus, vel minaci vaticinio induci potuerint, vt vnâ cùm ipſo, Anglis tunc Paganis, viam ſalutis annunciarent! vnde Foxus ipſe in Actis ſuis p. 107. etſi Auguſtinum reprehendat, addit tamen: *Britannos multô magis reprehenſionem mereri, quòd in vindicando temporalem iniuriam, ſpirituale officium negligerent, ac recuſarent operam ſuam præſtare ad Idololatras Saxones in viam ſalutis ducendum.* [b] Beda autem l. 2. c. 2. vocat eos ipſos Monachos, qui occiſi ſunt, *perfidos & perfidam gentem*: & exercitum pro quo orabant [c] *Nefandam militiam*: Et ait, quòd *temporalis interitus vltionem ſenſerunt perfidi, quòd oblata ſibi perpetuæ ſalutis conſilia ſpreuerant.* Quales autem fuerint antè aduentum S. Auguſtini, docet l. 1. c. 22. his verbis: [d] *Ità cuncta veritatis, ac iuſtitiæ moderamina concuſſa, ac ſubuerſa ſunt, vt nullum earum, non dicam, veſtigium, ſed ne memoria, præter in paucis, & valdè paucis, vlla appareret. quin inter alia innumerabilium ſcelerum facta, quæ hiſtoricus eorum Gildas flebili ſermone deſcribit, & hoc addebant, vt nunquam genti Saxonum ſiuè Anglorum ſecum Britanniam incolenti, verbum fidei prædicando committerent.* Et de Britonibus ſui temporis ait l. 5. c. vlt. *Totius Eccleſiæ ſtatutum Paſcha, moribus improbis impugnant*, Et tum Gildas, (& ipſe Brito) & alij omnes aſcribunt ſceleribus Britonum, quòd patriam ſuam amiſerint. Et Foxus in Actis p. 103. refert ex Gilda, & veteri quodam Chronico, quòd Britones patriam ſuam amiſeriut, ob vitia: & quòd *omnia, quæ Deo placebant, aut diſplicebant, æquali inter eos lance pendebantur*: & non ſolùm hæc ſæculares viri, ſed & ipſe *grex Domini ſine diſcrimine faciebat.* Ac Ioſelinus (licet Proteſtans) in præfatione antè Gildam à ſe editum: *Britones, Dei ſpretâ religione, contemptâ obedientiâ, ſuis peccatis, & affectibus ſeruientes, patriam amiſerunt.* An huiuſmodi homines erant *valdè pij*, prout ait Iuellus parte 1. Apolog. c. 2.? vel *Innocentes*, vt aſſerit in Defenſ. Apolog p. 11. ?. Mirarer horum Monachorum patrocinium à [e] Proteſtantibus ſuſceptum, eoſque ab ipſis in Martyrum numerum relatos, quibus ipſum Monachorum nomen aliàs ſolet eſſe exoſum, niſi ſcirem Proteſtanticam religionem ab eiuſmodi Monachis fluxiſſe. Et quidem, ſi aliud nihil, hoc peruerſum Proteſtantium Anglorum animum argueret, quòd S. Auguſtinum, qui Chriſti fidem maioribus ſuis primus annunciauit, itâ calumnientur, Monachos autem, in Deum & in homines, impios, quique nullo pacto induci poterant, vt Chriſti fidem Anglis prædicarent, laudent, ac tueantur. Fieri quidem poterat (atque ô vtinam) vt Monachi iſti, iuxtâ illud Pſalmiſtæ: *Cùm occideret eos, quærebant eum & reuertebantur.* Pœnitentiam egerint, cum occidebantur à Paganis ob preces pro ſalute populi Chriſtiani factas, ac Martyrum mercedem receperint. Cæterum cùm de Pœnitentiâ eorum non conſtet, eorum iudicium Deo relinquamus. Hoc certô ſcimus, quod hæreticis & Schiſmaticis, niſi ab hæreſi & Schiſmate

[a] Galfridus l. 2. c. 4.

[b] Sped Hiſtor. l. 7.

[c] Hunting. l. 3. Florentius An 603.

[d] Hunting. l. 2. Gildas in initio. Stows p. 63. Harſefeld. ſec. 7. c. 1.

Vide Alenunum epiſt. 28.

[e] Iuel. Def. Apolog. par. 1. c. 1. d. 21. Baleus Cer. 1. 870. Morton l. 2. Apol. c. 17. Vſſerius de relig. vet. Hiber. p. 115.

Pſal. 77.

pœnituerint, nec Martyrium nec ſalus poteſt competere. Atque hactenus audiuimus hominum iudicium de iſtis Monachis, modò audiamus iudicium Dei de eiſdem.

CAPVT DVODECIMVM.

QVOD PRÆDICTI MONACHI ERANT A DEO ipſo morti adiudicati.

1. QVOD prædicti Monachi erant à Deo ipſo morti adiudicati, manifeſtè liquet ex hac narratione Bedæ l. 2. c. 2. *Quibus* (Monachis) *vir Domini Auguſtinus fertur minitans prædixiſſe, quòd ſi pacem cum fratribus accipere nollent, bellum ab hoſtibus forent accepturi, & ſi Nationi Anglorum nollent viam vitæ prædicare, per horum manûs vltionem eſſent mortis paſſuri, quod ita per omnia, vt prædixit, diuino agente iudicio, patratum eſt.* Et cùm narraſſet cædem Monachorum à Paganis Anglis factam, ſubdit: *Sicque completum eſt præſagium S. Pontificis Auguſtini, quamuis ipſo iam multo ante tempore ad cæleſtia regna ſublato.* Eademque habent Huntington l. 3. Capgrauius in vitâ S. Auguſtini, & alij. Ex quibus manifeſtum eſt, quòd Deus adiudicauerit Monachos illos morti: quòd cauſa illius iudicij erat, quia nolebant pacem cum fratribus habere, nec Anglis viam ſalutis prædicare: quodque S. Auguſtinus tantùm erat prænuncius illius iudicij. Quocirca qui hos Monachos innocentes & immeritos mortis pronunciat, & Dei iudicium coarguit, ac Schiſma, ac charitatis defectum, nullum crimen eſſe defendit. Actores verò huius cædis erant Pagani Angli, non illi, quibus Auguſtinus prædicabat, ſed alij: eoſque occidebant, non quòd Monachi, aut Chriſtiani eſſent; nec quòd Auguſtino parere noluerint, ſed quod orabant pro exercitu Britonum, cum quo illi prælium inituri erant.

2. Ex omnibus autem hactenùs de iſtis Monachis dictis, liquet, quod ſi Auguſtinus inſtigaſſet Anglos ad illos occidendos, eos incitaſſet ad puniendos Schiſmaticos, & hæreticos, ſedi Apoſtolicæ rebelles, in Deum; & homines impios ac improbos, & Dei ſententiâ morti addictos: ac longè mitiùs egiſſet cum illis quàm Lutherus egit cum Ruſticis ſuæ doctrinæ ſectatoribus. Nam teſtè Sleidano l. 5. *Edito libello, in Ruſticos claſſicum cecinit, & monuit, vt in eos, non ſecus ac* *Vide Vlenbergium*
in efferatas belluas, impetus promiſcuè fieret ab omnibus. Imò ipſe Lutherus in Colloquijs Iſlebienſibus tit. de Concionatoribus, gloriabundus ait: *Ego omnes Ruſticos* *cauſa 22.*
interfeci, quià, vt interficerentur iuſſi, ſanguis eorum ſuper caput meum. Occiſa autem *Sæuitia Lutheri in*
ſunt ex his Ruſticis centum millia inter Paſcha, & Pentecoſten, vt ipſemet fatetur tom. 7. fol. 27. *Ruſticos.* Hæc ille in Ruſticos ſuæ ſectæ, & quos ipſemet ſuis ſcriptis ad rebellionem excitâtat. At in Catholicos itâ fulminat in fine Epitomes to. 1. *In Catholicos.*
fol. 195. *Si fures furcâ, ſi latrones gladio, ſi hæreticos igne plectimus, cur non magis hos magiſtros perditionis, hos Cardinales, hos Papas, & totam iſtam Romanæ Sodomæ colluuiem omnibus armis impetimus, & manus noſtras in ſanguine iſtorum lauamus?* Nonne agente Caluino exuſtus eſt Seruetus! nonne incentore Beza, tot ſtrages hominum, oppidorum, vrbium per totam Galliam editæ ſunt! Nonne Iuellus in Defenſi Apolog. parte 1. c. 4. diuiſ. 3. gloriatur, à ſuis, hæreticos eſſe detectos, damnatos, morte affectos? nonne Pſeudo-Epiſcopi Anglicani multas ſanguinarias leges, non contrà Schiſmaticos aut erroneos Monachos, ab Eccleſiâ & Deo ipſo damnatos, ſed contrà Catholicos ſacerdotes condiderunt, multis iudicijs de eorum condemnatione interfuerunt, imò præfuerunt, plurimos eorum per ſuos ſatellites comprehenderunt, & in teterrimos carceres compegerunt, magiſtratus ad eos occidendos non citâ morte gladij, ſed diro Proditorum ſupplicio, & verbis, & concionibus, & ſcriptis, & propemodùm minis aut conuitijs impulerunt? nonne omnes Confeſſiones Proteſtantium, vt Auguſtana, Wirtenbergenſis, Heluetica, Baſilienſis, Scotica, Belgica, docent hæreticos eſſe puniendos?

nonne id ipſum profitentur Caluinus, Beza, Melancthon, Bullingerus, Capito? nonne Pouellus in Præfat. l. de Anti-Chriſto, itá loquitur ad Iacobum regem? *Papiſtæ, ſiue ad ſanitatem reducendi, ſiue è regno exterminandi, ſiue in ventos, & flammas diſpergendi, diſſipandique ſunt, nullo eis relicto loco, vbi nec homines, nec aërem inficere queant?* Nonne Scotus quidam gloriatur, quòd in Angliâ *communis aëris hauſtus, Papicolis interdictus eſt.* Et nihilominus hi homines non erubeſcunt obijcere crudelitatem S. Auguſtino, quòd Schiſmaticos quoſdam Monachos curauit occidi, quod tamen non fecit, ſed duntaxat eos de ipſo ſupplicio futuro admonuit.

Sæuitia Sacramentariorum in Catholicos Anglos.

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

ALIÆ CALVMNIÆ PROTESTANTIVM IN Sanctum Auguſtinum, diluuntur.

1. INGRATISSIMI Proteſtantes Angli, memores illius dicti: *Calumniare fortiter, ſemper aliquid adhærebit:* non ſolùm crudelitatem in prædictos Monachos, ſed multa alia crimina S. Auguſtino attribuunt, vt ſic eum eiuſque religionem in odium apud plebem ducant.[a] ſuperbiam igitur ei obijciunt, quod non aſſurrexit Epiſcopis Britannicis ad eum accedentibus. Et quidem non aſſurrexiſſe fateor, quia Beda l. 2. c. 2. ait. *Factumque eſt, vt venientibus illis, ſederet in ſella:* At id factum ab Auguſtino ex ſuperbiâ. nec ait Beda, nec probari poteſt. Primò, quia ſicut aſſurgere accedentibus, non eſt certum ſignum humilitatis; itâ nec non aſſurgere, ſuperbiæ: ſed vtrumque aut bene aut male fieri poterit, iuxtà diuerſas circumſtantias loci, temporis, aut perſonarum. Accedit, quòd Huntington l. 3. p. 325. ſcribat, quòd S. Auguſtinus *ſedebat Romano more*, adeoque non ob ſuperbiam, ſed ad obſeruandam patriæ ſuæ conſuetudinem. Certè non aſſurgere eiuſmodi hominibus, quales erant illi Epiſcopi, & Monachi, nullum ſuperbiæ argumentum eſt. Nam & erant ſubditi Auguſtino, vt liquet ex Beda l. 1. c. 29. & priùs ab ipſo erroris conuicti, & diſputatione, & miraculo, & prætereà moribus improbi, vt ſupra oſtenſum eſt. Cum huiuſmodi autem hominibus velle vel ſermonem miſcere, non leue eſt humilitatis argumentum. S. Ioannes Epiſt. 2. iuſſit, Nec *Aue dicere ei, qui hanc doctrinam non affert.* Et S. Gregorius, licet vir humillimus, l. 4. Epiſt 37. præcipit retinere humilitatem, in mente, ſed ordinis dignitatem, in honore. Et quid ni putemus S. Auguſtinum id hîc obſeruaſſe? Præſertim cùm ſocij eius apud Bedam l. 2. c. 4. ſcribant, quòd cùm primum venerunt in Britanniam, *in magna reuerentiâ ſanctitatis, tam Britones, quàm Scotos veneratiſunt.* An credibile eſt, eum qui in tanta reuerentia Britones veneratus eſt, ob ſuperbiam noluiſſe eis aſſurgere? An ſuperbus erat Elias, quando noluit deſcendere ad preces duorum nunciorum regis Iſraël 4. Reg. c. 1.? An ſuperbus Elizæus, qui dixit ad Regem ſuum: *ſi non vultum Ioſaphat regis Iuda erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem* 4. Reg. 3. Certè S. Auguſtinus Epiſt. 71. ad Dulcitium Tribunum ſcribit, quòd honorificentioribus verbis tractarat hæreticum Epiſcopum, quàm decebat. Et Epiſt. 147. cenſet Donatiſtas Epiſcopos nullo honore dignos fuiſſe ob errorem Schiſmatis. Secundò probatur non proceſſiſſe ex ſuperbia, quòd Auguſtinus non aſſurrexerit Britonibus, ex inſigni illius ſanctitate & diuino fauore, illi tunc temporis exhibito. Nam nec ſuperbia congruit cum tam illuſtri ſanctitate, qualem Auguſtini fuiſſe ſuprà audiuimus: Nec veriſimile eſt, Deum voluiſſe ipſum, eo ipſo tempore ornare dono Prophetiæ de futura clade Britonum, ſi per ſuam ſuperbiam, iuſtam tanti ſcandali occaſionem illis præbuiſſet. Tertiò, quia nec venerabilis Beda, nec quiſquam Catholicorum, hoc factum, S. Auguſtini ſuperbiæ aſcribit, ſed ſoli Proteſtantes, hoſtes ipſius, ſuæque religionis, qui quod rectè fieri potuit, ob maleuolentiam in peiorem partem interpretantur. Interim tamen non ſuperbiæ arguunt, quia potius laudant Cranmerum & Ridleum Pſeudomartyres ſuos,

a Maſon de conſec. Epiſ. l. 2. c. 4. Parker in Auguſtino p. 46.

Vide Baron. An. 604.

quòd

quòd nec caput aperire, nec oculos coniicere voluerint in Epiſcopum, iudicem eorum, deputatum à Pontifice, vt ait, Foxus in Actis p. 1690. 1706. Goduinus in Annalibus in Regina Maria, Holinshed. Ann. 1555. eoſque ob hoc laudant.

Coperm An. 1555.

2. Tertium crimen, quod S. Auguſtino attribuunt Proteſtantes, eſt *ignauia extrema* (inquit Sutcliſius in ſua ſubuerſ. c. 3.) *minimè decens virum Apoſtolicum.* Et Parkerus in Antiq. Britan. p. 36. vocat eum *hominem mollem:* Nimirum quia (vt refert Beda l. 1. cap. 23. [1] *Cùm ipſe & ſocij aliquantùm itineris confeciſſent, perculſi timore inerti, redire domum potiùs, quàm barbaram, feram, incredulamque gentem, cuius nec linguam quidem noſſent, adire cogitabant, & hoc eſſe tutius communi conſilio decernebant: nec mora; Auguſtinum domum remittunt, qui à B. Gregorio humili ſupplicatione obtineret, ne tam laborioſam, tam incertam peregrinationem adire deberent.* Agnoſco hìc timorem humanum, ſed talem, qui cadere poſſet in conſtantes viros: Nam (vt verè dicunt) Gens noſtra tunc temporis erat barbara & [b] fera, quæ (vt habet Beda l. 1. c. 15.) *paſſim ſacerdotes inter Altaria trucidauerat, Præſides cum populis, ſine vllo reſpectu honoris, ferro pariter ac flamma abſumpſerat.* Erantque Saxones (vt Gildas loquitur) *Deo hominibuſque inuiſi.* Certè Apoſtolorum Princeps ad vocem Ancillæ ita trepidauit, vt Dominum ſuum abnegaret. Accedit, quòd ipſe S. Auguſtinus immunis ab hoc timore videri poſſet, eo quòd S. Gregorius eum honore auxerit. Nam cùm antea tantùm præpoſitus eſſet ſuorum ſociorum, redeuntem eum, eorum [c] Abbatem conſtituit. Imò Godwinus in vita Auguſtini Anglicè edita ſcribit, quod ſocij eius eum, *Quodammodo cogebant Romam redire, ac petere licentiam reuertendi.* Cæterùm vtcunque S. Auguſtinus ac ſocij ad tempus prædicto timori ſuccubuerint, ſummè laudandi ſunt, quòd eum vicerint, ac in Angliam peruenerint, ibique (vt teſtatur Beda l. 1. c. 26.) *paratum ad patiendum aduerſa quæque, vel etiam ad moriendum pro ea, quam prædicabant, veritate, animum habuerint.* An huiuſmodi homines molles aut ignaui? An vacui ſpiritu Apoſtolico? ſi hi molles aut ignaui erant, qualis erat Proteſtantium Anglorum [d] Pſeudo-Apoſtolus Latimerus, qui [e] abiurauit Proteſtãtiſmum? nec ille ſolus, ſed pene omnes primi ac præcipui Prædicatores Proteſtantiſmi in Anglia: vt [f] Shaxtonus, [g] Bilneus Lomus, Garrettus, Barnes, [h] Arthurus, [i] Baifeldus, [k] Cranmerus, [l] Cromus & tamen horum Abiuratorum progenies audet S. Auguſtino ignauiam exprobrare, non quòd fidem ſuam abiurauerit, ſed duntaxat, quòd ad tempus feræ ac barbaræ nationi prædicare timuerit. Prædictis abiuratoribus addere poſſumus Setonum apud Foxum p. 1100. Hieronymum p. 1092. Barkerum p. 1101. Mallerium p. 1102. Whitleum p. 1674. [*] Potmorum p. 931. & p. 986. refert teſtimonium Tindalli, quòd Catholici ſolebant dicere eſſe neminem ex Proteſtantibus, qui non potius Palinodiam caneret, quàm mortem oppeteret. Et Humfredus in vita Iuelli, quem vocat *Speculum ſtudioſorum & Academicorum, ac gemmam gemmarum,* & in epiſtola dedicat. *Exemplar Miniſtrorum.* Fatetur eum, *Inuita manu, certa doctrinæ Papiſticæ capita comprobaſſe.* Eiuſmodi verbis, eius abiurationem extenuat. His adde Beconum apud Baleum Cent. 9. c. 76. Qui etiam Cent. 8. c. 75. meminit Palinodiæ Barnis, Arthuri, Lomi, Garreti.

b Parker. in vita S. Auguſtini. Spelman p. 47.
c Beda l. 1. c. 23.
d Bale Cen. 8. c. 84.
Fox p.
e Parker. in Warhamo. Fox p. 1577.
f Godwin. in Epiſ. Sarisb.
Fox p. 911.
g Fox p. 911.
h Fox 1710. Parker. Godwin in Cranmero.
i Fox p. 1867. 1125.
** Vide alios p. 949.*

3. Quartum crimen, ſeu potius congeriem criminum S. Auguſtino impingit Iuellus art. 3. diuiſ. 21. his verbis: *Habitus eſt ab illis, qui eum viderunt, ac nouerunt, nec Apoſtolici ſpiritus, nec vllatenus dignus, qui ſanctus cenſeretur, ſed hypocrita, ſuperſtitioſus, crudelis, ſanguinarius, & ſupra modum ſuperbus.* Et in margine citat Galfridum l. 8 c. 4. Cæterum Galfridus eo loco, non aſſerit, quòd Britones illi vllum crimen Auguſtino impegerunt, ſolùm ait, quòd recuſarint ſubiici Auguſtino, *quia proprium Archiepiſcopum habebant.* Sic enim ſcribit ille: *Auguſtino, petenti ab Epiſcopis Britonibus ſubiectionem, & ſuadenti vt ſecum genti Anglorum communem Euangelizandi laborem ſuſciperent* (Dionothus Abbas) *diuerſis monſtrauit argumentationibus, ipſos ei nullam ſubiectionem debere, nec ſuam prædicationem inimicis ſuis impendere, cùm & ſuum Archipræſulem haberent, & genus Saxonum patriam propriam eiſdem auferre inſtarent. Vnde eos ſummo habebant odio, fidemque & religionem eorum pro nihilo habebant, nec in aliquo Anglis, magis quam canibus communicabant.* Atque hæc tota cauſa eſt, quam Galfridus

ait illos dediſſe, quòd nolebant eum pro ſuo Archiepiſcopo agnoſcere: Quòd autem Auguſtinus eſſet hypocrita, ſuperſtitioſus, crudelis, ſanguinarius, nec ipſi Britones, licet eius aduerſarij, ei obijciebant, ſed ingratiſſimus hæreticus Iuellus impudenter confinxit. Et ſi Cham execrationem patris ſui carnalis meruit, quod turpitudinem eius reuelaſſet, quantò magis merebitur Iuellus, qui tot turpia crimina, ſuo & omnium Anglorum ſpirituali Patri (Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ipſe nos genuit) falſiſſimè impingit? Atque hæc effrons Iuelli in S. Auguſtinum calumnia, in memoriam mihi reuocat, deteſtabilem eius morem, contrà propriam conſcientiam, impugnandi fidem Catholicam: Cum enim videret ſe moriturum, aduocauit Capellanum ſuum Io. Gebrandum, eique præcepit, vt quamprimum animam efflaſſet, palam omnibus faceret, quòd quicquid ſcripſiſſet contrâ fidem Catholicam, id feciſſet aduersûs veritatem ac ſuammet conſcientiam, duntaxat vt Elizabethæ reginæ placeret, ac religionem illam fulciret, quam ipſa introduxerat. Et quanquàm Gerbrandus hoc omnibus palam non fecerit, pluribus tamen id retulit, ac inter alios Twino Doctori medico, Leuiſiæ non ità pridem agenti, & ille duobus Nobilibus Catholicis, à quibus ego illud accepi. Atque ego illud typis * vulgatu ante annos 40. quandó adhuc Twinus, & illi viri Catholici, in viuis erant, ſinè cuiuſquam, ad hunc vſque diem redargutione. Cum autem Proteſtantes Angli tanti * Iuellum faciant, cumque pro pugile* ſuo habeant, proculdubio hoc refutaſſent, niſi verum eſſe agnouiſſent. Imo Humfredus in vita Iuelli p. 101. indicat ſparſum fuiſſe rumorem quòd *in morte, antiqua fide retractata, Papiſta euaſerit*. Vnde autem oriretur ille rumor, niſi ex præfatis verbis eius ad ſuum Capellanum? Atque hactenus probauimus, quòd S. Auguſtinus erat & vir doctiſſimus, & ſanctiſſimus, & Proteſtantium quorundam in eum calumnias refutauimus; ideoque quod & ob doctrinam, & pietatē, idoneus erat qui mitteretur ad prædicandum Anglis: ſequitur, vt probemus, quod etiam legitimè fuerit miſſus ad prædicandum.

** In prudētiali Bilance.*

** Felicißimæ memoriæ Godwin de Conuer. Brit c 4 & Camden in Reſiduis p. 190. Carleton in grata recordat. c. 18.*

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

QVOD SANCTVS AVGVSTINVS FVERIT legitimè miſſus ad prædicandum genti Anglorum.

1. NON negant Proteſtantes S. Auguſtinum miſſum eſſe à S. Gregorio ad prædicandum Anglis, negant tamen eſſe legitimè miſſum: Nam ità Godwin. in Conuerſ. Britan. c. 4. *Miſſum non inficiamur: ſed per quem? per Gregorium Epiſcopum Romanum, cui ne quicquam plus iuris erat in noſtram Angliam, quàm ipſi Auguſtino.* Ego verò omni genere teſtimoniorum, nempe diuino, humano, & ipſorum Proteſtantium confeſſione euincam, quòd fuit legitimè miſſus. Diuinum teſtimonium, eſt ipſius S. Petri: cùm enim S. Laurentius, ſocius & ſucceſſor S. Auguſtini, Angliam deſerere cogitaret, *apparuit* (inquit Beda l. 2. c. 6. *et Beatiſſimus Apoſtolorum Princeps, & multo illum tempore ſecretæ noctis, flagellis acrioribus afficiens, ſciſcitabatur Apoſtolicâ diſtrictione, quare gregem quem ipſe ſibi crediderat, relinqueret?* Audis S. Petrum de cælo aſſerentem, *ſe crediđiſſe gregem Anglorum S. Laurentio*, ſocio & ſucceſſori S. Auguſtini, & ab ipſo ordinato: ac dubitabimus eum eundem crediđiſſe S. Auguſtino? aut eum eſſe legitimè miſſum, qui à S. Petro miſſus eſt? Quòd vero hæc vera & cæleſtis viſio fuerit, non inane ſomnium aut illuſio, multis modis manifeſtum eſt? Primò, ex veris plagis, quas S. Laurentius ſenſit, & Rex * Edbaldus vidit & in ſuo diplomate teſtatur vt enim ſcribit Godwin. in vita Auguſtini Anglice editâ: *Vbi Laurentius è ſomno experrectus eſt, rem vltrà ſomnium eſſe ſenſit, totum enim corpus cruentatum erat. Quapropter ſtatim pergens ad regem Edbaldum, plagas illi ſuas oſtendit, ac ſimul cauſam earum aperuit: quòd tantùm terrorem regi incuſſit, vt confeſtim relicto Idolorum cultu, Baptiſmum expeteret.* Secundò,

Iornalenſis Rodulphus col. 239 de Diceto An 614. S Petrus credidit Anglos S Laurentio Hunting l. 3.

† Vide eius diploma apud Thornd col. 1125. & infra l 2. c. 3 ſec 4. Simile narrat S Greg. hom. 37.

idem

Idem liquet ex authoritate S. Laurentij, qui cùm tam ſanctus vir fuerit, (vt iam vidimus) noluit inane ſomnium, aut illuſionem, pro cælesti viſione hominibus obtrudere. Tertio, ex fide, quam rex Edbaldus, eiuſque populus illi adhibuerunt, quos de tam mirandis plagis certos fuiſſe, antequam ex eorum aſpectu, Idololatriam ſuam relinquerent, nemo ſanus negauerit. Vnde Malmeſburienſis l. 1. Regum c. 1. *Dum fidem dictorum, Pontificis plagæ facerent, Rex non aſpernanter inflexus, & Chriſtianiſſimi gratiam hauſit, & inceſtis nuptijs valedixit.* Et Beda *viſibiles plagæ.* loco citato. *Laurentius manè facto, venit ad Regem, & retecto veſtimento, quantis eſſet verberibus laceratus, ei oſtendit.* Quartò, ex cæleſti effectu, quem viſio illa operata eſt, nempè reductione gentis noſtræ à Paganiſmo ad cultum Chriſti. Quinto, ex authoritate Bedæ, & grauiſſimorum noſtrorum hiſtoricorum, vt Malmesburienſis loco cit. Huntington l. 3. Marian. Ann. 617. Florentij & Weſtmonaſterienſis An. 616. Polidori l. 4. Harpsfeildi ſæc. 7. c. 7. Baronij Ann. 614. Imo & ipſius Edbaldi Regis apud Thornum p. 2125. vide infra l. 2. c. 1. ſec. 4. quibus adde Alcuinum, qui Epiſt. 97 ad Archiepiſcopum Cantuarienſem itâ ſcribit: *Thornus in Chron. An. 616 Geruaſius in vita S. Laur.* *Tu tibi ipſi conſcius es, pro quâ cauſâ reliqueris ſedem tuam, ſi timore mortis, aut tormentorum immanitate, aut Idololatriæ execratione, ſicut olim ſanctiſſimus eiuſdem ſedis Pontifex Laurentius velle legitur: Qui tamen Apoſtolicâ authoritate caſtigatus, ab incepto reſipiſcit conſilio.* Demûm idem liquet, ex confeſſione ipſorum Proteſtantium: Godwin. in vitâ Laurentij refert flagellationem S. Laurentij à S. Petro, ac verba eius ad ipſum, ipſis verbis Bedæ, eaque ait ſe *libenter vſurpare*: Parkerus in vitâ eiuſdem: *Quamprimum Laurentius obdormiſſet, illicô ei viſus eſt in ſomnis adeſſe Petrus, ipſum corripere, caſtigare loris, & flagellis cedere, quòd immemor mandati Auguſtini, & officij ſui, metu ſupplicij, gregem Chriſti ſibi commiſſum, lupis rapacibus laniandum relinqueret.* Idem habet Weuerus in ſuis monumentis p. 245. vbi etiam recitat verſus Anglicos, ex veteri manuſcripto idem teſtantes, & p. 246. Epitaphium S. Laurentij, in quo hic verſus habetur.

Pro populo Chriſti, ſcapulas, dorſumque dediſti. Magdeburg. Cent. 7. c. 2. col. *Harpsf. ſæc. 7. c. 7.* 43. aiunt. *Cùm Laurentius fugam adornaret, ecce noctu, viſio ipſi apparuit, quæ duriter illum flagellans, minas inſuper addidit, ne propter vitæ pericula, gregem ſuum deſereret: illud cùm manè regi Edbaldo ſignificaret, ſimul vibices, ipſi in corpore oſtendens, flexit eum, vt illegitimo coniugio abdicato, fanisque Idololatricis deſtructis, ad pietatem rediret.* Et c. 3. col. 46. aiunt, quòd *Rex diuinitus ad viam reuocatus eſt.* * Holinshed li. 5. Hiſtor. *† Iſa-ſon An 616.* Angl. c. 24. *Cùm Laurentius profectionem adornaret, admonitus eſt in ſomnis, & acriter flagellatus (vt refertur) per Apoſtolum Petrum:* Ibid. *Archiepiſcopus, hac viſione animatus, acceſſit ad regem, plagas illi ſuas oſtendit, & ſomnij rationem. Rex ex hoc timore perculſus, abiecit Ethnicos cultus.* Similem flagellationem Natalis Epiſcopi per Angelos, propter hæreſim, refert Euſebius l. 5. c. vlt. & S. Hieronymus de ſeipſo, ob lectionem librorum Ciceronis Epiſt. 22. ad Euſtochium. Huic S. Petri teſtimonio addere poſſumus, quòd (vt dicitur in Epitaphio S. Auguſtini apud Bedam l. 2. c. 3.) *Auguſtinus in Angliam à B. Gregorio directus, & à Deo, operatione miraculorum ſuffultus, Ethelbertum regem ac gentem illius, ab Idolorum cultu, ad fidem Chriſti perduxit.* Quem enim Deus operatione miraculorum in ſuâ prædicatione ſuffulcit, & cuius prædicationi ita benedixit: par eſt credere eiuſdem miſſionem approbaſſe. Huic teſtimonio S. Petri de legitima miſſione S. Auguſtini & ſociorum ipſius, addere poſſumus ſimile teſtimonium cæleſtis ſpiritus, qui apparuit S. Eduino regi, eique ſuaſit vt amplecteretur doctrinam, quam S. Paulinus, alter S. Auguſtini ſocius, ei prædicaturus erat, quod refert Beda l. 2. c. 12. Quodque fuiſſe cæleſte ac diuinum oraculum, agnoſcunt Proteſtantes, vt videre eſt ſupra c. 2. §. 4. ac infra c. 18. §. 6.

2. Ex teſtimonijs humanis, primum meritô erit S. Gregorij, qui Auguſtinum miſit: Is igitur itâ ſcribit ad Eulogium Patriarcham Alexand. l. 8. Epiſt. 30. *Dùm Gens Anglorum in mundi angulo poſita, in cultu lignorum ac lapidum perfida, nunc vſque remaneret, ex veſtræ mihi orationis adiutorio placuit, vt ad eam, Monaſterij mei Monachum, in prædicationem tranſmittere, Deo authore, debuiſſem.* En vt miſſionem S. Auguſtini, Deo, vt authori illius, & piorum precibus, vt medio, *Deo authore.*

Auxiliante Domino.

aſcribat. Et apud Bedam l. 1. c. 23. ita ſcribit ad ſocios S. Auguſtini: *Oportet, quòd opus bonum, quod auxiliante Domino, cœpiſtis, impleatis.* Item: *In feruore, quæ inchoaſtis Deo authore, peragite.* Et ibid. l. 1. c. 29. ait ad Auguſtinum: *quia noua Anglorum Eccleſia, ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & te laborante, perducta eſt.* Et c. 25. *Eccleſia Anglorum nuper, Deo authore, ad finem perducta eſt.* Præterea l. 5. Epiſt. 52. ait ſe miſiſſe Auguſtinum, *auxiliante Domino*, Et epiſt. 54. *diſponente Domino.* Nec ipſe ſolus approbauit hanc miſſionem S. Auguſtini, ſed etiam Epiſcopi & Reges Galliæ: Nam l. 7. epiſt. 30 ait, Auguſtinum creatum Epiſcopum ab Epiſcopis * Germaniæ, & *eorum ſolatiis perductum in Britaniam*: Epiſt: 112: mittit Pallium Euagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi, quia (inquit) *in prædicationis opere, quamdiu cogitans, Anglorum genti per Auguſtinum impendere ſtudui, ita ſolicitum, atque deuotum adiutoremque in omnibus, te, vt oportuit, fuiſſe cognouimus.* l. 9 epiſt. 53. ita ſcribit ad Theodoricum Francorum Regem: *Quanta bona Reuerendiſſimo Fratri & Coepiſcopo noſtro Auguſtino, ad Anglorum gentem proficiſcenti, Excellentia veſtra præbuerit, reuertentes ab eo quidam monachi retulerunt.* Et epiſt. 55. ad Clotarium alium Francorum Regem. *Quidam, cui cùm Reuerendiſſimo Fratre & Coepiſcopo noſtro Auguſtino, ad Anglorum Gentem perrexerunt, quantà eundem Fratrem noſtrum Excellentia veſtra in præſentià poſitum, charitate receperit, quantiſque ſuffragiis proficiſcentem adiuuerit, narrauerunt.* Idemque teſtatur de Brunichilde regina epiſt. 56. ad ipſam data, Ex quibus videmus S. Auguſtini miſſionem, non approbatam modò, ſed etiam adiutam à Chriſtianis, illius temporis, Epiſcopis & Regibus.

Domino largiente.

Diſponente Domino

** l. 4 epiſt 52 confundit Galliam cum Germania.*

3. Ex Authoribus, qui poſt S. Auguſtini tempora, eius miſſionem approbarunt, Primus eſt Beda, qui l. 1. c. 22. ait, quòd Auguſtinum & ſocios, *Diuina Pietas genti Anglorum Præcones veritatis, per quos crederet, deſtinauit.* Et c. 23 *Gregorius diuino inſtinctu admonitus, miſit ſeruum Dei Auguſtinum, & alios plures cum eo Monachos timentes Dominum, prædicare verbum Dei genti Anglorum.* Ethelwerdus Antiquus Author l. 2. c. 1. *Gregorius miſit Auguſtinum, confirmatum eum diuino admonitu.* Marianus in Chron. *Gregorius diuino inſtinctu admonitus, miſit ſeruũ Dei Auguſtinum &c.* Florentius Anno 596. *Gregorius diuino inſtinctu admonitus, miſit Auguſtinum & alios prædicare verbum Dei genti Anglorum.* Neque quiſquam ante hæc infælicia tempora hæreſis, de hoc dubitauit: Imò aliqui Proteſtantes, licet inuiti, id fatentur. Godwinus in Conuerſione Briton: c. 4. *Gregorium ſuo tempore excitauit Deus, ad verum Numinis cultum hîc reſtituendum.* Stous in Chron. p. 65. *Gregorius motus fuit diuino inſtinctu ad mittendum Auguſtinum prædicatum Anglis.* Iacobus Rex in Apologia pro Iuramento Fidelitatis p. 272. *Gregorius Auguſtinum monachum cum aliis in Angliam miſit, qui nos ad Chriſti Fidem conuerteret: Ille quanquam diuino (vt aiebat) monitu, eos in Angliam miſerit, ad Regem Ethelbertum, nullam tamen illi muneris ſui partem, niſi regis permiſſu, obiere.* Whitakerus Controu. 4. q. 1. c. 2 §. 18. *Fateor Auguſtinum in Angliam veniſſe miſſum à Papa, & Bonifacium, in Germaniam, & Deus noluit horum labores omni ſucceſſu carere.*

Proteſtantes, miſſionem Auguſtini agnoſcunt fuiſſe à Deo

4. Neque quiſquam eſt Proteſtantium, qui vel aſſerit Lutherum ac primos ſuos prædicatores, non habuiſſe aliam Miſſionem, quàm ab Eccleſia Romana, aut eam non fuiſſe immediatam à Deo, & ſecundum ſubſtantiam ſuam, extraordinariam, (prout fuit Miſſio Prophetarum & Apoſtolorum) qui negare poterit, Miſſionem S. Auguſtini fuiſſe legitimam & idoneam ad prædicandum verbum Dei. Nam certiſſimum eſt, quod Miſſio in Romana Eccleſia, tempore S. Auguſtini, adeo legitima ac idonea erat, ac fuit tempore Lutheri. Quinimo multi eorum concedunt, quòd etiam poſt diſceſſionem Lutheri, adhuc manet in Romanâ Eccleſiâ verum miniſterium verbi. Lutherus Epiſt. contra Anabaptiſtas: *Nos fatemur, quòd in Papatu multa bona ſunt, imò omne bonum Chriſtianum, veræ claues ad remiſſionem peccatorum, verum concionandi munus &c.* l. de Miſſa priuata to. 7. fol. 236. ſub Papatu *manſit vocatio, & ordinatio ad miniſterium verbi, claues ad ligandum & ſoluendum.* fol. 244. *Christus ſub Papatu, ità ſuum miniſterium, etiam ſub abominationis dominatu, conſeruauit.* Ibid. in c. 5. Math. fol. 21. *Papiſtis ſunt Pulpita, Sacramenta, & alia omnia ad vocationem, & munus Apoſtolicum pertinentia.* Caluinus in Ezechiel. 13. v. 9. *Certè cogimur fateri, penes illos* (Papiſtas) *eſſe ordinantium miniſterium.*

Proteſtantes approbant Miniſterium Papiſticum

Whitakerus

Whitakerus Controu. 2. q. 5. c. 3. *Eſt apud illos quoddam miniſterium, & aliqua verbi prædicatio, quæ valet ſine dubio nonnullis ad ſalutem.* Serauia de gradibus Miniſtrorum c. 2. *In Eccleſiâ Romanâ, miniſterium Eccleſiaſticum interiſſe, non eſt cenſendum.* Maſonus l. de Conſecrat. Epiſcoporum c. 1. *Præsbyteratus, quem contulerunt Apoſtoli, nihil erat aliud, quàm poteſtas quædam ſpiritualis adminiſtrandi verbum & Sacramenta, ad poſteros ſucceſſiuè per impoſitionem manuum tranſmiſſa, etiam hodiè in Eccleſiâ Romanâ reperitur.*

CAPVT DECIMVM·QVINTVM.

QVOD SANCTVS AVGVSTINVS CANTVARIENSIS fuerit ritè ordinatus ad miniſtrandum verbum, & Sacramenta Chriſti.

1. QVOD S. Auguſtinus Cantuarienſis fuerit ritè ordinatus ad miniſtrandum verbum, & Sacramenta Chriſti. patet primò, quia Proteſtantes probare non poſſunt eius ordinationem fuiſſe illegitimam. Secundò, quia vſque ad hæc tempora à nemine vocata fuit in dubium, ſed à toto orbe Chriſtiano approbata, non ſecus ac miſſio ipſius: Tertiò, quia [a] Proteſtantes fatentur, Gregorium, qui eum miſit ad prædicandum, fuiſſe verum, & legitimum Epiſcopum, qui proculdubio aut eum ordinauit præsbyterum, aut eius ordinationem approbauit. Et de eius ordinatione in Epiſcopum, ipſemet teſtatur, quòd facta eſt ab Epiſcopo Arelatenſi ex ſuo mandato. Quod autem Proteſtantes agnoſcant. S. Gregorium fuiſſe verum & legitimum Epiſcopum, manifeſtum eſt ex ipſorum confeſſione: Nam ita Lutherus to. 7. l. aduerſus Papatum fol. 455. *Gregorius fuit vltimus Epiſcopus Romanus, poſt cuius obitum, Romana Eccleſia nullum habuit amplius Epiſcopum.* Et ibid. in 5. Millenario fol. 602. *Gregorius magnus, vltimus Epiſcopus Romanæ Eccleſiæ, ſequentes, ſunt Papæ.* Caluinus 4. Inſtit. c. 17. q. 49. *Gregorius, quem vltimum fuiſſe Romæ Epiſcopum, iure dicere poſſimus.* Whitaker Controu. 2. q. 3. cap. 1. *Dicimus Gregorium magnum fuiſſe vltimum verum, & pium Epiſcopum illius Eccleſiæ, quem iure poſſis Epiſcopum vocare.* Ibid. *Caluinus ait fuiſſe Gregorium vltimum Epiſcopum Romanum, dignum nomine Epiſcopi.* Humfredus ad Rat. 5. Campiani, *Gregorius Primus Papa, & Pontificij chori Præſultor, & vltimus Epiſcopus.* Quartò, quia Proteſtantes diſertè approbant eam ordinationem, quæ modò fit in Eccleſiâ Romanâ, multo igitur magis, quæ fiebat tempore S. Gregorij ac Auguſtini. Lutherus [b] ſuprà *ſub Papatu manſit ordinatio ad miniſterium verbi: Papiſtis ſunt omnia ad vocationem, & munus Apoſtolicum pertinentia.* Et ll. de Captiu. tom. 2. fol. 84. Non damnandum cenſeo eum ritum (ordinandi) *per tanta ſecula celebratum.* Iuellus defenſ. Apologiæ parte 2. c. 5. diuiſ. 1. *Superiorum temporum Epiſcopis ſuccedimus, ad eorum exemplum eligimur, inauguramur, confirmamur, admittimur,* Item: *Epiſcopi noſtri ſolenni more inſtitutoque, quo ſemper ſunt facti.* Serauia de gradibus Miniſtrorum c. 2. *Papiſticas ordinationes ſupra modum Beza exagitat, qua in re vereor, ne bonam cauſam lædat.* Maſonus de Conſecrat. Epiſcop. l. 2. c. 13. ait, quòd Papiſtica conſecratio Epiſcopi, *omnia ad ordinis Epiſcopalis eſſentiam in ſe complectitur.* l. 3. ca. 9. *Noſtra Epiſcopos conſecrandi ratio, in omnibus verè eſſentialibus, eadem eſt cum veſtra.* Mortonus de authoritate Principum c. 1. p. 56. † *Pontifices, ratione Sacerdotalis, quo funguntur muneris, Patres dici poſſe, vltrò concedimus.* Godwinus in Præfat. ad Lectorem ante librum ſuum de Epiſcopis Angliæ, Anglicè editum, improbat eos Proteſtantes, qui cenſebant *functiones ac miſſiones Catholicorum Epiſcoporum Angliæ fuiſſe illegitimas.* Fulco l. de ſucceſſione p. 119. fatetur, quòd *Proteſtantes principes, in Concilijs Wormatienſibus egerint, vt ab Epiſcopis Miſnenſi & Numburgenſi, eorum miniſtri ordinarentur.* Elienſis Reſponſ. ad Apologiam Bellarmini c. 7. ait de ipſorum Epiſcopis: *A tribus ſemper Epiſcopis, etiam & veris, ordinati ſunt à veris, veſtris enim.* Hookerus l. 5. §. 77. *multò minus neceſſaria eſt reordinatio eorum, quos alij in tempore magis corrupto (Papiſtico) olim conſecrarunt.* Baleus Cent. 12. p. 109. *Inueſtu-*

[a] Hic ſupra.

Proteſt. fatentur S. Gregorium fuiſſe legitimum Epiſcopum.

[b] a. c. 14. § 4.

† Papas intelligit.

ram, ac manuum impoſitionem, iuxtà morem eius regionis (Hiberniæ) *ſuſcepimus.* Montacucius prima parte originum Eccleſ. p. 465. *In Pontificali, ſeu libro, quem vocamus ordinationum, Epiſcopus* (Proteſtanticus) *ab Auguſtino legitimè deriuata ſucceſſione, & Gregorio Rom. deductus, ſacros ordines confert.*

Atque hactenus audiuimus S. Auguſtinum fuiſſe virum doctiſſimum, & ſanctiſſimum, legitimè miſſum, ac ritè ordinatum ad prædicandum Dei verbum, ac Sacramenta eius miniſtranda: modò videamus, qualis doctrina, ſeu fides fuerit, quam Anglis prædicauit.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

QVOD FIDES, QVAM SANCTVS AVGVSTINVS Anglis prædicabat, erat generalis fides orbis Chriſtiani illo tempore.

1. QVOD fides, quam S. Auguſtinus Anglis tradidit, fuerit illa ipſa, quam tunc temporis totus orbis Chriſtianus amplectebatur, manifeſtum faciam teſtimonio eorum, qui tunc viuebant, aut ſequenti ſæculo, atque etiam ipſorum Proteſtantium confeſſione. Ex ijs, qui tunc temporis vixerunt. Primus ſit S. Gregorius ipſe, qui cùm priùs fuiſſet legatus Pontificis in Oriente, & poſtea ipſemet Pontifex, ac literas ab omnibus Chriſtiani orbis partibus acciperet, ignorare non potuit, quænam tum fuerit orbis Chriſtiani fides. Hic igitur vir tantus, ac huius rei teſtis locupletiſſimus, ſcribens ad Auguſtinum l. 9. Epiſt. 58. inquit, *Quis ſufficiat narrare, quanta lætitia in omnium corde fidelium fuerit exorta, quòd gens Anglorum operante omnipotentis Dei gratia, & tua fraternitate laborante, expulſis errorum tenebris, ſanctæ fidei luce perfuſa eſt, quòd deuotione integerrimâ calcat Idola,* &c. *En, vt teſte S. Gregorio,* omnes illius temporis fideles gauiſi ſunt, quòd Angli, Auguſtini ope, *Sanctæ fidei luce perfuſi ſunt.* Et l. 27. Moralium c. 8. *Ecce iam penè cunctarum gentium corda* (fides Chriſti) *penetrauit: ecce in vnâ fide Orientis limitem occidentiſque coniunxit: ecce lingua Britanniæ, quæ nihil aliud nouerat, quàm barbarum frendere, iamdudum in diuinis laudibus Hebræum cœpit Alleluia reſonare.* En orientis, Occidentiſque limites, & inter eos, Anglos, in vna fide, Gregorij ætate, coniunctos: proinde Beda l. 2. c. 1. ait, quòd Gregorius *noſtræ gentis fidei ac ſaluti congaudens, eamque digna laude commendans, dicit: ecce lingua Britanniæ &c.*

Omnes Fideles approbabant fidem Auguſtini.

Camden in Britan. p. 104. Oriens & Occidens eiuſdem fidei cum Auguſtino.

S. Gregorius commendat fidem Anglorum.

2. Secundus teſtis erit Bonifacius Papa quartus, cuius hæc ſunt verba in Epiſtolâ ad Ethelbertum Regem, quem S. Auguſtinus ad Chriſtianiſmum conuerterat, apud[a] Malmeſburienſem l. 1. Pontif. p. 208. *Dum Chriſtianitatis veſtræ integritas, ità circa Conditoris ſui cultum excreuerit, vt longè lateque reſplendeat, & in omni mundo annunciata, veſtra Deo digna operationis augmenta referat, enormes largitori omnium bonorum Deo grates exoluimus, qui vos de excelſo proſpexit, & in tanto culmine virtutum erexit.* Similia ſunt verba Honorij Papæ ad Eduinum Regem Northumbrorum, conuerſum à S. Paulino S. Auguſtini ſocio apud Bedam l. 2. c. 17. *Ità Chriſtianitatis veſtræ integritas, circa Conditoris ſui cultum, fidei eſt ardore ſuccenſa, vt longè lateque reſplendeat, & in omni mundo annunciata, veſtri operis multipliciter referat fructum. Sic enim vos reges eſſe cognoſcitis, dum Regem & Creatorem veſtrum, Orthodoxâ prædicatione edocti, Deum venerando colitis.* En vt teſtimonio horum duorum Pontificum, Chriſtianitas ab Auguſtino, & ſocijs, Anglis tradita, erat *integra, Orthodoxa, in omni mundo annunciata, longè lateque reſplendens.*

a Parker in Antiquit. p. 11. Spelman. in Concil. p. 130.

3. His ſummis Pontificibus adiungamus S. Auguſtinum, & ſocios eius, qui in hac re facti teſtes ſunt locupletiſſimi. Sanctus igitur Auguſtinus apud Bedam l. 2. c. 2. ità Britones Quarto-decimanos alloquitur: *In multis quidem, noſtræ conſuetudini, imò vniuerſalis Eccleſiæ, contraria geritis.* En, vt hoſtibus ſuis in os exprobrat, conſuetudinẽ ſuã, eſſe conſuetudinẽ *Vniuerſalis Eccleſiæ:* Neque id illi vel negarũt vel negare poterant: Et ibid, l. 1. c. 27. ità interrogat S. Gregorium. *Cùm vna ſit fides, cur ſint Eccleſiarum diuerſæ conſuetudines, & altera conſuetudo miſſarum in ſancta Romanâ Eccleſiâ,*

Conſuetudo S. Auguſtini, eſt vniuerſalis Eccleſia.

Vna fides.

Eccleſia, atque altera in Galliarum, tenetur? In quibus verbis manifeſtè teſtatur, vnam eo tempore fuiſſe omnium Eccleſiarum fidem, atque eandem vbique, (quoad ſubſtantiam) miſſam, differentiam ſolùm fuiſſe in ceremonijs. S. etiam Laurentius ſocius, & ſucceſſor S. Auguſtini, *ſcripſit* (inquit Beda l. 2. c. 4.) *cum Coepiſcopis ſuis exhortatoriam ad Scotos Epiſtolam, obſecrans eos, & conteſtans vnitatem pacis, & Catholicæ obſeruationis, cum eis, quæ toto orbe diffuſa eſt Eccleſiâ tenere.* Quibus verbis planè teſtatur, doctrinam ſuam Catholicam, & toto orbe diffuſam eſſe.

Vna obſeruatio toto orbe.

4. Ex ijs, qui poſt S. Auguſtini tempora vixerunt, Primus prodeat S. Wilfridus Eboracenſis Archiepiſcopus, quem Beda l. 3. c. 25. vocat *virum doctiſſimum,* Et l. 5. c. 20. *Eximium Antiſtitem,* quemque Parkerus in vitâ S. Theodori, aſſerit fuiſſe *Theodoro, & vitæ ſanctitate, eruditione, & induſtria, ſi non ſuperiorem, at certè, omnium iudicio, parem.* Hic igitur vir tantus, & vicinus tempori S. Auguſtini, (quippe qui ſub Honorio S. Auguſtini ſocio, & ſucceſſore, Romam perrexit) diſputans cum Scotis apud Bedam l. 3. c. 25. pro Catholicâ obſeruatione Paſcæ, ita eos affatur: *Paſcha, quod facimus, vidimus Romæ ab omnibus celebrari: Hoc in Italia, hoc in Gallia ab omnibus agi conſpeximus: Hoc Africam, Aſiam, & Egyptum, Græciam, & omnem orbem, quacunque Eccleſia Chriſti diffuſa eſt, per diuerſas nationes & linguas, vno ac non diuerſo temporis ordine, geri comperimus, præter hos tantùm, & eorum obſtinationis complices, Pictos dico & Britones, cùm quibus de duabus vltimis Oceani inſulis, his non totis, contrà totum orbem ſtulto labore pugnant.* En vt S. Wilfridus, coram ſuis Aduerſarijs profiteatur, ſe ſcire, illud ipſum religionis punctum, in quo vel ſolo, & vel præcipuè, Scoti & Britones ab Auguſtini religione diſſidebant, à toto Chriſtiano orbe obſeruari: Neque id ipſi inficiabantur. Quantò igitur magis illud de reliquis S. Auguſtini doctrinæ capitibus ſentiendum eſt? Eodemque cum S. Wilfrido tempore vixit S. Ceolfridus, educator Bedæ, qui apud ipſum l. 5. c. 22. ità ſcribit ad Naitanum Regem Pictorum: *Nunc Eccleſia Catholica, vnâ fide, ſpe, & charitate in Deum conſentit.* Et Beda ipſe l. 2. c. 2. aſſerit, quòd Britones *ſuas traditiones, vniuerſis, quæ per orbem, ſibi* (Auguſtino) *in Chriſto concordant Eccleſiis, præferrent.* Quid quæſo, ad hos tam irrefragabiles, omniſque exceptione maiores teſtes, reſponderi poteſt? Erantne Gregorius, Bonifacius, Honorius, Auguſtinus, Laurentius, Mellitus, Iuſtus, Wilfridus, Cealfridus, Beda ignari, quænam eſſet tunc temporis generalis Chriſtianorum omnium fides? aut tam impudentes, vt ſcriberent, ac coram aduerſarijs ſuis affirmarent, id de quo facilè potuiſſent conuinci mendacij?

S. Vvilfridus.

In toto orbe quacunque Eccleſia diffunditur.

Vna fides Eccleſiæ.

Vniuerſa Eccleſia, quæ per orbem erat, concordat Auguſtino.

5. Proteſtantes etiam quandoque fatentur doctrinam Papiſticam (qualem, vt infrà videbimus, S. Auguſtini doctrinam fuiſſe agnoſcunt) tempore S. Gregorij fuiſſe toto orbe diffuſam. Parkerus in ſuis Antiquit. cap. 17. *Romana Eccleſia etiam Gregorio præſidente & authore, harum omnium ſuperſtitionum,* (Papiſticarum) *caput & origo fuit, indeque non modò in Angliam ab Auguſtino inductæ, ſed in varias orbis Chriſtiani regiones diſſeminatæ latè promanarunt.* Hoſpinianus part. 1. Hiſtor. Sacramentar. li. 2. c. 7. pa. 157. *Gregorij magni ætate, omne ſuperſtitionis* (Papiſticæ) *& Idololatriæ genus, quaſi mare quoddam, totum penè Chriſtianum orbem inundauit, obruit, ac penitus ſubmerſit, nemine iam non modo non reluctante, ſed omnibus, vires potius, quas quiſque potuit, addentibus, & ſuppeditantibus.* Perkinſus in expoſit. Symboli *Durante ſpatio nongentorum annorum, Papiſtica hæreſis ſe diffudit per totum orbem terrarum.* Naperus in Apocalip. p. 68. *Inter annum 300. & 316. Antichriſtiana, & Papiſtica religio regnabat generaliter, abſque notabili oppoſitione, annis 1260.* Whitaker l. 7. contrà Duræum ſec. 6. *Apoſtaſia Pontificia, primis temporibus orta, tanquam Cancer paulatim ſerpens, tandem Eccleſias omnes peruaſit.* Atqui (vt ipſe ait Controu. 4. q. 4. c. 2. §. 2.) *Quis non magni faciat totius orbis Chriſtiani conſenſum?* Et l. 10. cont. Dur. ſect. 50. *Longiſſimè ab Euangelio recedit, qui orbem vniuerſum contra Chriſtum conſpirare poſſe affirmet.* Fulco in reſponſ. ad Replicam Briſtoi p. 336. *Papiſtica religio ingreſſa eſt, & præualuit Anno Dom. 607.* At quid intelligere potuerunt per *ſuperſtitionem Papiſticam, religionem Papiſticam, Apoſtaſiam Papiſticam,* niſi ſaltem ſummam ſeu ſubſtantiam religionis Papiſticæ? & quid per *Totum orbem,* & *Eccleſias omnes* niſi vniuerſum orbem, ac omnes omnino Eccleſias.

In varias orbis prouincias.

Totum pene orbem.

Per totum orbem.

Generaliter abſque notabili oppoſitione.

& quibus medijs, Idolatricus populus adductus fuerit ad veram fidem Chriſti. Fulcus in 1. Corinth. 15. *Gregorius & Auguſtinus docuerunt veritatem in omnibus articulis neceſſarijs ad ſalutem.* Iacobus Rex in Apologia pro Iuramento Fidelitatis p. 272. *Gregorius, Auguſtinum cum alijs in Angliam miſit, qui nos ad fidem Chriſti conuerteret, atque vtinam poſteriores Papæ, illius inhærerent veſtigijs.* Whitaker l. 5. contra Dureum ſec. 25. *Quòd nos* (Gregorius) *magno beneficio affecit, id ſemper gratiſſima memoria recolemus.* Et contr. 2. qu. 5. c. 4. *Licet non ante Gregorij tempora, tamen poſtea, interruptam fuiſſe in illorum Eccleſia, doctrinæ ſucceſſionem conſtat.* c. 5. *Eccleſia tempore Gregorij Eccleſia erat, quia fundamentum tenebat.* Mortonus in ſua Prouocatione l. 1. c. 2. ſec. 1. *libenter fatemur S. Gregorium fuiſſe fœlicem patrem fidei multis, ac tradidiſſe illis ſaluificam notitiam Chriſti Crucifixi.* Et ſec. 11. *Hæc fuit illa ſaluifica fides, quam S. Gregorius, qui nos conuertit, tradidit Anglo-Saxonibus, tanquam fundamentum atque anchoram totius ſpei ſuæ.* Ac c. 4. ſec. 2. ait quod Angli Pagani *per miniſterium Auguſtini, legati Gregorij, luce Euangelij adducti ſunt ad ouile Chriſti.* Spedus l. 7. c. 5. vocat fidem, quam prædicauit S. Auguſtinus ac ſocij, *Euangelium* c. 7. *verbum vitæ, verum cultum Chriſti.* c. 10. *Lucem Euangelij.* c. 18. *Verbum vitæ.* c. 19. *Glorioſum Euangelium Chriſti &* in deſcriptione Cantij c. 4. p. 7. ait. *Auguſtinus Saxones ad Chriſtianiſmum conuertit, templumque magnificentiſſimum ad diuinum cultum extruxit.* Magdeburgenſes Cent. 7. c. 2. col. 32. vocant doctrinam Auguſtini *Veram religionem*: Col. 33. *Fidem Chriſti: Doctrinam Chriſti.* Col. 35. *veram religionem.* Quis autem dubitet, quin illa doctrina, quæ eſt *Euangelium Chriſti, Euangelium tempore Apoſtolorum prædicatum, verbum vitæ, verus Numinis cultus, doctrina Primitiuæ Eccleſiæ, vera fides Chriſti, ſacroſancta & Orthodoxa fides, via veritatis, quæ lucrifacit homines Chriſto, docet omnia neceſſaria ad ſalutem*, ſit ſaluifica, ſeu ſufficiens ad ſalutem?

Veram fidem Chriſti.

Saluificam fidem.

Vide Pleſſeũ l. de Eccleſ. c. 9. p. 328.

Veram religionem.

3. Præter has & huiuſmodi Proteſtantium disertas, & directas confeſſiones, quòd fides, quam S. Auguſtinus Anglis prædicabat, erat ſaluifica & ſufficiens ad ſalutem, id ipſum alijs modis indirectè confitentur, nempè quia fatentur nonnullos, qui eam ſecuti ſunt, fuiſſe ſanctos, & maiores noſtros, qui eam amplexi ſunt, eſſe ſaluatos, cùm (vt teſtatur Apoſtolus) *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Et Iunius Contr. 4. l. 4. c. 16. *Nemo pius, ſine vera fide: hoc quidem verum eſt.* Et (vt Proteſtantes aiebant in Colloquio Ratiſbonenſi ſeſſ. 14.) *Implicat contradictionem, quòd aliquis ſit verè ſanctus coram Deo, & nihilominus errores foueat apud ſe, qui fundamenta ſalutis euertant.* Addo ego, quòd implicat contradictionem, quòd aliquis ſit verè ſanctus coram Deo, & tamen culpabiliter erret in vllo dogmate fidei, ſufficienter ſibi propoſito, quia talis error, eſt hæreſis, & hæreſis numeratur ab Apoſtolo Gal. 5. v. 20. inter ea crimina, quæ qui agunt *Regnum Dei non conſequentur.* Imò error circa quodcunque verbum Dei reuelatum, ac ſufficienter propoſitum, tollit ipſam veracitatem Dei, ac negat eum eſſe veracem ſeu fidelem in omnibus verbis ſuis: tollit etiam tùm materiale, tùm formale obiectum fidei diuinæ: Nam materiale illius obiectum, eſt integrum verbum Dei reuelatum & ſufficienter propoſitum, ac formale eius obiectum, eſt authoritas Dei reuelantis. Qui autem non credit totum verbum Dei reuelatum, ſufficienter ſibi propoſitum, tollit partem obiecti materialis fidei diuinæ. Et qui non credit authoritati Dei reuelantis in quodam verbo à ſe reuelato, tollit illius infallibilitatem in alijs. Quod autem Proteſtantes cenſeant Auguſtinum & ſocios eius, itemque eos, qui eorum amplexi ſunt doctrinam, fuiſſe verè ſanctos ac pios viros, ac Deo placuiſſe * ſuprà audiuimus, & adhuc magis oſtendemus, cum de regibus Angliæ agemus. Quòd etiam cenſeant maiores noſtros ſequentes Papiſticam S. Auguſtini doctrinam, ſaluatos eſſe, multis allatis eorum confeſſionibus * alibi oſtendimus, quibus has adijcimus. Iuellus art. 15. ſec. 16 *Nos de patribus noſtris minime iudicamus, nedum eos damnamus.* Et part. 2. Defenſ. c. 5. diuiſ. 1. ait de Catholicis Epiſcopis Sariſburienſibus defunctis: *Spero, quòd tenuerint fundamentum, ac vixerint, ac mortui ſint in fide Chriſti.* Ac ſolenniter prouocauit ad doctrinam S. Gregorij in Cōcione dicens. ô! Greg. ô! *Auguſtine &c. ſi nos fallimur vos nos decepiſtis, hæc vos nos docuiſtis.* Cenſuit ergo, ſine dubio, doctrinā S. Gregorij fuiſſe ſaluificam. Perkins in ſerie Cauſarum c. 3. to. 1. col. 73. *Apparet, multos è patribus noſtris, in*

Vide lib. de fundame. ac non fundam. articulis l. 2. c. 8.

† ſupra c. 6. n. 8.

† l. 1. de Authore Proteſt. c. 2.

medio Papatu, ſalutem adeptos eſſe. Ibid. in explicat. Symboli col. 768. *Quæras aliquis, quid æſtimandum aut cogitandum ſit de maioribus noſtris, qui vixerunt, & mortui ſunt quandiu obtinuit Papatus? Reſpondeo: Optimè de illis ſperare debemus, quòd nimirum ſunt ſalui:* Feildus l. 3. de Eccleſia c. 8. *Firmiſſimè credimus, omnes Eccleſias orbis, in*

Whitus Defenſ. p. 150

quibus patres noſtri vixerunt, & mortui ſunt, fuiſſe veras Eccleſias Dei, in quibus, abſque dubio, ſalus potuit inueniri. Atque in Appendice part. 3. c. 2. aſſerit Lutherum, Caluinum, Bezam, & alios, idem docuiſſe: *Neque* (inquit) *quiſquam eruditus ex noſtris, quòd ſciam, ab eis diſſentit.* Hookerus de Iuſtificat. p. 495. *Non dubito, quin Deus miſericors fuerit ad ſaluandum millia Patrum noſtrorum, viuentium in Papiſticâ ſuperſti-*

Viuentes in Papiſtica ſuperſtition. ſaluati Sub corruptela Papiſmi.

tione. Bullingerus præfat. in Apocalypſim: *Optimè de maiorum noſtrorum ſalute ſperandum, quorum licet pars magna vixerit ſub corruptelâ Papiſmi, inde tamen non conſequitur, dubiam eſſe ipſorum ſalutem.* Brentius homilia 1. in feſto S. Andreæ: *Quid ergò dicemus de his, qui mortui ſunt ante hæc tempora* (Proteſtantica) *nùm damnati ſunt omnes? Nihil minus:* Piſcator loco 23. *Impudenter hinc colligunt, maiores noſtros, quotquot ante reſtauratam veritatis lucem, ſub tenebris Papatus vixerunt, ad vnum omnes à nobis damnari.* Bucanus præfat. Inſtit. *Nec tamen cum hæc dico, piorum maiorum, qui ſuperioribus aliquot ſæculis, hac Euangelij luce, qua ſingulari Dei gratiâ fruimur, deſtituti,*

Sine Luce proteſtantica.

nos præceſſerunt, ſalutem in dubium reuoco. Ibid. p. 76. *Bene ſperamus de illis piis ac deuotis hominibus qui in præcedentibus ſæculis vixerunt, & mortui ſunt in Eccleſia Rom.* Atque hoc multó magis concedent illi, qui fatentur etiam modo Papiſtas in Romana Eccleſia poſſe ſaluari. Iacobus Rex orat 2. ad ordines Angliæ *Puritanorum crudelitatem, qui omnes Papiſtas, citrà exceptionem, ignibus adiudicant, flammis cruſemus expandam.*

Adhuc papiſta poſſunt ſaluari. Schiſmaticum negare ſalutem papiſtis.

Potterus Reſponſ. ad charitatem &c. ſec. 3. *Agnoſcimus Romanam Eccleſiam eſſe membrum Corporis Chriſti: atque hoc eximit nos ab imputatione Schiſmatis cui proprium eſt, abſcindere à Corpore Chriſti & ſpe ſalutis, Eccleſiam à qua ſecedit.* Couel. in Apologia pro Hokero art. 11. *Affirmamus eos, qui viuunt, ac moriuntur in illâ Eccleſiâ* (Romanâ) *poſſe nihilominus ſaluari.* Laudus Superintendens Cantuarienſis in ſua Relatione colloquij ſec. 35. *A principio multi docti viri hoc conceſſerunt, poſſe homines ſaluari in fide Romanâ:* Et in margine citat Lutherum, Caluinum, Hallum, Ab-

Salus in fid. Rom.

batum, Hokerum, Feildum: Et ibidem: *Poſſibilitas ſalutis* (in Romanâ Eccleſiâ) *non poteſt, vt exiſtimo, negari.* Et ſect. 38. *Potuit Domina ſaluari in Romanâ fide, ſiue Eccleſiâ.* Sutliuius præfat. libr. de Eccleſia. *Non oppugnamus auitam patrum fidem.*

4. Ex his autem Proteſtantium confeſſionibus, tria euidenter conſequuntur: Primò, S. Auguſtini doctrinam continuiſſe omnia, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, neque quicquam comprehendiſſe quod ex ſe, ſeu natura ſua, eſſet deſtructiuum ſalutis. Nam ſi vel quicquam ei defuiſſet, quod eſſet ad ſalutem neceſſarium, aut aliquid ineſſet, quod ex ſe, ſeu nâtura ſua deſtrueret ſalutem, nemo per eam, ſalutem conſecutus eſſet: Secundô, Proteſtanticam doctrinam nihil afferre, quod aut neceſſarium eſt ad ſalutem, aut quod tollit impedimentum ſalutis, quandoquidem Papiſtica S. Auguſtini doctrina habuit omnia neceſſaria ad ſalutem nec quicquam quod ſalutem impediat. Tertio, Proteſtantium ſeceſſionem à doctrina S. Auguſtini, non fuiſſe neceſſariam ad ſalutem, quandoquidem hæc haberet omnia neceſſaria ad ſalutem, neque quicquam, quod illam impediret, adeoque illos eſſe Schiſmaticos.

5. Si dicas, quòd etſi Papiſtica doctrina S. Auguſtini habuerit omnia, quæ erant ex inſtitutione Dei neceſſaria neceſſitate medij ad ſalutem, neque quicquam haberet, quod præcisè ex ſeipſo eſſet deſtructiuum ſalutis, quiâ tunc nemo in ea potuiſſet ſaluari, mixta tamen erat multis erroribus, qui neceſſariò vitandi erant neceſſitate præcepti, quos quia maiores noſtri inuincibiliter ignorarint, cum ijs ſaluari poterant, prout communiter dicitur de errore S. Cypriani circa Baptiſmum hæreticorum, & de alijs erroribus quorundam Patrum. modô autem, qui vincibiliter in eis errant, non poſſunt ſaluari. Verum hæc euaſio non ſatisfacit, tum quia Proteſtantes arguunt, doctrinam Papiſticam, Antichriſtianiſmi, circa Primatum Pontificis, Idololatriæ, circa cultum Euchariſtiæ, ſanctorum, & imaginum, & erroris circa ipſum medium Iuſtificationis, nempe per bona opera, & non per fidem tantum: At huiuſmodi errores ſunt ex ſeipſis

deſtructiui

deſtructiui ſalutis, & contra fundamentum pietatis. In fundamentalibus autem erroribus, nec inuincibilis ignorantia conſiſtere poteſt cum ſalute: tum etiam, quia gratis aſſerunt, nullo autem modô vel apparenter probant, doctiſſimos maiores noſtros inuincibiliter erraſſe in ijs, quæ ipſi aſſerunt eſſe errores; Imo aliquando affirmant, eos vincibiliter erraſſe, vt infra videbimus. Atque ita prout illis libet vel expedit, modo aſſerunt, modo negant, S. Auguſtinum, ac maiores noſtros vincibiliter, vel inuincibiliter erraſſe: modo damnatos eſſe, modo ſaluatos. Inſignia autem Elogia doctrinæ & eruditionis, quæ *, ante tri- † c. 3. n. 6.
buerunt S. Auguſtino & ſocijs eiuſdem, & quæ (vt poſtea videbimus) tribuunt multis eiuſdem ſectatoribus, manifeſtè euincunt, quod non ob ignorantiam errarint, præſertim in tam craſſis erroribus, quos illis Proteſtantes aſcribunt. Quapropter vana & friuola eſt eorum excuſatio maiorum noſtrorum ob inuincibilem ignorantiam doctrinæ Proteſtanticæ. Si loqueretur, vt ſentiunt, dicerent maiores noſtros ſaluatos eſſe, quia reuera non errabant in vllo dogmate neceſſario, aut neceſſitate medij, aut præcepti; ſed quia hæc vera maiorum noſtrorum defenſio, non conſiſtit cum prætenſa veritate doctrinæ Proteſtanticæ, confingunt ignorantiam inuincibilem, quam nulla ratione poſſunt facere probabilem.

Atque hactenus vidimus, quòd doctrina ſeu fides, quam S. Auguſtinus docuit, fuerit vniuerſalis fides orbis Chriſtiani ſuo tempore, & quòd fuerit ſaluifica ſeu ſufficiens ad ſalutem, modo videamus, quod fuerit etiam veris miraculis à Deo comprobata.

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

QVOD FIDES, QVAM SANCTVS AVGVSTINVS Anglis prædicauit, veris miraculis à Deo confirmata fuerit.

1. QVOD S. Auguſtini doctrina, veris à Deo miraculis confirmata fuerit, tantis, talibuſque teſtimonijs comprobabo, vt niſi omnem hominibus fidem abrogare velimus, id negare nequeamus: Ea verò ad tres claſſes reducam: Prima erit eorum, qui eodem, quo Sanctus Auguſtinus, tempore vixerunt. Secunda eorum, qui poſt ipſum vixerunt. Tertia erit ipſorum Proteſtantium confeſſio. Ex ijs, qui cum Sancto Auguſtino vixerunt. Primus eſt Sanctus Gregorius ipſe, qui ſcribens ad Eulogium Patriarcham Alexandriæ *S. Gregorius.*
lib. 7. Epiſt. 30. ita loquitur de Sauċti Auguſtini, ac ſociorum eius miraculis: *Tanta miracula, vel ipſe vel hi, qui cum eo tranſmiſſi ſunt, in gente eadem* (Anglorum) *coruſcant, vt Apoſtolorum virtutes in ſignis, quæ exhibent, imitari videantur.* Et *Tanta miracula*
ad Auguſtinum ipſum l. 9. Epiſt. 58. [a] *Scio, quia Omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente, quam eligi voluit, magna miracula oſtendit.* Infrâ: *Gaudeas, quiâ Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur.* Item *ſubtiliter intelligas, & temetipſum, qui ſis, & quanta ſit in eadem gente, gratia, pro cuius conuerſione, etiam faciendorum ſignorum gratiam percepiſti.* Et l. 27. Moralium c. 8. *Quia enim præceptis, cæleſtibus verbis, clareſcentibus quoque miraculis, virtus ei* (Nationi Anglorum) *diuinæ cognitionis infunditur*; &c. Quibus verbis (ait Beda l. 1. c. 2.) *Beatus Gregorius hoc quoque declarat, quòd S. Auguſtinus & ſocij eius non ſola prædicatione verborum, ſed etiam cæleſtium oſtenſione ſignorum, gentem Anglorum ad agnitionem veritatis perducebant.* Præterea l. 9. Epiſt. 56. itâ ſcribit S. Gregorius ad Brunichildam Reginam Galliæ: *Qualia autem, quantaque in conuerſione ſupra dictæ Gentis* [Anglorum] *Redemptor noſter fuerit miracula operatus, Excellentiæ veſtræ iam notum eſt.* In quibus S. Gregorij teſtimonijs, obſerua mecum [pie Lector] Primò quod S. Gregorius S. Auguſtini miracula, non vno tantum loco teſtatur, ſed pluribus: deinde, quòd de eis ſcribit. non quibuſcunque, ſed Patriarchæ, Reginæ Galliæ, & ipſi Auguſtino, quod nunquam feciſſet, niſi de eis fuiſſet certiſſimus: Prætrea, quòd

a Beda l. 1. c. 31. *Magna miracula.* *Qualia quantaque.* *Miracula S. Aug. magna.*

tamiinſignia ea æſtimauerit, vt ea & *magna* appellauerit, & ex eis Sanctum Auguſtinum ac ſocios *virtutes Apoſtolorum videri poſſe imitari* aſſeruerit, ac opus habuerit Auguſtinum per Epiſtolam hortari, ne de eis ſuperbiret. Cui magnitudini

Et multa miraculorum S. Auguſtini, Beda li. 1. c. 31. addit etiam multitudinem, cùm ait *Gregorium miſiſſe Auguſtino Epiſtolam ſuper miraculu, quæ per eum facta eſſe cognouerat, in qua, ne per illorum copiam, periculum elationis incurreret, hortatur:* vt certi eſſemus nec multitudinem, nec magnitudinem miraculorum, Eccleſiæ Anglorum conſtituendæ defuiſſe; *& vt ſciremus* [inquit Gregorius] *quanta fuerit in gente Anglorum gratia*, pro cuius conuerſione tot tantaque miracula facta ſunt: Demum obſerua modum, quo S. Gregorius hæc Auguſtini miracula aſſerit, nempè, quod ea *ſcit*, & quòd ea Brunechildæ Reginæ *nota ſint*. Hic conſcientiam tuam (ô Proteſtans) appello: An putas hunc grauiſſimum & ſanctiſſimum virum, S. Auguſtini miracula, & toties, & tantis perſonis, (quæ, niſi vera fuiſſent, eum facilè redarguere potuiſſent) & tam aſſeueranter affirmaturum fuiſſe, niſi de illis certiſſimus extitiſſet.

2. Secundus teſtis eorum, qui S. Auguſtini tempore vixerunt, erit S. Laurentius, ſocius & ſucceſſor eiuſdem, qui * miraculoſam ſuam flagellationem à S. Pe-

S. Laurentius. *† Supra c. 14 § 1.*

tro, quòd Angliam deſerere voluiſſet, & verbis teſtatus eſt, & reipſa regi Edbaldo, eiuſque populo oſtendit. An tanto viro ignorantiam, à quo flagellatus fuerit, aut mentiendi libidinem aſcribemus; aut Edbaldo, eiuſque populo, tantam inſcitiam aut ſtupiditatem, vt non potuerint diſcernere vulgarem flagellationem; aut tantam leuitatem, vt ob vulgarem flagellationem, auitam ſuam religionem deſerere, ac nouam amplecti voluerint? ſed de hac re ſatis ſuprà dictum eſt. Tertio loco accedant authores Epitaphij S. Auguſtini, quod eſt huiuſmodi apud Bedam l. 2. c. 3. & alios.

Authores Epitaphij.

Camden in Brit. p. 239. Parkerus in vita Auguſtini. Godwin. de Conuerſ. Brit c. 4. Stous in Chron. Spelman p. 91 Vvener. p. 244.

Hic requieſcit Domnus Auguſtinus Dorouernenſis Archiepiſcopus primus, qui olim huc à B. Gregorio Rom. vrbis Pontifice directus, & a Deo operatione miraculorum ſuffultus, & Edilbertum regem, ac gentem illius, ab Idolorum cultu, ad fidem Chriſti perduxit, & completis in pace diebus officij ſui, defunctus eſt ſeptimo Kalendas Iunij, eodem Rege regnante.

En Auguſtinum, à Deo *operatione miraculorum ſuffultum*, conuertiſſe Ethelbertum regem, & gentem illius: Et putabit quiſquam, vel hos tam impudentes fuiſſe, vt tam publico monumento mendacium omnium oculis exponerent: aut Ethelbertum & Gentem illius tam vecordes, vt id permitterent? Aut cur credet alia omnia in hoc Epitaphio ſcripta, vera eſſe, & hoc vnum, quod Auguſtinus à *Deo operatione miraculorum ſuffultus eſſet*, mendacium eſſe, cùm eadem authoritate aſſeratur, qua reliqua?

Britones. 3. Quarto loco accedant Britones S. Auguſtini, eiuſque doctrinæ hoſtes infenſiſſimi: Qui *cùm longa* (inquit Beda l. 2. c. 2.) *diſputatione habita, neque precibus, neque hortamentis, neque increpationibus Auguſtini ac ſociorum eius, aſſenſum præbere voluiſſent. Adducatur, inquit Auguſtinus, aliquis æger, & per cuius preces fuerit curatus, huius fides atque operatio Deo deuota, atque omnibus ſequenda credatur. Quod cũ aduerſarij, licet inuiti, concederent, allatus eſt quidam de gente Anglorum, oculorum luce priuatus, qui cùm oblatus Britonum ſacerdotibus, nil curationis vel ſanationis acciperet, tandem Auguſtinus iuſta neceſſitate compulſus, flexit genua ad Deum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti deprecans, vt viſum cæco, quem amiſerat, reſtitueret, & per illuminationem vnius hominis corporalem, in plurimorum cordibus Fidelium ſpiritualis gratiæ lumen accenderet: Nec*

mora;

mors; illuminatur cæcus, ac verus ſummæ lucis præco, ab omnibus prædicatur Auguſtinus: Tum Britones conſitentur quidem intellexiſſe ſe, veram eſſe iuſtitiæ viam, quam prædicaret Auguſtinus: En miraculum factum, vt fides & operatio Auguſtini Deo deuota, & ab omnibus ſequenda credatur, tam illuſtre atque euidens, vt coegerit etiam pertinaces hæreticos, qui nulla diſputatione ſuperari potuerunt, manus dare, ac veritatem doctrinæ S. Auguſtini, confiteri. Atque hoc Britonum teſtimonium magni faciendum eſt, quippè quòd ſit & hoſtium, & plurium, & doctiſſimorum, & præſentium, vt nec voluntate, nec ſcientiâ, nec opportunitate caruerint, detegendi impoſturam, ſi qua fuiſſet.

4. Quinto loco teſtimonium ferat *Author fragmenti hiſtoriæ, illius ætatis* (inquit Camden in ſua Brit. p. 98. al. 104.) in quo itâ legitur b *Auguſtinus in vna Dominicæ Natiuitatis die qua vniuerſa Anglorum gloria celebratur, plus quàm decem millia virorum, præter innumerabilem multitudinem fæminarum ac paruulorum, vitali Baptiſmate regenerauit: Quæ verò ſacerdotum aliorumue ſacrorum ordinum copia, ad tantum populum abluendum ſuffecerit? Benedicto itaque fluuio, Anglicè *Swalua nuncupato, iubet ſummus Pontifex per præcones & magiſtros, omnes, binos & binos confidenter ingredi, & in Trino deitatis nomine alium ab alio viciſſim baptizari: ſicque omnes renati non minori miraculo, quam quando populus Iſraël diuiſum mare, itemque Iordanem retrò conuerſum tranſierat in alteram ripam, ſic tranſpoſiti in tam profundo gurgite, in tanto tamque diuerſo ſexus, & ætatis examine* (*Nemo putabit*) *nemo læditur: Magnũ hoc erat miraculum, ſed hoc magnũ maiori eminentia ſuperatur, cùm hoc omnis debilitas, & infirmitas in illò amne deponitur, omnis languidus, & deformatus, ſanus & reformatus egreditur.* Addit Capgrauius in vitâ S. Auguſtin. *Stat hactenus in eodem loco Eccleſia, in Sancti Auguſtini honore & nomine condita.* An vnquam illuſtrius miraculum auditum eſt, in quo tot miracula inſunt, quot erant paruuli, infirmi, deformes, à ſubmerſione ſeruati, aut à morbis vel deformitate curati, qui erant innumerabiles.

Author eius temporis.
b *Capgrauius in vita Auguſtini.*
Geruaſius in vita Aug.
* *Vide Camden in Cantio p. 192 al 216. Spidum in deſcript. Cantij ſonner in gloſſario.*

5. Ex ſecundâ Claſſe teſtium, nempe eorum, qui poſt Auguſtini tempora claruerunt, primus erit Beda venerabilis, qui l. 1. 26. de eius & ſociorum miraculis itâ teſtatur: *At vbi etiam ipſe* (Rex Ethelbertus) *inter alios delectatus vitâ mundiſſimâ ſanctorum, & promiſſis eorum ſuauiſſimis, quæ vera eſſe miraculorum quoque multorum oſtenſione firmauerunt, credens baptizatus eſt, cæperè plures &c.* En vt Auguſtini & ſociorum doctrina, non vno aut altero, ſed multis miraculis, confirmata eſt, idque coram Ethelberto Rege, qui quantâ cautione egerit cum eis, Beda ibid. c. 25. declarat his verbis: *Cauerat* (Ethelbertus) *ne in aliquam domum ad ſe introirent, veteri vſus augurio, ne ſuperuentu ſuo, ſi quid maleficæ artis habuiſſent, eum ſuperando deciperent.* An putabimus tam cautum, ac ſolertem Regem, non accurate examinaſſe miracula Auguſt. antequã eis fidem adhiberet? Idem Beda ibid. c. 32. *Miſit* (Greg.) *Epiſt. Auguſt. ſuper miraculis, quæ per eum facta eſſe cognouerat, in qua eum, ne per eorũ copiam, periculum elationis incurreret, hortatur,* l. 2. c. 2. refert miraculosã curationẽ cæci per Auguſt. de qua iam dictum eſt, & Propheticam eius prædictionem de clade Britonum, eo quod nollent errorem ſuum de obſeruatione Paſchatis corrigere, nec Anglis fidem Chriſti prædicare: ſimilem Propheticam ſcientiam, de cæleſti viſione facta olim Regi Eduino, de ſuſcipiendâ Chriſti fide tribuit S. Paulino, vni ex ſocijs Auguſtini Quæ Prophetica ſcientia, adeò certum eſt diuinæ reuelationis argumentum, vt Iſaias c. 42. dixerit: *Dicite quæ ventura ſunt, & ſciemus, quia Dij eſtis vos.* Et Apoc. 19. *Teſtimonium Ieſu, eſt Spiritus Prophetiæ.* Et S. Chryſoſtomus hom. 18. in Ioan. *Certa prædictio futurorum immortalis Dei duntaxat opus eſt.* Ac Tertullianus in Apolog. c. 17. *Idoneum opinor teſtimonium diuinitatis, veritatem diuinationis.* Præterea idem Beda l. 2. c. 16. ſcribit, quòd idem S. Paulinus, *Lincolniæ Eccleſiam operis egregij de lapide fecit, cuius parietes hactenus* (hoc eſt per annos centum) *ſtare videntur, & omnibus annis, aliqua miracula ſanitatum, in eodem loco ſolent, ad vtilitatem eorum, qui fideliter quærunt, oſtendi. Poſt Bedam vixit.* Ioannes Diaconus, qui l. 2. vitæ S. Gregorij c. 33. ait de S. Auguſtino & ſocijs eius: *Prædicantibus eis, & in nomine Ieſu miracula facientibus, crediderunt multi.* Et c. 38. *cuius* [Gregorij] *precibus, Deus omnipotens, tantam Auguſtino eiuſque ſocijs faciendorum ſignorum contulit gratiam, vt verbum vitæ, quod ore prædicabant, ſignorum*

Beda.
Whitaker Cont. 1 q. 5 c. 11
Futura prædicere, aut miraculum eſt aut certe miraculo maius & c. 11 Donum Dei longe maximum.
Miracula quotannis.
Ioannes Diaconus.

efficacia confirmarent. Poſt Ioannem Diaconum, Ethelwerdus Antiquus & Regij

Ethelwerd.

ſanguinis Author, li. 2. ca. 1. ità ſcribit. *Per orationes Sancti Auguſtini Epiſcopi, miracula oſtendit Saluator noſter innumerabilia fidelibus ſuis, in cuius tumulo vſque in*

Malmeſburienſis.

hodierna die, non parua fiunt miracula. Malmesburienſis li. 1. Pontif. *Auguſtini merita quanti apud Deum penſentur, ſigna præconantur illuſtria, quæ ille non faſtidit tot adhuc inculcare ſæculis: Cantiam ſuam, imò totam Angliam, in ſui veneratione torpeſcere non ſinens. — Hunc ſucceſſit Laurentius, cuius virtutes & cæterorũ, de quibus Beda narrans, breuiter perſtringit omnia, quantum veterum relatione addiſcere potuit, Gozcelinus ſcripſit, miras prorſus & prædicandas, adijciens, quas oculata fide perſpexerat, nouas.*

Harpsfeild

Harspfeild ſæc. 7. c. 6. *Talia miracula edebant, vt ne admirandis Apoſtolorum actionibus cederent.*

Polydorus.

Polydorus l. 4. *Per Auguſtinum, in dies ſingulos, plura eduntur miracula.* ſed breuitatis gratia, omitto Geruaſium in vita Auguſtini, Huntingtonum l. 3. Weſtmonaſterienſem An. 603. Trithemium de viris illuſtr. lib. 3. c. 53. & alios. Tantum referam, quod Capgrauius in vitâ S. Auguſtini ſcribit de ipſo & ſocijs

Capgrau.

eius: *Curabant omnes debiles & languidos, vel ad ſe delatos, vel à ſe viſitatos, adeò vt nullus, aut rarus in grege Auguſtini habebatur, qui non gratia ſanitatum polleret.* Et poſt

Illuſtre tenbus Auguſtini.

recenſita complura à S. Auguſtino patrata miracula, ſubdit. *Signa & ſanitates quæ in populo faciebat, nullus enarrare poteſt.* Martyrologium Romanum 26. Maij hoc encomio S. Auguſtinum exornat: *Cantuariæ in Angliâ, S. Auguſtini Epiſcopi, qui vnà cum alijs à B. Gregorio miſſus, genti Anglorum Euangelium Chriſti prædicauit, ibique* * *vir-*

** Sic Notherus in Martyrol. 7. Cal. Iuny. & Cic. l. 2 de Finibus.*

tutibus ac miraculis glorioſus, obdormiuit in Domino. Certè (vt cum A. Vario dicam) *aut hoc teſtium ſatis eſt, aut neſcio, quid ſatis ſit.* Et cum S. Auguſtino lib. 15. de Trinitate c. 19. *Et quid eis ſatis eſt, quibus hæc, quæ diximus, ſatis non ſunt.* Atque vt imiter eius verba pro probandis miraculis Apoſtolorum l. 22. de ciuitate c. 5 ſi Proteſtantes non credunt miracula facta eſſe ab Auguſtino & ſocijs, vt eis fides ab Anglis haberetur, hoc vnum miraculum ſufficit, quod Angli ſinè miraculis crediderunt. Certè Whitakerus Controu. 2. q. 5. c. 12. ait: *Concedimus nos, ad nouam*

Miracula neceſſaria ad nouam fidem perſuadendam

fidem perſuadendum, miracula eſſe neceſſaria. Ibid. *Miracula neceſſaria fuerunt propter Ethnicos & Iudæos, inter quos Chriſtiani ſparſi fuerunt, quique erant ad fidem conuertendi.* At fides, quàm S. Auguſtinus Anglis prædicabat, noua illis erat, & ipſi Ethnici ad fidem Chriſti conuertendi; ſed iam Proteſtantium confeſſiones audiamus de miraculis S. Auguſtini.

Proteſtantes miracula S. Auguſtini agnoſcunt. Foxus.

6. Foxus in actis ſuis p. 105. *Vbi Rex conſideraſſet honeſtam conuerſationem vitæ ipſorum, ac motus miraculis, digito Dei ab ipſis factis, audiuit eos libentius.* Et in margine apponit. *Miracula facta à Deo, pro conuerſione huius terræ.* P. 107. *Gregorius miſit Auguſtino literas, in quibus enim monet, ne ſuperbiat de miraculis factis à Deo per ipſum in Conuerſione Anglorum.* Item. *Beda, Ceſtrenſis, Huntington, Iornalenſis, Fabianus, & alij plures, ſcribunt de miraculo in curatione Angli cæci, cui, cum Britones non potuerint eum curare, Auguſtinus viſum reſtituit.* Sed addit: *Sed fidem huius miraculi … nquo … Authoribus.* Hæc ille incredulus, nullo teſte aut argumento in contrarium allato. P. etiam 109. ait quòd *cæleſte oraculum factum regi Eduino, reuelatum … S. Paulino per Spiritum ſanctum.*

Godwin.

Godwin. in vita Auguſtini Anglicè edita · *Fecit miraculum in curando cæco, pro confirmatione ſuæ doctrinæ:* Quæ verba omittit in eadem vita, poſtea Latinè edita, vbi tamen habet, quod Gregorius Auguſtinum *monuit, cauendum imprimis, ne animo efferretur ob miracula, quæ Deus per illum fuerat operatus: non pauca ea extitiſſe, memorat Beda*, additque Epitaphium S. Auguſtini, in quo dicitur, *à Deo per operationem miraculorum, ſuffultus.* Neque id improbat. Et in vitâ S. Paulini vocat, *Cæ-*

Cæleſte oraculum. Stous. Holinshed.

leſte oraculum, quo Rex Eduinus inductus eſt ad capiendam fidem ab ipſo prædicatam. Stous in Chron. p. 65. *Auguſtinus confugit ad preces, & cæco reſtituit viſum, quod Beda, quod Britones facere non poterant.* Holinshed in Hiſtoria Angliæ l. 5. c. 19. *Rex Ethelbertus inductus bono exemplo Auguſtini & ſociorum, & multis miraculis factis, Baptizatus eſt.* Et c. 2. *Auguſtinus ad probandum ſuam doctrinam, operatus eſt miracu-*

Diuinum oraculum

lum, reſtituendo viſum cuidam cæco ex gente Anglorum. Et c. 21. agnoſcit fuiſſe *diuinum oraculum*, quo Rex Eduinus motus eſt ad recipiendam Chriſti fidem, quam accepit à S. Paulino: Et c. 26. S. Paulinum illud oraculum *diuinitus didiciſſe.* Veterus in ſuis monumentis p. 310. *Paulinus miraculoſe conuertit Eduinum ad fidem Chriſti.*

Spelman.

Et

Et p. 298. *Auguſtinus celebris ab multis miracula quæ fecit, ſi credimus eius legendæ.* Nec rationem vllam affert quare non credamus. Spelman in Concilijs p. 93. *Laudant veteres Auguſtinum, instaurandis condendiſque Eccleſijs, ſatis ſedulum, & in edendis miraculis, valdè celebrem: Hinc ob humanam imbecillitatem, elatior ei fortè animus.* Et p. 105. refert curationem prædictam cæci per Auguſtinum, neque illam inficiatur. Addere etiam poſſumus omnes * Proteſtantes: qui referunt Epitaphium S. Auguſtini, in quo dicitur, quod fuit à *Deo miraculorum operatione ſuffultus.* Neque illud improbant, vt Parker. in vitâ eiuſdem. Spelman. p. 93. Weuer. in monumentis p. 244. His Proteſtantium confeſſionibus de miraculis factis ab Auguſtino, addere poſſumus eorum ſimiles confeſſiones de miraculoſa flagellatione S. Laurentij per S. Petrum, cùm Angliam deſerere inſtitueret, de qua * ſuprà egimus, & de miraculo per S. Mellitum facto in extinctione ignis, de quo infrà videbimus, cum de Mellito.

* *Sic ſupra c. 2.*

* *c. 4. § 1.*

7. Perpende nunc (quæſo lector) mecum, quanta ſit grauitas & varietas teſtium de miraculis S. Auguſtini. Quidam enim eorum ſunt grauiſſimi, vt S. Gregorius, venerabilis Beda, rex Edbaldus. Alij minoris authoritatis: Quidam doctiſſimi, vt ijdem S. Gregorius, & venerabilis Beda, & ipſi Britones, vti teſtatur Beda l. 2. c. 2. Quidam, eiuſdem ætatis, vt S. Gregorius, Rex Edbaldus, authores Epitaphij, & Britones, alij ſequentium. Quidam, interfuerunt faciendis miraculis illis, vt Britones, & authores Epitaphij, alij acceperunt ab eis, qui interfuerunt, vt S. Gregorius. Quidam, inimici S. Auguſtini, eiuſque doctrinæ, vt Britones, & Proteſtantes, alij amici: Quidam, externi, vt S. Gregorius, alij domeſtici: Quam conditionem in teſtibus requirent, quæ in his deſideratur? Si ſanctitatem; quæ maior ſanctitate Gregorij, Bedæ, Laurentij, Ethelberti? ſi ſcientiam, quænam deerat Gregorio, Bedæ, & Britonibus viris doctiſſimis? ſi authoritatem; quæ maior authoritate eorum, qui *Magni, venerabiles, ſancti* à toto Chriſtiano orbe audiunt? ſi præſentiam & oculatum teſtimonium; præſentiſſimi & oculatiſſimi erant Britones, & Epitaphij authores: ſi multitudinem; habent pene integras Anglorum & Britonum nationes.

CAPVT DECIMVM-NONVM.

QVOD RESPONDENT ALII PROTESTANTES AD miracula Sancti Auguſtini.

1. PROTESTANTES preſſi authoritate miraculorum S. Auguſtini, varios excogitarunt modos, quibus eorum vim eludant. Aliqui eorum aſſerunt, quòd ſunt confictà à præfatis authoribus: Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. col. 748. aiunt *miracula eum* (Auguſtinum) *feciſſe narrant, ſed meritò ſuſpecta ſunt. Illud certè, quòd cæco viſum reſtituiſſe dicitur non caret ſuſpicione, quòd vel magicis artibus effectum ſit, aut alioquin † fictitium.* At hoc facilè refellitur, quia ſine vllo teſte idoneo aſſeritur, imo ſine vllo argumento niſi planè ſophiſtico, nempe petitione principij, quod fiebant, ad confirmandas ſuperſtitiones vt putant Papiſticas. An quiſquam ſanæ mentis non habebit fidem de re facti, grauiſſimis & doctiſſimis viris, qui interfuerunt, aut vixerunt, quando Auguſtini miracula fiebant, potius quàm Magdeburgenſibus, qui poſt 900. annos vixerunt? An non hoc eſt omnium hiſtoricorum fidem eleuare? Qui enim fide digniores ſcriptores proferri poſſunt? Rectè in hoc Lutherus in Reſolut. de Indulgentijs, tom. 1. fol. 112. *Faſtuoſus Picardus, nihil aliud facit, quàm quod dicit. Non credo & ſic probauit omnia ſua, & improbauit omnia noſtra: quaſi non & lignum & lapis non credant.* * Caluinus 3. Inſtit. c. 25. § 3. *Tot ac tam authenticis teſtimonijs, fidem derogare, non diffidentiæ eſt, ſed prauæ adeoque furioſæ, obſtinationis.* Godwinus etiam in vita Ioſſelini Epiſcopi Sariſburenſis n. 4. *Fidenter aſſerentibus, æquum eſt aſſentiar, niſi certi aliquid poſſem afferre.* Fidentiſſime autem aſſeruntur miracula S. Auguſtini à prædictis autho-

Ambroſius l. 10. Epiſt. 83 Sanctorum miracula non credunt, quia ſanctorum fidem non tenent

Vide Auguſtinum l. 10. de ciuitate

† *Buckan. l. 5.*

Hæreticorum Non credo

† *Ibid. 125*

§ *Sola, hic incredulitas huiùs ſententiæ eſt mater.*

Vide Elenſem Reſp. n. ad Apol. Bellarm. c. 16

ribus,nec aliquid certi poteſt contra eos afferri. Et Foxus in Actis p. 1844. *Non ſequitur: viſiones quorundam non ſunt veræ. Ergo nullæ.* Morton in ſua Prouocatione l. 3. c. 18. ſec. 1. *Propenſi ſumus ad credendum, quod ob conuerſionem infidelium ad fidem Deus potuerit, & voluerit eu viſibilia facere magnalia Dei.* At miracula Auguſtini facta ſunt ob conuerſionem infidelium. Addo ego, quod ait S. Auguſtinus. *An dicit aliquis, falſa eſſe miracula, nec fuiſſe facta, ſed mendaciter ſcripta. Quiſquis hoc dicit, ſi de his rebus negat omnino vllis literis eſſe credendum, poteſt etiam dicere, nec Deos curare mortalia.*

Viſibilia

20. de Ciuit. c. 18.

2. Alij aſſerunt miracula Auguſtini non eſſe conficta à prædictis authoribus, non tamen eſſe verè facta, ſed tantùm apparenter, atque eſſe præſtigias ſeu illuſiones Diaboli: Ità Magdeburgenſes loco citato. Sed hoc facilè refellitur. Primò, quia ſine vllo idoneo teſte aut ratione aſſeritur: Secundò, quia eſt vetus calumnia Iudæorum contra miracula Chriſti, & Paganorum ac hæreticorum, contrà miracula ſanctorum: Tertiò, quæ Conuentio Chriſti ad Belial? quod commercium Sancto Auguſtino & ſocijs, cum Diabolo? Quartò, fiebant per preces ad Deum, vt patet de prædicta curatione cæci. Quintò, fiebant ad conuertendos Paganos ad Chriſti fidem, cui fini Diabolus nunquam cooperabitur. Sextò, quæ ſuſpicio illuſionis eſſe poteſt in illa curatione cæci per Auguſtinum, quem Britones viderunt cæcum, nec poterant curare, ac poſtea viderunt clarè videntem? Adde, quod Whitakerus Controu. 2. q. 5. c. 12. numerat illuminationem *cæci nati*, inter *vera miracula*, *quæ* (inquit) *Deus ſolus facere poteſt.* Certè quod *cæci vident* allegatur à Chriſto Matth. 15 inter miracula, quibus probat ſe eſſe verum Meſſiam. Præterea, [a] S. Patres & [a] Proteſtantes ipſi confitentur, facta olim fuiſſe vera miracula à Deo ad reliquias ſanctorum Martyrum, ad teſtandum veram eſſe fidem, pro qua illi vitam profuderant. Quid ni etiam fecerit vera miracula ad teſtandam fidem, quam ſancti viuentes prædicant, præſertim coram Paganis & infidelibus ob eorū conuerſionem prout fecit S. Auguſtinus? Demum, quibus medijs Caluinus 1. Inſtit. c. 8. probat contra Infideles, miracula Moiſis, facta non eſſe magicis artibus, aut SS. Patres contra hæreticos, miracula ſanctorum non eſſe aſcribenda Magiæ, eiſdem probare nos poſſumus miracula S. Auguſtini non eſſe magicis artibus effecta: vt igitur hac in re imiter verba Caluini loco citato, *Quoniam res erat illuſtrior, quàm vt profanis ſcriptoribus liberum eſſet negare, edita fuiſſe à Moiſe* (Auguſt. *miracula, calumniam illis ſuggeſſit Pater mendacij, ea magicis artibus aſcribens.* Mera enim calumnia eſt quæ nullo teſte, nulloque argumento, niſi planè ſophiſticâ petitione principij, vel apparenter probari poteſt. S. Gregorius, omneſque alij præfati teſtes, Deo aſcribunt miracula facta per Auguſtinum idemque fatentur Proteſtantes complures, & tu, ex ſolâ pertinacia, attribues ea Diabolo? Audias ſaltem Vrſinum veſtrum in comment. Cateche. p. 21. *Etſi Ethnicorum nonnulla miracula commemorantur, ac de Antichriſto & pſeudophetis dictum eſt, edituros eſſe ſigna, ex tamen ea neque numero neque magnitudine paria ſunt miraculis Eccleſiæ miracula, quibus Deus Eccleſiam ornauit, opera ſunt præter aut contra naturam & cauſarum ſecundarum ordinem, ac proinde non niſi diuina potentia facta*, Hæc ille.

Fulcus in confutat. p. 41.

Fox. in Actis p. 121. omnia vera miracula ſpectāt conuerſionē ad fidem Chriſti

Hilarius contra Conſtant. Hieron contra Vigilant. a. Auguſt de ciuit l. 22. c. 8. Ruffin l. 4. c. 10. Theodoret l. 4. c. 11. a Vvitaker l. 10 contra Duræum ſec 30. Eliens. Reſp. ad Apol. Bell c. 1. Iuel ar. 1. diuiſ 19. Martyr in c. 2. b Ambro ſius ſer. 5. de ſanctis & 91 Hieron. cont Vigilant

3. Alij forte fatebuntur fuiſſe vera miracula facta per S. Auguſtinum, ſed negabunt vera miracula eſſe ſufficiens ſignum veræ doctrinæ: Ità Whitakerus Contr. 2. q. 5. ca. 12. vbi etiam ait, *Conſtat Deum, non modo veris, ſed & falſis Doctoribus, vim & facultatem tribuere, huiuſmodi* (vera) *faciendi miracula, non tamen, quo confirmet illorum falſa dogmata, ſed quo tentet eos, ad quos mittuntur.* Item: *Reſpondeo, fieri poſſe, vt in regno Pontificio fuerint huiuſmodi* (vera) *miracula, & nunc ſint: Nam Deus dat interdum, vt impij & falſi Doctores faciant miracula, non quidem ad falſam doctrinam confirmandum, ſed ad populum tentandum.* Quod probare vult ex Deuter 13. vbi prohibetur populus ſequi Prophetam, qui prædixerit ſignum, & euenerit, ſi hortetur ad ſequendos Deos alienos: Addit etiam poſteà: *Miracula poſſunt adhiberi ad falſam doctrinam confirmandam.* Et Fulcus in Marci 9. v. 4. *Hæretici poſſunt edere miracula ad confirmanda ſua falſa dogmata.* Chillingworthus in præfat: ſuę Reſponſ. ad Miſericordiam, & veritatem num. 43. *Non videtur mihi abſonum, quòd Deus in*

Montacut part poſte. orig p 48.

ſua

ſua iuſtitia permittat vera aliqua miracula fieri ad deludendum eos, qui tot finxerunt ad deludendum mundum Sutliuius l. 1. de Eccleſia p. 112. *Apud hæreticos, miracula non minus, quàm in Eccleſia*. Laudus in relatione Colloquij &c. ſec. 16. p. 108. *Apoſtolorum miracula non erant euidentes ac conuincentes probationes, ſola, & ex ſeipſis, ibid. vera miracula neque ſunt infallibiles neque inſeparabiles notæ veræ doctrinæ. Non infallibiles; quia poſſunt eſſe notæ falſiſſimæ doctrinæ*. Pleſſeus de Eccleſia c. 3. p. 373. *vera miracula non ſunt certa teſtimonia veritatis.* Sic etiam Whitakerus Contr. 4. q. 5. c. 3. p. 688. Caluinus in Math. 24. v. 23. Mortonus tom. 2. ſuæ Apologiæ l. 2. c. 25. Rex Iacobus in ſua Dæmonologia l. 3. c. 4 ait, quòd *verius exiſtimat, quòd à Papiſtis eijciantur Dæmonia*, **publicantibus ſcilicet rumorem Orthodoxis hominibus, oculatis rei teſtibus, licet in multis Chriſtianæ religionis articulis hallucinentur.* Cæterum dicere, quòd vera miracula fieri poſſent, aut ad deludendos homines, aut ad falſa dogmata confirmanda, mera blaſphemia eſt in Deum, & quæ irrita facit omnia miracula Chriſti & Apoſtolorum, quibus obijcere poterunt Infideles, quòd facta ſunt à Deo, aut ad deludendos homines, aut ſaltem ad eos tentandos, & clarè refellitur; cum verum miraculum ſit opus ſolius Dei agentis ſupra omnes vires naturæ; ſi Deus, alicui prædicanti falſam doctrinam, atteſtaretur per miraculum, Deus, ſi non verbis, ſaltem facto, atteſtaretur falſæ doctrinæ. Nā perinde eſt teſtari falſam doctrinam, ac miraculis commendare hominem, dum prædicat falſam doctrinam, ac aſſerit ea fieri à Deo ad confirmandam ſuam doctrinam. Cùm igitur Blaſphemia ſit, dicere quòd Deus faciat miracula ad confirmandam falſam doctrinam (Nam hoc eſſet dicere, quòd prima veritas mentitur ac decipit homines) blaſphemia etiam erit dicere, quod faciat miracula per hominem, qui ea facit ad confirmandam falſam doctrinam. Duo itaque breuiter probabimus. Primum eſt, vera miracula non poſſe fieri niſi à Deo: Secundum, quod vera miracula ſunt ſufficiens teſtimonium veritatis doctrinæ. Primum probatur ex Scriptura, Pſalm. 71. *Qui facit mirabilia ſolus.* Ioannis 8. *Nemo poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.* Iſaiæ 41. *Annuntiate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia Dij eſtis vos.* Idem conſtat ratione, nam miraculum dicitur, quod ſuperat vires omnium creaturarum, ideóque omnibus creaturis eſt mirabile. Idemque fatentur ipſi Proteſtantes. Zuinglius in Expoſit. articuli 20. *Miracula à ſolo Deo fiunt* Whitak contr. 2. q. 5. c. 12. *Miracula nulla vi, niſi diuina, fieri poſſunt.* Ibidem, *Nulla vera miracula niſi à ſolo Deo fieri poſſunt.* — *Ego non exiſtimo dæmones poſſe vel paruum verum miraculum facere, quia hoc omnem vim naturæ ſuperat. Dæmones non poſſunt vera miracula edere, nedum falſi magiſtri.* Mortonus l. 4. de Miſſa c. 4. ſec. 5. *certi ſumus, quòd miraculum pro confirmatione religionis eſt opus diuinum, infideles Magi coacti ſunt tantundem confiteri, dicendo, digitus Dei eſt hic.* Et l. 7. c. 3. ſec. 3. *omnia miracula ſemper excedunt omnem vim artis, & naturæ, alioquin non eſſent omnino miracula.* Quod etiā vera miracula ſint quantum eſt ex ipſis ſufficiens probatio veritatis doctrinæ, pro qua fiunt, probatur ex ſcriptura Ioannis 5. *Ego habeo teſtimonium maius Ioanne, opera enim quæ dedit mihi pater vt perficiam ea, ipſa opera quæ facio, teſtimonium perhibent de me, quia pater miſit me.* Lucæ 10. *Si ego in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.* Mathei 5. Chriſtus probat ſe eſſe Meſſiam, quia faciebat miracula. Et Marci 16. Deus dicitur *confirmare ſermonem Apoſtolorum ſequentibus ſignis.* Dixi autem *quantum eſt ex ipſis*, quia ex parte noſtra requiritur, vt ſufficienter nobis proponantur pro veris miraculis, prout etiam requiritur in ipſo verbo Dei. Ratione etiam idem conſtat. Nam miracula (vt vidimus à ſolo Deo fieri poſſunt. Dei autem teſtimoniū, ſiue verbo, ſiue facto ſufficientiſſimum eſt, quia nec decipi poteſt, nec decipere, cum ſit veritas ipſa. Atque hoc ita euidens eſt, vt id Proteſtantes interdū fateantur. Zuinglius apud Hoſpinianum part. 2. Hiſtor. Sacrament. fol. 48. *Chriſtus iubet ſe à miraculis æſtimari.* Caluinus in Mathæi 10. v. 1. ait eſſe *indiuiduum nexum inter miracula, & doctrinam Chriſti.* Et in Math. c. 24. v. 23. *cum miraculis, virtutis ſuæ præſentiam teſtetur Deus, ideo ſigilla ſunt veræ doctrinæ.* In Ioan. 3. v. 2. *miracula, Dominus ſemper doctrinæ ſuæ ſigilla eſſe voluit.* Ibidem. *Miracula, Dei præſentiam ſatis ſolidè teſtantur* In Ioan. 9. v. 5. *Apud pios ac Deum timentes, miracula indubiæ ſunt potentiæ Spiritus S. teſſeræ.* Sic

** Vide laudū in Relat. p. 78.*

Aug de vtil. cred c. 4. Tenet me authoritas miraculis inchoata c. 14. Chriſtus miraculis conciliauit authoritatem authoritate meruit fidem.

Vide Staplet. Ioan. 9. v. 31. Pamel. in l. 5. cont. Mar. c. 3. Feuard. ent in l. 1. Iren. 7 & l. 2. 156. Eſtium 2. Theſſal. 2. v. 9 & Hebr. 2. v. 4.

Vera miracula à Deo ſolo fiunt. Idque Proteſtantes fatentur.

Caluin. in Ioan 3. v. 2. in c. 9. v. 16. Caſaubon. exercit 1. n 12. & Exercit. 16. n 1, 2. Perkinſus in Galat. c. 3. v. 5.

Sunt ſufficiens teſtimonium veritatis.

Auguſtin. tract. 23. in Ioan. Chriſoſtom. hom. 59 59 60 in Ioannem. Cyrillus l. 9 in Ioan. c. 40.

Proteſt. fatentur miracula eſſe ſufficiens teſtimoniū. Vide eum.

etiam in Marci 16. v. 20. Et in Actor. 2. v. 22. *In miraculis, quæ edit Deus ſatis firma eſt vel doctrinæ vel miniſtery approbatio, modo ne deſint nobis oculi.* Whitakerus Controu. 1. q. 3. c. 3. *miracula tam multa & tam vera, Deum horum librorum* (Scripturæ) *authorem eſſe, euincunt.* Cont. 2. q. 5. c. 12. *vera miracula ad falſam* * *doctrinam confirmandam nunquam referuntur.* l. 2. de ſcriptura c. 6. p. 282. *Nonne miracula rationem conuincunt, cum nullum, vt naturæ, miraculum fiat.* Mortonus l. 4. c. 4. ſec. 2. *vera miracula, cenſemus eſſe Dei ſigilla diuinæ veritatis.* Chillingworthus Reſponſ. ad miſericordiam ac veritatem c. 3. §. 3. p. 144. *Impoſſibile eſt, vt æterna veritas apponat manum ſuam ac ſigillum ad confirmandum falſitatem aut vllam doctrinam, quæ partim vera partim falſa eſt.* Et c. 1. §. 8. p. 36. probat veritatẽ doctrinæ Chriſtianæ per conſtantem ac vniuerſalem traditionẽ, quòd Deus eam confirmauit miraculis. Fieldus l. 3. de Eccleſia c. 48. *Miraculum cognitum eſſe miraculum ſufficit ad teſtificandam veritatẽ Dei.* Cum igitur miracula ab Auguſtino facta & vera miracula fuerint, & facta expreſſe ad confirmandum eius doctrinam, nec eius doctrina, falſa: nec ipſe, falſus magiſter eſſe potuit. Præterea, ſi vera miracula non poſſint fieri à Deo per falſos doctores ad confirmandum eorum doctrinam, ſed tantum ad tentandum populum, qua ſpecie rationis dici poteſt quod miracula, quæ fecit Deus per Auguſtinum ad conuertendum Anglos Paganos ad fidem Chriſti, fiebant ad tentandum eos nunquid eorum conuerſio à Paganiſmo ad fidem Chriſti, dicenda eſt tentatio? Eſto igitur, quòd Deus poſſet facere miracula ad tentandum populum fidelem, num conſtans ſit in fide; certe non tentat populum Paganum & infidelem, cum facit miracula ad conuertendum eum ab infidelitate ad fidem Chriſti, prout faciebat per S. Auguſtinum ad conuertendum Paganos Anglos, ſed per miracula eos inſtruit atque incitat ad fidem capeſſendam. Nam cum non fecerit miracula per Auguſtinum, ad tentandum infidelem populum Angliæ, euidens eſt, quòd ea fecerit ad eum conuertendum ad fidem ab Auguſtino prædicatam. Ad id, quod profertur ex Deuter. 13. Reſpondeo primò, non conſtare, quòd ibi ſit ſermo de vera, & diuinitùs facta prophetica prædictione, qualis eſſe poteſt tantùm à Deo, non autem de tali prædictione, qualis fieri poteſt vel arte humana, vel ſaltem Diabolica: deinde, non dicitur ibi, quod illa prædictio ſit, à Propheta, vt probet ſequendos eſſe Deos alienos; ſed tantùm iubetur populus non ſequi Deos alienos, etiamſi Propheta, qui prædicit futura, eos ad id hortetur.

† ſic Morton. l. 2. Apol c. 25. Hoberus l. 4. 1. 101.

Deus non tentauit Anglos per miracula Auguſtini ſed erudiuit

4. Quod autem ait Auguſtinus l. de vnitate c. 16. *Non ideò manifeſtatur Eccleſia, quia hæc* (miracula) *in ea fiunt*: Intelligit de manifeſtatione infallibili, qualis habetur per expreſſum verbum Dei ſufficienter nobis propoſitum. Nam cum infallibile non ſit, quænam ſint vera miracula, præter ea, quæ habentur in Scriptura, non poteſt Eccleſia infallibiliter cognoſci per alia miracula. Neque ea poſſunt parere fidem diuinam de Eccleſia, ſed tantum humanam. Si autem petas, ſi vera miracula non poſſunt facere fidem diuinam de veritate Eccleſia aut doctrinæ, quare obtruduntur, cùm oporteat habere fidem diuinam de veritate Eccleſiæ & doctrinæ ſuæ? Reſpondeo, quod licet non poſſunt ex ſeipſis ſolis parere fidem diuinam, ſicut nec ipſum verbum Dei poteſt, niſi ſufficienter proponatur, valdè tamen ad eam diſponunt, ac certos nos faciunt, quòd ea non poteſt eſſe veritas diuina, quæ illis aduerſatur, quia veritas ſupernaturalis non repugnat naturali, nec fides diuina euidenti rationi aut ſenſui. Præterea ex ſeipſis faciunt rem euidenter credibilem, quod inſtituto noſtro ſatis eſt.

5. Alij igitur Proteſtantes tacitè admittunt, vera fuiſſe miracula, quæ facta ſunt per Auguſtinum, & Deum non poſſe facere miracula per quenquam ad comprobandam eius falſam doctrinam, negant autem vllum miraculum factum eſſe per Auguſtinum ad confirmandum vllum dogma Papiſticum. Fulcus 2. Cor. 12. Nota 5. *Quod ad doctrinam Auguſtini, neque certi ſumus, quæ miracula fecerit ad eam confirmandum; aut ſi vlla fecerit, num ad confirmandum quicquam illius corruptelæ, quam introduxit.* At quæ quæſo de re, quam non vidimus, poſſumus eſſe certi, ſi non ſumus certi quòd S. Auguſtinus fecerit miracula, cum id tot & tantis teſtibus, omni exceptione maioribus, confirmetur? Quod autem non fecerit miraculum

Fieldus in Append. part 1 p. 13 l 3 de Eccleſ. c. 48.

ad

ad confirmandum quicquam, quod Proteſtantes cenſent corruptelam, nullo teſte aut argumento probatur, aut probari poteſt. Deinde & teſtimonio Bedæ, & Proteſtantium confeſſione refellitur. Nam teſte Beda l. 2. c. 2. curauit cæcum vt *fides eius Deo deuota, & ab omnibus ſequenda credatur.* Fides autem eius Papiſtica erat, vt * infrà audiemus Proteſtantes communiter confitentes. Præterea, (quoad res religionis) non diſſentiebat à Britonibus, niſi in tempore Paſchatis & modo Baptiſmum adminiſtrandi. Nam cætera omnia ſe toleraturum profitebatur. Imo ita euidens eſt, quòd S. Auguſtinus fecerit miracula ad probanda ſua Papiſtica dogmata, vt Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. col. 748. ſcribant, *Miracula, eum* (Auguſtinum) *feciſſe narrant, ſed cùm ad ſuperſtitionis confirmationem penitiùs, quam ad veritatis diuinæ, directa fuerint, meritò ſuſpecta ſunt. Quod cæco viſum reſtituiſſe dicitur, ad ſui honoris & exaltationis ſuper Britanniæ Epiſcopos confirmationem, non caret ſuſpicione.* Parker. in vita Auguſtini p. 9. *Cum quibus* (Britonibus) *in primo ad ſe conuocato Cleri concilio, de Romanæ ſedis vetuſtate, & authoritate, de Petri ſucceſſione, & Pontificis in reliquas Chriſtianas Eccleſias principatu, & vt Romano more Baptizarent, prædicarent, Paſcha celebrarent, pluribus egit Auguſtinus. — In quo omne Auguſtini inſtitutum, ac Conſilium verſabatur, vt Anglis Britannos, & Romanæ Eccleſiæ Anglicanam ſubijceret.* Et p. 46. ait, quòd *petijt à Britonibus, vt Britannicam Eccleſiam in ceremonijs, atque religionis ſumma ſuæ, in Anglia nuper inſtituta conformarent, Romanæque ſubijcerent.* God - in in Conuer. Brit. c. 4. loquens de eodem Colloquio, ait, *Non alium ſcopum propoſuiſſe ſibi videtur* (Auguſtinus) *quàm Walliam, ſuæ Prouinciæ Cantuarienſis iuriſdictioni ſubijcere.* Pouellus in Itinerarium Cambriæ l. 2. c. 1. *Auguſtinus Ann. 602. Synodum celebrauit in hunc finem, vt Britanni clerum ſibi ſubderet, & Romanæ Eccleſiæ obſequentem redderet.* Baleus Cent. 1. c. 70. *Auguſtinus Anno Domini 602. Synodum celebrauit in hunc finem, vt Britanniæ Clerum Romanæ Eccleſiæ* † *obſequentem redderet.* Spelman. in Concilijs p. 92. *Conuentibus hic vocatis, obedientiam poſtulat Auguſtinus Romano Pontifici, Romanoſque ritus in Britannicam Eccleſiam ſuſcipiendos: negant hoc Britanni, & re diutiùs litigatâ, conuenit demùm de alia Synodo, aut ſeſſione.* Et p. 104. *Auguſtinus primò poſcit obedientiam Romanæ Eccleſiæ.* Cùm igitur (teſte Beda) in hoc Conuentu, cæcum curauerit vt *fides ſua, & operatio Deo deuota, & omnibus ſequenda crederetur*, eum curauit, vt ſumma ſuæ religionis, & Primatus Pontificis Romani crederetur. Et quanquam Beda non dicat in quem finem ſpeciatim facta ſint omnia miracula per S. Auguſtinum ac ſocios eius, tamen refert miracula facta à ſectatoribus eius doctrinæ pro plurimis, quæ hodie à Proteſtantibus negantur: vt l. 5. c. 6. Pro exſufflatione in faciem eius, qui Baptizatur: & ibid. c. 2. Pro conſignatione ſigno Crucis. Pro vſu aquæ Benedictæ, Ibid. c. 4. Pro erectione Crucis, & precibus coram ea, l. 3. c. 2. Pro ſalutari vſu Reliquiarum: l. 3. c. 9. 10. 11. 12. 13. Pro voto Monaſticæ vitæ. l. 3. c. 24. Pro vitâ Monaſtica. l. 3. c. 8. & 19. Pro interceſſione ſanctorum. l. 4. c. 14. Pro neceſſitate confitendi peccata. l. 5. c. 14. Pro fide Purgatorij. l. 5. c. 13. Pro valore * Miſſæ pro defunctis. l. 4. c. 22. Et pleraque ex miraculis pro his rebus facta, agnoſcunt Magdeburgenſes Cent. 7. c. 3. 7. & 10. Accedit, quòd nobis ſufficit, quòd Auguſtinus fecerit miracula pro fide, quam prædicabat, licet non fecerit pro ſingulis capitibus, quæ Proteſtantes reijciunt. Quis enim vnquam Apoſtolorum legitur feciſſe miracula pro ſingulis dogmatibus, quæ tradebat? Et (vt ſupra aiebat Chillingworthus) *Impoſſibile eſt, vt Deus apponat manum, aut ſigillum, pro confirmatione doctrinæ, quæ partim vera, partim falſa eſt.*

† c. 13.

Aug. fecit miracula ad confirmandum Papiſmum.

Ad confirmandum Papatum.

† *Vſſerus in Antiq. p. 90.*

Miracula facta pro pleriſque, quæ Proteſtantes negant miracula facta pro Catholicis Dogmatibus confirmandis.

* *Hoſpin. part. 1. l. 3. 49*

6. Tandem alij dicunt, quòd ſiue miracula S. Auguſtini ſint vera, ſiue falſa, ſiue vere facta, ſiue non, non teneantur ea credere, quia non ſunt in ſcriptura: Fulcus in Ioannis 14. Notâ 3. *Non tenemur credere relationem cuiuſcunque dęmiraculis, ſed tantùm ſcripta Apoſtolorum & Euangeliſtarum.* Foxus in Actis ſuis p. 110. *Quod attinet ad eorum miracula, quandoquidem non ſunt ſcripta in Euangelio, nec in Symbolo, ſed in quibuſdam vetuſtis Chronicis illius ætatis, non ſunt pars fidei meæ.* Aliquid iſti dicerent (iuxtà ipſorum principium quòd nihil ſit credendum, quòd non habetur in ſcriptura) ſi ageretur de fide diuina: At cum tantùm agatur de fide humana credendi miracula Sancti Auguſtini, alieniſſimum à ratione eſt dicere

Nanzianzenus orat. 42. Hæretici incredulitate dæmones ſuperant

nihil eſſe humana fide credendum, quod non habetur in ſcriptura. Nam ſic tolleretur omnis authoritas humana, omniſque fides humana; neque quicquam omnino credendum eſſet, niſi quod in ſcriptura reperitur. Ità iſti homines poſtquam ſuſtulerunt fidem diuinam, tollere etiam volunt omnem humanam, vt non ſimus certi de vllâ re omnino, niſi quam aut vidimus, aut in Scriptura legimus, quod eſt tollere omnem conuictum humanum, qui conſiſtere non poteſt, niſi teſtibus fide dignis fides habeatur. Atque hic fructus eſt huius incredulæ hæreſis, vt non ſolùm diuinam fidem tollat, ſed etiam humanam, omnem conuictum humanum, omnia Tribunalia, ac Iudicia, imo ipſum * verbum Dei, quod iubet vt in *ore duorum aut trium ſtet omne verbum*. Conſiſtere enim eorum incredula hæreſis non poteſt, niſi & quotcunque, & quantiſcunque teſtibus etiam de rebus ſub ſenſum cadentibus, fides humana abrogetur. An ea eſt fides diuina, quæ omnem humanam tollit? *Ab hiſtorijs* (inquit Whitakerus l. 7. contra Dureum ſec. 2.) *Concilijs, Patribus, Eccleſia, ad ſcripturas prouocamus.* Et ſec. 5. *Hiſtoricis liberum relinquimus ſcribere, quod velint, quod nolint, omittere.* An quiſquam ſanæ mentis ſibi perſuaſerit, eam eſſe fidem Dei, quæ omnem fidem humanam tollit? eam eſſe hiſtoriam diuinam, quæ cum omnibus hiſtoricis Chriſtianis pugnat?

† *Deuter 19 Math. 18*

7. Accedit, quod Proteſtantes, qui non credunt miracula S. Auguſtini, aut Catholicorum, credunt miracula * Paganorum, vt Whitakerus Contro. 2. q. 5. c. 12. Cæcum curatum eſſe ad corpus Adriani, ex Spartiano, mulierem, cribro aquam hauſiſſe, ex Valerio maximo, aliam Zona nauem traxiſſe, ex Liuio. Cotem nouacula ſcidiſſe, ex Cicerone, ac tandem concludit: *Apud Ethnicos multa, & magna miracula edita ſunt.* (Vt omittam, quòd credant miracula facta eſſe à Luthero, & quibuſdam ſuis Pſeudomartyribus, vt videre eſt in Foxo in actis pag. 789. 1844.) Quanquam teſtes talium miraculorum, nec numero nec authoritate, nec ſcientia, nec ſanctitate vllo modo comparandi ſunt teſtibus miraculorum S. Auguſtini & aliorum Catholicorum: ſicut nec Ethnicorum miracula, ſunt aut tam in ſeipſis difficilia, aut per tam ſanctos homines facta, aut per tam pia media, aut ob tam ſanctos fines edita. Nam miraculum illud, ſeu potiùs mille ſimul miracula, edita in Baptiſmo plùs quàm decem millium virorum, præter innumeros pueros, ac mulieres, ſtupendum eſt, atque editum à ſanctiſſimo viro, nempè Auguſtino, & per ſanctas preces, nempe ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ob ſanctiſſimum finem, nempè ob conuerſionem paganorum ad fidem Chriſti, cuiuſmodi nihil eſt in apparentibus illis miraculis paganorum, ſed potiùs omnia contraria. Credere itaque illa, ac nolle credere, iſta clarè oſtendit proteſtantes in miraculis credendis, aut non credendis, nec authoritate, nec pietate, ſed arbitrio ſuo duci: nec curare quid videtur facere contra veritatem fidei Chriſtianæ in genere, ſed tantùm quid facit contra ipſorum hæreſim, quam volunt eſſe regulam omnis veritatis miraculorum, aut hiſtoriarum, vt quod contra eam facit, falſum ſit, quod non facit, verum. Quod vnum ſufficienter arguit illius falſitatem. Nam Deus faciendo nos credentes ſibi, non fecit nos incredulos hominibus quibuſuis, aut quantæcunque authoritatis, Rectius Hokerus l. 2. Eccleſ. polit. p. 113. *Pondus authoritatis humanæ eſt affirmatiuè tale, vt potiſſima negotia orbis ab ea pendeant.*

† *Spedus in Veſpaſiano.*

8. Ex omnibus, quæ hactenus retulimus, de legitima miſſione S. Auguſtini, de illius inſigni doctrina, illuſtri ſanctitate, ac certiſſimis miraculis, iure optimo mihi videtur, S. Auguſtinum dicere illud poſſe Anglis, quod olim Apoſtolus ſcripſit Theſſalonicenſibus, Epiſt. 1. c. 1. *Euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantùm, ſed in virtute & in Spiritu Sancto, & in plenitudine multa.* Et cum eodem 2. Cor. 11. *Exiſtimo me nihil minus feciſſe à magnis Apoſtolis.* Etenim hic præclariſſimus Anglorum Apoſtolus, & ſcientia pollebat, & ſanctitate eminebat, & Prophetiæ ſpiritu clarebat, & miraculis tot ac tantis fulgebat, vt virtutem Apoſtolorum, per ſigna, quæ faciebat, imitari (vt aiebat magnus Gregorius) videretur. Et maiores noſtri potuerint cum Richardo de S. Victore l. 11. de Trinit. c. 12. dicere; *Domine, ſi error eſt quod credimus à te decepti ſumus. Nam iſta in nobis tantis ſignis & prodigijs confirmata ſunt, & talibus, quæ non niſi per te fieri poſſunt. Certè à*

Lege Baronium. A. 597. n. 23.

ſumma

ſummæ ſanctitatis viris nobis ſunt tradita, & cum ſumma, & authenticâ atteſtatione probata teipſo confirmante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

9. Atque hactenùs oſtendimus S. Auguſt. doctiſſimum, ac ſanctiſſimum virum à Gregorio magno legitimè miſſum, rite ordinatum, eiuſque doctrinam, vniuerſalem totius Eccleſiæ Chriſti ſuo tempore, à Britonibus olim agnitam pro via iuſtitię à Proteſtantibus confeſſam, pro verbo vitæ, inſignes fructus pietatis in gente Anglorum feciſſe, fuiſſe plurimis & illuſtribus miraculis à Deo comprobatam. Quid aliud modò reſtat, quàm vt inquiramus, quænam doctrina eius fuerit, Papiſtica an Proteſtantica, eamque amplectemur. Vt autem rem extra omnem controuerſiam ponamus, oſtendemus, quòd fuerit Romano-Catholica, ſeu Papiſtica, primùm ex Magiſtro eius S. Gregorio: ſecundò, ex ipſius dictis ac factis: Tertiò, ex praxi Eccleſiæ Anglicanæ, quam inſtituit; ac demum ex confeſſione Proteſtantium.

CAPVT VIGESIMVM.

QVOD FIDES, QVAM SANCTVS AVGVSTINVS Cantuarienſis Anglis prædicabat, erat Romano-Catholica, probatur per magiſtrum eius S. Gregorium.

1. QVOD vna eademque fuerit fides S. Gregorij, & S. Auguſtini Cantuarienſis, manifeſtum eſt, tum quia S. Auguſtinus erat diſcipulus S. Gregorij, & ab ipſo educatus; tum quia S. Gregorius pluribus laudat doctrinam S. Auguſtini, eamque alijs ſequendam commendat: tum præterea, quia S. Auguſtinus adeo ſtudioſus fuit ſequendi doctrinam S. Gregorij, vt ex Anglia ipſum de rebus etiam minimis conſuluerit: tum demum, quia nulla eſt ratio probabilis in oppoſitum S. autem Gregorium fuiſſe religione Romano-Catholicum ſeu Papiſtam, manifeſtum eſt, ex clariſſimis eius ſcriptis ac factis: ſed quia ea iam à pluribus Catholicis diligenter collecta ſunt, breuitatis gratia, id probabo ex ſolis doctorum Proteſtantium confeſſionibus, quia & ſui eas plurimi faciunt, & quia ſunt manifeſtæ veritatis indubitata argumenta. Ignoſcat autem mihi lector, ſi hoc, licet manifeſtiſſimum, coner probare; quia ago cum eiuſmodi hominibus, qui non ſolùm S. Gregorium ipſum vendicant, ſed etiam negant[a] Alenſem, [a *Vide append. ad l. 3 Sutliuius in Cenſura Papiſmi c. 19.*] Scotum, Liranum, Gerſonem; Fisherum, Morum, fuiſſe Papiſtas: potiſſimum autem id probabo ex eorum confeſſionibus, quòd S. Gregorius miſſam coluerit, ac Primatum Pontificium & docuerit, & exercuerit, quia in his duobus ipſam animam & eſſentiam Romanæ religionis ſitam eſſe ſentiunt. Nam ita Lutherus l. contra Regem Angliæ tom. 2. fol. 346. *Super miſſam, ſeu ſuper rupem, nititur totus Papatus.* Caluinus 4. Inſtitut. c. 2. §. 9. *Præcipuum communionis* (Papiſticæ) *vinculum, in miſſa eſt.* [*Miſſa.*] Vide eum Ibid. c. 18. §. 1. 3. 5. Whitaker ad Demonſtrationem 36. Sanderi, *In Euchariſtia, religionis Pontificiæ prora & puppis conſiſtit: Si quid Pontificij habent ſanctum, illud in Pontificio Euchariſtiæ ſacrificio continetur.* Sutclifius in Reſponſ. ad Exceptiones c. 1. ſec. 4. *In miſſa, ipſa anima Papiſmi conſiſtit.* Hoſpinianus part. 2. Hiſtoriæ fol. 112. *Neruus Regni Pontificij, miſſa. Martyr in locis tit. de Idololat. fugienda, p. 202. Miſſam, vulgò publicam profeſſionem Papatus, licet appellare,* Iuellus art. 1. diuiſ. 7. *Priuata Miſſa, eſt corona regni veſtri.* Et in Defenſ. Apologiæ part. 5. ca. 7. diuiſ. 1. *In priuata Miſſa, ſita eſt tota veſtra religio.* Similiter loquitur Kemnitius 2. parte Exam. tit. de Miſſa & alij. Et ſimiliter ſentiunt de Primatu [*Primatus.*] Pontificio: Nam ita Caluinus libro de Reformat. p. 70. *In Romanæ ſedis Primatu, conſiſtere, & ſe, & ſua omnia animaduertunt.* Whitaker contra Dureum l. 7. ſec. 18. *Eſt caput Papiſticæ religionis, ex quo vniuerſa fere alia pendent.* Et præfat. in Controu. quartam *Fateor quidem, Papam, rei Papiſticæ ſummam eſſe.* Et ibid. q. 7. ca. 1. *In Pontifice Romano, omnes illorum fortunæ, vt in vna naue poſitæ ſunt.*

Rainoldus in ſuo colloquio ca. 8. ſec. 6. *Ipſum eſſe & eſſentia Papiſtæ, conſiſtit in opinione Primatus Pontificij*. Iacobus Rex in præfat. Epiſtolæ monitoriæ, vocat Primatum Petri, *Romanæ religionis arcem: Idque iure* (vt air Moulins in ſua Denfenſ. p. 535. & Chamier in præfar. lib. de Ponrifice) Morton. in ſua Prouocar. l. 2. ca. 17. vocar Primarum & iuriſdictionem Papæ ſuper omnes Epiſcopos, *præcipuam arcam, & ſupremum pinnaculum templi Romani*. Ac l. 5. c. 26. *Columnam & fundamentum Romanenſis Eccleſiæ*. Sutclifius l. 1. de Eccleſia p. 204. *In Primatu fundatur omnis horum fides*. Ibid. p. 178. *Primatum Pontificis Rom. quo fundamento nititur vniuerſa prope Pſeudo-Eccleſiæ huius fides, nemo probare poteſt*. l. 2. p. 293. *In Cathedra Petri, vniuerſa fundatur Pontificiorum religio*. Reſponſ. ad excepriones p. 11. *In Primatu, Papiſmi anima ſita eſt*. Ciceſtrenſis in Tortura Torti p. 81. *Romæ ſubijci inde pendere, hæc veſtræ religionis ſumma*. Et p. 326. *Præcipuum fidei caput Papalis poteſtas*. Molinæus de Iudice controu. c. 6. *Primatus, eſt vna ex præcipuis noſtris controuerſiis*, Miniſtri Saxonici in colloquio Aldeburgenſi ſcripto 7. *Primatus Papæ, eſt neruus Anti-Chriſti Romani*: Idemque ſentiunr alij omnes Proteſtantes, atque id ipſum etiam factis agnoſcunt. Nam ſi quem Miſſam colere, & Primatum Pontificis Romani profiteri vident, Romano-Carholicum, ſeu Papiſtam eſſe, abſque omni dubio pronuncianr. Audiamus igitur eos confitentes, quid S. Gregorius de Miſſa, & primatu Pontificis Romani, ſenſerit.

Gregorius habuit Miſſam pro ſacrificio.

2. Lutherus l. de abroganda Miſſa to. 2. fol. 248. *Obijcient ſanctos, qui & hoc Canone* [Miſſæ] *vſi ſunt, & Miſſam pro ſacrificio habuerunt, vt Gregorium, Bernardum, & alios: Hîc Reſpondeo, nihil eſſe ſub cælo periculoſius, geſtis ſanctorum*. Tomo 5. in ca. 12. Marth. fol. 38. *Gregorius per totum mundum confirmauit illum errorem de Purgatorio, qui infinitos errores, & monſtra generauit, ſcilicet peregrinationes, Idololatriam ſanctorum, & Miſſarum venditionem, & veluti boni operis communicationem, in quibus* (inquit) *conſiſtit Papatus*. Ibid. in ca. 5. Galat. fol. 423. *Gregorius fuit author Miſſæ priuatæ, qua nulla vnquam fuit maior abhominatio in Eccleſia Noui Teſtamenti*. Tomo. 6. in c. 17. Geneſis fol. 210. *Credidit Gregorius operum præſidia, eleemoſynas, ieiunia, Miſſas*. Ibid. in c. 42. fol. 585. *Vnus Gregorius fons & author eſt fabularum de Purgatorio & Miſſarum pro defunctis*. Liber concordiæ Lutheranorum p. 28. *veteres ante Gregorium non faciunt mentionem priuatæ Miſſæ*. Item Melancthon in Apologia confeſſionis Auguſtanæ articulo de Miſſa. Magdeburgenſes Cent. 6. c. 13. col. 817. *Gregorius magnus plurima recenſet miracula in libris ſuis, præſertim verò in* * *Dialogis quæ palam confirmant fiduciam in Sanctos, Idololatriam, inuocationem mortuorum hominum, Miſſam impiam*. Et c. 10. col. 679. *ſuper corpora Petri, & Pauli, Miſſarum ſolemnia celebrari decreuit*. Col. 682. *Gregorius oblationes ac Miſſas creberrimè inculcat*. Et col. 664. aiunt, quòd Symachus, (Prædeceſſor Gregorij) *notas Anti-Chriſti habuit, Miſſam enim in formam redegit*. Ibid. c. 13. col. 819. Gregorius *In expoſitione Euangelij homil. 9, recitat quædam miracula pro confirmatione Miſſæ: mulier quædam, marito in captiuitatem abducto, peregre, exiſtimans eum mortem obijſſe, certis diebus curabat pro eo miſſam fieri: mirum dictu, quoties ſacrificulus miſſificabat, toties ei vincula, quibus erat conſtrictus, laxabantur*. Bullinger in 1. Tim. 2. *Gregorio Maximo miſſas maximè debemus*. Et lib. de Origine erroris Miſſę. *Hic eſt ille Gregorius, cui non modo infinitas ſuperſtitiones, ſed & omnium ſuperſtitionum caput, portentoſam Miſſam fecimus acceptam*. PerrusMartyr in locis tract. de Miſſa p. 126. *Neque apud veteres vllam mentionem inuenies priuatarum Miſſarum, vſque ad Gregorium*. Baleus Centuria 6. c. 68. numerat inrer errores Gregorij, quòd *Miſſas pro mortuis admiſit, Miſſarum ritus complanauit, ſuper Apoſtolorum mortua cadauera Miſſas celebrari mandauit*. Er c. 70. inquir. *De introductis* (in Angliam) *per Gregorium ceremonijs, in cantu, proceſſione, ſuffragijs, adorationibus, Miſſis, nihil hic dicam*. Parkerus in vira Auguſtini p. 42. Gregorius *Auguſtino, ad Miſſarum ſolennia celebranda, Pallium, item vaſa ſacra, Altarium veſtimenta, Eccleſiarum ornamenta, ſacerdotalia atque Clericalia indumenta, ſanctorum Apoſtolorum ac Martyrum reliquias, ſe miſiſſe* dicit. Humfredus ad Rat. quintam Campiani, p. 626. 627. *In Eccleſiam verò quid inuexerunt Gregorius, & Auguſtinus? onus ceremoniarum, Pallium Epiſcopale ad ſola Miſſarum ſolennia, Purgatorium, oblationem ſalutaris hoſtiæ, & preces pro demortuis, reliquias, tranſubſtantiationem, nouas conſecrationes templorum. Ex quibus omnibus*

Author Miſſæ priuatæ

Vide Kemnitium 2. part. Exam p. 826. 827.

* *l. 4. c. 55. 57. 58. homil 17.*

Confirmat miſſam

Vide Kemnitium 2. part. exam p. 177.

Miraculum pro miſſa.

Portentoſa Miſſa.

Miſſas pro mortuis.

Tranſubſtantiationem.

omnibus quid aliud quæſitum eſt, quàm vt indulgentiæ, Monachatus, Papatus, reliquumque ſuperſtitionis chaos extruatur? Hæc autem Auguſtinus magnus Monachus, à Gregorio Monacho edoctus & præculius, importauit. Ac pro his citat Epiſtolas & Dialogos Gregorij, & Fluidum in Fragmento deſcriptionis Britan. Hoſpinia. in Præfat. ad Hiſtor. Ieſuiticam. *Gregorius magnus, duarum præcipue rerum, quæ horribilem inclinationem, & ruinam Eccleſiæ attulerunt, Inuocationis nimirum hominum mortuorum, & Sacrificiorum pro mortuis author, & quaſi fundator fuit.* Szegedinus in ſpeculo Pontificum p. 50. *Alexander primus docuit Miſſæ ſacrificio peccata deleri: hunc imitatus Gregorius magnus, certus inſtituit dies, quibus in templo ſolemni ritu ſacrificaretur, & propoſuit delictorum veniam ad id ſolemne accedentibus.* Charion. in Chronico l. 4. *opinionem de oblatione Corporis Christi & Sanguinis Christi facienda pro mortuis, quæ horribilem peperit prophanationem Sacramenti, Gregorius comprobauit.* Parcus l. 4. de Euchar. c. 3. *Circa Annum Dom. 776. Miſſa & officium Romanum, cuius author præcipue Gregorius extiterat, non ſolùm decreto Rom. Synodi approbatum, ſed & Caroli Imperatoris authoritate alijs populis obtruſum fuit.* Iſacſon An. 593. *Gregorius introduxit in Eccleſiam, inuocationem Sanctorum, ſacrificium pro mortuis, purgatorium, &c.* Perkinſus in ſuo Problemate tit. de Miſſa priuata: *Miſſæ priuatæ, in Cœnobijs primò ortum habuerunt.* Gregorius l. 4. *Indict. 14. Epiſt. 43. alias c. 87. prohibet Miſſas publicas fieri in quodam Monaſterio, ne in ſeruorum Dei ſeceſſibus, popularibus præbeatur vlla occaſio conuentibus. Et ſimiliter l. 5. Epiſt. 46. alias c. 146. prohibet Miſſas publicas in loco quodam celebrari, vbi tamen Miſſam dici permittit. Vide etiam l. 7. Epiſt. 71.* Mortonus in ſua Prouocatione l. 1. c. 2. ſec. 17. *Quia tales animæ, (ait Gregorius) expetunt adiutorium viuorum, ſacrificium Altaris vtile illis eſt.* Hoſpinianus parte 1. Hiſtor. l. 2. p. 158. *Gregorius, ſacrificia & oblationes pro mortuis approbauit, & inſtituit.* Et p. ſeq. *Horribilem & pernitioſum hunc errorem* (de ſacrificio pro mortuis) *ſeu nubem quandam atram totum cælum occupantem, in Eccleſiam Chriſti induxit* (Satan) *per Gregorium.* Et l. 3. c. 7. refert ex Paulo Diacono hæc verba Gregorij: *Præſcius conditor noſtræ infirmitatis, ea poteſtate, qua cuncta fecit ex nihilo, & corpus ſibi ex carne ſemper virginis, operante Spiritu S. fabricauit, panem & vinum aqua mixtum, manente propria ſpecie, in carnem, & ſanguinem ſuum conuertit.* Idemque referunt ex Ioanne * Diacono Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. col. 678. item c. 13. col. 821. neque ei fidem detrahunt. Ex quibus Proteſtantium confeſſionibus euidenter habemus, quòd S. Gregorius coluerit Miſſam, & talem Miſſam, quæ ſit *Sacrificium, & oblatio pro defunctis, quæ fit in honorem ſanctorum, quæ ſit priuata, in qua eſt Tranſubſtantiatio, quamque Proteſtantes cenſent eſſe portentoſam impiam, & maximam abhominationem, atque horribilem ac pernitioſum errorem.* Ex quibus clariſſimè refellitur illorum * Proteſtantium impudentia, qui volunt Miſſam S. Gregorij, fuiſſe Proteſtantium communionem.

Sacrificium pro mortuis

Indulgentia

Miſſa priuata.

Sacrificium altaris.

Sacrificium pro mortuis.

Tranſubſtantiatio.

† *l. 2. c. 41.*

Qualis erat Miſſa Greg.

* *Iuel ar. 1. diuiſ. 31. ar. 1. diuiſ. 21. Raineld. collat. c. 8. ſec. 4.*

3. Similj modo fatentur S. Gregorium credidiſſe, & * exercuiſſe Primatum Pontificium. *Magdeburgenſes Cent. 6. c. 1. col. 16. Romani Pontifices, (& imprimis Gregorius) non lnſerunt modò Antichriſtum, ſed totis viribus eum expreſſerunt, & fundamenta eius iecerunt: ſumunt enim ſibi authoritatem ſupra alios Epiſcopos, multaque agunt, quæ ad neruos Antichriſti ſpectant.* Et ic. 7. col. 425. *Non deſtitit (Gregorius) iactitare de Eccleſiæ Romanæ excellentia, & ſuper alias iuriſdictione. Dicit Romanam ſedem, ſpeculationem ſuam toti orbi indicere. Idem ait, Apoſtolica ſedes omnium Eccleſiarum caput eſt: gloriatur Imperatorem, & Euſebium Coepiſcopum ſuum, profeſſos eſſe, quòd Conſtantinopolitana Eccleſia Apoſtolicæ ſedi ſit ſubiecta.* Et col. 427. *ſumebat ſibi ius Archiepiſcopos citandi, vt coram ſe cauſas dicerent, ſi eſſent accuſati.* Et Cent. 6. c. 10. col. 673. aiunt quòd Vigilius, Prædeceſſor Gregorij, *notis Antichriſti inſignis fuit, Nam inſtituit, vt Miſſam celebraturi, Orientem aſpicerent, Romanam Eccleſiam, aliarum matrem haberi voluit.* Ibid. col. 674. *Pelagius, notis Antichriſti inſignis fuit, Primatum Eccleſiæ Romanæ non à Synodis, aut ab hominibus, ſed ab ipſo Chriſto proueniſſe primus aſſeruit.* c. 4. col. 287. *Videtur Gregorius, Romanam, ſuper alias Eccleſias extollere.* Melancton tract. de Eccleſ. to. 2. p. 142. *Cur ſumit ſibi Gregorius imperium in alienas Eccleſias, cum quidem tam tragice declamitet, ſe abhorrere ab Vniuerſalis Epiſcopi appellatione?* Carion in Chron. l. 4. p. 419. *Gregorius cum tragicè declamitet ſe abhorrere ab Vniuerſalis Epiſcopi appellatione, id ſe tamen, quod titulus profitetur, vehementer cupiuiſſe, reipſa declarauit,*

Vide Harding. ſec. 7. c. 1. Sanderum de Viſib. Monarchia c. 7.

Totis viribus expreſſit Antichriſtum

Caput omnium Eccleſiarum

Mater Eccleſiarum.

Vindicat ſibi vniuerſalis Epiſcopi.

cùm imperium in alienas ſibi Eccleſias vſurpauerit. Petrus Martyr in caput 8. Iudicum *Gregorius hic ſanctulus voluit rem ipſam vniuerſalis Epiſcopi habere quamuis nomen & titulum perſtringeret. Nam, vt hiſtoria illorum temporum docet, & eius Epiſtolæ teſtantur, ab alijs Eccleſiis gubernandis non abſtinebat. Indicabat quidem à nomine temperandum, ne ſcilicet Patriarcha Conſtantinopolitanus eo titulo ſeſe Romano Epiſcopo vel præponeret vel æquaret.* Fulcus in ſua Confutat. p. 63. *Leo & Gregorius erant magni Promotores authoritatis Antichriſti.* Idemque habet in 2. Theſſalon 2. Whitakerus Controu. 4 q. 2. c. 5. p. 565. *Gregorium vero agentem cauſam propriam, & cum aduerſario ac riuali ſuo Conſtantinopolitano, de Primatu litigantem, minimè morandum cenſeo.* Et q. 4. c. 3. p. 645. *Gregorius quidem Papa, cum ſuam omnem ex Petro authoritatem deduceret, Primatum Petro tribuit, ſed Gregorium non moramur.* Cont. 1. q. 5. c. 6. *Gelaſius ſine modeſtia, ſuæ ſedis dignitatem, & priuilegia amplificat. Leo & Gregorius multo quidem verecundius ſcribunt: & tamen humilitatis Chriſtianæ cancellos longe multumque prætervehuntur. Hi Epiſcopi in ſuare non ſunt audiendi.* Daneus Controu. 4. l. 4. c. 5. *Inter Papas ipſos, fuit Gregorius primus.* Caluinus 4. c. 7. §. 12. *Nulla eſt vox in eius* (Gregorij) *ſcriptis, qua ſuperbius iactet Primatus ſui amplitudinem, quàm iſta: Neſcio quis Epiſcopus illi ſedi* (Romanæ) *non ſubijciatur, ſi culpa aliqua in Epiſcopis inueniatur.* Rainoldus in Colloq. c. 8. ſec. 5. *Fortaſſe ſua ſedis ſtudio ductus, cenſuit omnes Epiſcopos et ſubditos, ſi qua in eis culpa inuenitur.* Martyr in locis tit. de Capite Eccleſiæ p. 766. *Audiant Paparum omnium Coryphæum Gregorium.* Supra dictus Whitakerus Controu. 4. q. 4. c. 2. §. 9. loquens de facto quodam S. Gregorij ait, *Factum hoc eſt poſt annos fere ſexcentos à Chriſto quando poteſtas Romani Pontificis ad iuſtam pene magnitudinem creuerat.* Iacobus rex in Apol. pro iuramento fidelitatis: *Certamen illi erat de Primatu cum Patriarcha Conſtantinopol.*

Papam litigabat de Primatu

Primus inter Papas. Iactat primatum.

Paparum Coryphæus.

Certauit de Primatu.

4. Ex quibus Proteſtantium Confeſſionibus manifeſtè habemus, quòd Gregorius erat verus Papa, ſeu (vt ipſi loquuntur) *primus & Coryphæus Paparum*, & vendicabat Primatum, ac talem, qui *includitur in nomine vniuerſalis Epiſcopi, qui continet iuriſdictionem in alias Eccleſias, indicit ſpeculationem toti orbi, & habet omnes Epiſcopos ſibi ſubditos, ſi in eis culpa inuenitur*, & qui, (iudicio Proteſtantium) *eſt Antichriſtianus.* Quare nihil obeſt nobis, quod S. Gregorius titulum *Vniuerſalis Epiſcopi* recuſauerit, atque eum in Epiſcopo Conſtantinopolitano damnauerit, cum [fatentibus Proteſtantibus] rem ipſam illo titulo ſignificatam vendicauerit, nec ſit titulus aut nomen, ſed res, quæ facit Papam, ſeu Papiſtam. In quo autem ſenſu illum titulum damnauerit S. Gregorius, & iure damnandus ſit, euidens eſt ipſis S. Gregorij verbis, nempe, *vt vnus *ſolus ſit veri nominis Epiſcopus* l. 7. Epiſt. 69. *ſi vnus, vt putat, vniuerſalis eſt, reſtat, vt vos Epiſcopi non ſitis.* Ibid Epiſt. 30. *ſi vniuerſalem me Papam veſtra ſanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur vniuerſum.* Idque fatetur Fulco in 2. Theſſal. 2. Nota 9. his verbis: *Ioannes Conſtantinopolitanus volebat transferre authoritatem omnium Epiſcoporum ad ſuam ſedem & ſuam perſonam, aſſumendo titulum vniuerſalis Epiſcopi.* Puttocus etiam, ſeu Vſſerius in Replica ad Malonium p. 61. inquit, *Ioannes voluit plus eſſe, nempe ſolus Epiſcopus ac vniuerſalis Patriarcha.* Iure igitur optimo damnabat Gregorius titulum *vniuerſalis Epiſcopi*, in eo ſenſu in quo eum Ioannes vendicabat, nec tamen vllum præiudicium propterea ſuo primatui inferebat, qui non exigit, vt ſit ſolus Epiſcopus, ſed ſolum, vt ſit ſupra omnes Epiſcopos. Addo etiam, quòd vt ex Lindano, & Coſtero refert *Mortonus atque approbat, differunt *Vniuerſalis Epiſcopus, & vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus*, illum improbauit Gregorius, non iſtum, in quo ſaluus manet primatus Pontificius, & qui coincidit cum titulo *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus*, quo vſi ſunt nonnulli antiqui Pontifices, vt Leo Epiſt. 12. 13. 54. 97. Victor Epiſt. 1. Sixtus Epiſt. 2. & alij.

Qualis erat Primatus S. Gregorij.

† l. 4. Epiſt. 32. 34. 36. 37. 38. l. 6. † ep. 24

† Tom. 1. Apol l. 3. c. 35. Et in Appel. l. 1. c. 2. ſec. 29.

Proteſt. fatentur Greg. fuiſſe Papiſtam.

5. Et quidem, tam euidens eſt, quod S. Gregorius non fuerit Proteſtans, ſed Romano-Catholicus ſeu Papiſta, vt Baleus Cent. 1. c. 69. dicat: *Miſit Gregorius Auguſtinum Monachum Romanum, cum ſocijs ad Anglos, non vt Chriſtum illic doceret, ſed vt Romanam religionem, hominum mandatis & traditionibus refertam, introduceret.* Et c. 72. *Gregorius in eandem* (Britanniam) *ad Auguſtinum ſcribens, Papiſmum induxit.* Ac Cet. 13. c. 1. *Auguſtinus à Gregorio primo ad Angloſaxones Papiſticis traditionibus initiandos*

Vide etiam 16. c. 68.

Gregorius docuit Romanam religionem. Papiſmum Miſſas.

Apoſtolus

Apoſtolus primus mittebatur — moxque introduxit Altaria, veſtes, imagines, Miſſas, ca- *Miſſas.*
lices, cruces, candelabra, thuribula, vexilla, vaſa, vt vocat ſacra, luſtrales aquas, &
Romanarum ceremoniarum codices, quos cum D. Petri benedictione miſit illi Gregorius: nam
primi eorum ſtudia erant circa Miſſarum oblationes. Simpſon in Chronico Cent. 6.
Gregorius, primus fuit quod legimus, qui ſcribit de ſacrificijs offerendis pro releuandis ani-
mabus cruciatis in purgatorio. Et in Concilijs Cent. 6. *Gregorius, multa Anathemata*
tulit, & inter alia, contra presbyterum aut Diaconum, qui vxorem duxerit. Parkerus in *Gregorius*
vita Auguſtini p. 42. *Romana Eccleſia etiam Gregorio præſidente, & authore, harum* *author.*
omnium ſuperſtitionum caput, & origo fuit. Ibid. *Romani Pontificis in Eccleſias principatus,*
in hac Anglicana Eccleſiæ origine atque fundatione, incepit. Item Humphr. ad Rationem
3. Campia. p. 374. *Non enim Petro ſimilis fuit Gregorius pater primus ſuperſtitionum &* *Magnus*
magnus fundator Papiſticæ fabricæ. Et quidem *Gregorius, magnus Pontifex maximus,* po- *fundator*
nitur à Mortono in Catalogo Pontificiorum Authorum, ex quorum, (vt pote ad *Papiſticæ*
uerſariorum ſuorum) teſtimonijs, in ſua Apologia probare vult, Proteſtanticam *fabricæ.*
religionem eſſe vere Catholicam, licet poſtea ſui oblitus, in ſua *Prouocatione,* ne-
get eum fuiſſe Papiſtam. Oſiander Cent. 6. *In pluribus articulis turpiter, & Ponti-*
ficie hallucinatus eſt: Nam & libero arbitrio, & bonis operibus nimium tribuit, cælibatum
miniſtrorum acriter vrſit, inuocationem ſanctorum, eorumque cultum, ſed & imaginum Ido-
latricam venerationem approbauit, palliauit, & defendit: ſimilia habet Carion li. 4. *Coluit.*
Chron. Molinæus lib. de Traditionibus c. 24. p. 271. *Gregorius primus miſit in An-* *imagines.*
gliam Auguſtinum Monachum, non ad plantandum Chriſtianiſmum, qui prius illuc introdu-
ctus fuerat, ſed ad plantandam ibi authoritatem Papæ. Scharpius de Notis Eccleſiæ *Hodierna*
nota 3. col. 353. *Eccleſia Romana Anti-chriſtiana, quæ eſt hodie durauit à Gregorij primi* *Eccleſia*
tempore, circiter annum Chriſti 600 Vnde Whitakerus Contr. 3. q. 5. c. 2. ait quòd *Romana.*
teſtimonium Gregorij in quæſtione de Primatu, *nullius eſt momenti, quia non eſt*
æquum vt Papa in ſua cauſa iudicet. Atque hinc eſt, quòd Fulco in *Confutat. Purgato-*
rij, vocet conuerſionem Angliæ per Gregorium, & Auguſtinum, *Peruerſionem,*
& Daneus Controu. 4. l. 4. c. 12. *Inebriationem Meretricis.* Quod autem Morto-
nus in ſua *Prouocatione* l. 1. c. 5. ſect. 1. p. 60. dicat eos non intelligere ſimpliciter,
ſed ſecundum quid, friuolum eſt, tum quia id non probat, tum quia verba eo-
rum abſoluta ſunt, quæ voluntarie exponere per *Secundum quid,* Sophiſticum eſt:
tum demum, quia Daneus vocat eam talem inebriationem, qualis refertur
Apocalypſis 17. quæ eſt Inebriatio ſimpliciter: Ac Baleus ait, quòd Gregorius
miſit Auguſtinum ad Anglos, *non vt Chriſtum doceret.* Humfredus ad Rat. 5. Cam-
piani p. 624. *Auguſtinus Pſeudo-Apoſtolus Euangelium Ieſu Chriſti hic non ſeminauit.* Et
Parkerus in Antiq. c. 15. p. 35. *Cæremoniarum profecto fuit hic Romanorumq; rituum,*
non Chriſtianæ fidei, aut Diuini verbi Apoſtolus Anglis. Si autem Chriſtum non do-
cuit, nec eius Euangelium ſeminauit, nec fidem Chriſtianam docuit, fuit peruer-
ſio ſimpliciter. Ex omnibus autem Proteſtantium confeſſionibus de Papiſtica
fide S. Gregorij, apparet, qua fronte Iuellus in famoſa ſua Concione An. 1560. *Impudentia*
exclamauerit, *ô Gregori, ô Auguſtine &c. Si nos errauimus, vos decepiſtis, vos ita tradidi-* *Iuelli.*
ſtis vos ita præcepiſtis, à vobis iſta accepimus, à vobis ſic didicimus. Et Whitaker. ad Rat. 5.
Campia. p. 26. *Audi campiane, quam ea die Iuellus vocem veriſſimam, ac conſtantiſſimam*
emiſit, &c. Et eſt omnium noſtrum profeſſio, idem omnes pollicemur, fidem non fallemus, ſed
(vt rectè aiebat S. Auguſtinus) *Hæreticorum frons, non eſt frons, ſi non membrum corporis*
quod fecit Deus, ſed pudorem intelligas. Quo modo enim à Gregorio potuerunt di-
dicisse Proteſtantiſmum, qui Miſſam priuatam (ipſorum iudicio) impiam, ſa-
crificia, & oblationes pro mortuis, credidit, qui eſt fons Miſſarum, qui tran-
ſubſtantiationem docuit, qui totis viribus Antichriſtum expreſſit, ſumpſit ſibi iu-
riſdictionem ſuper alios Epiſcopos, qui rem ipſam vniuerſalis Epiſcopi vehe-
menter cupiuit, qui litigabat de Primatu, cenſuit omnes Epiſcopos ſibi ſubdi-
tos, ſi qua culpa in eis inueniretur, Rom. Eccleſiam eſſe caput omnium Eccle-
ſiarum, qui fuit primus inter Papas, & Coryphæus Paparum.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

QVOD FIDES, SEV DOCTRINA SANCTI AVGVSTINI & ſociorum, fuerit Romano-Catholica, ex ipſorum dictis, & factis oſtenditur.

Credebant primatum Papæ.

1. IN primis enim credebant Primatum Romani Pontificis: Nam ita ſcribunt S. Laurentius, Mellitus, Iuſtus, tres Epiſcopi, ac ſocij S. Auguſtini apud Bedam l. 2. c. 4. *Dum nos ſedes Apoſtolica, more ſuo, ſicut in vniuerſo orbe terrarum, in his occiduis partibus ad prædicandum gentibus Paganis dirigeret, atque in hanc Inſulam Britanniæ contigit introiſſe &c.* En vt profiteantur, quòd mos fuit ſedis Apoſtolicæ, mittere ad prædicandum gentibus Paganis in vniuerſo orbe terrarum, quod non poterant credere rectè factum eſſe, niſi crediđiſſent ſedem Apoſtolicam iuriſdictionem habere in totum orbem terrarum; Quo modo enim mitteret prædicatores in totum orbem terrarum, qui non haberet poteſtatem ſpiritualem in totum orbem terrarum? Accedit, quòd Auguſtinus credidit, Romanum Pontificem poſſe ſibi ſubijcere omnes Britanniæ ſacerdotes: Nam itâ S. Gregorius ad ipſum, in Beda l. 1. c. 29. *Vna fraternitas, omnes Britanniæ ſacerdotes habeat Deo Domino noſtro Ieſu Chriſto authore ſubiectos*: Itemque ius inſtituendi duos Archiepiſcopatus, & ſub vtroque duodecim Epiſcopos: & in oratione ſua ad Regem Ethelbertum, apud Capgrauium in vita eius, vocat Gregorium Papam, *Totius Chriſtianitatis Patrem.* Præterea ex Proteſtantium ſententia S. Auguſtinus ſuperſtes erat, cum Bonifacius tertius, (quem volunt eſſe primum [a] Papam, & Antichriſtum) creatus eſt: ſaltem ſuperſtites erant prædicti ipſius ſocij, nec tamen illius Primatui vllo pacto reſiſtebant, ſed ſaltem tacitè eum approbabant: Imo S. Mellitus [vt refert Beda l. cit.] *venit Romam, de neceſſarijs Eccleſiæ Anglorum cauſis, cum Apoſtolico Papa Bonifacio tractaturus. Et cùm idem Papa Reuerendiſſimus cogeret Synodum Epiſcoporum Italiæ, de vita Monachorum, & quiete ordinaturus, & ipſe Mellitus inter eos aſſedit, vt quæ erant regulariter decreta, ſua quoque authoritate, ſubſcribens confirmaret, ac in Britanniam rediens, ſecum Anglorum Eccleſiæ mandata atque obſeruanda deferret, vna cum Epiſtolis, quas idem Pontifex Deo dilecto Archiepiſcopo Laurentio, & Clero vniuerſo, ſimiliter & Ethelberto Regi, atque Genti Anglorum direxit.* Niſi igitur Proteſtantes impudens ſuum commentum, quod Bonifacius III. omneſque eius ſucceſſores fuerint Antichriſti, negare voluerint, negare non poterunt S. Auguſtinum, eiuſque ſocios fuiſſe Papiſtas: Item Bonifacius V. apud Bedam l. 2. c. 8. ſcribens S. Iuſto, vni ex ſocijs & ſucceſſoribus Auguſtini laudat eum, quòd *vigilanter pro Chriſti Euangelio laborauerit*, & quod *Regem Edbaldum ad veræ conuerſionis, & indubitatæ fidei credulitatem perduxerit*, eique Pallium mittit. Honorius etiam Papa *Bonifacij ſucceſſor* (inquit Beda l. 2. c. 17. in literis ad Regem Eduinum conuerſum à S. Paulino, alio ſocio S. Auguſtini) aſſerit; *Ita Chriſtianitatis veſtræ integritas circa Conditoris ſui cultum, fidei eſt ardore ſuccenſa, vt longè lateque reſplendeat, & in omni mundo annunciata, veſtri operis multipliciter referat fructum.* An autem credibile eſt, quòd hi Papæ ita laudarint fidem ſeu doctrinam ſociorum S. Auguſtini, niſi illi Primatum eorum credidiſſent?

[a] *Vvitaker Cot tron. 4. q 5 c. 3. & ad Demonſt ſecundam Sanderi Magdeb. Cent. 7. c. 7. Col. 228. Lutherus l Con Pap to 7. fol. 455 Parker in Antiq p. 43. P. Martyr. in locis hiſt de Schiſmat. p. 805. Morton in Prono. at. p 72.*

Miſſam faciebant.

2. Miſſam etiam colebant: Nam ita Beda l. 1. c. 26. *In hac* (Eccleſia S. Martini) *& ipſi primo conuenire, pſallere, orare, Miſſas facere, prædicare, & baptizare cæperunt.* Quod autem eorum Miſſæ fuerunt Romanæ ſeu Papiſticæ, non autem Proteſtantica communio, patet manifeſtè: primo, quia oppoſitum nulla ratione probatur, ſed tantum impudenter aſſeritur. Secundò, quia [*] ſupra audiuimus Proteſtantes confitentes quòd Miſſa S. Gregorij fuit Papiſtica. Tertiò, quia (vt memorat Beda l. 1. c. 29.) *Gregorius miſit S. Auguſtino vniuerſa, quæ ad cultum erant ac miniſterium Eccleſiæ neceſſaria, vaſa ſcilicet ſacra, & veſtimenta Altarium, ornamenta quoque Eccleſiarum, & Sacerdotalia vel clericalia indumenta, ſanctorum quoque Apoſtolorum ac Martyrum*

[*] *c. 20. 9. 2.*

ac Martyrum reliquias. Huiuſmodi autem neceſſaria non ſunt ad Proteſtanticam Communionem, ſed ad Miſſam Papiſticam: vnde Parkerus in Antiq. Btitan. p. 46. vocat hæc, *Trimales nugas:* Et p. 42. ait de eiſdem, *Ex quibus videmus, quantæ tum in Romana Eccleſia cæcitates, & errores irrepſerant.* Ac Baleus Cent. 13. c. 1. *Auguſtinus introduxit altaria, veſtes, imagines, Miſſas, calices, cruces, candelabra, thuribula, vexilla, vaſa [vt vocaut] ſacra, luſtrales aquas, & Romanarum Ceremoniarum codices, quos cum D. Petri benedictione miſiſſet illi Gregorius: Nam prima eorum ſtudia erant circa Miſſarum oblationes, Epiſcopales ſedes, proceſſiones,* Eademque habet Oſiander Cent. 6. & Humfredus lib. 5. citato. Iuellus defenſ. Apolog. part. 2. c. 5. diuiſ. 1. ait, *Quis vnquam Romæ Epiſcopus, ante Auguſtini illius Anglienſis tempora, doctrinam veſtram defendit? vel (vt ante dixi) quis vnquam, ante id tempus, Romæ Epiſcopus, Miſſam veſtram priuatam, aut dixerit, aut nouerit?* Quod eſt tacitè fateri S. Auguſtinum, & doctrinam Papiſticam docuiſſe, & Miſſam priuatam coluiſſe. Cum igitur ex ſententia Proteſtantium (vt ſupra vidimus) eſſentia Romanæ ſeu Papiſticæ religionis ſita ſit in Primatu Pontificis Romani, & Miſſa, negare non poſſunt S. Auguſtinum, & ſocios, Papiſticam religionem docuiſſe: ſed adhuc alias plures Romanæ religionis eorum notas videamus.

Auguſt. nus dixit Miſſam priuatam.
c. 10.

3. In primis enim educatus fuit Auguſtinus in Romana Eccleſia. Sic enim ſcribit S. Gregorius ad ipſum apud Bedam l. 1. c. 27. *Nouit fraternitas tua Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, in qua ſe meminit nutritam.* Deinde fuit Monachus in Monaſterio S. Gregorij, adeoque manifeſtum eſt, eum fuiſſe Monachum, vt Proteſtantes cum contemptim vocent *Auguſtinum* [b] *Monachum*; aliquando *Italicum* [c] *ſeu* [d] *Romanum Monachum.* Monachi autẽ (vti agnoſcit Camden. in ſua Britan. p. 427.) *paupertatis, obedientiæ, & Caſtitatis votis obſtringebantur.* Quidam aſſerit, quod, Auguſtinum, & ſocios fuiſſe Monachos Benedictinos, *vetuſti ſcriptores Angli omnes, magno conſenſu tradunt.* Et quidem fuiſſe S. Auguſtinum eiuſque ſocios Monachos, omnes magno conſenſu tradunt, at fuiſſe Benedictinos, ne vnus quidem vetuſtus ſcriptor Anglicus, non [e] Aldelmus, non Beda, non Ethelwerdus, non Edmerus, non Malmeſburienſis, non Florentius, non Ingulfus, non Huntington. Imo Seldenus notis ad Edmerum p. 215. ait, *Fateor, apud veteres rerum noſtralium conſarcinatores, minime diſertis verbis (ſi bene memini) alicubi doceri, Auguſtinum ex ſodalitio fuiſſe* [f] *Benedictino.* Quod autem addit apud Hiſtoricos Anglos, eoſdem fuiſſe Monachos & Benedictinos, non ſolùm gratis dicitur, ſed etiam clare refellitur, quia Scotos & Britones, vocant Monachos, quos tamen Benedictinos non fuiſſe, etiam ex ipſorum [g] Benedictinorum confeſſione conſtat. Deinde, quia aliàs illius temporis Epiſcopi ac Reges, in chartis ſeu diplomatibus datis in fauorẽ Benedictinorum, ſuperflue addidiſſent nomen S. Benedicti, voci *Regulæ*, aut *Monachi*, ſi tunc temporis idem fuiſſent, *Regula*, & *Regula S. Benedicti*, *Monachus & Monachus S. Benedicti*. Addidiſſe autem, conſtat ex diplomatibus regum [h] Centuini, Inæ, & aliorum. Imo Ethelbaldus Rex Merciorum in charta fundationis Monaſterij Crolandenſis, apud Ingulfum p. 851. profitetur ſe fundare *Monaſteriũ nigrorũ Monachorũ ſub norma S. Benedicti*, quia nimirũ quidam Monachi, qui *normam ſuſceperant S. Benedicti, nigredinẽ tamen veſtium, aliaſque obſeruationes, à Sancto Columbano ſumpſerunt*, vt teſtatur Ordericus Vitalis Hiſt. Eccleſ. l. 8. ad An. 1094. Nobis autem ſufficit, quod fuerint Monachi Rom. Eccleſiæ alumni. Præterea, cum Angliam intrarent *veniebant* (inquit Beda l. 1. c. 25. *crucem pro vexillo, ferentes argenteam, & Imaginem Domini ſaluatoris in tabula depictam, litaniaſque cantantes;* Cuiuſmodi autem hæ litaniæ fuerint, docet ipſe Beda homilia in Dominicam ſecundam Quadrageſimæ, his verbis, *ſanctorum tuis, inter Litanias, expetenda ſuffragia.* Et Baleus Cent. 1. c. 68. cenſet Litanias per S. Gregorium inſtitutas, fuiſſe *ſuperſtitioſas.* Vbi Cantuariam ingreſſi ſunt (ait Beda l. 1. c. 26.) *Apoſtolicam Primitiuæ Eccleſiæ vitam imitari, orationibus videlicet aſſiduis, vigilijs ac ieiunijs ſeruiendo, & in Eccleſia S. Martini primo conuenire, pſallere, orare, Miſſas facere, cæperunt.* Nunquid aliquid horum non Papiſticum? Ecquid aliquid Proteſtanticum? Quorum genius eſt, cruces frangere, imagines demoliri, vigilias ac ieiunia contemnere, Miſſas execrari! Narrat etiam idem Beda c. 26. quod Auguſtinus interrogauit Gregorium, quo

b Vbitak. ad Rat. 10.
Parker. in Antiq. p. 25.
Morton l. 2. Apol. c. 17.
c Iuel. Apol. part. 5. c. 2. diu. 1.
d Godwin. in Archiep. n. 1.
e Vide infra in R. Ina.
f Vide Trophæ. p. 198
g Trophæ. p. 16. 261.
h Apud Vſſer de Antiq. Brit. c. 6. p. 112. 113.
A Quo habent Benedictini nigrum habitum Vide Fran. Modium de origine ordinum Et Broughtonum de Monachis c. 21. Holinshed. l. 5. c. 19.

modo diſtribuenda ſunt, *quæ de fidelium oblationibus accedunt Altari*: quibus ceremonijs vtendum ſit in celebratione Miſſæ, & c. 29. refert Gregorium conceſſiſſe pallium Auguſtino, *ad ſola Miſſarum ſoleunia agenda*. Et c. 30. iubet *Auguſtinum aſpergere aquam benedictam* in fanis Paganorum, & permittere Anglis in die Dedicationis Eccleſiæ, vel Natalitijs ſanctorum Martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, feſta agere c. 33. memorat, quod S. Auguſtinus, Eccleſiam in nomine Saluatoris ſacrauerit, & Monaſterium conſtruxerit, eiuſque hortatu, rex Ethelbertus Eccleſiam BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli, à fundamentis ædificauerit; & l. 2. c. 3. refert, quòd Eccleſia illa ab Ethelberto erecta, habuerit *pene iu medio ſui, altare, iu honorem Papæ Gregorij dedicatum, iu quo per omue Sabbatum à ſacerdote loci illius, Agendæ illorum*, (Auguſtini & ſociorum) *ſoleuniter celebrautur*. Et ibi. c. 2. quòd Auguſtinus exegit à Britonibus, vt *miniſterium baptizandi iuxta morem Romanæ, ſanctæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ complerent*. Denium idem Beda l. 2. c. 14. narrat S. Paulinum ſocium S. Auguſtini, vſum fuiſſe *Altari-lapideo*: Et c. 20. *Cruce magna aurea & calice* magno aureo conſecrato *ad miniſterium Altaris*: Quî quæſo potuiſſet Beda clarius deſcripſiſſe faciem modernæ Romanæ Eccleſiæ? quæ non aliter, quàm S. Auguſtini tempore, crucibus, imaginibus, Altaribus, Reliquijs, aqua benedicta, Eccleſiæ, & altarium ornamentis vtitur? Non aliter conſtruit Eccleſias in honorem ſanctorum, eas aqua benedicta conſecrat, diem Dedicationis earum obſeruat, in illis Altaria in honorem ſanctorum erigit, & reliquias reponit. Non ſecus ac Auguſtinus, ieiunijs, vigilijs, litanjs, Miſſis, ac mortuorum officio, Deum colit. Demum, non aliter ac Auguſtinus, agnoſcit in Pontifice Romano authoritatem mittendi prædicatores in Angliam, ibique Epiſcopos conſtituendi, ijſque Pallia mittendi, Epiſcopatus erigendi, & cui volet, omnes Britanniæ ſacerdotes ſubdendi. His omnibus addo, quod Camdenus in ſua Btitan. p. 564. ſcribit, *Almoubury villa erat regia, baſilicamque habuit à Pauliuo huius geutu* [Northumbrorum] *Apoſtolo, couſtructam, & Albano Sacratam: vude pro Albonbrij, Almonburij, uuuc dicitur*. Et p. 565. ait prope extitiſſe crucem, *in qua inſcriptum fuit, Paulinus hic prædicauit, & celebrauit.*

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

QVOD DOCTRINA SANCTI AVGVSTINI ET ſociorum, fuerit Romano-Catholica, probatur ex religione primitiuæ Eccleſiæ Anglicanæ.

1. VT quæ de Romano-Catholica religione Primitiuæ Eccleſiæ Anglicanæ dicturus ſum, ad certam methodum reducam; primo eam oſtendam ex modo eius colendi Deum, & ſanctos: ſecundò, ex vſu Sacramentorum, & tertio, ex Primatu Pontificis, quem credebat, & in quo Proteſtantes aſſerunt eſſentiam Papiſmi conſiſtere. Primo igitur dedicabant Eccleſias ſuas in honorem ſanctorum: Beda l. 3. c. 17. *Cùm fabricata ibi* (Lindisfarni) *eſſet Baſilica maior, atque in honorem Beatiſſimi principis Apoſtolorum dedicata*, l. 5. c. 21. *Hagulſtadeuſis Eccleſia in honorē B. Apoſtoli Andreæ dedicata eſt*. Secūdo. Eccleſias aqua benedicta conſecrabant. Beda l. 5. c. 7. *Miſerat Epiſcopus mulieri, quæ infirma iacebat, de aqua benedicta, quam iu dedicatione Eccleſiæ conſecrauerat*. Tertio, plura Altaria in diuerſis Capellis eiuſdem Eccleſiæ, in honorem ſanctorum erigebant, in eiſque reliquias reponebant: Beda l. 5. c. 21. *Acca dabat operam, vt acquiſitis vndique reliquijs beatorum Apoſtolorum, & Martyrum Christi, in veuerationem illorū, poueret altaria, diſtinctis porticibus, iu hoc ipſum intra muros Eccleſiæ eiuſdem*. Quartò, ponebant reliquias in thecis: Beda l. 4. c. 32. *cum die quodam iugreſſus Eccleſiam, aperuiſſet thecam reliquiarum*. Et l. 3. c. 6. *Manus* [S. Oſualdi] *loculo incluſa argenteo, in Eccleſia S. Petri ſeruantur*

Dedicabant Eccleſias in honorem ſanctorum

Cum aqua benedicta.

Habebant plura altaria in eadem Eccleſia.

Colebant reliquias.

Orabant coram cruce.

uantur. Et c. 11. *Tota oſſa* (S. Oſualdi) *intulerunt in thecam, quam in hoc præparauerant, atque in Eccleſia iuxta honorem congruum poſuerunt.* Quinto, honorabant, & oſculabantur reliquias ſanctorum: Beda l. 3. c. 6. ait, quòd manus S. Oſualdi *digno honore à cunctis venerantur.* Et l. 4. c. 30. *Ipſa indumenta, quaſi patris* (Cutberti) *adhuc corpori circundata, miro deoſculabatur affectu.* Et c. 32. *Cũ accepiſſet capillos S. Capitis, appoſuit palpebræ languentis, credens ſuum oculum capillis viri Dei quibus attactus erat, ocius eſſe ſanandum: Neque eum ſua fides fefellit.* Sextò, orabant coram cruce: Beda l. 3. c. 2. *Oſualdus ſignum S. Crucis erexit, & flexis genibus Deum deprecatus eſt.* Ibique erectio Crucis vocatur ſignum fidei Chriſtianę his verbis: *Nullum fidei Chriſtianæ ſignum, nulla Eccleſia, nullum altare, in tota Bernitiorum gente erectum eſt, priuſquam hoc ſacræ crucis vexillum, nouus militiæ Ductor, dictante fidei deuotione pugnaturus ſtatueret.* Et ſi erectio Crucis erat ſignum fidei Chriſtianæ, certe demolitio tot Crucum in Anglia erit ſignum perfidiæ Antichriſtianæ. Septimò, ſeipſos, & alios ſignabant ſigno S. Crucis: Beda l. 4. c. 14. *Cedmon ſignans ſe ſigno S. Crucis, reclinauit caput ad ceruical, modicumque obdormiens, ita cum ſilentio vitam finiuit.* l. 5. c. 2. *Ioannes Epiſcopus apprehendens mutum de mento ſignum S. Crucis linguæ eius impreſſit.* Et c. 22. *Omnis Eccleſia ſignum S. Crucis in fronte portare conſueuit, vt crebro vexilli illius munimine, à malignorum ſpirituum defendatur incurſibus.* Octauo, vtebantur in Eccleſijs ſuis altaribus lapideis, calicibus, crucibus, luminaribus, ornamentis altarium, veſtibus ſacerdotalibus, & alijs eiuſmodi, quibus modo Catholici vtuntur. Beda l. 5. c. 21. *Acca, vaſa ſancta, luminaria, & alia huiuſmodi, quæ ad ornamentum domus Dei pertinent, ſtudioſiſſime parabat.* l. 2. c. 14. *Euaſit ignem altare, quia lapideum erat.* Et ibid. c. 20. *Attulit & crucem magnam auream, & calicem aureum conſecratum ad miniſterium Altaris,* l. 5. c. 11. *Heuualdi habebant ſecum vaſcula ſacra, & tabulam, Altaris vice dedicatam.* l. 5. c. 20. canitur de S. Wilfrido, quòd Eccleſiam, quam S. Petri nomine ſacrauerat.

Orabant coram cruce.

Signabant ſe cruce.

Habebant Altaria

> —— *Auro, ac Tyrio deuotus veſtijs oſtro,*
> *Quin etiam ſublime Crucis radiante metallo*
> *Hic poſuit tropheum* ——

Ornatus Eccleſiarum

Quæſo (Lector) quid his maiorum noſtrorum Eccleſijs defuit, quod in Catholicis Eccleſijs moderni temporis inuenitur? Nunc quales fuerint eorum ſacerdotes, ac religioſi, qui in his Eccleſijs, ſacris operabantur, videamus.

2. Nono igitur (ait Beda l. 5. c. 22.) *Attondebantur omnes in coronam, miniſtri altaris, & Monachi.* Et c. 24. *Plures in Gente Northumbrorum, tam nobiles, quam priuati, ſe ſuoſque liberos, depoſitis armis, ſatagunt ſe, accepta tonſura, Monaſterialibus aſcribere votis.* Tonſura autem (ait Baleus Cent. 14. c. 21.) eſt *Romanæ Beſtiæ character.* Decimo, ſacerdotes & Religioſi, caſtitati ſeruandæ obligabantur. Beda l. 5. c. 22. *Oportet eos, qui vel Monachi votum, vel gradum Clericatus habentes, arctioribus ſe neceſſe habent pro Domino continentiæ frænis aſtringere.* Et l. 1. in Lucam. c. 1. *Vbi noſtri temporis ſacerdotibus, quibus ſemper altari iubetur aſſiſtere, perpetuò ſeruandæ caſtitatis exemplum datur.* Monachi etiam vouebant obedientiam l. 4. c. 5. *Monachi maneant in ea obedientia, quam tempore ſuæ conuerſionis promiſerunt.* Itemque paupertatem l. 4. c. 11. *Rex Sebbi, cum habitum religionis indueret, attulit & ſummam pecuniæ non paruam pauperibus erogandam, nil omnimodis ſibi reſeruans, ſed pauper ſpiritu magis propter regnum cælorum manere deſiderans.* Viuebant etiam iuxta certam regulam ipſis præſcriptam l. 5. c. 20. Dicitur de S. Wilfrido.

Sacerdotes tondebantur

Obligabantur caſtitati Camden p. 437. ſuo Britan. Vide etiam l. 3. de taber c. 9.

Obedientia. Paupertati.

> —— *Monachorum examina crebra*
> *Colligit, & monitis, cauit quæ regula Patrum,*
> *Sedulus inſtituit* ——

Et in vita S. Cutberti c. 29. *Ea quoque, quæ per meum miniſterium, vobis diuina pietas inſtituta vitæ Regularis dare dignata eſt, exercere ſolicite.* Vides, quòd ſacerdotes ac Monachi apud maiores noſtros, ijdem prorſus erant cum noſtris; nempe attonſi, votis caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis, certo habitui, & Regulæ viuendi

Monachi viuebant iuxta certam Regulam

aſtricti: modo videamus, quem in finem Monaſteria erexerint, vel ingreſſi fuerint, qualemque vitam illic egerint.

3. Vndecimò, Monaſteria erigebant aut intrabant, aut Romam peregrinabantur ob redemptionem animarum ſuarum, ob expiationem peccatorum, aut ob maiorem mercedem apud Deum. Beda in vitâ S. Cutberti c. 7. *Cum regi Alfredo placeret, pro Redemptione animæ ſuæ, locum quendam regni ſui, qui in Rippon vocatur, ad conſtruendum ibidem Monaſteriū Eatæ Abbati donare* &c. l. 3. Hiſtor. c. 14. *Caſtigandi facinoru gratia, Monaſterium conſtructum eſt, in quo pro vtriuſque regis, & occiſi videlicet, & eius, qui occidere iuſſit, animæ Redemptione, quotidie Domino preces offerri deberent.* Ibid c. 18. *Sigebertus Rex, relictu regni negotijs intrauit Monaſterium, quod ſibi fecerat, atque accepta tonſura, pro æterno magis regno militare curabat.* l. 4. c. 12. *Ceadualla, cum imperium duobus annis tenuiſſet, tandem ſuperni regni amore compunctus, illud reliquit.* Et l. 5. c. 7. *Relicto imperio propter Dominum regnumque perpetuum, venit Romam.* Ibid. *Ina, relicto regno, & iunioribus commendato, ad limina B. Apoſtolorum profectus eſt, cupiens in vicinia horum ſanctorum ad tempus peregrinari in terris, quo familiarius à ſanctis recipi mereretur in cælis: quod his temporibus plures de gente Anglorum, nobiles ignobileſque, laici & Clerici, viri & fœminæ, certatim facere conſueuerunt.* l. 5. c. 20. *Offa Rex, reliquit vxorem, agros, cognatos, & patriam, propter Chriſtum, & Euangelium, vt in hac vita centuplum acciperet, & in ſæculo venturo vitam æternam.* Florentius etiam An. 682. *Egfridus Rex Northumbrorum, pro Redemptione animæ ſuæ, quadraginta familiarum terram Abbati Benedicto donauit:* Ingulfus p. 855. refert hanc Chartam Ethelbaldi Regis; *Ego Ethelbaldus Rex Merciorum, pro amore cæleſtis patriæ, & pro Redemptione animæ meæ, ſtatuendum eſſe promdi, vt eam per bona opera liberam efficerem ab omni vinculo delictorum:* S. Ethelbertus apud [a] Stoum in deſcript. Londini p. 326. & in Chron. p. 77. *Edilbertus rex, Deo inſpirante, pro animæ ſuæ remedio, dedit Epiſcopo Mellito terram, quæ appellatur Tillingham, ad Monaſterij ſui ſolatium, ſcilicet S. Pauli &c.* vnde Foxus in Actis p. 139. ait, *Cauſæ ob quas reges, & reginæ fundarunt Monaſteria, erant pro remedio animæ meæ, pro remiſſione peccatorum meorum, pro ſalute regnorum, quique meo ſubiacent regimini, populorum, in honorem glorioſæ Virginis &c.* Quas cauſas ille ibidem ait, eſſe *impias:* Et p. 120. aſſerit eſſe *contra regulam Euangelij Chriſti, & fundatores illos caruiſſe cognitione Euangelij Chriſti, (præſertim in articulo gratuitæ Iuſtificationis per Chriſtum) & fide Proteſtantium, ac quæſiuiſſe ſalutem, non per Chriſtum ſolum, ſed per merita ſua.* Camden in Britan. p. 593. al. 656. *Ad cuius (Oſwij) cædem* [b] *expiandam, ædificatum erat Monaſterium.* Agebant etiam vitam in ſumma abſtinentia, & aſperitate. Beda l. 5. c. 13. Henigils Presbyter, *vitam pane cibario, & aqua frigida ſuſtentabat,* l. 4. c. 28. *Cubertus erat abſtinentiæ caſtigatione inſignis.* l. 3. c. 5. *Aidani exemplis informati, tempore illo religioſi quique, viri ac fœminæ, conſuetudinem fecerunt per totum annum, (excepta remiſſione Quinquageſimæ Paſchalis) quarta, & ſexta Sabbati, ieiunium ad horam vſque nonam protelare.* Ibid. c. 23. *Ceadda diebus cunctis Quadrageſimæ, excepta Dominica, ieiunium ad veſperam, iuxta morem protelans, nec tunc niſi panis permodicum, & vnum ouum gallinacium, cum paruo lacte aqua mixto, percipiebat.* l. 4. c. 19. *Ethelrudis, ex quo Monaſterium petijt, nunquam lineis, ſed ſolùm laneis veſtimentis vti voluit, raro etiam præter maiora ſolennia, aut arctiorē neceſſitatem, plus quam ſemel in die manducauit.* Et ibi. c. 25. refert auſteriſſimum victum Adamanni: l. 3. c. 27. S. Egberti l. 5. c. 13. Brithelmi, & S. Cuberti, c. 10. ſuæ vitæ. An vlli vnquam Proteſtantes huiuſmodi vitam egerunt? Modo autem videamus, quibus ſacris huiuſmodi ſacerdotes ac Monachi operati ſunt.

Extruebant Monaſteria, ac intrabant pro redemptione animæ

a Stowe p. 914. Sped. 174.x. Houſe p. 61.

Carebant fide Prot.

b Spedus l. 7. c. 22.

Ieiunarunt quarta, & ſext. feria

4. Duodecimo, veſperi officium defunctorum, & noctu matutinum canebant. Beda l. 3. c. 2. *Conſuetudinem fecerant multo iam tempore fratres Haguſtaldenſis Eccleſiæ, aduenientes omni anno, pridie quàm poſtea idem Rex Oſwaldus occiſus eſt, vigilias pro ſalute animæ eius facere, plurimaque pſalmorum laude celebrata, victimam pro eo mane ſacræ oblationis facere,* l. 4. c. 24. *Interrogauit, quàm prope eſſet hora, qua fratres ad dicendas Domino laudes nocturnas excitari deberent,* l. 3. c. 12. *Ferunt, quòd à tempore matutinæ laudis, ſæpius ad diem vſque, in orationibus perſiſteret.* l. 4. c. 7. *Cum nocte quadam, expletis matutinæ laudis Pſalmodijs* &c. Decimo tertio, Miſſam faciebant. l. 4. c. 14. *Celebrent Miſſas per cuncta Monaſterij oratoria huius, ſiue pro gratiarum exaudita ſua deprecationis,*

Dicebant officium mortuorum pro ſalute mortuorum

ſine

ſiue etiam in memoriam regis Oſwaldi — Ex eo tempore, non ſolùm in eodem Monaſterio, ſed etiam in pleriſque locis alijs, cæpit annuatim regis eiuſdem ac militis Christi Natalitius dies, Miſſarum celebratione venerari: Ibid c. 22. *Pro abſolutione animæ eius ſæpiùs Miſſas facere conſueuit.* Quòd autem eorum Miſſa fuerit vere eadem cum noſtra, patet primo, quia fiebat in memoriam ſanctorum, & pro abſolutione animarum defunctorum, vt conſtat ex verbis Bedæ iam citatis: ſecundo, quia in ea offerebatur Deo ſacrificium victimæ ſalutaris l. 5. c. 11. Heualdi *quotidie Sacrificium Deo victimæ ſalutaris offerebant, habentes ſecum vaſcula ſacra, & tabulam, vice altaris, dedicatam.* l. 4. c. 28. *Cum Cutbertus Sacrificium Deo victimæ ſalutaris offerret.* Ibid: c. 22. *ſed & alia, quæ periclitanti ei commoda contigiſſent, & proſpera, per intercesſionem fraternam, & oblationem hoſtiæ ſalutaris, cælitus ſibi fuiſſe donata intellexit: multique hæc audientes accenſi ſunt fide, ac deuotione pietatis, ad orandum, vel ad Eleemoſynas faciendas, vel ad offerendum Domino victimas ſacræ oblationis, pro ereptione ſuorum, qui à ſæculo migrauerunt. Intellexerunt enim quòd ſacrificium ſalutare ad redemptionem valeret, & animæ, & corporis ſempiternam.* l. 5. c. 13. *Multos* (Mortuos) *preces viuentium, & Eleemoſynæ, & ieiunia, & maximè celebratio Miſſarum, vt etiam ante diem iudicij liberentur, adiuuant.* In lib. 1. Samuelis c. 5. *Eccleſia nunquam à Christo deſerta, quem ſecum in occulto habet omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, ſolemnibus Miſſarum diebus ad immolandum aſcendens, carnis eius, & ſanguinis, in vino, & pane ſecum miſteria defert.* Et homilia in vigilia Paſcæ to. 7. *Miſſarum ſolennia, celebrans, corpus Sacroſanctum, & pretioſum Agni ſanguinem, quo à peccatis redempti ſumus, denuò Deo in profectum noſtræ ſalutis immolamus.* Et homilia in Epiphaniam tom. 7. *Corpus & ſanguis Christi, fidelium ore, ſuam ſumitur in ſalutem.* Et ibid. in pſal. 21. ait, quòd fideles *intelligerent in pane, & vino, viſibiliter ſibi propoſito, aliud inuiſibile, ſcilicet corpus verum, & ſanguinem verum Domini.* Item ibid. homilia in vigiliam Sancti Ioannis Baptiſtæ: *Perfecto ſacrificio ſuæ Paſſionis, apparuit diſcipulis Christus, & data Spiritus S. gratia ad offerendas Deo hoſtias, non ſolùm deuoti operis, & orationis, ſed & proprij ſanguinis, eorum corda roborauit.* Et in [c] lib. Boetij de Trinitate to. 8. *Panis fit Corpus Christi, Tranſit enim ſubſtantia* [d] *Panis in Corpus Christi, non formæ, ſed potius hæ ſubſiſtunt in aere, vel ſine ſubſiſtentia.* Quæ autem alia potuit eſſe hæc Miſſa, in qua à Sacerdote attonſo, cælibatui aſtricto, ſacris veſtimentis induto, ſuper altare, in vaſis ſacris, victima ſalutaris, Sacroſanctum corpus, & pretioſus Sanguis Chriſti offertur Deo in memoriam ſanctorum, pro redemptione animæ & corporis, & in qua Corpus, & Sanguis Chriſti ore ſumitur, & ſubſtantia panis tranſit in Corpus Chriſti, manentibus, ſpeciebus, quam Miſſa Romano-Catholica, ſeu Papiſtica? Atque hactenus vidimus ex Beda, quales erant Eccleſiæ, ſacerdotes, Monachi, preces, Miſſa Primitiuæ Eccleſiæ Anglorum, modo videamus, quænam fuerint eorum Sacramenta, & Ceremoniæ in eis vtendis.

Celebrabant Miſſas pro mortuis, & in honorem ſanctorum.

Miſſa iuuat mortuos.

[c] *Magdeb. cent. 8 c. 4. col. 312.*

[d] *Per tranſmutationem fit.*

5. Decimoquarto, conferebant Baptiſmum cum exufflatione, & alba veſte: Beda l. 5. c. 6. *Me catechizare ipſe curauit, factumque eſt, vt exufflante illo in faciem meam, confeſtim me meliùs habere ſentirem.* Et l. 2. c. 14. ait, de pueris baptizatis; *Albati, rapti ſunt de hac vita* l. 5. c. 7. *Ceduualla baptizatus eſt, & in Albis adhuc poſitus, languore correptus, ſolutus eſt à carne.* Et quòd alijs omnibus Romanis ritibus in Baptiſmo vterentur, ex eo patet, quòd S. Auguſtinus noluerit communicare cum Britonibus, niſi *Miniſterium baptizandi iuxta morem Romanæ Eccleſiæ complerent.* l. 2. c. 2. tum etiam quia Alcuinus in l. de diuinis officijs, deſcribit omnes ceremonias, quas Romana Eccleſia in Baptiſmo vſurpat. Baptizatis etiam imponebantur manus ab Epiſcopis, ad maiorem gratiam conferendam. Beda in vita Cutberti c. 29. *Quadam die, cum Parochiam ſuam circumiens, nuper baptizatis ad accipiendam Spiritus ſancti gratiam, manus imponeret.* Et c. 32. *Dum Spiritus S. gratiam nuper Regeneratis in Chriſto, per manus impoſitionem miniſtraret.* In [e] Pſal. [illegible]6. *ſciendum, quod illa unctio, quæ per manuum impoſitionem ab Epiſcopis, quaſi alia à duabus prædictis, & vulgo Confirmatio dicitur.* Ibid. *Nunc in Sacramento olei, &* [f] *Chriſmatis vngimur, per quod Sacramentum, quiddam mirum, & ineffabile, quod in fine futuri ſumus, ſignificatur, quod omni intentione deſiderare debemus.* Et hom. in Octaua Epiphaniæ, *Poſt acceptum*

Ceremonia Baptiſmi.

Spadus 17. c. 20.

Sacramentum Confirmationis.

[e] *Magdeb. Cent.* 8. c. 4. *col.* 313.

[f] *Magdebur. Cent.* 7. c. 6. *col.* 143.

Baptizatis ſoliti ſunt imponere manus, Chriſmateque ipſorum frontes ſignare.

vnde Regenerationis lauacrũ, per vnctionem ſacri Chriſmatis, gratia Spiritus ſancti ſignamur. Et in c. 8. Actuum ait: *Frontem oleo ſignare, ſolis debetur Epiſcopis, cum tradunt Spiritum Paraclitum Baptizatis.* Habebant etiam Sacramentum pœnitentiæ: Nam [g] confitebantur omnia peccata ſua, & iniunctam à ſacerdote pœnitentiam exequebantur: Beda in vita S. Cutberti c. 9. *Cutberto tanta erat docendi peritia, tantus ardor, perſuadendi, quæ cœperat, tale vultus Angelici lumen, vt nullus præſentium latebras ei ſui cordis celare præſumeret, ſed omnes palam, quæ geſſerant, confitendo proferrent, & confeſſa dignis, vt imperabat, pœnitentiæ fructibus abſtergerent.* Idem habet l. 4. Hiſt. c. 27. Et ibid. c. 25. *Adamanus in adoleſcentia ſua aliquid ſceleris commiſerat, quod commiſſum, vbi ad cor ſuum rediit, grauiſſimè exhorruit: Accedens ergò ad ſacerdotem, à quo ſibi ſperabat iter ſalutis poſſe demonſtrari —— confeſſus eſt reatum ſuum: Qui, audito eius commiſſo, dixit, grande vulnus grandioris curæ medelam deſiderat, & ideo ieiuniis, pſalmis, & orationibus, quantum vales, inſiſte.* Et l. 5. c. 14. refert formidabilem Hiſtoriam de homine miraculoſe punito, & tradito dæmonibus, ob neglectam confeſſionem peccatorum. Credebant etiam Euchariſtiam eſſe verum corpus Chriſti, & non tantùm figuram ſeu Sigillum collationis eiuſdem, vt modo volunt Sacramentarij, quia (vt iam retulimus) credebant Corpus Chriſti ore ſumi, panem fieri Corpus Chriſti per tranſitum ſubſtantiæ panis in Corpus Chriſti, & in Miſſa immolari Sacroſanctum Corpus, & pretioſum Agni ſanguinem, quo redempti ſumus, & offerri Deo ſacrificium victimæ ſalutaris. At ſi in Euchariſtia Corpus Chriſti ore ſumitur, ſi in ea ſubſtantia panis tranſit in Corpus Chriſti, ſi in ea immolatur Sacroſanctum Corpus, & pretioſus ſanguis, quo ſumus redempti, & ſi ſit victima ſalutaris, proculdubio eſt ipſiſſimum Corpus, & ſanguis Chriſti.

g Vide Alcuin Epiſt 26 al. 71.

Sacramentum Confeſſionis. Vide Bedam ſer. 5 v 16 Vide Alcuin. l de diuin offic c 13 & Epiſtolam de Confeſſione apud Caniſium tom. 1 part. 2.

Sacramentum Euchariſtia ipſiſſimum Corpus Chriſti.

Sacramentum Ordinis

Atque ex his patet Sacramentum Ordinis apud primos maiores noſtros Chriſtianos, fuiſſe idem cum noſtro. Nam ſacerdotes eorum ordinabantur ad audiendas Confeſſiones, & abſoluenda peccata, ad celebrandam Miſſam, & in ea tranſmutandum ſubſtantiam panis in corpus Chriſti, & immolandum Sacro-ſanctum Corpus, & pretioſum ſanguinem Chriſti: In quibus ſubſtantia ſacerdotij noſtri conſiſtit. Accedit, quod (vt refert Beda l. 4 c. 1.) quidam electus ab Anglis in Archiepiſcopum, Romam mittitur, vt ordinaretur à Papa, & cum is morte præuentus eſſet, alius à Papa ordinatus, ab Anglis ſuſcipitur. Quoad Sacramentum matrimonij, non permittebant nouas nuptias poſt diuortium: Beda l. 4. c. 5. *ſi quiſquam propriam expulerit coniugem, legitimo matrimonio ſibi coniunctam, ſi Chriſtianus eſſe rectè voluerit, nulli alteri copuletur, ſed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur coniugi.* Et quoad Sacramentum Extremæ-Vnctionis: Beda in vita Cutberti c. 30. refert, quòd ille fœminam moribundam *Vnxerit oleo benedicto.* Et l. 3. in Lucam c. 8. meminit *olei conſecrati pro infirmis*: *vnde* Magdeburgenſes Cent. 7. c. 7. col. 446. *Ægrotos oleo conſecrato inunxerunt*, Et citant Bedam l. 2 in Marcum.

Matrimony

Extrema Vnctiones.

6. Demum, credebant Primatum S. Petri, & Romani Pontificis: nam S. Aldelmus paulò antiquior Beda, & omnium Anglorum ſuo tempore doctiſſimus, ita ſcribit in Epiſtola ad Geruntium regem: *Si ergo Petro claues Regni cœleſtis à Chriſto collatæ ſunt, quis Eccleſiæ eius ſtatuta principalia ſpernens, & doctrinæ mandata contemnens, per cœleſtis Paradiſi portam gratulantibus ingreditur?* Et ibid. ait, quod S. *Petrus Monarchiam ſoluendi in cœlo & in terra accepit, & quod nihil prodeſt veræ fidei confeſſio, ſana doctrina, & irreprehenſibilis vita, extra Romanæ Eccleſiæ vnitatem;* Et quod *fundamentum Eccleſiæ, & firmamentum fidei, principaliter in Chriſto, & ſequenter in Petro collocatur.* Quæ verba referentes Magdeburgenſes. Cent. 7. c. 7. col. 234. dicunt quòd Aldemus *de Dominatu Romanæ Eccleſiæ nimis præter rem* (Proteſtanticam) *& vtilitatem, philoſophatur.* Beda l. 2. c. 4. vocat S. Petrum, *Primum paſtorem Eccleſiæ, & Apoſtolorum principem*: & frequentiſſimè eum appellat *Principem Apoſtolorum*: vt l. 3. c. 2. l. 4. c. 3 l. 5. c. 7. & 20. Et l. 3. c. 25. Angli confitentur, quòd ea verba: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram &c. principaliter Petro dicta, & claues regni cœlorum ſint datæ à Domino.* Et quòd Petrus *ſit Oſtiarius regni cœlorum.* Idem Beda to. 7. homil. in die S. Petri & Pauli, *Merito præ cæteris, ipſe* (Petrus) *collatis clauibus regni cœleſtis donatus eſt.* Item: *ſpecialiter claues regni cœlorum, & principatum iudiciariæ poteſtatis accepit.* Et ibid. homil. in vigiliam S. Petri, & Pauli. *Primatus Petro datur,*

Monarchia S. Petri.

Nulla ſalus extra Romanam Eccleſiam.

vt vnitas

vt vnitas Eccleſiæ commendetur. Et homilia in vigil. S. Andreæ, *vidit cordis eius* (Petri) *ſimplicitatem, vidit animi ſublimitatem, cuius merito cunctæ eſſet præferendus Eccleſiæ.* Quoad Romanum Pontificem, Beda l. 2. c. 1. ait de S. Gregorio, *Cum primum in toto orbe gereret Pontificatum, & conuerſis iamdudum ad fidem veritatis, eſſet prælatus Eccleſiis, noſtram gentem eatenus Idolis mancipatam, Chriſti fecit Eccleſiam.* Quod teſtimonium ita clare docet Primatum Pontificis Romani, vt Whitaker. Controu. 4. q. 4. c. 2. Nihil aliud reſpondeat, quàm quod *Beda recens eſt:* Quod eſt fateri Bedam, adeoque Anglos ſuo tempore, crediditſſe Primatum Romani Pontificis. Sutclifius ſuo more impudenter ait, ea verba eſſe ſuppoſititia. Tom. 7. homil. in S. Benedictum: *Roma, per ſummos Chriſti Apoſtolos, totius Eccleſiæ caput eminet eximium*, S. Wilfridus (quem Beda l. 3. c. 25. vocat *virum doctiſſimum*) apud Malmeſburienſem l. 3. Pontif. p. 263. ita alloquitur Agathonem Papam in Concilio Romano: *Ad hoc Apoſtolicum faſtigium, tanquam ad locum munitum turremque fortitudinis, greſſus, Deo præuiante, direxi, quod inibi normam ſacrorum Canonum in omnes Chriſti Eccleſias emanare cognoſco.* Et Baleus more ſuo blaſphemo Cent. 14. c. 21. ait: *Addidit Impoſtor ille* (Wilfridus) *Romanas conſuetudines, Pontificum decreta, & non interpretabilem Papæ authoritatem, per hæc verba Seruatoris: Tu es Petrus &c.* Credebant, quod *Romana, eſſet Catholica, & Apoſtolica Eccleſia*, ita diſerte de Oſwino Rege ſcribit Beda l. 3. c. 29. idque eo tempore, quo Proteſtantes cenſent Pontifices Romanos fuiſſe Antichriſtos. Prouocabant ad Pontificem Romanum: Beda l. 5. c. 20. *Wilfridus, regnante Egfrido, pulſus eſt Epiſcopatu, Romamque iturus, & coram Apoſtolico Papa cauſam dicturus &c.* Eiuſque abſolutionem refert his verbis: *Wilfridus Epiſcopus Eboracenſis, Apoſtolicam ſedem de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis incertiſque cauſis abſolutus &c.* Et reuerſus in Britanniam, ſedem ſuam, & Epiſcopatum, *ipſo rege Alfrido inuitante ſuſcepit.* Et Parkerus in vitâ Brithwaldi n. 8. *Romanæ Eccleſiæ authoritate, omnibus iniurijs exemptus, & honoribus reſtitutus fuit:* vt autem agnoſcit Caluinus 4. Inſtit. c. 7. §. 8. *ſummum imperium penes eum eſt, ad cuius tribunal prouocatur.* Et Whitakerus Controu. 4 q. 4. c. 2. §. 9. *verum hoc quidem eſt.* Mitto, quòd tunc temporis reges Angliæ petierint [h] Pallia à Romano Pontifice pro ſuis Archiepiſcopis; quòd petierint Diplomata à ſe conceſſa Monaſterijs, confirmari ab ijſdem, & quòd nonnulli reges Romam adierint, & quòd (vt ait Beda l. 4. c. 23. *Magnæ virtutis æſtimabatur, Romam adire:* Mitto etiam, quòd fides Anglorum à Bonifacio quarto vocetur *Indubitata fides, & Orthodoxa religio:* Beda l. 2. c. 8. & tt. *Ab Honorio: Integerrima Chriſtianitas*, li. 2. ca. 7. à Vitaliano Papa, *Vera, & Apoſtolica fides.* l. 3. c. 29. Et exemplum fidei Anglorum, ab Agathone Papa gratiſſimè ſuſceptum, l. 4. c. 18.

Pontifex in toto orbe.

Roma caput Eccleſiæ.

Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica.

Prouocabant ad Papam.

h Vide infra l. 6.

Fides Anglorum approbabatur à Papa.

7. Atque ob hæc, & huiuſmodi alia multa teſtimonia Bedæ, de Papiſtica fide gentis Anglorum ſuo tempore, Whitakerus ad demonſtrationem ſecundam Sanderi, numerat ipſum, & Oſwinum Regem præfatum, *Inter obæratos* (vt loquitur) *Antichriſti teſtes.* A Lobechio diſp. 26. dicitur *Paterculus Antichriſti.* Magdeburgenſes Cent. 8. c. 10. col. 850. aiunt, *Beda Pontificios errores pleroſque amplexus eſt, de ſanctorum interceſſione, de libero arbitrio, de operum neceſſitate ad ſalutem, de inuocatione ſanctorum, de cultu imaginum, de cælibatu, de traditionibus humanis, & Monaſticis, de oratione, & Miſſis pro mortuis, de reliquijs ſanctorum.* Oſiander etiam Cent. 8. l. 2. c. 3. *Omnibus Pontificiis erroribus, in quibus hodie à Papa diſſentimus, inuolutus eſt.* Fulcus in Hebr. 10. Nota 9. *Beda vixit in ſuperſtitioſo tempore diù poſtquam Antichriſtus ſe palam oſtendit: — dixit homines intellexiſſe, quòd ſalutare ſacrificium* (Miſſæ) *proſit ad Redemptionem animæ, & corporis ſempiternam.* Et in Retentiua contra Briſtoum p. 278. *Bedæ authoritatem, qui ſub tyrannide Anti-Chriſti vixit, non curo.* Elienſis in Reſponſ ad Apologiam Bellarmini ca. 7. p. 172. *De ijs hic rebus agitur in quibus iſti illi* (Beda & Gregorius) *teſtium non habent. Inciderunt enim in ea tempora, quæ quanto Longius aberant ab Apoſtolorum ſæculo, tanto vitium magis traxerunt.* Sed modo Proteſtantium confeſſiones de Romana ſeu Papiſtica fide S. Auguſtini, ac ſociorum eius audiamus.

Proteſtantes cenſent Bedam Papiſtam.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

QVOD PROTESTANTES ALIQVANDO FATENTVR doctrinam Sancti Auguſtini, & ſociorum fuiſſe Romano-Catholicam, ſeu Papiſticam.

1. BALEVS Cent. 13. c. 1. *Auguſtinus à Gregorio primo Romano Pontifice, Anglo-Saxones Papiſticis traditionibus initiandos, Apoſtolus primus mittebatur: introduxit altaria, veſtes, Miſſas, imagines, calices, cruces, luſtrales aquas, & Romanarum ceremoniarum codices.* c. 2. *Laurentius ad Anglo-Saxones Romana religione, (vtinam non ſuperſtitione) inſtituendos, à Gregorio Magno mittebatur — In vniuerſo fere Angloſaxonum dominio, plebem, per Interpretes, Papiſticam fidem docuit.* c. 3. *Iuſtus Romanæ fidei Pædagogus, Edbaldum Cantiorum regem ad Romanam perduxerat fidem.* Cent. 1. c. 73. *Ethelbertus omnium Angloſaxonum primus, à Gregorio primo Romano Pontifice, Romanæ religionis dogmata, cùm omni impoſtura, per Auguſtinum recepit. — E vita migrauit Anno ſuſcepti Papiſmi vigeſimo primo.* Ac Centur. 14. c. 31. *Ita Germanos, Apoſtolus iſte (S.* Bonifacius*) ex Chriſti cultoribus, Papa cultores fecit, ſicut, & cum Angloſaxonibus ante illum * Auguſtinus Monachus egit.* Demum Cent. 8. c. 85. *Auguſtinus ille Romanus, Monachatum Papiſticum cum ſuis erroribus introduxit. Præter Pontificum traditiones, & humana ſtercora,* (Os ſpurcum) *[illegible] attulit.* Parker. in Anti. Brit. p. 9. *Auguſtinum, Romanas, potius conſuetudines, ac ceremonias, ne dicam ſuperſtitiones, induxiſſe, & ad Papalem illum dominatum in Anglia obtinendum, ſe callide inſinuaſſe, & Anglicanas Eccleſias ex Romanis ritibus inſtituiſſe, potius quam Euangelium prædicaſſe, ſatis conſtat — De Romanæ ſedis vetuſtate, & authoritate, de Petri ſucceſſione, de Pontificis in reliquas Chriſtianas Eccleſias principatu, pluribus egit Auguſtinus — Quæ in cantu, in proceſſione, ſuffragijs, adorationibus, Miſſis, templis, ſanctorum nominibus appellandis, decernere voluit Auguſtinus, à Britonibus &c.* P. 35. *Ceremoniarum profecto hic fuit, Romanorumque rituum, non Chriſtianæ fidei, aut diuini verbi, Apoſtolus Anglis, eoſque Romanos ac Pontificios, potius quàm Chriſtianos, aut Euangelicos agere docuit.* p. 36. *De Romano dominatu & Pontificijs ritibus decertabat.* P. 42. *Res ipſa declarat, non minùs Romanæ ſuperſtitionis, quàm Chriſtianæ religionis, Auguſtinum, Anglis Magiſtrum atque præceptorem fuiſſe: Nam & Romana Eccleſia, Gregorio præſidente, & authore, harum omnium ſuperſtitionum caput, & origo fuit.* Et in Præfat. ad lectorem, ait Britannicam Eccleſiam, *à Gregorio Papa in nouam formam, Auguſtini aduentu, commutatam.* Et in vita S. Melliti. *Celebrabat Miſſarum ſolennia* Aſcanius in Apologia contra Miſſam, p. 33. *Auguſtinus Anglorum Apoſtolus, fundator omnis Papiſticæ doctrinæ.* Pouellus in Itinerarium Cambriæ l. 1. c. 2. *Cum Auguſtinus, Monachus, Romanam religionem ad Saxones inueheret.* Et li. 2. ca. 1. *Gregorius primus Romanus Epiſcopus Anu. 596. miſit Auguſtinum Monachum ad Anglos, qui Romanam religionem hominum mendatis, & traditionibus refertam, illis obtruſit.* Oſiander Cent. 6. p. 289. *Auguſtinus Miſſus eſt à Gregorio Magno, Pontifice Romano, in Angliam, vt eam Romani Pontificis iuriſdictioni ſubijceret.* P. 290. *Poſtquam 13. annis Angliam diuexaſſet hic Auguſtinus, eumque Romani Antichriſti libidini ſubdidiſſet, haud dubio ad Inferos deſcendit, mercedem ſuæ impiæ pietatis ibi recepturus.* Hariſonus in Deſcrip. Brit. l. 1. c. 9 *Equidem Auguſtinus conuertit Saxones à Paganiſmo, ſed imbuit eos non minùs noxia ſuperſtitione. Nam præter nudum nomen Chriſti, & externum contemptum priſtinæ Idololatriæ, nihil omnino eus docuit, quin potius mutationem fecit à craſſa, ad ſubtilem perfidiam, ab aperta, ad occultam Idololatriam, à nomine Paganorum, ad inanem titulum Chriſtianorum.* Ibidem: *Auguſtinus introduxit Papiſmum qui creuit, & perſeuerauit vſque dum Wiclefus prædicauit Euangelium, quod fuit Anno 1361. aut 765. annis ab aduentu Auguſtini.* Petrus Martyr in locis tit. de Eccleſiæ miniſterio, *Potius inuexit ille Auguſtinus, quantum ego ſuſpicor, ſubiectionem tyrannicam ſub Papa, quàm purum Chriſtianiſmum.* Magdeburgenſes Cent. 6. c. 10. col.

Baleus induxit Papiſticas traditiones. Miſſas.

Rom. fidem Papiſticam, fidem.

Romanam religionem Papiſmum.

† Pitſæus de illuſtr. Angl. Catal. p. 71.

Parkerus Papalem Dominatum.

Principatum Pontificis.

Fecit Pontificios.

Aſcanius Fundator omnis Papiſticæ doctrinæ.

Pouellus.

Oſiander Romanam iuriſdictionem.

Hariſonus.

P. Martyr

col. 748. *Auguſtinus mittitur in Angliam, vt eam Romano Pontifici lucretur —— Ethelbertum regem Romana religione imbuit —— Romanos ritus, & conſuetudines illis Eccleſiis obtruſit, nimirum altaria, veſtes, imagines, Miſſas, calices, cruces, candelabra, thuribula, vexilla, vaſa ſacra, luſtrales aquas* &c. Angelocrator Chronol. l. 7. An. 600. *Auguſtinus, Mellitus, & Ioannes à Gregorio in Angliam miſſi ad docendum Papiſmum.* Iuellus Defenſ. Apol. p. 5. c. 1. diuiſ. 1. *Apportauit Auguſtinus quidem magnam nouarum, & incognitarum ad id tempus rerum congeriem, lucernas, candelabra, vexilla, aquam benedictam, & ſimilia ſpectacula.* Willetus in ſuo Teſtraſtilo numerat Gregorium, & Auguſtinum, inter *primos parentes ſuperſtitionis, & duces Papiſticorum Theologorum.* Morton. l. 2. Apol. c. 17. *Auguſtinus Monachus, Pontificio, non Apoſtolico ſpiritu:* Spelman. in Concilijs p. 217. vocat S. Auguſtinum *Romanarum Cæremoniarum Protomyſtam.* Whitaker l. 1. de ſcriptura c. 14. ſec. 5. *Auguſtinus Eccleſiam Britannicam ſub Romani Pontificis iugo mittere conabatur.* Sutliuius l. 1. de Eccleſ. p. 294. *Auguſtino Monacho, eiuſque ſuperſtitioſæ doctrina, reſtitit quantum potuit, hæc noſtra Britannia.* Humfredus ad Rat. tertiam Campiani p. 325. *Auguſtinus Pſeudo-Apoſtolus, à Gregorio magno legatus.* Hornus apud Stapletonum l. 2. c. vlt. contra eius Flatum, vocat S. Auguſtinum, *filium perditionis.* Et apud eundẽ l. 3. c. 8. ait, quòd S. Auguſtinus & S. Bonifacius, *dici poterant Apoſtoli Papæ, cuius erant inſignes pugiles.* Holinshed. in Rege Ioanne: *Auguſtinus Monachus terram hanc infecit veneno Romanenſium errorum.* Williamus l. 1. de Eccleſ. c. 17. *Eccleſia noſtra non fuit plantata, ſed ſupplantata per eum.* Goduin. in Conuerſ. Britan. c. 4. *Auguſtinus omnibus quibuſcunque poterat rationibus annixus eſt, hos bonos homines* (Britones) *eo adducere, vt Eccleſiam ſuam ad Romanorum inſtituta conformari paterentur, Romanorum inquam, apud quos multa iam praua irrepſerant.*

Lucratur Angliam Romano Pontifici.
Angelocrator.
Docuit Papiſmum.
Iuellus
Willetus
Dux Papiſticorum Theologorũ.
Mortonus
Spelman
whitaker.
Sutliuius
Humfredus
Hornus.
Inſignis pugil Papæ.
Holinshed.
william.
Goduin.

Ex quibus hactenus dictis clariſſime liquet, verum eſſe, quod [a] negat Godwinus in Conuerſ. Britan. c. 4. quòd *Gregorius, & Auguſtinus Apoſtolus noſter eandem per omnia fidem ac religionem profeſſi ſunt, quam Eccleſia etiamnum Romana profitetur,* cum præter omnes ſupradictas probationes ſumptas ex S. Gregorij, Auguſtini, & ſociorum factis, ac dictis, & religione primitiuæ Eccleſiæ Anglicanæ, fatentibus Proteſtantibus, profeſſi fuerint *Romanam fidem, ac religionem, Papiſmum, omnem Papiſticam doctrinam, fecerint homines Pontificios, & induxerint in Angliam Papalem Dominatum: modo* autem videamus, quid contra iſtam manifeſtiſſimam & à ſeipſis agnitam veritatem de Papiſtica religione primorum maiorum noſtrorum Chriſtianorum, aliqui Proteſtantes obijciunt.

[a] Morton in Protocat. l. 1. c. 2. ſec. 3.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

FVTILES OBIECTIONES QVORVNDAM PROTESTANTIVM, CONTRA Romano-Catholicam fidem S. Auguſtini, & Primitiuæ Eccleſiæ Anglicanæ, refelluntur.

1. PARKERVS, etſi (vt vidimus c. præcedenti) aperte fateatur, S. Auguſtinum Papiſticam religionem maioribus noſtris tradidiſſe, tamen in Antiq. Britan. p. 35. ait, quòd *ex veteribus ipſorum Saxonum legibus, & prædicationibus ante Auguſtini huc aduentum emiſſis ac diuulgatis, nuperque repertis atque editis, probatur luculenter quod Saxones Pontificiam in Euchariſtia Tranſubſtantiationem, indemque corporis præſentiam negant, Euchariſtiam toti populo diſtribuendam in vtroque panis ac vini genere ſtatuit, ſacras ſcripturas etiam à Laicis ſcrutandas, Dominicam orationem, Symbolum, & Decalogum materna lingua recitari, & Euangelia populo, per legenda vulgari ſermone, præterea ſimulachra non eſſe colenda docebant, neque clericis diuino iure coniugia interdicta. Ad extremum, legum de Eccleſiaſticis cauſis negotijſque ferendarum poteſtatem, eſſe penes principes, affirmabant.*

2. Cæterum fundamentum harum omnium obiectionum eſt merum mendacium, nempe quod ſint nuper repertæ atque editæ vllæ eiuſmodi leges aut prædicationes Saxonum, emiſſæ & diuulgatæ ante aduentum S. Auguſtini: tantummodo editi ſunt quidam ſermones Elfrici, qui vixit paulò ante tempora Normannorum, ex quibus tamen (vt mox videbimus) nihil inferri poteſt contra Papiſticam fidem S. Auguſtini, aut maiorum noſtrorum. Quod autem maiores noſtri crediderint tranſubſtantiationem, adeoque realem præſentiam Corporis Chriſti in Euchariſtia, patet manifeſte ex ijs, quæ retulimus de S. Gre-

gorio, quòd Deus *panem & vinum aqua mixtum, manente propria ſpecie, in carnem & ſanguinem ſuum conuertit*. Et ex Beda, quòd in Miſſa offerebatur Deo, *Sacrificium victimæ ſalutaris*, quod in Miſſa *corpus Sacroſanctum, & pretioſum Agni noſtri ſanguinem, quo à peccatis redempti ſumus, Deo immolamus*: quòd *per Tranſmutationem ſubſtantiæ (non formæ) panis fit Corpus Chriſti*, Quibus adijcimus, quòd Alcuinus de officijs diuinis, c. 11. ait, *Conſulens Deus infirmitati noſtræ, qui non habemus vſum comedere carnem crudam, & ſanguinem bibere, facit, vt in priſtina remaneant forma, illa duo munera, & eſt in veritate Corpus Chriſti, & ſanguis.* Idemque adhuc manifeſtius patebit ex ijs, quæ * infra referemus, de S. Odone, qui miraculosè conuertit Euchariſtiam in formam carnis ad conuincendum quoſdam qui ſuo tempore cæperunt de ea dubitare. Communionem populi ſub vtraque ſpecie aſſerimus eſſe rem indifferentem, ſepoſito Eccleſiæ præcepto. Quod autẽ maiores noſtri vſi ſint communione ſub vnica ſpecie panis, inde colligitur, quod Beda l. 2. c. 5. refert Paganos quoſdã principes dixiſſe S. Mellito: *Quare non & nobis porrigis panẽ nitidũ, quem & Patri noſtro dabas, & populo adhuc in Eccleſia dare nõ deſiſtis?* Vbi ſolũ aiunt, quod Mellitus dabat regi & populo panem, non autẽ quod dederit eis etiam vinum. Procul dubio autem petiiſſent vinũ æque ac panem, ſi Mellitus vinum patri ipſorum ac populo dediſſet. Præterea Beda exponit illud Lucę 24. *Cognouerunt eum in fractione panis* de communione Sacramenti, vbi tamen ſolus panis diſtributus fuit. Quòd populus legerit ſcripturas, aut recitauerit orationem Dominicã ſeu Decalogum in lingua vulgari, nihil facit contra Papiſticã fidem eorũ quia Papa hoc non prohibet populo, niſi quando, & vbi, ſuſpicio eſt, quod (vt loquitur S. Petrus) *peruerterent ſcripturas ad ſuiipſorum perditionem*. Probabilius tamen eſt non fuiſſe ſcripturas in vulgari Saxonico tempore Bedæ, quia l. 1. c. 1. ait, lingua *Latinorum meditatione ſcripturarum, Anglis, Britannibus, Scotis, Pictis eſt facta communis*. Quod indicat, omnes hos populos legiſſe ſcriptutas in lingua Latina.

* l. 6 Arch. 12.

3. Quòd etiam maiores noſtri coluerint ſacras imagines, infra probabimus, cum agemus de rege Ina: modo ſufficiat, quòd Baleus Cent. 1. c. 68. fatetur, *Gregorius crucis adorationes, & Miſſas pro mortuis admiſit*. Et Magdeburgenſes Cent. 8. c. 10. col. 850. *Beda pleraſque errores Pontificios amplexus eſt, de inuocatione ſanctorum, de cultu Imaginum*. Quòd Clericis interdicta ſint coniugia iure diuino, neque nos dicimus, ſed tantum Eccleſiaſtico. Quod autem perpetuò vetita fuerint ſacerdotibus in Anglia coniugia, abunde probabimus infra in vita S. Anſelmi. Quod demum agnouerint in Principibus poteſtatem ferendi leges in cauſis, & rebus Eccleſiaſticis, falſum eſt, imo ipſi Reges petierunt ſua Diplomata data Monaſterijs, confirmari à ſummo Pontifice, vt patet de S. Ethelberto apud Malmesburienſem l. 1. Pontif. p. 208. de Rege Wulfero apud Ingulfum p. 884. de Regibus Coenredo, & Offa, apud Capgrauium in vita S. Edwini, de Rege Egberto, apud Florentium Anno 676. de Edgaro, apud Malmesburienſem l. 2. Reg. p. 57. de Rege Offa, apud Pariſium Ann. 794. Permittebant appellari à ſeipſis ad S. Pontificem, vt conſtat de regibus Egberto, & Alfredo apud Bedam l. 5. c. 20. Profitebantur, quod *Romana eſſet Catholica, & Apoſtolica Eccleſia*, vt conſtat de rege Oſwino apud eundem l. 3. c. 29. Et quod hæc verba: *Tues Petrus &c. principaliter Petro dicta, & ei claues regni calorum ſint data à Domino*, Ibid. c. 25. Quod S. Petrus eſt *celſior gradu*, quàm Paulus, vt patet de Ina apud Camdenum in ſua Britan. p. 193. Denique, quòd ſit hæreſis, *Negare Romanum Pontificem omni humana præſidere Creaturæ*, vt infra referemus de Eduardo ſexto, dicto tertio. Non negauerim tamen aliquos reges ſanxiſſe quædam in rebus Eccleſiaſticis, aut ex tacita ſaltem approbatione Epiſcoporum, aut quia cenſebant ita expedire temporali ſtatui regni. Male autem infertur ex quibuſunque factis principum, quod ipſi cenſebant licitum ſibi eſſe quicquid faciunt.

4. Præcipuè autem gloriantur Proteſtantes de ſermone Alfrici, Archiepiſcopi (vt aiunt) Cantuarienſis, in quo dicitur, quod Euchariſtia *non eſt corporaliter, ſed ſpiritualiter Chriſti Corpus*, quod Euchariſtia quoad *corporalem intelligentiam, eſt creata, corruptibilis, mutabilis*, & quod *multum intereſt inter Chriſti corpus, in quo paſſus eſt, & Corpus, quod conſecratur in Euchariſtiam*. Reſpondeo autem primo, quod iſti ſermones non ſint Alfrici Archiepiſcopi Cantuarienſis, vt ipſimet

Proteſtantes,

Proteſtantes, qui eos ediderunt, agnoſcunt, itemque Vſſerius l. de ſucceſſione Eccleſiæ c. 2. ac propterea non ſunt tantæ authoritatis, quantæ ſunt illi, quos prius audiuimus docuiſſe Tranſubſtantiationem. Forte author fuit Elfridus hæreticus, cognomento Bata, de quo (vt refert Foxus ex Osberno in vita Dunſtani, S. Dunſtanus aiebat: *Conatus eſt exhæredare Eccleſiam meam, ſed ego impediui eum, nec potuit præualere.* Deinde dico, quòd ſermo ille magis facit pro Tranſubſtantiatione, quàm obeſt: Nam ibi dicitur, quod *Chriſtus per inuiſibilem potentiam mutauit panem in proprium ſuum Corpus:* quòd *Euchariſtia per virtutem Verbi, eſt verè Corpus & ſanguis Chriſti.* Et quòd *poſt conſecrationem, panis & vinum ſunt verè Corpus, & ſanguis Chriſti:* Quæ verba clarius faciunt pro Tranſubſtantiatione, quàm verba à Proteſtantibus citata faciunt contra eam. Nam rectè dici poteſt, quòd Euchariſtia non eſt corporaliter Chriſti Corpus, quia non eſt eius Corpus corporali modo, ſed ſpirituali, reali tamen. Quòd Euchariſtia, quoad corporalem intelligentiam, eſt creata, corruptibilis, quia ſcilicet corruptibilis eſt quoad accidentia, quæ corporaliter videmus, & intelligimus: Et demum, quòd multum intereſt inter Corpus, quod ſacratur in Euchariſtiam, & Corpus, in quo paſſus eſt Chriſtus: quia id quod ſacratur in Euchariſtiam, eſt panis, quanquam etiam veriſſimum ſit quod multum intereſt inter Corpus Chriſti in quo paſſus eſt, & Corpus ſuum exiſtens in Euchariſtia, quia multum intereſt quoad accidentia, ac modum exiſtendi, quanquam nihil interſit quoad ſubſtantiam: Ob cuiuſmodi diſcrimen, Auguſtinus l. de Symbolo c. 10. non dixit, quod multum intereſt inter carnem noſtram, & illam, quam habituri ſumus in Reſurrectione, ſed multò amplius, nempe quod *in Reſurrectione* * *non iam caro erit, & ſanguis.* Si autem ob ſimilem differentiam licuit S. Auguſtino dicere *In Reſurrectione non erit caro, & ſanguis*, abſque ſuſpicione, quod negaret futuram ſubſtantiam carnis, & ſanguinis: multo magis licuit Alfrico dicere, quod multum intereſt inter Euchariſtiam, & Corpus, in quo paſſus eſt Chriſtus, quia reuera multum intereſt quoad accidentia, & modum exiſtendi, licet nihil interſit quoad ſubſtantiam. Prout multum intereſt inter aquam, & glaciem, ita vt negari ſoleat, quod glacies eſt aqua, & tamen nihil intereſt quoad ſubſtantiam. Plus autem intereſt inter Corpus Chriſti exiſtens in Euchariſtia, & id ipſum exiſtens in propria ſpecie, quam inter glaciem, & aquam. Sicut igitur qui negaret glaciem eſſe aquam non cenſeretur negare eam eſſe aquam quoad ſubſtantiam: ita nec (qui ante exortam hæreſim Berengarij) innocenter negaſſet Euchariſtiam eſſe corpus Chriſti, cenſendus eſſet negare eam eſſe Corpus Chriſti quoad ſubſtantiam. Nam vt rectè ait S. Hieronimus in re ſimili *Antequam in Alexandria, quaſi Dæmonium meridianum, Arius* (Berengarius) *naſceretur, innocenter, & minus caute quædam loquuti ſunt, quæ non poſſunt peruerſorum hominum calumnias effugere.* Idemque ait Auguſtinus lib. 1. cont. Iulian. c. 6. Et ratio huius eſt, quia ſub nomine *Corpus aut Aqua*, vulgo non intelligimus talem ſubſtantiam, nudam, ſed veſtitam ſolitis accidentibus, ſub quibus ſolemus videre eam ſubeſſe: ſubſtantia autē Corporis Chriſti eſt in Euchariſtia ſub inſolitis accidentibus, prout ſubſtantia aquæ eſt in glacie, ac proinde ante exortum Berengarij, qui negaſſet Euchariſtiam eſſe Corpus Chriſti, non cenſendus eſſet negare eam eſſe Corpus Chriſti quoad ſubſtantiam, magis quam qui modo negaret glaciem eſſe aquam, cenſeretur negare eam eſſe aquam quoad ſubſtantiam, aut quam S. Auguſtinus cenſetur negaſſe futuram carnem, & ſanguinem quoad ſubſtantiam in reſurrectione, quia (vt iam dixi) nominibus rerum, vulgo non intelliguntur nudæ earum ſubſtantiæ, ſed prout ſubſunt ſolitis ſuis accidentibus, quibus ſi carent, vulgo negari poſſunt eſſe tales res, ſi nulla ſubſit occaſio ſcandali, prout nulla erat ante exortā Berengarij hæreſim, qui primus negauit Euchariſtiam eſſe Corpus Chriſti quoad ſubſtantiam ipſius. Certe Spelman. in Concilijs p. 583. citat. verba huius Alfrici quibus profitetur, quod ſit *Monachus, & Miſſalis Sacerdos.* Et ipſe Spelman p. 618. aſſerit, quod erat *Romanorum certe ſtrenuus propagator rituum, & fermenti, vt qui in Scholis Ethelwoldi præſulis enutritus, Ethelwoldum totus ſpirat, & Dunſtanum.* At quo modo potuit *Miſſalis Sacerdos, ſtrenuus propagator Romani fermenti, & totus ſpirare*

† Sic l. cont. Adimant. c. 12. tract. 95. in Ioan. Leo ſerm. 2. de Reſur. vt ipſa (Caro) Et per eſſentiam, & non ipſa per gloriā:

Apol. 2. Cont. Ruffin.

Quare poſſet res negari ſi carent ſolitis accidentibus.

Alfricus. Miſſalis Sacerdos. Et Papiſta.

Ethelwoldum, & Dunſtanum, Si tranſubſtantiationem impugnaſſet. Harpsfeild. ſæc. 11. c. 12. itâ reſpondet *Eorum craſſiſſimus error, & pene tractabilis, omninò explodendus eſt, qui paulò ante natum Berengarium, hanc illius peruerſam doctrinam in Anglia paſſim, & publice, quaſi veram, & ſolidam Catholicæ Eccleſiæ fidem, in Eccleſiis omnibus Anglorum, ex Saxonicis Alfrico falsò inſcriptis monumentis, receptam vaniſſime aſtruere conantur.* (cenſet igitur monumēta hæc Alfrico falſo attribui. Atque hactenus de S. Auguſtino ac Romano-Catholica fide ab ipſo ſeminata in Anglia: ſequitur vt oſtendamus eandem perpetuo continuatam in tota gente Anglorum ſub ſingulis Regibus, vſque ad Henricum Octauum.

Laudus Relat. p. 328 Tranſubſtātiatio irrepſit in Eccleſiam duobus ſecalis ante Concilium Later ſub Innoc. 3. Vide infra l. 6 c. 22. in Odone.

LIBER SECVNDVS

DE CHRISTIANIS REGIBVS Anglorum vſque ad Monarchiam Angliæ per annos Ducentos.

CAPVT PRIMVM.

SECTIO PRIMA.

KYNIGILSVS SIVE CYNIGISLVS, PRIMVS Rex Chriſtianus Occidentalium Anglo-Saxonum, ab Anno 611. ad 643.

1. SVPRA diximus, quod quo tempore S. Auguſtinus Angliam ingreſſus eſt, ea in plura regna diuiſa fuit, prout olim diuiſa erat Gallia, itemque Hiſpania, & modo diuiſa eſt Italia, & Germania in plures Principatus. Cæterum quia tandem omnia ea regna in vnum occidentalium Anglo-Saxonum regnum coaluerunt, atque horum regum ſeries adhuc in legitimo ſuo hærede ſereniſſimo Carolo ſupereſt, propterea horum duntaxat regum ſeriem recenſebo, ac de ijs ſolis ex profeſſo agam. Primus Regum occidentalium Anglo-Saxonum, qui Chriſti fidem ſuſcepit, fuit Kynigilſus aliàs Cynigiſlus, qui regnare cæpit Anno Chriſti ſexcenteſimo vndecimo, vel duodecimo; atque obijt Anno ſexcenteſimo quadrageſimo tertio, cum regnaſſet annos triginta tres. Erat fortis, & fœlix princeps: Nam fortiter, & fæliciter pugnauit tum contra [a] Britones, tum etiam contra Pendam, bellicoſiſſimum, ſed Paganum Anglo-Merciorum Regem: prætерea Regulos Eaſt-Saxonum, qui Sanctum Mellitum Londino expulerant, bello interfecit: vnde de eo, ita ſcribit Malmesburienſis l. 1. Regum Anglorum, ca. 2. *Bella quàm plurima, neſcias maiori virtute, an moderatione geſſit, vel contra Britannos, vel contra* [b] *Pendam Merciorum Regem.* Conuerſus fuit ad fidem Chriſti, ac baptizatus, Anno Chriſti, 635. regni ſui vigeſimo quinto, & poſt aduentum S. Auguſtini quadrageſimo (vt ſcribit Malmesburienſis ibidem) à Sancto Birino, de quo mox plura dicemus.

lib. 1. c. 2.

[a] *Florentius Ann 614. Huntington l. 2.*

[b] *Ethelwerd l. 2. c. 6. Camden in Britan p. 321. al 158.*

2. Illius autem fidem Romano-Catholicam fuiſſe multis modis clariſſimè liquet. Nimirum, ex ſummo Pontifice, qui S. Birinum in Angliam miſit: Ex ipſo S. Birino, qui eum in fide Chriſti inſtruxit, ac baptizauit, ac ipſiuſmet Actis, ac demum ex aperta doctorum Proteſtantium confeſſione. Pontifex enim, qui S. Birinum in Angliam prædicatum miſit, fuit Honorius primus Papa, vti poſt

Kinigilſus Romano Catholicus.

Bedam l.3.c. 7. & [c] Catholicos Scriptores, [d] Proteſtantes omnes agnoſcunt: ſed audiamus vnum, aut alterum eorum: *Birinus Dorceſtrius* (inquit Baleus, Centuria 13. c. 4.) *ita cognominatus, quod in illo oppido prædicauit primum, ab Honorio primo, Romano Pontifice Apoſtolus miſſus*. Parkerus in Antiquitat. Britan. c. 10. *Birinus ab Honorio Pontifice ad Kynigilſum Regem miſſus*: Idem fatetur Goduinus in Epiſcopis Winthon n.1. Coperus in Chron. Anno 636. Foxus, li. 2. Actorum ſuorum, p. 210. & alij. Atqui, Honorium, Papam, ac Papiſtam fuiſſe, manifeſtum eſt, tum quia fuit quartus ſucceſſor Bonifacij Tertij, quem [e] Proteſtantes communiter aſſerunt fuiſſe primum Papam, i. primum Papiſticæ Eccleſiæ caput, eiuſque ſucceſſores omnes, pro Papis, & Anti-Chriſtis habent: tum etiam, quia literas, ac pallia miſit SS. Iuſto, & Paulino, duobus S. Auguſtini ſocijs, eorumque prædicationem appellauit *Orthodoxam, & integerrimam Chriſtianitatem*; vt videre eſt in Beda l. 3. c. 17. & 18. vbi etiam S. Petrum diſerte vocat, *Apoſtolorum Principem*. Ciaconus etiam, in vita Honorij, aſſerit, quod erat Canonicus Regularis. Neque leuis huius rei coniectura eſt, quòd S. Birinus, quem in Angliam miſit, fuerit eiuſdem inſtituti. His accedit Confeſſio Proteſtantium: Nam Magdeburgenſes Centur. 7. c. 10. ita more ſuo de eo ſcribunt; *Honorius, opera Antichriſto competentia fecit*. Et Baleus Centur. 1. c. 72. *Honorius, Feſtum Exaltationis S. Crucis inſtituit; Inuocationes Sanctorum mortuorum, Impoſtor* [Sic ille Impius] *Gregorij Litanijs addidit, & vt Proceſſio Sabbathis fieret, ordinauit*. Eademque habent Magdeburgenſes loco cit. & Illyricus in Catal. Teſtium, li. 7. An vere aſſerant hæc ab Honorio inſtituta, non diſputo; ſufficit, quòd Honorium [qui S. Birinum in Angliam miſit] pro Papa, ac Papiſta agnoſcant.

3. Quod etiam S. Birinus (quem Camdenus in ſua Britannia, p. 272. aliàs; 338. iure vocat *Occidentalium-Saxonum Apoſtolum, & Sanctitatis opinione ad miraculum claruiſſe*, teſtatur) Romano-Catholicus, ſeu Papiſta fuerit clariſſimè liquet, tùm ex eis, quæ iam diximus de Honorio, tum etiam ex ipſiuſmet actis, ac Proteſtantium Confeſſione: nam fuit Canonicus * Regularis, vti tradit Ioannes de Nigra-valle Bibliothecarius Apoſtolicus, & fatentur Baleus Centur. 13. c. 4. & Centur. 1. c. 82. Et Magdeburgenſes, Centur. 7. ca. 6. & 10. Et inſtituit Canonicos Regulares Dorceſtriæ, vt teſtatur Author vitæ eius, in Surio to. 6. Cui, vtpote antiquiori, & actorum S. Birini accuratiori indagatori, quippè qui ſolius S. Birini vitam conſcripſit, fides habenda eſt, potius quàm Capgrauio, aut alteri recentiori, qui aſſerit S. Birinum poſuiſſe Dorceſtriæ Canonicos ſæculares. Deinde, cum ipſe S. Birinus fuerit Canonicus Regularis, veriſimilius eſt, eum poſuiſſe ibi potius Regulares Canonicos quam ſeculares. Canonici autem Regulares adeo addicti erant Papiſmo, vt propterea Baleus, Centura 1. c. 82. eos vocet, *Alterum ex cornibus Beſtiæ*.

4. Quod verò [f] quidam aſſerunt, Canonicos Regulares primum ingreſſos eſſe in Angliam, ſub Henrico primo Rege facile refellitur. Primò, quia pro eo non producunt vllum idoneum Authorem: ſecundo, quia ab inuicem diſſentiunt de Anno, de loco, de primo Canonico Regulari, & de primo eorum fundatore. Nam alij aiunt, eos ingreſſos eſſe Anno 1105. alij verò, 1108. Alij volunt primam eorum ſedem fuiſſe Londini, alij Colceſtriæ, alij Noſtellæ. Alij dicunt, primum Canonicum Regularem in Anglia, fuiſſe Normanum; alij alium. Alij Mathildem, vxorem Henrici Regis, primam eis fundaſſe ſedem: Alij, Eudonem Henrici Regis Dapiferum. Tertio, quia Polidorus, l. 16. Harpesfeildus ſec. 12. c. 27. & Holinshed. Anno 1236. teſtantur, Gilbertum, qui cum Gulielmo primo, patre Henrici Regis, venit in Angliam, inſtituiſſe Canonicos Regulares Mertonæ, & Malmesburienſis, lib. 1. Pontif. p. 215. ſcribit, quod [g] Lanfrancus Archiepiſcopus; *Cantuariæ Canonicos apud S. Gregorium, regularibus inſtitutis conſtituit*. Pariſius Anno 1244. *Rex, Ethelbertus, Londinenſem, * Roffenſem, & Cantuarienſem conſtituit Eccleſias: hic Clericos, & Sacerdotes, ibi Monachos apponens*. Spedus in Catalogo ædium relig. [h] *Southuarkiæ Collegium poſitum nigris Canonicis Anno 1016*. Vide eum fol. 808. Harpesfeild, ſec. 11. c. 24. Meminit Monaſterij * *nigri (vt appellant) Ordinis Canonicorum*, Gloceſtriæ extructi ab Elfledâ, filiâ Alfredi magni. Wadingus

[c] Ethelwerd. l. 2. c. 6. Malmesb. l. 1. Pont. Florent. An. 614. Baron. An. 615.
[d] Godwin. in Episcop. Winton. n. 1. Holinshed l. 5. c. 29. De Honorio vide Baron. Tomo. 7. Ciaconium to. 1. 7. art. 15. Bellarm. l. 4. de Pont. c. 11.
[e] Magdeburgenſes Cent. 7. c. 10. Baleus 1. c. 72. whitaker l. 7. cont. Duræum. ſec. 17. Hoſpinian. part. 1. Hiſtor. l. 3. c. 2.
S. Birinus, Catholicus.
* Gul. Rameſienſis in vita S. Birini Surius & Harens 16. Broughton. de Monas. c. 29. Paginus l. 2. Biblioth. Præmonſtr. p. 109. Spedus in Catologo ædium relig. ex Lelande. Broughton. l. cit. c. 3.
[f] Stow. An. 1105. Vernon in monumen p. 422. Raynerus in Apoſtol. p. 158.
[g] Edmerus l. 1. p. 9. Sennar. p. 89.
† Spedus in Catal. p. 810.
[h] Iſaacſon. An. 1016.
† Nigri Canonici, regulares Vernon in Mon. p. 431.

gus etiam in Annalibus minorum Anno 1400. n. 42. ſcribit, quod, *In Comitatu Cornubiæ, Bodmini erat primum Monaſterium nigrorum Canonicorum S. Petro ſacrum, fundatum ab Ethelſtano Rege.* Idem habet Spedus in ſuo Catalogo ædium religioſarum Angliæ fol 805. Qui etiam in hiſtoria ſua l. 7. c. 23. ait, quod *Wulferus Rex* (qui vixit eodem tempore, quo S. Birinus *Stonæ ædificauit Collegium Canonicorum Regularium.* Baleus item Centur. 2. c. 54. aſſerit, quod *Anno Domini 1060. pulſis ob vxores, à Fredeſwidæ Collegio Oxoniæ, Canonicis ſæcularibus, Rex Eduardus Canonicos Regulares introduci fecit.* Capgrauius in vita S. Cungari: *Conſtituit in eodem oratorio ſuo duodecim Canonicos, qui regulariter viuerent.* Vixit hic ſub Ina rege. Giraldus Cambrenſis in Itiner. Cambriæ l. 1. c. 5. *Tres in hac vrbe (Carleon) antiquis temporibus fuerunt Eccleſiæ. Vna Iulij Martyris virgineo dicata regularium choro venuſtata. Altera B. Aaronis ſocij eiuſdem nomine fundata, & Canonicorum ordine præclaro nobilitata. Tertia vero Metropolitana.* Demum, Leo P. 3. in Epiſtola ad Ethelardum Archiepiſcopum Cantuarienſem, circa Annum Domini, 800. apud Malmesburienſem, l. 1. Pontif. p. 211. ſcribit, quod *Angliæ Monaſteria, tam Monachorum, quam Clericorum, & Puellarum, abolitanis temporibus, Eccleſia Cantuarienſis tenuit.* Vbi per *Monaſteria Clericorum*, quos clarè diſtinguit à *Monachis*, non poteſt intelligere alia, quàm Monaſteria regularia, ſeu Monaſteria Clericorum Regularium, tum quia ea vocat *Monaſteria*, tum etiam, quia talia intelligit per Monaſteria Monachorum, & Puellarum, ſeu Monialium, inter quæ interſerit *Monaſteria Clericorum.* Eaque ait fuiſſe *Abolitanis temporibus* in Anglia. Quæ omnia euidenter probant Clericos regulares fuiſſe in Anglia ante ingreſſum Normannorum, vtcumque forte ante ingreſſum eorum, fuerint aut penitus deſtructi, aut ad pauciſſimos reducti, & à Normannis reſtituti, ac prouecti atque aucti. His adde, quod [i] infra oſtendemus S. Auguſtinum, Cantuariæ poſuiſſe Clericos Regulares ex iuſſu S. Gregorij. Neque obeſt, quòd non ſit frequens mentio Canonicorum Regularium in Anglia ante ingreſſum Normannorum, aut quod Alexander Epiſcopus Lincolnienſis eos introduxerit Dorceſtriam ſub Rege Stephano. Nam id accidit, partim quia aut ipſi Canonici Regulares nihil ſcripſerunt, aut certè eorum ſcripta perierunt: partim quia omnia, aut pene omnia Monaſteria in Anglia a Danis euerſa fuerant. Quo igitur modo Ethelwoldus introduxit Benedictinos in nonnulla Angliæ Monaſteria, quæ tamen ab initio pro ipſis fundata fuerãt; eodem modo Alexander, introduxit Canonicos Regulares Dorceſtriam; Quia nimirum vterque Monaſteria, aut diruta; aut ab alijs occupata, eorum primis poſſeſſoribus reſtituit. Præterea S. Birinus adeo afficiebatur erga res ad Miſſam ſpectantes vt (prout mox referam) ad Corporale, quod oblitus in Littore reliquerat, recipiendum, è naui in mare exilierit, vitamque potius, quàm illud amittere voluerit. Demum, ſub Honorio tertio inuentum fuit eius corpus cum [k] Cruce plumbea ſuper pectus eius, cum paruo calice; Infula rubra, & duabus ſtolis, quæ ſunt Catholicæ Religionis ſatis luculenta teſtimonia: Proteſtantium etiam confeſſiones hac de re mox referam.

Vide Cambrenſem in Itinerario Cambriæ c. 5. l. 1. Brougthton de Monachis Britan. c. 13.

i Lib. in Alfrico, Arch. 204.

k Surius &. Capgrauius in vita S. Birini.

5. Ipſe etiam Kynegilſus Rex, manifeſte Catholicam ſuam fidem indicat. Nam ſuſceptorem in Baptiſmo habuit S. Oſualdum Regem Northumbrorum, vti refert Beda l. 3. c. 7. Qui Oſualdus Cruces erigebat, & coram eis orabat ac iamiam moriturus, preces pro mortuorum animabus fundebat, vt conſtat ex eodem Beda, l. 3. ca. 2. & 9. Præterea (ſi verum dicit Foxus in ſuis Actis editis Anno, 1610. p. 99. & 121.) Kynegilſus tandem vitam Monaſticam profeſſus eſt. Demum, Catholica ſeu Papiſtica fides Regis Kynigilſi, ac populi ſui, adeo manifeſta eſt, vt Proteſtantes id clare fateantur: Nam ita Baleus Centuria 13. ca. 4. *Huius Apoſtoli (S. Birini) opera, permittente Kinigilſo, Occidentalium Saxonum Rege, ciuitas (Dorceſtria) cum circum-iacente patria, ſub Euangelij colore, Papiſticam fidem ſuſcepit.* Et Magdeburgenſes Centur. 7 c. 10 *Birinus, Occidentales Saxones, Romanis imbuit ceremonijs, Regularium Canonicorum ſectam primus in Britanniam introduxit.* Et c. 6. *Benedictini Monachi cum Auguſtino irrepſerant* (in Angliam) *quos etiam Canonici Regulares cum Birino Dorcſtrenſi ſecuti ſunt.* Quod etiam habet Baleus, Centur. 1. c. 82. Conſtat itaque clariſſime, Chriſtianam Religionem primi Chriſtiani

S. Birinus Papiſta.

Canonicus Regularis.

Kinigilſi Stirps vſq; hodie regnat.

Occidẽtalium Auglosaxonum regis, & primi Chriſtiani Regis ex ea ſerie Regũ, qui poſtea vniuerſæ Angliæ imperarunt & quorũ ſtirps huc vſque nempe 1640. in Legitimo ipſorum hærede ſer. Carolo, Angliæ imperat, fuiſſe Romano-Catholicam ſeu Papiſticam, nimirum à vero Papa miſſam, & à vero Papiſta prædicatam, quam ab omnibus huius Regis ſucceſſoribus, vſque ad Henricum octauum fuiſſe ſanctiſſime cultam, deinceps ex ordine oſtendam: modo referam aliquos homines ſanctitate, ac eruditione præſtantes, & nonnulla miracula, quæ huius Regis tempore, Catholicam Religionem in Anglia confirmarunt.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA tempore Regis Kinigilſi.

Reges ſancti. S. ETHELBERT. R. Martyrologium Rom. 24. Febr. Hantington l. 3. Molanus 24 Febr. Capgrauius. Manifeſtatio R. Ethelberti Papiſta a Vveuer p. 62. 241. Sommer p. 65 Iſaacſon An. 633. b Godwin in Conuerſ. Angliæ c. 4. c Rainer. in Apoſtol. p. 59. Reges Angliæ ex ſtemmate S. Ethelberti. EDBALDVS R. Pietas Edbaldi Regis Malmesb. in l. 1. Reg. c. 1. SEBARETVS R. Ferra int 31 Ian'ij. Miraculoſa conſecratio Vveſtmon. † Baronius Ann. 620. Harpesfeld ſæculo 11. c. 16 Capgrauius in vita S. Edwardi Vveuer in monum p. 450 452. Thomas Rotheram Archiepiſ Eboracenſis apud Spelm l. 9 c. 18.

1. EX ſanctis Regibus, qui Kinigilſi tempore, In alijs Angliæ partibus dominabantur; Primus eſt S. Ethelbertus Rex Cantij, à S. Auguſtino ad fidem Chriſti conuerſus, quem Beda l. 1. c. 24. vocat *potentiſſimum, quia ad confinium Humbri fluminis, fines imperij tetenderat. Hic* (inquit idem l. 2. c. 5.) *Anno ab Incarnatione Dominica ſexenteſimo decimo tertio, poſt regnum temporale, quod quinquaginta, & ſex annis glorioſiſſimè tenuerat, æterna cæleſtis Regni gaudia ſubijt. Qui tertius quidem in Regibus gentis Anglorum, cunctis Auſtralium eorum prouincijs, qui Humbro fluuio, & contigui ei terris ſequeſtrantur à Borealibus, imperauit, ſed primus omnium cæli Regna conſcendit.* Hic Cantuariam, regni ſui caput, & ſedem regiam, S. Auguſtino iure regali dedit. Camden. in Cantio Harpesfeld ſæc. 7. c. 6. De quo ſanctiſſimo, ac primo Anglorum Rege Chriſtiano, ita Baleus, Centur. 1. c. 73. *Romanæ Religionis dogmata cum omni impoſtura, per Auguſtinum recepit, è vitaque migrauit, anno ſuſcepti Papiſmi vigeſimo.* Polidorus, l. 4. ſcribit, quòd *Corpus eius, etiam hodie multis enitet miraculis:* vxorem habuit Bertam [a], Chilperici, Regis Galliæ filiam, de qua liberos genuit, alij volunt eam fuiſſe [b] Clotarij primi filiam. S. Eduardus Rex, & Confeſſor, in [c] Diplomate dato Monaſterio S. Auguſtini Cantuariæ, profitetur, quod ſit *huius Regis ſtemmate ortus:* idemq; dicendũ eſt de omnibus Angliæ Regibus ipſi ſuccedentibus, qui ex S. Mathilde eius abnepte (de qua infra dicemus) originem ducunt. Quod non exiguæ ipſis gloriæ cedit. De Edbaldo etiam rege, filio S. Ethelberti, ita ſcribit Beda, l. 2. c. 6. *Baptizatus, Eccleſiæ rebus, quantum valuit, in omnibus conſulere, ac fauere curauit. Et ipſe cum ſua gente, ex quo ad Dominum conuerſus eſt, diuinis ſe ſtuduit mancipare præceptis. Denique & in Monaſterio beatiſſimi Apoſtolorum principis, Eccleſiam Sanctæ Dei genitrici fecit.* Et Bonifacius P. Epiſtola ad Iuſtum, ib. c. 8. *Susceptis apicibus filij noſtri Edbaldi Regis, reperimus quanta ſacri eloquij eruditione eius animum, ad vera conuerſionis, & indubitatæ fidei credulitatem fraternitas veſtra perduxerit.* Ac de eodem ita Polidorus, l. 4. *Quem vnuſquiſque ad cælum laudibus ferre iure poteſt ac debet.* Poſt S. Ethelbertum obijt eius nepos, Sebarethus, Rex Orientalium Saxonum, *Regna perennia petens*, vt loquitur Beda l. 2. c. 5. cit. *Huius ſepulchrum* (ait Walſingamus) *Anno 1308. apertum eſt, & inuenerunt manum eius dextram integram in carne, cute, vnguibus, & oſſibus, vſque ad medium brachij.* Iſte condidit celebrem Eccleſiam Weſt-Monaſterienſem, prope Londinum de cuius miraculoſa * dedicatione cælitus per S. Petrum facta, legi poteſt grauis Author Ealredus in vita S. Eduardi, Malmesburienſis, l. 2. Pontificum, p. 235. Diploma ipſius Regis S. Edwardi apud Spelman. l. 1. de Concilijs Angliæ, Anno, 1066. Weuer. in monumentis p. 450. & apud Vſſerium in Antiquit. Britan. c. 16. p. 741. Itemque Diploma Edgari Regis, apud eundem Vſſerium, ibidem p. 742. Itemque Epiſtola Nicolai, Papæ ſecundi apud eoſdem. Itemque fatetur Vſſerius haberi in vita S. Melliti, in Chronico Weſtmonaſt. Sulcardi, in Malmesburienſi, & in Annalibus Richardi Ciceſtrij: Et nihilominus idem Vſſerius ex ſola ſua incredulitate, vocat eam *fabulam*: adeoque duos antiquos, eoſdemque

que Sanctos Angliæ Reges, adeoque Epiſcopos omnes primariæque nobilitatis ad Synodum coeuntes, & probatiſſimos Angliæ Hiſtoricos, facit fabulatores. Certè Spelman (etſi Proteſtans) Anno, 610. ſcribit S. Mellitum Romam profectum; *An rata ſit habenda Eccleſiæ S. Petri Dedicatio diuinitus facta, de qua* (inquit) *plura valdè admiranda refert Eabredus Scriptor grauiſſimus.* Et S. Mellitus vir ſanctiſſimus ac doctiſſimus, non proficiſceretur Romam, vt fabulã Pontifici proponeret, nec author grauiſſimus fabulam referret. Certe Beda, li. 2. c. 4. aſſerit, quod Romam iuit, *de neceſſarijs Eccleſiæ Anglorum cauſis, cum Apoſtolico Papa Bonifacio tractaturus:* cuiuſmodi quidem cauſa erat, tam miraculoſa Eccleſiæ dedicatio.

2. Claruit etiam tunc temporis, S. Eduinus, Anglorum vltra Humbrum fluuium Rex: *cui* (vt ſcribit Beda, l. 2. c. 9.) *in auſpicium ſuſcipiendæ fidei, & Regni cæleſtis, poteſtas etiam terreni creuerat imperij: ita vt* [d] *omnes Britanniæ fines, qua vel Anglorum vel Britonum Prouinciæ habitantur, ſub ditione acceperit. Quin & Meuanias Inſulas, imperio ſubiugauit Anglorum.* Quibus omnibus Malmeſburienſis [e] l. 1. Regum, c. 3. addit. [c] *Scotos, Pictos, & Inſulas Orcadum.* De illius conuerſione ad Chriſti fidem per S. Paulinum, [S. Auguſtini Socium] potentia, magnificentia, ac pietate, multa habet Beda, l. 2. c. 9. & deinceps, eumque Eccleſia Anglicana, vt Sanctum coluit. Eius zelum attingit Beda his verbis, l. 2. c. 15. *Tantam deuotionem Eduinus erga cultum veritatis habuit, vt etiam Regi Orientalium Anglorum Carpualdo perſuaderet, relictis idolorum ſuperſtitionibus, fidem & Sacramenta Chriſti, cum ſua Prouincia ſuſcipere.* Et Honorius p. ib. c. 17. *Ita Chriſtianitatis veſtræ integritas circa conditoris ſui cultum, fidei eſt ardore ſuccenſa, vt longè lateque reſplendeat, & in omni mundo annuntiata, veſtri operis multipliciter referat fructum.* Et Goduinus (etſi Proteſtans) in vita S. Paulini, eum vocat, *Principem pietate clarum*, & addit, quod *Aediculam S. Petro fabricauit.* Poſt S. Edvinum regnauit S. Oſualdus Rex ſupradictus, *qui* (vt refert Beda, l. 3. c. 6.) *omnes nationes, & Prouincias Britanniæ, i. Britonum, Pictorum,* [f] *Scotorum, Anglorum, in ditione accepit*, & de eius inſigni pietate fuſe agit Beda, per multa capita. Baleus, Cent. 1. c. 76. vocat eum, *Pium Regem.* Camdenus in ſua Britan. p. 483. *Chriſtianiſſimum Heroem.* Spedus in Hiſtor. l. 7. c. 21. *pium ac religioſum regem.* Et Goduinus in vita S. Aidani; *Inclytum, & plurimis animi virtutibus, ac pietate præſertim in Deum, principem meritò celeberrimum.* Eodem etiam tempore vixit Sigebertus, Orientalium Anglorum Rex, *Homo* (ait Beda, l. 3. c. 18.) *Bonus, & religioſus, tantumque regni cæleſtis amator factus eſt, vt ad vltimum relictis Regni negotijs, intraret* [g] *Monaſterium, quod ſibi fecerat, atque accepta tonſura, pro æterno magis Regno militaret.* Et l. 2. c. 15. ait, quod *fuit vir per omnia doctiſſimus, atque Chriſtianiſſimus.* Claruit etiam, (iuxta quoſdam) tempore Regis Kinigilſi, aut paulò ante, Offo, quem alij Regem, alij Regis alicuius in Anglia filium, fuiſſe aſſerunt. Is Anno ſexcenteſimo tertio, ſeu (vt alij) ſexcenteſimo decimo, Romam peregrinatus eſt, & in Germania Monaſterium Schuterenſe fundauit: atque oppidum à ſe dictum, Offenburg, quod modo Imperiale oppidum eſt, condidit: de quo ſcribunt Munſterus in Coſmographia, ca. 274. Trithemius, in Chronico Hirſaugienſe, Baleus, Centur. 13. c. 52. Sed fuſè Iodocus Coccius in vita Dagoberti Regis; & in Epitome Chronographica ſub Ann. 603. Hic fuit primus Regum Anglorum, qui Romam peregrinatus eſt, quem plures Angliæ Reges poſtea imitati ſunt, vt ſuis locis referemus.

3. Inter Reginas, & Regum Filias, ſanctitate claruit hac tempeſtate, Edelburga, S. Ethelberti Regis filia, & S. Eduini Regis præfati vxor, quam Bonifacius Papa quintus apud Bedam. l. 2. c. 11. ſcribit; *Pijs, & Deo placitis operibus iugiter euiluiſſe, & ita in amore Redemptoris ſui immutata deuotione perſiſtentem inuigilaſſe, vt ad dilatandam Chriſtianam fidem* [h] *inceſſabiliter non deſtiterit operam commodare.* Hæc, marito mortuo, in Cantium redijt, ibique apud [i] Lin, constructo Monaſterio, inter virgines ſacras, & ipſa Deo ſacrata, vitam peregit: Eamque Goduinus in vita S. Paulini, vocat: *Mulierem Chriſtianæ pietatis ſtudioſiſſimam.* Vixit etiam tunc temporis S. Edburga, eiuſdem ſoror, quæ in Thaneto Inſula, ſub S. Mildreda ſeipſam Deo dedicauit: cuius vitam, & miracula poſt mortem eius facta, habet

veros Dedicatio diuinitus facta. Baron. An. 610.

S. EDVINVS. R. Harpesfeld ſec 7. c. 25. Ferrarius 4 Octobr. Capgrauius

[d] Huntingt. l. 3 Marianus An. 627.

[e] Polidor l. 4. Selden. l. 2. Analec.

[f] 3. Simeon Dunelm in Hiſtoria d. Cutberto col. 72. ait S. Petrum ei apparuiſſe, ac præcepiſſe vt Paganiſmũ relinqueret.

S. OSVALDVS. R. Martyrolo. Rom. Capgrauius.

[i] Huntington. l. 3. Polidorus l. 4 Brunon. in Chron. Lauatur à Proteſtantibus.

SIGEBERTVS. R. Harpesfild. ſec. 7. c. 15. Ferrarius 27 Octob. Mag. Cit. 7. Camden. in Brit p. 340.

OFFO. R. Genebrard. l. 3 ſec 7.

Regina Sancta ETELBVRGA R Ferrarius 7 Septemb.

[h] Malmesb. li 1 Reg c. 3.

[i] Florentius in Genealogia regum Harpesfild ſec 7 c. 10. Capgrauius in vita Hono. g. Vvener. in Mon p. 163 Spedus l. 7. c. 5.

S. EDBVRGA.

Capgrauius. Item, S. Ebba, filia Edelfridi Regis Nordanhumbrorum, ac Soror S. Oſualdi, & Oſwini regum, cuius meminit Beda, li. 4. c. 19. & 25. Et in vita S. Cutberti, c. 10. ait, fuiſſe *Religione, & nobilitate, cunctu honorabilem.* Et Camdenus in Britannia, p. 606. al. 670. ſcribit: *tanta ſanctitatu opinione, circa annum ſalutu 630. inclaruiſſe, vt ſolenni Apotheoſi in Diuos relata, plura in hac Inſula Tẽpla ſibi dicata habeat.* Spedus l. 7. c. 9. Meminit etiam Oſwithæ, ſorroris S. Ebbæ, aitque ambas in Sanctorum Catalogum fuiſſe relatas. Floruit etiam tunc temporis, S. Eanſwida, filia prædicti Edbaldi, Regis Cantij, quæ *Falcſtoni* (inquit Camdenus in Britan. p. 246. al. 305.) *Virginibus Monaſterium conſecrauit*, inter quas, & ipſa Deo ſacrata virgo & Abbatiſſa, piam vitam traduxit. Capgrauius in eius vita ſcribit, quod fuit filia Edbaldi ex [i] Emma Regis Francorum filia, & quod Falcſtoni ſanctimonialem egit, & nonnulla miracula, per eam facta recenſet. Eademque habet Harpesfeldus, ſæc. 7. ca. 10. Molanus in ſuo Martyrologio, 31. Auguſti ait. *In Anglia depoſitio S. Eanſwidæ Virginis & Abbatiſſæ.* Capgrauius in vita SS. Ethelredi, & Ethelbrithi meminit *Euſtrithæ*, filiæ Edbaldi Regis Cantij, *quæ in Monaſterio de Falcſton, quod ipſa conſtruxerat, ſepulta eſt.* Quæ vtrum diuerſa ſit à priore, mihi non conſtat. Gregorius Turonenſis, l. 9. c. 25. ſcribit, quod *Ingoberga, regina Chariberti Regis, reliquit filiam vnicam, quam, in Cantia Regis cuiuſdam filius, matrimonio copulauit.* Quæ forte fuit prædicta Emma, mater S. Eanſuidæ. Iſacſon tamen, Anno 617. ait, Emmam fuiſſe filiam Theodoredi regis Mediomatricum.

Ferrarius 15 & 21 Decemb. Capgrauius in Catal. S. EBBA. Harpesfeld. ſæc. 7. c. 17. Capgrauius eius vita Ferrarius 2. Aprilis Camden p. 606. S. EANSVVIDA. Florent. in Genealog. Regum. Harpesfeld. ſæc. 7. c. 10. Ferrarius 12. Septemb. Vſuard. in Mon. p. 270 Sped. l. 7. c. 5. Capgrauius in Catal.

[i] Malmesb. l. 1. Reg. c. 1. Florentius Genealog.

4. Inter Epiſcopos, Kinigilſi Regis tempore, ſanctitate illuſtres, (vt omittam S. Auguſtinum, & eius ſocios, de quibus ante locuti ſumus) imprimis occurrit prædictus [k] S. Birinus, qui (vt ſcribit Honorius 3. Papa apud Capgrauium in vita S. Birini) *multis coruſcans virtutibus, fœliciter officio legationis explero, defunctus eſt.* Sed audiamus encomia Proteſtantium, quæ ipſis inuitis, admirabilis eius ſanctitas extorſit. Camdenus in ſua Britannia, p. 272. aliàs 338. ait, quod *ſanctitatis opinione ad miraculum claruit*, ibique refert hos verſus vetuſti Poëtæ, in eius laudem compoſitos.

S. Epiſcopi SANCTVS BIRINVS.

[k] Martyrol Rom. 3. Dec Surius to. 6 Capgrauius in eius vita Harpeſf. Id. ſæc. 7. c. 29.

Dignior attolli, quàm ſit Tyrinthius heros,
Quam ſit Alexander Macedo: Tyrinthius hoſtes
Vicit, Alexander mundum; Birinus vtrumque,
Nec tantùm vicit mundum Birinus, & hoſtem,
Sed ſeſe bello vincens, & victus eodem.

S. Birinus laudatur à Proteſt.

Coperus in Chronico Anno 636. vocat eum, *Sanctum virum.* Godwinus in Epiſcopis Wintonienſibus, n. 1. aſſerit, quod *erat homo pius, animarum Chriſto lucrandarum, zelo ſuccenſus, cumque annos circiter quindecim, prædicationi diligenter incubuiſſet, aliaque vigilantiſſimi Paſtoru munia ingenti cum fructu obiuiſſet, mercedem laborum ampliſſimam à Chriſto relaturus, ad vitam migrauit meliorem*, Et vocat eius doctrinã, *Chriſtianam fidem & fidem Chriſti.* Foxus in Actis ſuis, l. 2. p. 110. ait, quòd *pijs ſuis laboribus Regem* (Kinigilſum) *ad fidem Chriſti conuertit.* Et Holinshed, l. 5. c. 29. *Magnis ſuis laboribus, & prædicando verbum Dei, multum populum ad rectam fidem conuertit.* Spedus in Deſcript. Britanniæ, ca. 2. p. 4. *Kinigilſus Viſi-Saxonum Rex, per verbi miniſterium à S. Birino conuerſus eſt.* Et ibidem, p. 6. *Huius amplæ ditionis Epiſcopus Birinus, & Apoſtolus & Epiſcopus Viſiſaxonum dictus eſt.* Et ca. 23. vocat eundem, *Occidentalium, itemque Auſtralium Saxonum, Apoſtolum.* Et in Hiſtoria ſua l. 7. ca. 6. refert ex libro Hiſtoriali S. Suithuni, quod etiam Edilwachum regem Southſaxonum, conuertit ad Chriſtum; Idemque habet l. 2. citato. Florentius, Anno 639. addit, quod etiam *Cuthredum, Quichelmi Regis filium baptizauit.* Et in Epiſcopis, p. 578. ipſum Quichelmum, filium Kinigilſi: Idemque aſſerit Stous, p. 95. Adeo aperte Proteſtantes, & ſanctitatem S. Birini, & veritatem ſuæ doctrinæ agnoſcunt, quem ſui, & Papiſtam fuiſſe, & doctrinam eius Papiſticam extitiſſe, iam faſſi ſunt, & nos ſupra probauimus. Vixit etiam in Anglia eodem tempore S. Aidanus Epiſcopus, de cuius ſanctitate, & miraculis, multis agit Beda, l. 3. c. 3. 5. 15. & ſequen. Et Goduinus in Epiſcopis Dunelmẽſibus, n. 11. fatetur, quod fuit

Eius fides approbatur ab eiſdem.

S. AIDANVS Capgrauius Laudatur à Proteſt.

fuit *vir pius, iuxta, & prudens, Epiſcopali munere functus eſt annos 14. toto eo tempore, nihil ſummæ diligentiæ ſibi reliquum faciens, quo gentem ſibi commiſſam, in ſalutis via deduceret: Miracula aliquot ab eo facta habentur in c. in Beda;* Sic ille Camden. in Hibernia p. 730. *Aidanus ſanctitate, & doctrina inclitus*, Baleus in Centuria, 1. c. 76. fatetur, quod fuit, *Vir ſpiritu Dei plenus.* Et c. 80. *Vir Apoſtolicus.* Claruit etiam tum S. Fœlix Apoſtolus East-Anglorum, de quo ita Beda, l. 2. c. 151. *Totam illam Prouinciam* (East-Anglorum) *à longa iniquitate atque infœlicitate liberatam, ad fidem, & opera iuſtitiæ, ac perpetuæ fœlicitatis dona, perduxit.* Camdenus in ſua Britania, p. 339. aliàs, 413. ait, quod *Orientales Anglos, à Chriſto deficientes, ad fidem reduxit.* Et p. 350. *Orientales Anglos ad fidem Chriſtianam, & perpetuæ fœlicitatis dona perduxit.* Goduinus, in Epiſcopis Noruicen. n. 1. *Deficientes, ad fidem Chriſtianam reduxit.* Et Parkerus in vita Honorij, vocat Fœlicem, *Virum Apoſtolicum:* qui tamen (vt Magdeburgenſes loquuntur, Centur. 7. c. 10. col. 534.) *omnes illas Eccleſias, in Papiſtarum laruas transformauit*, Vel (vt loquitur Baleus, Centur. 13. c. 5.) *Orientalium Anglorum Prouincias, ad Papiſmum conuertit.* Ita Papiſta, fuit *vir Apoſtolicus*, & Papiſmus, *fides Chriſti.* Denique (vt alios ſanctos Epiſcopos omittam) vixit eodem tempore in Anglia, S. Iuo Epiſcopus, natione Perſa, qui, neſcio, quo caſu, aut conſilio, in Britanniam venit circa Annum 600. de quo nonnulla habet Malmesburienſis in l. 4. Pont. p. 292. & Capgrauius in eius vita. Sic autem de ipſo ſcribit Camdenus in ſua Britannia, p. 367. aliàs. 444. *Iuo Perſa, Epiſcopus circa Annum Chriſti ſexcenteſimum, Angliam magna ſanctitatis opinione perluſtrauit, Diuinum verbum ſedulò adminiſtrauit.* Capgrauius tamen in eius vita, nec * perluſtrationis, nec prædicationis ſuæ mentionem faciens, ſcribit, quod *in villa quadam nomine Slepe, vſque ad finem vitæ ſuæ in vigilijs, ieiunijs, & orationibus, Deo iugiter ſeruiens, plenus bonis operibus vitam finiuit.* De incorruptione corporis ipſius, & miraculorum multitudine per illud factorum, legendus eſt Malmesbur. l. 4. Pont. p. 292. qui ait: *Nec poteſt numero æſtimari, nedum comprehendi ſcripto, multitudo per beatum illum ſanatorum.* Claruit etiam in Anglia hoc tempore, S. Furſeus Eremita, de quo Beda, l. 3. c. 19. *Verbo, & actibus clarus, ſed egregijs inſignis virtutibus.* Claruit etiam tunc, *Botulfus Saxo ſanctiſſimus;* inquit Camden. in ſua Britan. p. 400. Hæc de ſanctis in Anglia ſub Kinigilſo Rege, modo videamus viros eruditione præſtantes, ſub eodem.

S. FELIX Martyrolo. Rom. 8. Marty Capgrauius Florentius in Epiſcop. 551. Harpeſfild ſec 7. c 16.

Laudatur à Proteſt. S. Fœlix Papiſta.

S. IVO.

Florentius An 600. Capgrauius Bromton col 881. Spedus in Britan. l. 1. c. 29

** Nec Magdeburg. l. c.*

S. FVRSEVS. Capgrauius.

Ferrarius 17 Iunij Capgrauius Harpeſfild. ſec. 7. c. 24

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA *tempore Regis Kinigilſi.*

1. VT non repetam ea, quæ ſupra retuli de inſigni eruditione S. Auguſtini, & ſociorum eius, liquet S. Birinum prædictum, Apoſtolum Occidentalium Anglo-Saxonum, fuiſſe inſigniter doctum: tum quia miſſus eſt ad conuertendos Paganos ad Chriſti fidem: vnde ita Trithem l. 4. de illuſt. c. 140. *Propter excellentiam doctrinæ, & ſanctitatis, ab Honorio P. mittitur in Britanniam:* tum etiam quia [a] Cappa eius Preſbyter, erat (vt refert Baleus, Centur. 10. c. 12. ex Lelando & Redburno) *optimæ Notæ, & præclaræ eruditionis, & multa edidit.* Claruit etiam tunc temporis Sigebertus prædictus Rex East-Anglorum, quem Beda l. 2. c. 15. vocat, *Virum per omnia doctiſſimum: cuius* [inquit] *ſtudijs glorioſiſſimè fauit Fœlix Epiſcopus.* Et l. 3. c. 18. [b] *Quæ in Galliis bene diſpoſita viderat, imitari cupiens, inſtituit ſcholam, in qua pueri literis erudirentur, iuuante ſe Epiſcopo Fœlice, quem de Cantio acceperat, eiſque pædagogos ac Magiſtros, iuxta morem Cantuariorum, præbente.* Quam Scholam, Cantabrigienſes volunt fuiſſe ſuam Academiam, vt videre eſt in Lelando apud Twinum, in Antiquit. Oxoniens: l. 1. ſec. 52. Parkero in Honorio, Baleo, Centur. 1. ca. 7. c. 8. & Centur. 13. c. 4. Camdeno in Britannia, p. 357. aliàs 433.

lib. 1. c. 5. S. BIRINVS. a Pitſeus in Appendice n 45.

SIGEBERTVS R. Doctiſſimus b Malmesb. l. 1. Reg. 5. & l. 2. Pon. Pitſeus n. 72. Harpesfeld. ſec. 7. c. 13. Genebrar d. l. 3 ſec 7. Polidorus l. 4 Magdeburg Cent. 7. c. 7

Harriſono, l. 2. c 2. & alijs, vnde ita ſcribit Polidorus, l. 5. Hiſtoriæ Anglic. *Ab eo tempore, quo Sigebertus Orientalium Anglorum Rex, Scholas in ſuo Regno extruxerat, deinceps fuere viri ſemper in Inſula erudiſſimi qui tanquam doctrinarum riuuli ab ipſo fonte decurrentes, non modo Angliam, ſed Galliam quoque mellifluo diſciplinarum nectare irrigarunt.* Et Baleus, Centur. 1. c. 78. *Quod Angli ſucceſſu temporis tulerint claros doctrina viros, huic* (Sigeberto) *non vulgariter acceptum referre debent.* Vt meminerint Proteſtantes, ſe, & Academiam Cantabrigienſem, & claros doctrina viros, Monacho, & Papiſtæ debere: tales enim erant Sigebertus, & Fœlix prædicti. Gordon. in Chron. Anno, 449. ait; *Sigebertus, regnare cepit, Anno 636. princeps literis ac virtute conſpicuus, & qui primus in Anglia literarum iecit fundamenta.* Et Anno, 636. *Nunc fere regnare cepit apud Orientales Anglos Sigebertus, optimorum gymnaſiorum in Anglia fundator.* Spedus, l. 7. c. 11. ait, quod *Intulit lucem Euangelij in ſuum regnũ* Et Parkerus, in Antiquit. p. 18. quod, *Fælix Sigebertum in Chriſtiana fide inſtituit.* Selden. Analect. l. 2. c. 2. *Sigebertus Orthodoxæ fidei præcepta recepit.* Et c. 3. *Sigeberti literarum amor, muſarum (regio digniſſimum opus nomine) rempub. maximè promouendo, conſpiciebatur.* De S. Fælice Epiſcopo, ita Baleus Centur. 13. c. 4. *Fælix vir admodum eruditus in vtraque literatura, pia ac profana, per ſequentium ætatum hiſtoricos, Bedam præcipuè, declaratur. Ad orientalium Anglorum Prouinciam Apoſtolus, & ipſe perrexit, & eam ſtatim ad Papiſmum conuertit. Huius etiam hortatu, Sigebertus, earum tunc partium Rex, Cantabrigiæ, Anno, 636. Gymnaſium inſtituit.* Adeo apertè fatetur, *virum admodum eruditum in pia ac profana literatura*, Papiſtam fuiſſe, ac maiores noſtros Papiſmum docuiſſe, atque Academiam Literarum inſtituiſſe: vt manifeſtum ſit ab ignorantia non proceſſiſſe, quod maiores noſtri Papiſmum imbiberint. Magdeburgenſes, Cent. 7. c. 2. col. 43. aiunt, quòd *Fælix totam illam Prouinciam ad Chriſtum perduxit.* Weuerus, in ſuis monumentis, p. 825. *Fælix perduxit Eſt-anglos ad fidem Chriſti, & ſtatum perpetuæ fælicitatis.* Et p. 868. *Vir vndequaque doctus.* Adeo Papiſmus docetur à viro vndequaque docto, & eſt fides Chriſti, & ſtatus perpetuæ fælicitatis. Claruit etiam tunc temporis in Anglia, S. Ceadda Epiſcopus, quem Beda, l. 3. c. 28. ait fuiſſe, *virum ſanctũ, & ſcripturarum lectione ſufficienter inſtructum.* Et l. 4. c. 3. ſcribit, quod *Monaſticam, in orationibus, & continentia, & meditatione diuinarum ſcripturarum, vitam ſedulus agebat.* Et addit, quòd *Trumbert. qui in Magiſterio Ceaddæ erat educatus, ſe in diuinis ſcripturis erudiebat*: vt ex tanto diſcipulo, doctrinam Magiſtri facilè agnoſcamus. De eruditione, ab Anglis vnà cum Catholica religione percepta, ita ſcribit Vbbo Emmius rerum Friſicarum, l. 3. *Quin etiam religio noua, ſtudia literarum ſecum traxit, ad quod cùm animum ſemel adieciſſet populus ille barbarus, & armorum tantum gnarus, adeo ſtatim eius deſiderio ita exarſit, vt reliquis gentibus toto penè orbe facem præferret: cuius è ſcholis, examina Doctorum prodierunt, qui & literas reſtituere paſſim, & Chriſtum populis fidei ignaris magno ſtudio & pietate annuntiarunt.* Et l. 4. *Anglia, propter excitata illic literarum ſtudia, viris doctis abundabat, & poſt nuper receptum Chriſti cultum, cæteris prouincijs in pietatis zelo erat feruentior.* Similia ſcribit Genebrardus in Chronico ſuo, l. 3. ſæculo 7. atque etiam 8. Boſſius, l. 22. de ſignis Eccleſiæ, c. 4. & alij. Pudeat igitur Proteſtantes Anglos, obijcere Catholicis ſuis Maioribus ignorantiam. Sed hoc faciunt more Gnoſticorum, & omnium hæreticorum, qui promittentes falſi nominis ſcientiam circa fidem exciderunt vt loquitur Apoſtolus 1. Timoth. 6.

Twinus l. 2. ſu. 177.

Sigeberti R fides approbata à Protest.

S. FELIX

Angli Doctiſſimi tempore Kinigilſi R.

Et zeloſiſſimi

Tertull. præſcrip. c. 41. Vincent. c. 34. Auguſt. de vtil. credendi c. 9. Cypr. an. de vnitate.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA TEMPORE REGIS Kinigilſi facta in Anglia.

1. EX miraculis, quæ huius Regis tempore, ad confirmandam fidem Catholicam facta ſunt; illud imprimis memorabile occurrit, quòd ipſe S. Birinus, Angliam ingreſſurus, operatus eſt. Nam cùm conſcenſa naui, mare Britannicum

tannicum

tannicum ſulcaret, recordatus, ſe ſacrum Linteum, quod ab Honorio Pontifice dono acceperat (quod quia ſacrificij tempore, Chriſti corpori ſupponitur, corporale dicitur) in littore reliquiſſe, cum à nautis impetrare non potuiſſet, vt ad illud recipiendum vela verterent, fide plenus, inſilijt ipſe in mare, ac calcatis fluctibus, non ſecùs, ac ſuper ſolidam terram, ad linteum perrexit, eoque recepto, eodem modo ad nauem reuerſus eſt, *vndarum cumulos, ac mille obuias mortes* (inquit [a] Malmesburienſis) *fide diſpergens.* Cuius miraculi magnitudine (vt par eſt credere) nautæ ſtupefacti, tantam de illo in Angliâ exiſtimationem concitarunt, vt occidentales Anglo-ſaxones, qui tunc temporis (vt ait Beda, l. 3. c. 7.) *Paganiſsimi erant*) quique iam quadraginta annis S. Auguſtini, & ſociorum eius prædicationem neglexerant, ſubitò quaſi agmine facto, *Euangelizante Birino,* (ait Beda, loco citato) *Rex cum ſua* [b] *gente fonte Baptiſmi ablutus eſt.* Hoc miraculum (inquit Foxus in Actis ſuis p. 110.) *Malmesburienſis, Iornalenſis, & alij plures Scriptores affirmant, vt non poßim non mirari, tot authores, tam conſtanter conſentire in eo referendo, atque confirmando.* Vides (lector) pertinacem hæreticum, authoritate teſtium huius miraculi attonitum, & tamen ſuâ ſolius authoritate, aut potius incredulitate, ait iam eſſe *fabulam proculdubio*; licet poſteà, nonnihil cedens tot teſtium authoritati, relinquat lectori iudicandum, vtrùm miraculum fuerit, necne. Addit tamen, *quod ſi factum ſit, non ob Birini, aut corporalis ſanctitatem, ſed ob Ethnicorum conuerſionem factum fuit.* At quis Foxo retulit, quòd hoc miraculum factum non fuerit ad ſanctitatem Birini declarandam, præſertim cùm talis, tantuſque ſanctus fuerit, vt [c] ſupra ex ipſo Foxo, & alijs retulimus? Quid impedit, quò minùs & ob Ethnicorum conuerſionem procurandam, tanquam finem, & ad S. Birini, & corporalis ſanctitatem declarandam, tanquàm medium ad illum finem aſſequendum, factum fuerit? An non Apoſtolorum miracula, & ipſorum ſanctitatem, & doctrinæ veritatem declararunt, & Ethnicorum conuerſionem operata ſunt? Sed vtcunque quis de hoc ſentiat, Nobis ſufficit, quòd Foxus tandem negare non audeat hoc miraculum fuiſſe factum, ac fateatur, quòd ſi factum fuerit, factum fuit ob conuerſionem Ethnicor. ad doctrinam S. Birini, quam Papiſticam fuiſſe, euidenter oſtendimus, ſuprà n. 2. & 5.

S. Birinus ambulat ſupra mare.

[a] *L. 2. Pontif. p. 142. Capgrauius in Birino. Baronius An. 635. Brompton. col. 755.*

[b] *Malmesb. l. 2. Pontif. p. 241 & l. 1 Reg. c. 2. Stowſ p. 95. Howſus p. 75. Brompt. col. 755.*

[c] *ſec. 2 n. 4.*

2. Alio etiam illuſtri miraculo, huius regis tempore, comprobata eſt erectio crucum, & preces coram eis, quo S. Oſualdus, huius Regis Patrinus, cùm id feciſſet, cum paruo exercitu, immenſas Britonum copias proſtrauit, *iuxta meritum fidei ſuæ,* vt loquitur Beda, l. 3. c. 2. Atque hoc miraculum agnoſcit ipſe Foxus in Actis ſuis, l. 2. p. 100. vbi etiam victoriam hanc Oſualdi, *virtuti precum* (quas ante crucem fudit) *attribuit.* Et in margine ait; *virtus precum vincit hoſtes.* Magdeburgenſes, centur. 7. c. 2. aiunt: *Oſualdus, paruus manu, fide autem Chriſti munita, confligens* * *Cum Ceдualla, ipſum cum immenſis copijs ſuis fudit ac interemit, & regnum ac religionem inſtaurauit, & in Bernitiorum gente, primus templa, altaria, ac crucem erexit.* Et Camdenus, in ſua Britannia, p. 664. aliàs 720. *Opem Chriſti, quam implorarat, hoc in prælio, præſentem ſenſit Oſualdus.* Et 665. aliàs 722. *Oſualdus fide Chriſti munitus, Ceduallam infandum tyrannum iuſto prælio peremit.* Et Spedus in deſcript. Britan. l. 1. c. 45. *Oſualdus fide Chriſti munitus & armatus, Ceduallam iuſto prælio cecidit.* Idque repetit l. 7. Hiſtoriæ, c. 9. An non igitur erectio crucum, & preces coram eis factæ, placent Deo, qui tam illuſtri miraculo eas comprobauit? Atque hic meminiſſe velim, Proteſtantes Anglos, gentem ſuam, per Actum Catholicæ religionis, nempè per erectionem crucis, & preces coram ea fuſas, olim ab internecione ſeruatam. Nam Carduella ille Britonum Rex, quem Oſualdus hac victoriâ proſtrauit, [d] *Anglos vniuerſos, & pueros, & fœminas, atrocitate ferina necabat, totumque genus, Britanniæ finibus eradicare decreuerat,* vt ſcribit Beda, l. 2. c. vltimo. Addit Malmesburienſis, l. 1. Pontif. p. 19. *Ille dies fuit, quo nunquam Britannos triſtior, unquam Anglos afflaſſet hilarior: adeo alteri omnibus viribus conſumptis, vlterius reſpirare non auſi, alteri, ſacra religione cum Regis magnanimitate in immenſum prouecti.* Cuiuſmodi exempla non pauca infrà referemus, vt intelligant Angli, vi, ac virtute Catholicæ Religionis, gentem ſuam aliquoties ab interitu ſeruatam. Addit Beda, l. 3. c. 2. cit. *In loco orationis* (Oſualdi) *innumeræ vir-*

Baronius, An. 634.

S. Oſualdi fides comprobata miraculo.

Angli ſeruati per actum Catholica religionis.

[d] *Huntington. l. 3. Malmesbur. l. 1. Reg. c. 3. Vueſtmonaſter. An. 634.*

cutes ſanitatum noſcuntur eſſe patrata. Nam vſque hodiè, multi de ipſo ligno ſacroſanctæ crucis aſſulas excidere ſolent, quas cùm in aquas miſerint, eiſque languentes ac pecudes potauerint, aut aſperſerint mox ſanati reſtituuntur. Similia miracula refert, c. 9. de loco, vbi occiſus posteà fuit idem Oſualdus. Et c. 10 11. 12. 13. agit de miraculis factis ad reliquias eiuſdē. Atq; horū S. Oſualdi miraculorū, Beda teſtes citat, Principes, Pontifices, Sacerdotes, penè omnes Prouinciæ Lindiſſenſis incolas, cunctumque Angliæ populum, idque ab obitu Oſualdi, vſque ad tempus ſcriptionis ſuæ hiſtoriæ, hoc eſt, per centum plus minus annos. Nec Anglos ſolos, ſed etiam Britones, Hibernos, Germanos. Quid ad tantam nubem teſtium reſpondebunt Proteſtantes? An fortè dicent id, quod ait Foxus l. citat. p. 100. [e] *De miraculis S. Oſualdi, quid populus illius temporis affirmauerit, non habeo hic, quod dicam.* An tot teſtibus, tot populis, tanto tempore, fidem negabis, idque in rebus, quas ſe vidiſſe, ſenſiſſe, expertos eſſe teſtantur? idque ſine vllo in contrarium allato teſtimonio? Valeat igitur omnis fides humana; vel potiùs valeat impia hæreſis, quæ, niſi, negata omni fide humana, omniumque mortalium, etiam in rebus ſub ſenſum eorum cadentibus, infirmato teſtimonio, conſiſtere non poteſt. Aut fortè dicent cum Magdeburgenſibus. Centur. 7. c. 13. *Bedam in iis, quæ refert de Oſualdi miraculis, fabulari?* At hoc eſt venerabilem, eruditiſſimum, & ipſorum Proteſtantium iudicio, ſanctiſſimum, & fide digniſſimum virum, nulla allatâ (præter ſuam incredulitatem) ratione, ſubitò in vaniſſimum fabulatorem tranſmutare. An credibile eſt, non dico, Bedam, ſed quemcunque fabulatorem, adeò gnauiter impudentem eſſe potuiſſe, vt auſus fuerit, tàm inſignia mendacia ſcribere, tot, taleſque teſtes citare, de rebus à ſeipſo confictis, in quibus ab ipſis pueris vanitatis rideretur? ô! hæreſim, omnis verecundiæ, rationis, & ſenſus expertem, quæ defendi non poteſt, niſi hominibus, & pudor, & ratio, & ſenſus detrahatur; Nam ſi Bedæ, pudoris mica, aut Anglis (quos teſtes citat) ratio, aut ſenſus concedatur, nec ille tam luculenta mendacia confinxiſſe, nec iſti veritatem eorum, quæ toties, & tam diuturno tempore ſenſerunt, ignoraſſe putabuntur. Verecundiores certè erant Iudæi, qui licet Chriſto, & Apoſtolis, non tamen ſenſibus humanis fidem detrahebant, vt eos, quos illi curaſſent, negarent vel fuiſſe cæcos, aut claudos, aut poſtea vidiſſe, ac rectè ambulaſſe. Quin potiùs, tantum apud ipſos valuit teſtimonium populi, miraculum Apoſtolorum conteſtantis, vt dixerint: *Notum ſignum factum eſt per eos, & non poſſumus negare.* Accedit, quòd ex Proteſtantibus, Holinshedus, l. 3. Hiſtoriæ Anglicæ, c. 29. ſcribit, *Oſualdum* [f] *primum fuiſſe ex Anglis, cuius virtuti, miracula poſt mortem teſtimonium perhibuerunt.* Et multi Proteſtantes (vt SS. Patres omittam) fatentur, Deum olim ad memorias, ſeu reliquias Sanctorum, & per ſignum crucis, miracula edidiſſe: vt Iuellus, Articulo primo, diuiſ. 19. & Artic. 14. diuiſione, 3. Whitakerus, l. 10. contra Dureum, ſect. 10. Fieldus, l. 3. de Eccleſiâ, c. 20. l. 4. c. 21. Perkinſus, in ſuo Problemate, p. 82. & 84. Elienſis, in Reſponſ. ad Apol. Bellarmini, c. 1. p. 40. & 48. & alij. Cùm igitur Oſualdus tam inſignis ſanctus fuerit, vt ex Bedæ teſtimonio, & Proteſtantium confeſſione ſupra patuit, quidni credamus, Deum ad ipſius reliquias, & per ſignum crucis ab ipſo factum, edidiſſe illa miracula, quæ Beda commemorat? Alia miracula tempore Kinigilſi facta, ſiue per S. Auguſtinum, ſiue per ſocios eius, legi poſſunt apud Bedam, l. 1. c. 26. 31. l. 2. c. 1. 2. 7. 16. De incorruptione manus S. Oſualdi, tempore Bedæ, teſtatur ipſemet, l. 3. c. 6. & de eadem ſuo tempore, ita ſcribit Harpesfeldus, ſæc. 7. c. 26. *Viuunt hodiè, digniſſimi, omnique exceptione maiores, teſtes, qui eam à ſe viſam, mihi retulere.* Demum Edbaldus, qui tempore Kinigilſi regnauit in Cantia, in ſuo [g] diplomate ita profitetur, *Laurentij, ſucceſſoris Auguſtini, ſermonibus aſſiduis, & ſignis, ac plagis in ſeipſo pro me paſſis oſtenſis, à volutabro ſcelerum lotus, & ad agnitionem creatoris omnium creaturarum promotus, Dominum Deum meum recognoſco & adoro.* En vt Rex iſte teſtatur, ſigna, ſeu miracula S. Laurentij, ac profitetur ſe per ea conuerſum eſſe, ad fidem Chriſti. Atque ita clariſſimè oſtendimus, religionem primi Chriſtiani Occidentalium Anglo-Saxonum Regis, fuiſſe Romano-Catholicam, eamque ſuo tempore, à doctiſſimis & ſanctiſſimis viris cultam;

Polidorus l. 4. Barronius An. 642. Huntingt. l. 3.

e Sic Spidus l. 7. Hiſtor. c. 21.

Actor. 4.

f Malmesbur. l. 1. Reg. c. 3.

Simeon Dunelm. l. 1. c. 2.

g Rainerus in Apoſt. p. 57. Thornus col. 2125.

cultam; & à Deo clariſſimis miraculis confirmatam. Sequitur, vt idem de alijs eiuſdem Regis ſucceſſoribus commonſtremus.

CAPVT SECVNDVM.

KENVVALCHIVS REX SECVNDVS CHRISTIANVS Occidentalium Anglo-Saxonum, ab Anno 643. *ad* 672.

SECTIO PRIMA.

1. SEcundus Occidentalium Anglo-Saxonum Rex Chriſtianus, fuit Kenwalchius, filius (inquit Beda, l. 3. c. 7.) prædicti Kinigilſi, qui Regnum capeſſiuit Anno Chriſti, 643. & tenuit vſque ad Annum, 672. De quo ita Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 2. *Medio, & vltimo tempore, optimis Principibus comparandus fuit: in tantùm fortis*, [a] *vt Britones bis protriuerit, & Vulferum Pendæ filium, plurimâ parte Regni mulctauerit: religioſus adeò, vt primus Anteceſſorum ſuorum in Vintonia*, [b] *templum Deo, per id tempus pulcherrimum, conſtrueret: quod loci poſteritas, in ſede Epiſcopali fundanda, etſi anguſtiori peritiâ, per eadem tamen cucurrit veſtigia: ita munificus, vt nihil patrimoniorum cognatis negaret.* Polidorus l. 4. *Kenualchius, velut amantiſſimus cultor religionis, condidit templum magnificum Vintoniæ, in quo ſedes Epiſcopalis locata fuit.* Et Camden. in ſua Britannia, p. 190. *Hoc* (Alreford) *vt Vintonienſis Regiſti antiqui verbis vtar, religioſus Rex Kinwalc, à Birino Pontifice fidei Sacramentis imbutus, in Chriſtianæ religionis exordio* (hoc in tractu) *Ventanæ Dei Eccleſiæ magna animi largitus eſt deuotione.* Addit Foxus in Actis ſuis, p. 122. quòd totam terram in circuitu Wintoniæ, per ſeptem milliaria, ad alendos dictæ Eccleſiæ miniſtros, largitus ſit: idemque habet Stous in Annalibus, p. 96. & alij Harpesfeildus tamen ſæculo, 7. c. 18. & Goduinus in vita Agilberti Epiſcopi Wintonienſis ſcribunt, donationem hanc fuiſſe Regis Kinigilſi, auctam tamen & confirmatam, à [c] Kenwalchio. De hoc Rege ita ſcribit Beda, l. 3. c. 7. *Intellexit, quòd tunc deſtituta Pontifice prouincia, rectè pariter diuino fuerit deſtituta præſidio.* Tanti æſtimauit hic pius rex Epiſcopum.

Ethelwerdus l. 2. c. 7. Florentius An. 643.

[a] Huntington l. 2. Florentius An. 658. Camden. p. 191. 164.

[b] Harpesfeld. ſec. 7. c. 18. Camden. p. 132. 191. Spedus Hiſtor. l. 7. c. 7. Radulfus de Dic. An. 645. Inſignis munificentia R. Kenwalchij.

[c] Holinſhed. l. 2. c. 7. Iſacſon in Epiſcopis p. 407.

2. Romano-Catholica huius ſtrenui, & religioſi Regis fides, multis modis elucet. Primò ex eis quæ de patre ipſius ſuprà retulimus. Secundò, quia (vt tradit Beda, l. 3. c. 7.) *apud* [d] *Annam Orientalium Anglorum Regem, fidei cognouit, ac ſuſcepit veritatem.* Eaſt-Anglos autem conuerſos eſſe à S. Fælice Papiſta, ad Papiſmum, Proteſtantes [e] ſupra confeſſi ſunt. Tertiò, quia Epiſcopus eius erat Agilbertus, teſte Beda, l. 3. c. 7. qui tam euidenter Papiſta extitit, vt Foxus in Proteſtatione ante Acta ſua, numeret eum *inter Romanenſes Monachos, multùm immerſos in ſuperſtitione, cum Dunſtano, & alijs.* Et vt conſtat ex Beda, l. 3. c. 25. Romanum morem Paſchatis celebrandi, & coronæ geſtandæ defendit. Et nihilominus Goduinus in vita eius, ait, quòd *Euangelium prædicabat, veritatis ſemina vbique ſpargebat: & quòd illius pietas & eruditio Kenwalchio perſpecta erat.* Quartò, quia poſt Agilbertum, Epiſcopus Occidentalium Anglo-Saxonum, erat nepos ipſius Eluthetius, qui rogatu Regis ac populi, conſecratus fuit à Theodoro, vt habet Beda, l. 3. c. 7. & agnoſcit Goduinus in vita Elutherij. Theodorum autem notorium Papiſtam fuiſſe, ex Actis ipſius, & Proteſtantium confeſſione [f] infra oſtendemus. Quintò, quia huius Regis tempore in Angliam venit hic Theodorus, qui (inquit Beda, l. 4. c. 2.) *Mox peragratâ inſulâ totâ, quaquàuerſùm Anglorum gentes morabantur, libentiſſimè ab omnibus ſuſcipiebatur, atque audiebatur. Primuſque Archiepiſcopus erat, cui omnis Anglorum Eccleſia manus dare conſentiret.* Idque ipſum agnoſcunt Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 10. Parkerus & Goduinus in vita Theodori, Spelman. in Concilijs Angliæ, p. 152. Quàm certum igitur eſt, Theodorum fuiſſe Romano-Catholicum, tam certum etiam eſt, omnem Anglorum Eccleſiam,

Kenwalchius Rom. Catholicus.

[d] Spedus l. 7. c. 7.

[e] L. 7. ſec. 7.

[f] In vita Theod. l. 6.

Rom. Eccleſia Catholica & Apoſtolica.

Papa approbat fidem R. Angliæ.

Baronius An. 664.

g Magdeburg. cent. 7. c. 10. col. 317.

tunc eandem religionem profeſſam eſſe. Demùm, quia huius Regis tempore vixit Oſwinus Rex Nordan-Humbrorum, qui (vt ſcribit Beda, l. 3. c. 29.) *quamuis educatus à Scotis, intellexerat veraciter, quia Romana eſſet Catholica & Apoſtolica Eccleſia.* Quod modò, tanquam grandem impoſturam, impugnat degener Anglus, Mortonus. Et Vitalianus Papa in literis ad dictum Oſwinum apud Bedam, loco iam citato ſcribit, quod ex literis Oſwini ad ipſum, intellexerat, quod *Oſ..in ad veram, & Apoſtolicam fidem ſit conuerſus.* Et ait, *Benedicta Gens, quæ talem ſapientiſſimum, & Dei cultorem promeruerit habere Regem, qui non ſolùm ipſe Dei cultor exiſtit, ſed etiam omnes ſubditos ſuos meditatur die ac nocte ad fidem Catholicam, & Apoſtolicam pro ſuæ animæ remedio, conuerti.* En, vt iudicio Regis Angliæ hoc tempore, Romana Eccleſia, erat *Catholica & Apoſtolica Eccleſia:* & iudicio Papæ eiuſdem temporis, fides Regis Angliæ, *Catholica & Apoſtolica.* Adde quòd teſte Beda, l. 3. c. 25. cum tam Quartodecimani, quàm Catholici, coram hoc rege, *ſine vlla controuerſia conſenſiſſent, quòd hæc verba (Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam) principaliter Petro dicta, & ei claues Regni cœlorum ſint datæ à Domino, ille ita concluſit: Et* [g] *ego vobis dico, quòd hic eſt Oſtiarius ille, cui ego contradicere nolo. ſed in quantum noui vel valeo, huius cupio in omnibus obedire ſtatutis: ne fortè, me adueniente ad fores Regni cœlorum, non ſit qui reſerat, auerſo illo, qui claues tenere probatur. Hæc dicente Rege, fauerunt aſſidentes quique ſiue aſtantes, maiores vnà cum mediocribus.* Ex quibus liquidò patet, quòd Rex iſte, cum tota gente ſua, Primatum Petri crediderit. Nam ſi Eccleſia principaliter fuit ſuper ipſum ædificata, & ei claues regni cœlorum principaliter traditæ, certe ille Principatum ſeu Primatum poteſtatis habuit: nam eſſe principaliter Petram Eccleſiæ, & habere claues, indicia ſunt poteſtatis principalis.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA tempore Kenvvalchij Regis.

Reges ſancti.

S. SEBBVS R.

a Martyrolog. Rom. 29 Auguſt. Baronius An. 672. Camden p. 307. Stou p. 79. Holinshed l. 5. c. 14. Spedus l. 7. c. 8.

S. OSVVIVS R.

b Florent. An. 645. Weſtmon. An. 651. Capgrauius in Catal. Baronius An. 660. Harpsfeld. ſec. 7. c. 12. Ferrarius 20. Aug. Spedus l. 7 c. 11. V de Vualſ. Anno 1384.

S. Anna Rex

1. EX Regibus, in alijs Angliæ partibus, ſanctitate claris, tempore Kenvalchij Regis, primus occurrit S. [a] Sebbus Eaſt-Saxonum Rex, ſanctitate & miraculis illuſtris, vt liquet ex Beda, l. 3. c. vltimo, & l. 4. c. 11. Qui depoſito ſceptro, vitæ Monaſticæ ſe addixit. Extat hoc eius Epitaphium apud Weuerum in ſuis funebribus monumentis, p. 356. *Hic iacet Sebba, rex Orientalium-Saxonum, qui conuerſus fuit ad fidem per S. Erconualdum Londinenſem Epiſcopum, Anno Chriſti 677. vir multùm Deo deuotus, actibus religioſis, crebris precibus, & pijs eleemoſynarum fructibus plurimùm intentus: vitam priuatam & monaſticam cunctis regni diuitijs & honoribus præferens. Qui cùm regnaſſet annis 30. habitum religionis accepit per benedictionem Vualteri Londini Antiſtitis, qui præfato Erconualdo ſucceſſit, de quo venerabilis Beda in hiſtoria gentis Anglorum.* Camdenus in Britannia ſua, p 374. ſcribit, quòd *Sebba, regno ſe abdicauit, vt Chriſto vacaret.* Sic etiam Stous in deſcriptione Londini, p. 482. Bakerus in Reg. Eſtſaxonum, ait, quòd tumulus eius adhuc extat in Eccleſia S. Pauli Londini. Sic etiam Spedus. Vixit etiam tunc b S. Oſuius Rex Deirorum, quem Beda, l. 3. c. 14. *vocat virum eximiæ pietatis & religionis, & omnibus amabilem:* eiuſque inſignem humilitatem prædicat. Eius oſſa (vt refert Florentius in Chronico, Anno 1065.) *Ageluuinus Epiſcopus Dunelmenſis de tumulo leuauit, & in Scrinio cum magno honore locauit.* Camden. in Britan. p. 593. aliàs 656. ait, quòd *locus in quo cæſus eſt, in ſummo honore eſt à maioribus noſtris habitus.* Meminit illius Molanus in ſuo Martyrologio, 20. Auguſti, Weſtmonaſterienſis, Anno, 1065. ait, * *Propter miraculorum eius frequentiam, per innumera annorum circula, à populo regionis, locus ſepulturæ illius in tanta reuerentia eſt habitus, vt regem penes eos ſepultum, Dominum & Patronum in terris, & defenſorem reputarent in cælis,* Vixit etiam tunc Anna Eaſt Anglorum Rex: *Vir* (inquit Beda, l. 3. c. 18.) *optimus, atque optimæ genitor prolis.*

prolis. Vixit etiam eodem tempore præfatus Rex Oſwinus, quem Beda. li. 3. c. 21. vocat. *Regem Chriſtianiſſimum.* Et l. 4. c. 5. ait, *In tantum eo tempore tenebatur amore Romanæ, & Apoſtolicæ inſtitutionis, vt ſi ab infirmitate ſaluaretur, etiam Romam venire, ibique ad loca ſancta vitam finire diſponeret.* Eundemque (vt iam vidimus) Vitalianus Papa plurimum commendat, *ob eius piiſſimam deuotionem, feruentiſſimumque amorem propter beatam vitam.* Idemque Beda, ibidem, c. 22. ait, quòd *Orientales Saxones fidem, quam olim, expulſo Mellito Antiſtite abiecerant, inſtantia Regis Oſwini receperunt.* Et c. 24. *Ipſam gentem Merciorum finitimarumque Prouinciarum, defecto capite perfido* (Penda Pagano Rege) *ad fidei Chriſtianæ gratiam conuertit.* Vbi etiam addit, quod *Oſwinus, gentem Pictorum maxima ex parte regno Anglorum ſubiecit.* Item, c. 25. quòd *fuit author recipiendi Catholicum Paſchatis tempus in ſuo regno.* Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 2. Col. 35. fatentur, quod *in Anglia, Merciorum gens veram religionem accepit, interfecto Penda rege gentili ab Oſwino.* Quod eſt fateri, Papiſticam religionem eſſe veram religionem. Caluiſius in Chronico, Anno 620. vocat eum, *Regem pientiſſimum.* Et Camden in ſua Britan. p. 519. ait, *Oſwinus ad veram Chriſti religionem propagandam, hoc in loco templum condidit.* Vixit etiam tunc Sigebertus, Orientalium Saxonum Rex, qui occiſus eſt, teſte Beda, l. 3. c. 22. eò quòd *Euangelica præcepta deuoto corde ſeruaret, & ob cauſam pietatis, quæ propter obſeruantiam mandatorum Chriſti, contigit.* Nimirùm vt ibidem Beda exprimit; *Quod nimium ſuis ſoleret parcere inimicis, & factas ab eis iniurias, mox obſecrantibus, placida mente dimitteret.*

OSVVINVS R.

Puta's Oſwini R. Ma. meib. l. 3. P ont p. 272.

Baronius An. 654.

Laudatur à Proteſt

B. SIGEBERTVS. R

Huntington l. 2. Harpsfeld. ſec. 7. c. 12.

Ferrarius 29. Octob.

2. Ex Reginis ſanctitate claris, floruit tunc temporis, Hereſwida, vxor Ethelheri Regis, & mater Adulphi Regis Orientalium Anglorum: de qua ita Beda, l. 4. c. 23. *In Monaſterio Cale in Gallia, Hereſwid mater Adulphi Orientalium Anglorum Regis, regularibus ſubdita diſciplinis, ipſo tempore Coronam expectabat æternam.* Claruit etiam tunc Regina Eanfleda, filia S. Eduini Regis, & vxor dicti Regis Oſwini, *de cuius ſtudio cognoſcentes,* (inquit Vitalianus Papa apud Bedam, li. 3. c. 29.) *tantùm cuncta ſedes Apoſtolica vna nobiſcum lætatur, quantum eius pia opera coram Deo flagrant, & vernant.* Hæc, defuncto marito, [c] Monaſticæ vitæ vnà cum filia ſua ſe addixit; vt teſtatur Beda, l. 4. c. 26. Idemque fecit vxor, S. Sebbi Regis prædicti, vt ſcribit idem Beda, l. 4. c. 11. Claruit etiam tunc temporis, S. Etheldritha, filia S. Eduini Regis, & ſoror germana S. Eanfledæ prædictæ. De qua ſcribit Florentius in Catalogo Epiſcoporum, p. 576. Claruit etiam hac tempeſtate Ermenburga filia Ermenredi Regis Cantij, *quæ dimiſſo marito ſuo, Pendæ regis Merciorum filio, eius cum conſenſu, caſtam elegit ducere vitam, & 70 ſibi monialibus ſociatis, Deo dignum conuerſationis fructum afferens, tandem in Domino quieuit,* vt refert Weſtmonaſterienſis, Anno 654. Claruit etiam tunc in Gallia, S. Bathildis Regina, vxor Clodouei ſecundi, de quâ ita Martyrologium Romanum, 26. Ianuarij. *In territorio Pariſenſi, S. Bathildis Reginæ, ſanctitate, & miraculorum gloria illuſtris:* Author libri de Geſtis Francorum apud Cheſneum, tom 1. Hiſtor. Franc. p. 717. dicit, *eam fuiſſe de genere Saxonum, pulchram valde, & ingenio ſtrenuam:* ac S. Antoninus, tit. 13. c. 4. §. 6. quod *Peſtem ſimoniacam expulit de Galliâ, & impias exactiones ceſſare fecit.* Genebrardus in Chronico, l. 3. quod eius tempore *plures* [*] *Eccleſiæ, & Monaſteria ædificata ſunt in Auſtraſia, Francia, Germania, quàm vnquam alias ſub præcedentibus, aut ſequentibus Regibus.* Atque ipſamet fundauit duo inclita Monaſteria, nempe Corbeienſe, & Calenſe: quod autem fuerit Angloſaxo, liquet, primò, quia Gallus [*] Author vitæ eius ait, quod fuit *deprædata de* [*] *Tranſmarinâ Saxoniâ:* Nulla autem Saxonia, eſt Tranſmarina, ſeu Tranſmare, reſpectu Galliæ niſi Angloſaxonia; ſecundo, quia author vitæ S. Berthæ apud Cheſneum to. 1. Hiſtoriæ Franc. p 665. diſerte ait, quod [d] Bathildis Regina fuit *de vltra marinis partibus Angloſaxoniæ exorta.* Tertiò, quia illo tempore, ac diu ante, ac poſtea Anglia dicebatur *Saxonia*, & Angli, *Saxones*, prout etiamnum dicuntur à [*] Wallis & Hybernis. Proſper in Chronico; *Anno 18. Theodoſii Britanniæ in ditionem Saxonum rediguntur.* Gildas in ſua Epiſtola, *Anglos* vocat *Saxones.* l. 12. [*] Epiſtolarum S. Gregorij, præfigitur hic Titulus Epiſtolæ, 31. *Incipit Epiſtola de expoſitione diuerſarum rerum B. Gregorij Papæ, quam tranſmiſit in Saxoniam tranſmarinam ad Auguſtinum.*

Regina Sancta.

B HERESVVIDA R.

Ferrarius 21. Septem.

B EANFLEDA R.

Ferrarius 14 Nou. & 11. Aprilis.

c Spedus l. 7 c. 22.

S ETHELDRITHA.

B ERMENBVRGA.

S. BATHILDIS R

[*] Molanus in Chron.

S Bathildis Anglosaxo

[*] Apud Sur. tom. 7.

† Vincent. Beluacenſis l. 23 c 114.

d Bathildis. Anglia olim dicta Saxonia

† Bertha. & l. 2. hiſtor.

Camden. in Brit p. 27.

† East Rom. Saxonia tranſmarina.

O

Amoinus, l. 1. c. 18. *B. Furſeus ex Hibernia veniens, prius à Rege Saxonum Sigisberto, honorificè ſuſceptus, Cœnobium in eadem conſtruxerat Saxonia.* Vbi per *Saxoniam*, & *Saxones*, intelliguntur *Anglia*, & *Angli*, vt manifeſtum eſt in Beda, l. 3. c. 19. Eginhardus in vita Caroli Magni, *Audiuit Alcuinum, de Britanniâ, Saxonici generis hominem.* Et idem Eginhartus in Annalibus Anno. 308. *Adolphus de Britanniâ, Saxo:* Vitalianus Papa, apud Bedam. l. 3. c. 29. inſcribit Oſwinum, *Regem Saxonum.* Agatho Papa in Concilio vocat S. Gregorium. *Totius Saxoniæ Apoſtolicum apicem*; & iubet Theodoro Cantuarienſi, vt *Totius Saxoniæ faciat Synodum.* Sergius Papa apud eundem, l. 5. c. 7. vocat Ceduallam, *Regem Saxonum.* Elutherius Epiſcopus Angliæ, apud Malmesbur. l. 1. Regum c. 2. ait, *ſe gerere gubernacula Pontificatus Saxoniæ.* S. Wilfridus Epiſcopus Eboracenſis, in Concilio Romano ſub Agathone P. Anno, 680. ſcribit ſe *Epiſcopum Saxoniæ.* S. Boniſacius Anglus, Epiſt. 132. ſcribens in Germania aït quod Concilium Londinenſe habitum eſſet, *in Tranſmarina Saxonia.* Alcuinus in vita S. Wilibrordi, aſſerit, quod pater eius fuit *genere Saxo.* Eodemque modo, per *Saxones, & Saxoniam*, intelligunt *Anglos & Angliam*, Kenulphus Rex apud Malmesbur. l. 1. Regum, c. 4. & Leo Papa ibid. Ioannes 15. ibid. l. 2. c. 10. Paulus Diaconus, l. 5. c. 33. & l. 6. c. 28. Ioannes Diaconus, in vita S. Gregorij, l. 2. c. 37. 38. 46. l. 4. c. 80. 82. 100. Regino Anno 808. Author vitæ S. Eloquij apud Surium tom. 6. S. Adamanus in vita S. Columbæ, Reginaldus in vita S. Willibaldi, Monialis, in vita S. Winbaldi, Anaſtaſius in vita Conſtantini Papæ; Aſſerius in vita Alfredi, & alij: Vnde rectè Gretſerus in obſeruationibus ad vitam S. Wilibaldi, c. 3. ait: *Anglus & Saxo, ſæpè promiſcuè pro eadem natione accipiuntur. Idemque* (vt ait Camdenus in ſua Britan. p. 94 aliàs, 100.) *ex Gilda, Beda, Bonifacio, & Paulo Diacono, rectiſſimè collegit eruditiſſimus vir Ciſnerus.* Et Sigebertus in initio Chronici ait, *Saxones, id eſt, Angli.* Cum igitur author vitæ S. Bathildis expreſſe dicat, quod ipſa fuerit *de Tranſmarina Saxoniâ*, quo nomine dicta fuit Anglia, nunquam ita dicta fuerit vlla pars Germaniæ, ab omni ratione alienum fuerit S. Bathildem facere Germanam. Adde, quod author vitæ S. Bathildis, ſcribat, eam *Regali Saxonum ſanguine ortam eſſe:* Cum tamen Germani Saxones illo tempore regem non habuerint, vt teſtatur Beda, l. 5. c. 11. Demum adde, quod Catholica Eccleſia Anglicana celebrabat feſtum S. Bathildis, vt liquet ex Breuiario Sarum 30. Ianuarij, cum tamen non celebret memoriam aut S. Clotildis, aut S. Radegundis, quæ erant reginæ Galliæ, non ſecus, ac S. Bathildis. Claruit etiam, hoc tempore Dompneua, aliàs Emerburga vxor Merewaldi Regis Merciorum, ac mater ſanctarum virginum Milburgæ, ac Mildredæ, quam S. Eduardus rex in [e] priuilegio, quod dedit Monachis Cantuarienſibus, vocat *venerabilem reginam:* quæ in Taneto inſula ædificato [f] Monaſterio, ibi ſe Deo conſecrauit.

Crantzius in Metropoli l.6.c.29. Amant Angli vſque hodie Saxones vocitari.

Dompneua Simeon Dunelm col. 89 Thornus col. 1906.

e Ramor. in Apoſtolatu p. 57.

f Thornus col 1907. ſanctis filiis Regum.

S. EGELWINVS.

3. Ex Regum liberis in Anglia, ſanctitate floruit Egelwinus, ipſius Regis Kenwalchij frater: de quo ita ſcribit Malmesburienſis, l. 2. Pontif. *Adelingenſes Monachi, laudes Patroni ſui S. Egelwini ferunt in aſtra præconijs, ſanctitatem ſentiunt continuis impenſis beneficijs. Illum* [g] *fratrem Regis Weſt-Saxonum Kenwalchij fuiſſe, & generis magnitudinem ſanctitatis indole inaltaſſe, perſeuerans eſt opinio.* Floruit etiam eodem tempore S. [h] Erconwaldus, poſtea Epiſcopus Londinenſis, Offæ Regis filius, *cuius vita, & conuerſatio* (inquit Beda, l. 4. c. 6.) *fertur fuiſſe ſanctiſſima, ſicut etiam nunc cæleſtium ſigna virtutum indicio ſunt.* De eodem agit Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 235. & fuſius Capgrauius in eius vita, eumque Goduinus in Epiſcop. Londin. n. 4. agnoſcit fuiſſe, *virum doctum, & ſanctitate morum celebrem.* Et addit *Corpus eius in magni precij feretro conditum in Orientali parte Eccleſiæ* (Londini) *ſupra ſummum Altare ſitum iacebat, donec annis abhinc octoginta diſparuit.* Tunc etiam Wulfaldus, & Ruffinus, filij Wulferi Merciorum Regis, à patre ſuo adhuc pagano, eo quod Chriſto nomen dediſſent, interempti ſunt. Quam impietatem, ipſe poſtea ad Chriſtum conuerſus, & propaganda fide, & Monaſterijs extruendis, eluere conatus eſt. Camdenus in ſua Britannia, p. 518. aliàs, 439. ait, quod *in loco vbi cæſi ſunt, poſteritas in eorum memoriam Eccleſiam ſacrauit.* Atque hi ſoli ſunt, qui ab Anglis vſque ad infælicem Henrici Octaui Apoſtaſiam, directe ob fidem occiſi

g Harpsfeld ſæc.7 c 18.

h Martyrol. Rom. 30. Aprilis. Harpsfeld. ſæc. 7. c 13. Capgrauius

SS. WVLFALDVS RVFINVS Ferrarius 1. Iunii. Stows p. 84. Spedus l. 7. c 23. Iſaacſon An. 662.

[illegible] S. [illegible] E[illegible] [illegible] ſicut nec S. [illegible] Vt [illegible], a [illegible] [illegible] dem C[illegible] [illegible] o, & [illegible] iam [illegible] per[illegible] [illegible] tempore præ[illegible] [illegible] R[illegible] ſanti, qui [illegible] Ebbe to [illegible] *In* [illegible] [illegible] *eorum* [illegible] *miraculorum* [illegible] [illegible] Weſt[illegible]naſterienſi, Anno 654. Quorum paſſionem, & [illegible] refert Capgrauius in Catalogo [illegible]. Polidorus, l. 4. eos vocat [illegible] *quorum corpora iacent* [illegible] *Cœnobio Rameſienſi.*

4. Ex filiabus Regum, ſanctitate claruit [illegible] S. Hilda Abbatiſſa, Neptis S. Eduini Regis; de cuius ſanctitate fuſe tractat Beda, l. 4. c. 23. atque quod *ex eius Monaſterio, quinque Epiſcopos vidimus, & hos omnes ſingularis meriti, & ſanctitatis viros.* Ex quibus vnus erat S. Ioannes Beuerlacenſis, [illegible] Bedæ, alter S. Wilfridus. *Et ante eos, ex eodem Monaſterio* inquit *primus* [illegible] *fuerat Antiſtes Tatfridi, vir ſtrenuiſſimus, & doctiſſimus, atque excellentis ingenij* vt hinc [illegible], tunc temporis Monaſteria, etiam fœminarum, in Anglia, fuiſſe ſcholas egregiæ virtutis, & doctrinæ. Goduinus in Epiſc. Ebora[illegible], n. 5. vocat Hildam, *Mulierem ſanctiſſimam.* Foxus in actis ſuis p. 1[illegible]. [illegible] eam, *fœminam eruditam & deuotam*, Spedus, l. 7. c. 20. *piam, &* [illegible]. [illegible] dus apud B[illegible] Cent. 10. c. 16. *fœminam incomparabilē.* Et [illegible] in Catalogo, fol. 696. [illegible] lando, & Baleo, quod *vulgo Mater miſericordiæ dicebatur, dono miraculorum ill*[illegible]. *Ex eius Cœnobio tot clara vtriuſque Sexus virtutum lumina prodierunt, vt inſolito quodam* [illegible] *totam late Britanniam illuſtrauerint.* Baleus ipſe Centur. 1. ca. 80. ait quod H[illegible] erat *Mulier pia, prudens, literata.* Et c. 94. *Mulier ſan*[illegible]*ma.* Effulſerunt etiam eodem tempore, duæ Chriſtianiſſimæ, Pendæ Pagani Regis Merciorum filiæ, nempe Kineburga, & Kineſwitha. Ingulfus in Hiſtoria, p. 850. aſſerit, *Am*[illegible] *fui*[illegible] [illegible] ait Malmesbur. l. 1 Reg. [illegible] c. 4. Kineburgam tamen ag[illegible] napiam [illegible] *A*[illegible] *Regi Northumbrorum, ſed carnali copula* [illegible] *ſanctimonialem hab*[illegible] Kineſwitha vero Offæ Eſt-Saxonum Regis nuptias recuſauit, [illegible] ſuaſit, vt regnum ac mundū relinqueret, ambæque mundo, & m[illegible] ac Chriſto ſe di[illegible]ntes, ſanctiſſimam vitam egerunt. De Kinedrida, (alias Kine[illegible] & [illegible]a, ita ſcribit Malmeſburienſis, l. 4. Pontif. p. 29. *Ambæ ab infantia Deo dicatæ,* [illegible] *propoſitum tenuerunt ad ſenium* [illegible] *iunior non ſui ſolius contenta ſalute, etiam Offam ſponſum cœlebatui conſecrauit.* Ingulfus in hiſtoria Croilandenſe, p. 850. cit. refert, quod *earum pignora pretioſa Petroburgi aſſeruata ſint,* Polidorus, l. 4. Hiſtoriæ aſſerit, quod *ſunt inter Diuos relatæ.* Foxus in Actis, p. 100. ait, *Kinedrida, & Kineswitha, Sanctæ virgines.* De Kineburga ita ſcribit Camdenus in Britan. p. 369. ali[illegible] 448. *Kineburga, Alfredi Nordanhumbrorum Regis vxor, mutauit imperium in Chriſti Ancillatum, & huic Monaſterio* Dormancaſter *tanquam mater ſacrarum virginum præfuit*, Et p. 3[illegible] al[illegible]s, 428. ita ſcribit de alia, Regis illius temporis, filia *Ad Dereham* k W[illegible] *Regis Annæ filia, ſepulta, quæ quia fuit à luxuria, & leuitate alieniſſima, ſanctiſſima* [illegible] *a maioribus inter ſanctas relata.* Molanus 4. Iulij, ponit paſſionem S. Leuinæ virginis ſub Egberto Rege, viuente Theodoro Archiepiſcopo: Quod contigit tempore Regis Kenualchi. Sigebertus An. 651. ait; *Multi de Anglia vel Scotia, in Gallijs p*[illegible]*nantes, verbum Dei ſeminabant, multumque fructum Deo faciebant.* Capgrauius [illegible] in vita S. Botulphi, & Baleus, Centur. 10. c. 9. mentionem faciunt duarum [illegible] [illegible]hel[illegible]ndi Regis South-Saxonum quæ circa annum, 650. ſanctimo[illegible] in [illegible] Belgica: Hoc etiam tempore aliqui cenſent claruiſſe S. O[illegible]ham filiam [illegible]wal[illegible], ac neptem Pendæ Regis, ac ſponſam Sigheri Regis Eaſt-Saxonum, [illegible] ab eo [illegible] actam, ac Mo[illegible] [illegible] profeſſam, a Danicis piratis ob Chriſti fidem occiſam. Cuius vitam ac mira[illegible] [illegible] Capgrauius, ac Surius. tom. 5. Malmesburienſis, li. 2 [illegible] p.

[illegible] S. [illegible] Simeon Dunelm. Hiſtor. [illegible] filia Regum. HILDA [illegible] S. KINEBURGA, KINESWITHA [illegible] S. WITHBURGA. Malmesb. l. 4. Pont. [illegible] 17. [illegible] Iulij [illegible] Caprgrau. S. OSTHAR [illegible] An [illegible]

[illegible]

237. vocat eam, *in mi[illegible]acu[illegible] [illegible]amoſam virginem.* Cam[illegible]us in [illegible]ita B[illegible] 3[illegible] aliàs, 397. ita de ea ſcri[illegible]it *Regia illa virgo Oſitha, tota Deo defixa [illegible] confoſſa, ſanctæ honores ap[illegible] maiores obt[illegible]uit.* Quanta autem [illegible], populum Anglicanum ce[illegible]endum eſt, cùm eorum Reges, Reginas [illegible] liberos, tanta ſanctimonia fulſiſſe cernimus? ſed audiamus Bedam l. 3 [illegible] referentem, quanta fuerit hoc tempore pietas Epiſcoporum, Eccleſiaſ[illegible], & populi Angliæ. *Tota* (inquit) *tunc fuit ſolicitudo Doctoribus illis, Deo ſeruien[illegible], n[illegible] ſeculo: tota cura cordis excolendi, non ventris. Vnde & in magna erat veneratione, te[illegible] re illo, religionis habitus, ita vt vbicunque clericus aliquis, aut Monachus adueniret, gaudenter ab omnibus, tanquam Dei famulus exciperetur; & iam ſi in itinere pergens inueniretur, accurrebant, & flexa ceruice, vel manu ſignari, vel ore illius ſe benedici gaudebant: verbis quoque horum exhortatoriis diligenter auditum præbebant, ſed & diebus Dominicis ad Eccleſiam, ſiue ad Monaſteria certatim, non reficiendi corporis, ſed erudiendi ſermonis Dei gratia confluebant. Et ſi quis ſacerdotum fortè in viam deueniret, mox congregati in vnum vicani verbum vitæ ab illo expetere curabant. Neque enim alia ipſis ſacerdotibus aut clericis vicos adeundi, quam prædicandi, baptizandi, infirmos viſitandi, & vt breuiter dicam, animas curandi, cauſa fuit, qui ab omni erant auaritiæ peſte caſtigati, vt ne territoria ac poſſeſſiones ad conſtruenda Monaſteria, niſi à poteſtatibus ſeculi coacti, ſuſciperent.* Solummodo addam, quod huius Regis tempore, fundatum fuit inclitum Monaſterium Petroburgenſe, à præfato Wulfero Rege, Anglo-Merciorum, nempè Ann. 664. vt habet Ingulphus, p. 850. *Cuius Diploma* (ait Holinshed, l. 2. Hiſtor. Britan. c. 2.) *vidi, ſubſcriptum eius manu propria; Itemque Sigheri Regis Suſſexiæ, Sebbi Regis Eſſexiæ, Reliqui teſtes hoc ordine poſiti ſunt. Ethelardus frater Wulferi, Kineburg, & Kineſuitha, ſorores eiuſdem, Deus dedit Archiepiſcopus, Ithamar Epiſcopus, &c. Tum comites omnes, & Nobiles Angliæ, ſuo ordine, & poſt hos omnes, additum eſt nomen Agathonis Papæ, qui diploma confirmauit rogatu Wilfridi Eboracenſis in Synodo Romæ habita, 680.* & Literas Agathonis habet Spelman. in Concil. p. 163. Claruit etiam vſque ad hoc tempus S. Ceadda Epiſcopus, *cuius præclaras virtutes* (ait Martyrologium Rom. 2. Martij) *Beda commemorat.* Quique vt refert Camden. in Britannia p. 385. aliàs, 318. *Orientales Saxones, per baptiſmum, in [illegible]hriſti Eccleſiam inſeruit.* Vel vt ſcribit Weuer. in Monumentis, p. 713. *Prædicando verbum vitæ, fecit magnam meſſem Chriſto.* Baleus Cent. 10. c. 14. *Ceadda, (vt Lelandus habet,) immortali vir digniſſimus memoria, Fidem Chriſtianam apud Mercios & Anglos Orientales, Euang[illegible] validus aſſertor, auxit verbis ac ſcriptis.*

Pietas Anglorum tempore Kenwalchij R. Huntingt. l. 5. Howed p. 412. Camden p. 105. Foxus p. 135.

Camden in Brit. p. 379.

Capgrauius

S. Ceadda laudatur à Proteſtantibus.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA tempore Kenwalchij Regis.

1. REGIS Kenwalchij tempore ſplenduerunt in Anglia illa clariſſima ſanctitatis, & doctrinæ lumina, quæ radios ſuæ eruditionis, & virtutis, per vniuerſam Angliam diffuderunt: nempè, S. Theodorus Cantuarienſis Archiepiſcopus, & S. Adrianus, miſſi illuc à Vitaliano Papa. De Theodoro ita Beda, L. 4. c. 1. *Vir erat, & ſecularis, & diuina literatura, Græcè & Latinè inſtructus.* Et de vtroque ita, c. 2. *Quia erant literis diuinis ſimul, & ſecularibus abundanter ambo inſtructi congregata diſcipulorum caterua, ſcientiæ ſecularis quotidie flumina in rigandis eorum cordibus emanabant, ita vt etiam Metricæ artis, Aſtronomicæ, & Arithmeticæ, Eccleſiaſticæ, diſciplinam, inter ſacrorum apicum volumina, ſuis auditoribus contraderent. Indicio eſt quod [illegible] que hodie ſuperſunt de eorum diſcipulis, qui latinam græcamque linguam [illegible] æque ac propriam in qua nati ſunt, norunt. Neque vnquam prorſus, ex quo Britanniam petierunt Angli, fœliciora fuere tempora,* Et c. 3. *Vt breuiter dicam, tantum profectus ſpiritualis tempore Præſulatus illius* (S. Theodori) *Anglorum Eccleſia quantum nunquam anteà potuere, ceperunt,* Et l. 4. c. 1. *Erat Adrianus ſacris literis diligenter imbutus, Monaſterialibus ſimul & Eccleſiaſticis*

S. THEODORVS. ADRIANVS. Malmesb. 1. Reg. c. 1.

[illegible] *ipſi* [illegible] *&* [illegible] Hæc Beda [illegible] SS Theodori, & Adriani Tempore faciebat Agatho Papa [illegible] Theodorum, [illegible] temporis [illegible] ia, vt ita ſcripſerit ad ſex[illegible] Synodum. [a] [illegible] *deinde de Britannia,* [illegible] *orum Conſamulum atque Coepiſcopum noſtrum, magnæ Inſulæ Britanniæ Archiepiſcopum, & Philoſophum, cum aliis,* [illegible] *exinde ad humilitatem noſtram coniungere, & hac de cauſa Concilium* [illegible] *que diſtulimus.* Vides quanti Theodorum, & alios in Britannia [illegible] tes fecerit Pontifex, quod in eorum expectatione, vniuerſale Concilium diſtulerit. Similia de Theodoro, & Adriano ſcribit [b] Malmesburienſis, [illegible] R[illegible] ..& alij Catholici Sed audiamus encomia Proteſtantium. Goduinus in [illegible] Theodori, n. 7. *Nunquam ante hac tempora, tot ſimul homines vidit Anglia* [illegible] *& eruditione præſtantes, quorum tamen numerus, breui poſteà vehementer auctus. S*[illegible]*m dicitur hic præſul erexiſſe,* [illegible] *mauis dicere Academiam, apud* [*] *Crecoladam, aut potius Græcoladam, ita nimirum dictam (vt nonnulli autumant) à Græcis ibi loci Græcas literas docentibus, qui tandem inde migrantes Oxoniam, viginti circiter milliaribus inde diſtantem Academiæ celeberrimæ poſtmodum enata fundamenta iecisse, coniectura ſanè haud quaquam abſurda exiſtimantur.* Vt meminerint Oxonienſes, fundamenta ſuæ Academiæ [illegible] debere (teſte Goduino) notorio Papiſtæ, & à Papa in Angliam miſſo. Parkerus in vita Theodori, n. 7. ita ſcribit: *Adrianus, vir in ſacris literis, & omni diſciplinarũ genere peritiſſimus, —Theodorus, eiſdẽ diſciplinis inſtructus, quibus antea diximus Adrianum. —Hi Bibliothecam copioſam tam è Græcis, quàm latinis libris ſecum in Angliam aduexit, quorum nonnulli græco Idiomate co*[illegible] *apud nos manent opera ſanè ob eximiam literarum ſcripturam, noſtro ſæculo rara, & quæ perpetua memoriæ famam obtinere mereantur. —Poſt Britanniam ab Anglis occupatam, fæliciora tempora, & eruditiora non fuerunt, quam cum ille Cantuariæ præſidebat. Præter reliquas eius virtutes, eximiè doctus fuit, ac poſt mortem, in diſcipulis, qui multi erant, & præclari, quaſi viuens. In his fuit S. Beda, Ioannes Beuerlacenſis, Albinus, Tobias Roffenſis Epiſcopus, qui latinam ita & græcam linguam, vt natiuam, calluiſſe dicitur.* Baleus, Centur. 13. c. 6. *Theodorus vtraque ſcientia diuina, & humana, linguaque tam Latina quam Græca, nulli inter Monachos Romanenſes per ſuam ætatem ſecundus habebatur.* Spelman. in Concilijs Angliæ, Anno 673 p. 152. dicit, *Theodorum fuiſſe cum in moribus, tum in literis illuſtrem admodum, & laudatum, & Adrianum in ſacris literis, omnique eruditionis genere inſtructiſſimum.* Camdenus in ſua Britannia, p. 258. aliàs, 294. *Incredibile eſt, quantum Cantuaria floruit, cum Archiepiſcopali dignitate, tum meliorum literarum Schola quam Theodorus inſtituit.* Neque aliter alij Proteſtantes ſcribunt de[illegible] eruditione Theodori, & Adriani, & Anglorum, ipſorum tempore; & tamen non erubeſcunt, aſcribere ignorantiæ maiorum noſtrorum, quod inciderint, in Papiſmum: nam vt inquit S. Ciprianus; *Ambulantes in tenebris, habere ſe lumen exiſtimant.*

2. Claruerunt etiam hoc tempore multi diſcipuli Theodori, vt Tobias Epiſcopus Roffenſis, de quo ita Goduinus, ex Beda, l. 4. c. 9. & l. 5. c. 24. *Vir græca, latina, & Saxonica lingua, atque eruditione multiplici inſtructus. Erat enim diſcipulus B. memoriæ Magiſtrorum Theodori Archiepiſcopi, & Abbatis Adriani, vnde cum eruditione literarum vel Eccleſiaſticarum, vel generalium, ita Græcam quoque cum latina didicit linguam, vt tam notas, & familiares ſibi eas, quàm natiuitatis ſuæ loquelam haberet.* Et eadẽ habet [illegible]s, Cent. 1. c. 96. qui addit, quod *per omnem Cantiorũ Prouinciam Dei verbum cum fructu mirifico ſeminabat.* Claruit etiam tunc Ithamar Epiſcopus Roſenſis de quo ita Beda, li. 3. c. 14. *vita & eruditione anteceſſoribus ſuis æquandus,* Vide eius miracula apud Capgr. in vita ipſius. Godwinus in Epiſc. Roſenſibus, n. 4. *Ithamar, neque ſi vita ſpectes morumque integritatem, ſeu doctrinam, & eruditionem, Anteceſſorum cuiquam poſtponendus.* Idem habet Weuer. in Monumentis, p. 311. Floruit etiam hoc tempore Agilbertus Epiſcopus Occidentalium Saxonum, qui (vt ſcribit Beda, l. 3. c. 7.) *legendarum gratia ſcripturarum, in Hibernia non paruo tempore demoratus erat.* Item Wighart. electus Archiepiſcopus. Cantuar. *Vir* (inquit Beda, l. 4. c. 1.) *in Eccleſiaſticis diſciplinis doctiſſimus.* Et Baleus, Cent. 13. ca. 54. *Wighardus presbiter, vir doctiſſimus.* Maidulphus; *Vir* (inquit Camdenus in Britannia, p. 176. aliàs, 210.) *ſumma eruditione, & ſingulari vitæ ſanctitate.* Et in Hi-

[a] Malmesb. l. Pont. p. 196. Baronius Ann. 680. Parker in Theodoro.

[b] Sel[illegible] in [illegible] p. 1[illegible]0.

[b] l. 1. Pont p. 190. Parker in Theodoro.

Proteſt. encomia de eruditione S S. Theodori & Adriani.

[*] Camden p. 209. Cantium 1 de Antiquit Cantuari[illegible] [illegible]

Schola Cantuaria.

Lib. de antiquitate

TOBIAS.

Piſſeus, n. 91.

ITHAMAR

Malmsb. l. 1. Pont. p. 150.

AGILBERTUS.

MAIDULPHUS.

bernia p. 7[illegible] *doctrina inclitus.* [illegible], C[illegible] 7. c. 10. *Ma[illegible]lphus [illegible] E[illegible] 6 [illegible] graca quam Latina [illegible] artes pr[illegible].* Spedus, in [illegible] 14. *Mar-du[illegible] vir ſumma [illegible]* Baleus, C[illegible] c. 84 [illegible] doctus. Et C[illegible]ntur. 14. c. 26. ait, quod erat, *V[illegible] eruditione atque ingenio ſing[illegible] [illegible]ineque & græce [illegible]tens. Romanarum Conſtitutionum acerrimus [illegible]fenſor. Doct[illegible] [illegible] merito aſcribendus, ſi non ſordui[illegible] Papi[illegible]* At que[illegible] doctum vi[illegible] [illegible] Anglia v[illegible] ab Wiclefum nominare poter[illegible], quem non [illegible]cet illa labe [illegible]? Quid autem miramur Epiſcopos, & alios in Anglia hoc tempore eruditione claruiſſe, cum ipſi Reges fu[illegible]nt doctiſſimi? Nam Beda l. 4. c. 2[illegible] A[illegible]idus Rex Nordanhumbr[illegible]rum, fuit *[illegible] in ſcriptur[illegible] d[illegible]ſſimus.* Et li. 5. ca. 13. *Vir vndecunque doctiſſimus.* Malme[illegible] l. 1. Reg[illegible], c. 3. *[illegible] ma[illegible] o[illegible] literis imbutus, omni Philoſophia compoſuerat animum.* Camdenus in ſua Britan. p. 577. alias, 635. *Alfredus erudititiſſimus Northumbrarum Rex.* Baleus, Centur. 1. c. 87 *Alfredus Rex ingenti facilitate aſſiduaque opera in literis hærendo doctiſſimus euaſit. Illum Beda doctiſſimum fuiſſe affirmat, & in ſummo pretio habuiſſe literatos.*

SECTIO IV.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA tempore Kenwalchy Regis

1. KENWALCHII Regis tempore, nempe Anno, 655. (vt habet Beda in Chronico) contigit illuſtre illud miraculum, quod ipſe refert l. 3. c. 24. Nam [illegible] Pag[illegible]s Merciorum Rex, *Totam gentem Re[illegible] ſuam, a paruo [illegible] ad magnum delere atque exterminare decreuerat, reſpexit ille ad [illegible] anxius impietatis, quo ab impietate barbarica poſſet eripi: vouit igitur Deo, quod [illegible] ſi victor ex[illegible] filiam ſuam Domino ſacra virginitate dicandam offerr[illegible], ſimulque duodecim [illegible] prædiorum ad conſtruenda Monaſteria donare, & ſic cum pauciſſimo exercitu ſe certamini dedit. Denique fertur, quod tricies maiorem Pagani habuerint exercitum, ſiquidem ipſi triginta legiones, ducibus nobiliſſimis inſtructas in bello habuere, quibus Oſ[illegible]n. Rex cum Alfrido filio perparuum (vt dixi) habens exercitum, ſed Chriſto duce confiſus occurrit.— Finito ergo certamine, fugati ſunt, & cæſi Pagani duces regis triginta, & qui ad auxiliū venerant, pene omnes interfecti.* Hu[illegible]s victoriæ meminerunt etiam Camdenus in Britannia, p. 566. aliàs 617. Foxus in actis, p. 110. & alij Proteſtantes: nec (quod ſciam) quiſquam illorum ei fidem detrahit. Imo Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 3. col. 66. dicunt: *vocatus (ab Oſwino) in caſtra Deus, ſuppetias tulit.* Et col. 54. *Tandem Oſuinus voto facto ad Deum cæli, Pendæ Merciorum Regi occurrit cum paruo exercitu, ipſumque Pendam inter ingentem Merciorum ſtragem interemit, ac Eccleſias ab eius tyrannide liberauit.* Stous in Chron. p. 81. *Oſwinus inuocauit auxilium Dei contra ho[illegible], vouens, ſi vinceret, filiam ſuam conſecrandam Deo in perpetua virginitate & daturum ſe duodecim fundos, ad conſtruenda Monaſteria. Tunc parans ſe ad prælium, licet Pagani hoſtes tricies tanti eſſent, eos vicit.* Spelman. in Concil. p. 144. ait quod *Oſwinus victoriam miram obtinet.* Spedus in hiſtoria l. 7. c. 10. *Magis dextra Dei, quam viribus humanis.* En iterum Anglos, actu Catholicæ pietatis, miraculoſe ab internecione ſeruatos. An illis diſplicebit votum virginitatis, & conſtructio Monaſteriorum. Quibus a Paganoru[illegible] feritate erepti fuerunt Catholici illorum [illegible]? Hoc etiam tempore S. Hilda ſupradicta operata eſt miraculum in anſe[illegible] [illegible]tos [illegible] a ſata depaſcentes quod vſque hodie durat. Nam v[illegible] C[illegible]nus [illegible] Britannia p. 585 alias 645. *Anſeres illi, cùm ſuper[illegible] terras qua[illegible]dam,* (quæ o[illegible]ant Hildæ) *non ſine ſumma omnium admiratione [illegible] decidunt.* [illegible]uod (inquit [illegible] *reſul[illegible]em, niſi a plurimis fide [illegible] accep[illegible]em.* Atque addit quòd *hoc ſanctitati [illegible]* Item quod *lapides [illegible] inueniuntur ſerpentium in ſpiram reuolut[illegible]rum ef[illegible] ſerpentes olim fuiſſe cred[illegible] quo[illegible] lapideus cortex intexi[illegible]. Hildæ precibus*

precibus aſcribit fama, tanquam illi conuenïſſet. Hæc ille. His temporibus, (nempe, Anno 651.) óbijt, S. Aidanus Epiſcopus de cuius pietate ſupra diximus, quem Beda l. 3. c. 15. tradit, *Quòd per propheticũ ſpiritum, tempeſtatem prædixerit futuram, & per virtutem eiuſdem ſpiritus, hanc exortam, quamuis corporaliter abſens, ſopiuerit:* c. 16. Quod *ignem ab Hoſtibus admotum vrbi, orando amouerit.* Et c. 17. Quod *Deſtina Eccleſiæ, cui accumbens obierat, ardentibuſque cæteris domus incendi non potuerit.* De quo Magdeburgenſes, Centur. 7. cap. 10. ita ſcribunt. *Miracula Aidani plurima recenſet Beda. Eius voto, Regis Oſualdi manus, cui propter eximiam beneficentiam, & liberalitatem in pauperes, benedixerat, adhuc tempore Bedæ inueterata, & ſine putrefactione, miraculi loco conſeruabatur in vrbe regia Bebba.* Goduinus in Epiſcop. Dunelmenſibus, n. 1. ita ſcribit: *Miracula aliquot ab eo patrata, habentur in Beda*, l. 3. quibus ipſe fidem derogare non audet. His etiam diebus obijt S. Ceadda Epiſcopus, cuius anima viſa fuit cum agmine Angelorum in cælum ferri; Et in loco ſepulturæ eius, *ad indicium virtutis illius, ſolent* (inquit Beda, l. 4. c. 4.) *crebra ſanitatum miracula operari. Eſt autem locus ſepulturæ, Tumba lignea in modum domunculæ facta, coopertus, habens foramen in pariete, per quod ſolent, ſi qui cauſa deuotionis illò aduenïunt, manum ſuam admittere, ac partem pulueris inde aſſumere, quam cum in aquas miſerint, atque has infirmantibus iumentis, ſiue hominibus, guſtandas dederint, mox infirmitatis ablata moleſtia, ad cupita ſoſpitatis gaudia redeunt.* De hoc Ceadda ita Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 10. *Mortuus, claruit miraculis, ita vt Phreneticus, tantum dormiens ad eius Tumbam, ſanitati ſit reſtitutus, & quem is morbo conflictati, guſtato puluere eius monumenti, curati.* Et Camden. in Britan. p. 440. aliàs, 520. *Inter Epiſcopos celeberrimus fuit Ceadda, ob ſanctitatem Diuis aſcriptus.* Spedus in ſua Britan. l. 1. ca. 35. vocat eum, *Sanctum.* Weuer. in monumentis, p. 311. *Ithamar Epiſcopus, exceſſit è vita circa annum 656. multa miracula dicuntur facta per eum, & magnus fuit concurſus populi ad eius ſepulchum.* De quibus agit Capgrauius in vita ipſius.

S. Aidani

S. Ceadda

Proteſtantes agnoſcunt miracula S. Ceaddæ.

S. Ithamari Capgrauius.

CAPVT TERTIVM.

REGINA SEXBVRGA ANNO 672.

1. K*ENVVALCHIVS moriens, Regni arbitrium* (inquit Malmesburienſis, li. 1. Regum, c. 2.) *reliquit vxori Sexburgæ delegandum, nec deerat mulieri ſpiritus ad obeunda Regni munia, ipſa nouos exercitus moliri, veteres tenere in officio, ipſa ſubiectos clementer moderari, hoſtibus minaciter infremere, prorſus omnia facere, vt nihil, præter ſexum, diſcerneres, veruntamen plus quàm animas fœmineas anhelantem, vita deſtituit, vix annua poteſtate perfunctam.* Holinshed, l. 5. Hiſtoriæ, c. 34. vocat eam, *fœminam fortitudinis idoneæ ad gerendas res memorabiles.* Regnum tenente Sexburga, nempe anno, 672. vt habet Florentius in (Chronico) alia Northumbrorum Regina, ſcilicet S. Ediltrudis, multo glorioſius reliquit; Nam cum bis nupta fuiſſet, primum Principi Giruiorum, poſtea Egfrido regi Northumbrorum, cum quo iuuene, & ipſius conſuetudinis cupidiſſimo, ipſa, ætate florentiſſima, duodecim annis vixit, & perpetuam virginitatem coluit, vt non ſolum homines tunc viuentes, qui id noſſe poterant, ſed etiam Deus ipſe teſtimonium perhibuit. *Mihimet* (inquit Beda, l. 4. c. 19.) *ſciſcitanti, B. memoriæ Wilfredus Epiſcopus dicebat, ſe teſtem virginitatis eſſe certiſſimum, adeo vt Egfridus, terras & pecunias multas promiſerit ſe eſſe donaturum, ſi Reginæ poſſet perſuadere, eius vti conſortio. Et ſignum diuini miraculi, quo caro eius ſepulta corrumpi non potuit, indicium eſt, quod à virili contactu incorrupta perdurauerit.* Hæc Beda de ea; Ita autem Martyrologium Rom. 23. Iunij: *In Britannia S. Ediltrudis Reginæ & virginis, quæ ſanctitate & miraculis clara migrauit ad Dominum: cuius corpus vndecim poſt annis inuentum eſt incorruptum.* Similiter Molanus, 23. Iunij. Adeoque indubitata eſt eius pudicitia, vt Proteſtantes, qui aliàs docere ſolent, perpetuam virginitatem eſſe impoſſibilem obſeruatu, id agnoſcant, vt Stous in Chronico, p. 92. Weuerus in ſuis Monumentis, p. 761. Bakerus in Re-

Ethelwerdus l. 2. c. 7. Florentius An. 672. Harpsf'd fac. 7. c. 18. Polidor l. 4. Holinshedl. 5. c. 34.

S. ETHELTRVDIS, R. Capgrauius.

Alcuinus Poem 48. Huntington l. 2. Marianus Ann. 680. Sigeb. Ann 683. Harpsfild. fac. 7. c. 24. Camden p. 362 Malm. l. 2 Reg f. 89.

gibus Eaſtanglorum; Iſacſonus, Anno, 671. Spedus, l. 7. c. 9. Holinſhedus, l. 5. c. 36. Foxus, in ſuis Actis, p. 100. 120. inquit: *Cum eſſet nupta* (Egfrido Regi) *nullo pacto allici potuit vti eius conſuetudine, ſed obtenta ab eo licentia, ſanctimonialis effecta eſt*. Camdenus in ſua Britannia, p. 361. aliàs, 438. inquit: *Cum Egfridum Northumbrorum Regem, cui ſecundò nupſerat, reliquiſſet, vt Chriſto inſeruiret, in Ely Inſula deuotis virginibus Monaſterium conſtruxit, cui & ipſa præfuit*. Goduinus, in Epiſcopis Elienſibus, initio ſcribit, quod *tandem commeatu ab Egfrido impetrato, mundique vanitatibus longum valere iuſſis, in inſulam ſuam Elienſem reuerſa eſt, ibique Monaſterio ſeſe abdidit*. Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 10. col. 550. *Edildreda fuit regina Angliæ, in coniugio duodecim annis vixit, perpetuam virginitatem cuſtodiens: tandem facta eſt Abbatiſſa, & mortua; poſt multos annos, inuenta eſt corpore ſalua in monumento*. Et Spedus in ſua Britannia, l. 1. c. 17. *Exninga, inſignis natalibus S. Ethelredæ*. Foxus in Actis p. 101. vocat eam, *ſanctam*.

2. Vixit etiam eodem tempore, S. Withburga, virgo ſupradicta, ſoror S. Etheltrudis, de qua ſupra aliqua diximus; ſed de incorruptione corporis eius per multa centenaria annorum, ita Malmesburienſis, l. 4. Pontificum, p. 293. *De Withburgæ incorruptione, cum quibuſdam veniſſet in dubium tempore Richardi Abbatis, cum transferrentur corpora ſanctorum, dubietas euentilata eſt, & Beatam quidem Ethelbritham nemo penitus, pro veteri fide præſumpſit attingere, ipſam verò vltrà mammas detexere, viſaque eſt toto corpore integra, dormienti ſimilior quàm mortuæ, velo & totis veſtibus integra nouitate venientibus, ſerena facie, roſeo rubore ſuauis, dentibus candidis, labijs paululum reductis, papillis admodum paruulis*. De ea mentionem facit Molanus, in ſuo Martyrologio, 8. Iulij, & Ferrarius ibidem. Claruit etiam tunc, S. Germanus eiuſdem S. Etheltrudis Frater, cuius corpus Malmesburienſis, l. 2. Pontificum, p. 240. ait iacere in Monaſterio S. Edmundi. Claruit etiam tunc, alia S. Etheltrudis ſoror, ſcilicet, S. Ethelburga; de qua, ita Beda, l. 3. c. 8. *Ethelburga, Deo dilectam perpetuæ virginitatis gloriam, in magna corporis continentia ſeruauit, in Monaſterio Brige in Gallia, quæ cuius eſſet virtutis, magis poſt mortem claruit. Nam poſt annos ſeptem, aperientes ſepulchrum eius, ita intemeratum corpus inuenere, vt à corruptione concupiſcentiæ carnalis erat immune, & ita denuo lotum, atque alijs veſtibus indutum, tranſtulerunt illud in Eccleſiam Beati Stephani Martyris, cuius Natalis ibi in magna gloria ſolet celebrari*. Claruit etiam tunc temporis alia etiam ſoror eiuſdem, nempe, Sexburga, vxor quondam Ercomberti Regis Cantij, & poſt obitum S. Edeltrudis, Abatiſſa Elienſis, & *prædicatur Sancta*, ait Malmesburienſis, l. 2. Regum, p. 89. Annam Regem Orientalium Anglorum, iure Beda, l. 3. c. 18. vocat *Virum optimum & optimæ Genitorē prolis*. Et l. 4. c. 19. *Virum bene Religioſum, & per omnia mente & opere egregium*. Nam & S. Germani præfati, & Sanctæ Edeltrudis, S. Edelburgæ, S. Withburgæ, & S. Sexburgæ genitor extitit. Sub hoc tempus, in lucem prodijt mirabilis ſanctus, Rumbaldus, Pendæ Regis, ex filia, nepos: qui ſtatim à natiuitate, locutus, ac ſe Chriſtianum profeſſus, baptiſmum petijt, & accepit, ac tertia die ad cælos abijt. Cuius reliquiæ (vt tradit Capgrauius) *cæcis viſum, claudis greſſum, & diuerſis languoribus ſoſpitatem præbent*. Camdenus, in ſua Britannia, p. 346. ſcribit, quod *inter diuos à maioribus relatus eſt*. Et p. 45. quod *Brakeley, celeberrimum olim fuit, Rumbaldi infantuli memoria*.

S. VVITHBVRGA Harpesfeld ſæc. 7. c. 17. Ferrarius 8 Iulij Spedus l. 7. c. 10. Bronton co. 748.

S. GERMANVS. Bromton c. 748 vocat Ieronimum

S. ETHELBVRGA Martyrol. R. in 7. Iulij Harpesfeld. ſæc. 7. c. 17. Capgrauius

S. SEXBVRGA R. Harpesfeld. ſæc. 7. c. 24. Ferrarius 6 Iulij Spedus l. 7. c. 10. Capgrauius

Anna. R. pater quinque ſanctorum.

S. RVMBOLDVS. Capgrauius in eius vita Ferrarius 28. Aug. Camden. p. 280. 374. Spedus in deſcrip. Coceſtria.

Simile de filio Dagoberti R. refert Annonius l. 4. 20. Sigebertus Ann. 633. Author vitæ Dagoberti apud Chiſnenum tom. Myreus in Diplo. Dagoberti Rodulfus de Diceto An. 633.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

ESCVINVS OCCIDENTALIVM ANGLOSAXONVM Rex Chriſtianus quartus, ab anno 674. ad Annum. 676.

SECTIO PRIMA.

1. QVARTVS Rex Chriſtianus Occidentalium Anglo-Saxonum, erat Eſcuinus, de quo fit mentio in literis fundationis inſignis Monaſterij Petroburgenſis, apud Spelman. in Concilijs. p. 163. Et de eo ita Malmesburienſis, li. 1. Regum c. 2. *Regali proſapiæ proximus, quippe Kinigilſi, ex fratre Cuthgilſo Abnepos, Notæ in bello experientiæ, ſiquidem Mercios anxia clade perculit.* Et de hoc, ac ſequenti rege, Polydorus l. 4. ita ſcribit; *Ambo iuuenes, virtute & armis inſignes.* Eius Romano-Catholica religio indubitata eſt: tum ex eis quæ retulimus de eius Prædeceſſoribus, à quibus eum in religione diſſenſiſſe, nulla eſt dubitandi ratio: tum etiam quia huius regis tempore, ſuperſtes adhuc erat prædictus Occidentalium *Angloſaxonum Epiſcopus. Itemque S. Theodorus cui* (ait Beda, l. 4. c. 2.) *omnis Anglorum Eccleſia manus dabat:* tum demum, quia tempore Eſcuini Regis, nempe anno, 675. (vt habet Beda in Chronico. moritur Wulferus Merciorum Rex, qui inclitum Monaſterium Petroburgenſe fundauit, de quo ſupra dictum eſt, cuius Donationem, Frater, & Succeſſor eius Ethelredus rex, curauit poſtea à Papa Agathone confirmari, & ipſe Ethelredus in Diplomate ſuæ confirmationis, ait: *Has terras S. Petro, adeò omnino liberè cedo, vt eaſdem ipſemet poſſideo, & vt è Succeſſoribus nemo vnquam quidpiam ſubtrahat. Si quis contrarium fecerit, ruat in eum Romani iſtius Papæ* (Agathonis) *Anathema, & omnium aliorum Epiſcoporum.* Et (vt ait Camdenus) *Floruit deinceps hoc Monaſterium magna ſanctitatis opinione Annos plus minùs, 214. ad grauiſſima illa Danicæ vaſtationis tempora.*

Ethelward. l. 2. c. 7. Florentius Ang. 674.

Romano-Catholicus,

Ingulfus p. 850.

Spelman in Concil. p. 167.

p. 379. al. 457.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Regis Eſcuini.

1. S. Ermenilda S. Sexburgæ ſupra dictæ filia, & præfati Regis Wulferi vxor, poſt mariti obitum mundo renuncians, ſanctimonialem egit in Inſula Elienſe, vbi ſanctitate clara migrauit ad Dominum, & ab Eccleſia Anglicana colitur: Eiuſque vitam ac miracula refert Capgrauius; Eamque Molanus Vſuardi Martyrologio adiecit 13. Februarij. Malmesburienſis, l. 2. Regum, p. 89. & l. 4. Pontificum, p. 293. ait, *S. Ermenilda, apud Eli, vbi poſt matrem Sexburgam, Abbatiſſa fuit, pauſat.* Fuit eadem mater S. Virginis Werburgæ, quæ etiam Wulfero rege patre mortuo, mundo valedixit, & vt ait Capgrauius, *In Elienſe Monaſterio ſub matertera ſua Ethelreda, ſancta Religionis habitum ſumpſit.* De ea ita Malmesburienſis, l. 4. Pontificum, p. 288. *Prædicatur ibi* (Ceſtriæ) *Werburga virgo, filia Vvulferi Regis Merciorum, & Ermenildæ. Vverburga cælibatum profeſſa, plurimo temporum curriculo bonis emicuit virtutibus. Huius apud Ceſtriam prædicantur merita; extolluntur miracula.* Et lib. 2. Regum, p. 89. *Ermenilda habuit filiam Vverburgam virginem ſanctiſſimam.* Camdenus, in ſua Britannia, p. 376. aliàs, 453. ita ſcribit; *Wedon Merciorum Regis Vulferi erat Regia, quæ in Monaſterium ab eius filia Vverburga conuerſa:* Spedus in ſua Britannia, lib. 1. c. 28. eam vocat, *Sanctiſſimam virginem.* Godvin. in Epiſcopis Ceſtrenſibus, initio, *Sanctam.* Eius vitam, & miracula fuſius deſcribit Capgrauius, aitque quod *Clara eſt in tota*

S. ERMENILDA.

S. Antonin. lib. 17. c. 7. § 5.

Houſus p. 85.

Capgrauius Petrarinus 13. Febr.

S. WERBVRGA.

Wyperſfeld. ſas 7 'e 25.

Ferrarius 8. Iulij.

Angliæ, & pura ſanctitate, & regia dignitate, & virtutum atteſtatione. Polydorus, l. 4. ait, *eſſe inter Diuos relatam.* Weſtmonaſterienſis, Anno, 676. appellat eam, *magnarum virginem virtutum.* Frater præfati Wulferi Regis, fuit Merewaldus, ſeu Merewalcus, Rex Mercius, *quem conſtat* (vt inquit Camdenus in Britannia, p. 472. aliàs, 554.) *Monialibus templum poſuiſſe apud Lemſter. Huic* (inquit Florentius Anno, 675.) *Regina ſua S. Ermenburga, peperit S. Milburgam, S. Milgitham, & Meresfiuum, eximiæ ſanctitatis puerum.* Eademque habet Weſtmon. Anno. 676. Malmeſburienſis, l. 1. Regum p. 89. & l. 1. Regum, c. 4. ita ſcribit. *Frater Vulferi, Merewaldus ex Ermenburga, filia Ermeuredi, fratris Erconberti regis Cantuariorum, tulit duas filias Mildritham, & Milburgam. Mildritha in Taneto inſula Cantiæ, cælibatui dans operam, ibidem vitæ metam incurrit: ſequenti tempore, ad Cœnobium S. Auguſtini tranſlata, eximia Monachorum ſedulitate honoratur; pietatis fama, & dulcedinis (iuxta vocabulum ſuum) in cunctos æque prædicabilis. Milburga, apud Wenloch requieſcit, nuper effracta Mauſolei fouea, propalam corpus virginis fecit: tunc balſamici odoris aura per Eccleſiam ſpirante, altius leuatũ, tot miracula præbuit, vt cateruatim eo populorũ vndæ confluerent. Nec caſſum euentum res habuit, adeò vt nullus indè, niſi extincta aut mitigata valetudine, diſcederet, nonnulloſque regius morbus, medicis ſane incurabilis, relinqueret.* SS. Mildredæ, & Milburgæ vitas fuſius proſequitur Capgrauius. De Milburga, ita Martyrologium Rom. 23. Februarij. *In Anglia S. Milburgis virginis, filiæ regis Merciorum.* Camdenus in ſua Britannia, p. 448. al. 526. *Wenloci, Milburga ſanctiſſima virgo vitam egit, & tumulum accepit.* Et de S. Mildreda ita p. 240 *Egbertus Cantij Rex, Domnenæ Latifundium, hic* (in Taneto) *conceſſit, in qua illa 70. virginibus velatis Monaſterium poſuit, cui præfuit* Mildreda, *ob ſanctitatem inter Sanctos relata, cui & Reges Cantij, plurima conceſſerunt.* De eadem ita Molanus, 13. Iulij: *In Cantia, Sanctæ Mildredæ virginis*: Item in Indiculo Sanctorum Belgij, fol. 55. & Ferrarius in Catalogo, Februarij 20. & Iulij 13. Foxus in actis ſuis, p. 110. *ait Milburga, Mildritha, & Milgitha, ſanctæ virgines.* S. Mildridæ corpus poſt aliquot annos à morte ſua, *totum integrum, & incorruptum repertum eſt*, vti refert Thornus in Chron. col. 1907.

S. MILBVRGA. MILDREDA. Harpesfeld ſæc. 7. c. 10. & 21. Polidorus l. 4. Foxus in actis p. 100. Spedus l. 7. c. 10. Capgrauius. Harpesfel. ſæc. 7. c. 13. Thornus col. 1977.

S. BISI.

2. Hoc etiam tempore claruit Biſi Epiſcopus, qui interfuit Synodo Hartfordienſi habitæ Anno 673. vt refert Beda, l. 4. c. 5. eumque vocat: *Virum multæ ſanctitatis, & religionis.* Et in vita Cutberti, c. 5. inquit: *Boiſil, ſublimium virtutum Monachus, & ſacerdos.* Et c. 8. de eodem: *Vltimo die, magna cum exultatione tranſcenſo, ad gaudium perpetuæ lucis intrauit. Propheticus, & miræ ſanctitatis erat homo.* Et c. 22. ita S. Cutbertus de eodem. *Plurimos noui, paruitatem meam, & munditiâ mentis, & culmine gratiæ prophetalis, anteire, è quibus eſt venerabilis, & cum omni honorificentiâ nominandus, ſeruus Chriſti Boiſilus.* Idem Beda in vita Cuthberti, c. 35. Meminit *Vercæ* Abbatiſſæ, quam ibidem vocat; *Religioſam, & ad ſeculum quoque nobiliſſimam, famulam Chriſti.* Et c. 37. S. Cuthbertus eam vocat: *Dilectam Deo fæminam, quæ ſibi Syndonem ad inuoluendum ſuum corpus dederat.* Weſtmonaſterienſis, anno 675. ait, quod illo Anno, S. Theodorus conſecrauit S. Erconwaldum Epiſcopum Londinenſem, de quo plura inferius, qui obijt anno, 696. ſub Ina rege. Malmeſburienſis, l. 2. Pont. p. 235. ait: *Eum in miraculis perſpicuum fuiſſe, confirmat & recens fama, & vetus memoria.* Harpesfeldus ſæc. 7. c. 14. tradit, obiſſe Anno, 676. S. Ethelburgam virginem, & monialem, ſororem S. Erconualdi, ac filiam Offæ regis, de qua ibi multa refert ex Beda, l. 4. c. 6. & ſequentibus. De ea autem ita Beda l. cit. *Condignam ſe in omnibus Epiſcopo* (Erconualdo) *fratre, & ipſa recte viuendo, & ſubiectis regulariter ac pie conſulendo præbuit, vt etiam cæleſtia indicio fuere miracula.* Et c. 9. *Cuius talem conſtat fuiſſe vitam, vt nemo qui eam nouerit dubitare debeat, quin ei exeunti de hac vita, cæleſtis patriæ patuerit ingreſſus.*

S. BOISIL. Ferrarius 23. Ian. Plurimi Sancti in Anglia.

S. ETHELBVRGA. Molanus 11. Octob. Baronius An. 672. 682. Ferrarius 11. Octob. Capgrauius

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA *tempore Eſcuini Regis.*

DOctrina claruerunt huius re[illegible]is tempore partim illi, quos ſupra memora-[illegible]imus, nempe Tatfridus, Ithamarus, M[illegible]dulphus, partim etia[illegible] quos re[illegible] ſub ſequente rege.

SECTIO QVARTA

QVÆDAM MIRACVLA FACTA, TEMPORE *Eſcuini Regis.*

DE S. Mildre[illegible] ſupradicta, ſcribit Harpesfeld[illegible] ſæc. 7. ca. 1[illegible] quòd fuit, *[illegible] in vita & poſt mor[illegible].* [illegible]m nonnulla refert Capgrauius in eius vita. Circa hoc tempu[illegible]d miraculum quo reuelantibus SS. Apoſtolis Petro, & Paulo, per interceſſio[illegible]. Oſualdi regis, gr[illegible]uiſſima peſtis ſedata eſt, & ipſorum iuſſu, Miſſa dicta in memoriam præfati Re[illegible]is, vt refert Beda, l. 4. c. 14. Et poſt eum Harpesfeldus, ſæc. 7. c 20. Qui etiam ib. ca. 23. tradit, quod S. Milbur[illegible]a, quæ ſub hoc rege claruit, & lumen cæco, & mortuo vitam reddiderit, & alia miracula fecerit.

CAPVT QVINTVM.

CENT[illegible]INVS, QVINTVS REX CHRISTIANVS *O[illegible]dentalium Anglo-Saxonum, Ab anno, 676. ad Annum 686.*

SECTIO PRIMA.

1. QVintus Rex Chriſtianus Occidentalium Anglo-Saxonum, [illegible] Ce[illegible] n[illegible], *fi[illegible]us* (vt ait Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 2. itemque Florentius ac Weſtmonaſterienſis, Anno, 676.) *præfati Kinigilſi Regis*, ſeu Eſcuini, vt [illegible] Huntingtonus, l. 2. *Notæ* (inquit Malmesburienſis, l. cit.) *in bello experientiæ, & Brit. uno an[illegible] clade perculit.* H[illegible]us, l. 2. addit, quod *Britannos vi[illegible]rioſus, [illegible] vehemens cæde, & incendijs vſque ad mare fugauit.* Idem habet Florentius, [illegible] Chron. Anno. 682. Weſtmonaſterienſis, anno, 682. Ethelwerdus, l. 2. ca. 9. [illegible]s, l. 3. c. 35. & alij. Romano-Catholica eius religio teſtatiſſima eſt. [illegible] vt refe[illegible]t [2] Vſſeri[illegible] Antiquitat. Britan. c. 6. p. 112. ex magna ta-[illegible] *[illegible]dda libertatem Inſulæ Glaſtoniæ, de Rege Centwino, ad vetu-[illegible] [illegible]auit, & [illegible]eram electionem fratribus ibi[illegible] Deo ſeruientibus, ab co-[illegible] in Reg[illegible] perq[illegible], vt [illegible]berent ius el[illegible], & conſtituendi ibi Rectorem [illegible] undum Re-[illegible]ulam S. Bene[illegible].* Harpesfeldus ſæc. 10. c. 9. refert hæc eius verba, ex Di-[illegible]te ſuo d[illegible]to M[illegible]ſte[illegible]io Ab[illegible]don[illegible]nſi: *Vt cum d[illegible] erimus, recipiant nos [illegible] Sancti ſerui Dei in æ[illegible]abernacul[illegible], vt con[illegible]rtes ſimus c[illegible]nſolat[illegible]onis, & me[illegible]torum ſuorum.* Præter[illegible]a F[illegible]x[illegible], l. 2. p. 1[illegible]0. a[illegible]rit, qu[illegible]d *Romæ mortuus eſt.* C[illegible]te Flac[illegible]s Al[illegible]us, [illegible] d[illegible]ct, quod [illegible]or C[illegible]a[illegible] [illegible]at E[illegible]wi[illegible] [illegible] Regn[illegible] pro Chriſto, poſtq[illegible] [illegible] tri[illegible]nph[illegible] de h[illegible]ſtib[illegible], & [illegible]et, & p[illegible] [illegible]le[illegible]nceſſiſſe[illegible]: & quod h[illegible]b[illegible]rit filiam Buggan, quæ fuit mon[illegible] [illegible] ma[illegible]ficum [illegible] e[illegible]tructum deſcribit ibi Flaccus. Accedit, quod in

Co[illegible]cilio H[illegible] apud Huntingtonum, l. 4. fit me[illegible] Regis Centwin[illegible] quod Conc[illegible]ium [[illegible]t teſtatur Beda, l. 4. c. 18.] habitum eſt à [illegible]od[illegible] Archiepiſcopo, iubente Papa Agathone, cui interfuit Ioannes Ab[illegible] S. Martini, [illegible]ſſus a Pontific[illegible], v[illegible] *cuius eſſet fidei Anglorum Eccleſia diligenter ediſceret, Romam, ue [illegible]diens referret. Quamobrem collecta pro hoc in Britannia Synodo, inuenta e[illegible] omnibus fides Catholica inuiolata, exemplumque Catholicæ fidei Anglorum, Romam perlatum [illegible] at[illegible]ue ab Ap[illegible]tolico Papa, omnibuſque, qui audiêre aut legêre, gratant[illegible]ſſime ſuſ[illegible]eptum.* Hæc Beda. Idemque agnoſcit Holinshedus, l. 5. c. 35. Certiſſimum itaque eſt eo t[illegible]pore vnam eandemque fidem fuiſſe Anglorum, atque Agathonis Papæ, ac Romanæ Eccleſiæ. His omnibus adde, quod Centuinus, Primus recenſetur inte[illegible] Reges Benefactores incliti Monaſterij Glaſconienſis, in diplomate Ca[illegible]uti Regis apud Malmesburienſem, l. 2. Regum, c. 11. Itemque in Diplomate Ed[illegible]ari regis, ib. c. 8. & Edmundi, c. 7.

Anglorum & P. Agathoni [illegible] [illegible]m fides.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA tempore Regis Centwini.

1. MOrtem obijt regis huius tempore, illuſtris illa virgo & Regina S. Edeltrudis, de qua ſupra dictum eſt, nempe anno, *679.* vt habet Florentius in Chron. Itemque Weſtmonaſterienſis, & alij. Cui ſuperuixit ſoror ei[illegible]s *Sexburga*, Regina Cantij, quæ (vt refert Beda, l. 4. c. 19.) *et in miniſterium Abbatiſſæ, Elie ſucceſſit, eiuſque ſacrum corpus ſexdecim annos incorruptum, de terra leuauit.* Huius meminit Molanus i[illegible] Mar[illegible]rologio, ſexto Iulij. Et Camdenus in ſua Britannia, p. 818. ait, [illegible]d conſtruxit Monaſt[illegible]rium in Inſula Shepei. Eam olim Cath[illegible]a Eccleſia Angli[illegible]na publicè inuocabat in Litanijs, vt liquet ex Breuiario Sa[illegible]m impreſſo Pa[illegible]s 15[illegible]7. Item, S. *Erminilda* Merciorum Regina, & eiuſdem S. Sexb[illegible]æ filia in eodem Monaſterio. Nobiliſſimum profecto, & vere regium Monaſterium, quod ſimul tres reginæ, eæque omnes Sanctæ *Edeltrudis, Sexburga, & Ermenilda*, Et r[illegible]gio ſplendore, & egregia Chriſtianâ ſanctitate illuſtrarunt. Vnde ita Spedus, in ſua Britannia, l. 1. c. 19. *Elia opinione venerabilis, & [illegible]anctimonia virginum ſacrarum, quæ ibi degebant, admodum celebris.* Item, S. *Eortongatha* alia eiuſdem S. Sexburgæ, & Ercomberti Regis Cantij filia, *Condigna* (inquit Beda, l. 3. c. 8.) *Parentis ſcholes, magnarum virtutum virgo, indeſinenter ſemper ſeruiens Deo in Monaſterio Francorum Brige: cuius multa ab Incolis loci illius ſolent opera virtutum, & ſigna miraculorum, vſque hodie narrari.* Et ipſe refert, quo modo ab Angelis ad cælos inuitata, & deducta fuerit, ac corpus eius, poſt tertium diem ſepulturæ, ſuauiſſimum odorem ſpirauerit.

S. SEXBVRGA R. Capgrau[illegible] [illegible]ail.

S. ERMINILDA R. Harpsfeld ſ. c. 7. c. 14 Molan[illegible] Febr. Capgrauius Vere regium Monaſterium.

S. EARCONGATHA Ma[illegible] [illegible] Re[illegible]

2. Floruit etiam in eodem Monaſterio (Brige) *S. Edilburga*, fili[illegible] Annæ Orientalium An[illegible]lorum Regis: de qua ſupra egimus. Item, *Sedrido* filia vxoris eiuſdem Regis Annæ, *Et vtraque cum eſſet peregrina, pro merito virtutum, eiuſdem Monaſterij Abbatiſſa eſt conſtituta*, ait Beda l. cit. Nec minori gloria Sanctitatis claruit alia eiuſdem Regis Annæ filia, S. *Withburga*, Derhamiæ in Norfolſia ſepulta: De qua ſupra egimus [illegible]b Cenualchio Rege. Ei[illegible]s corpus poſt 300. annos inuentu[illegible] eſt incorruptum, Anno 974. & Eliam tranſlatum. Claruit etiam tunc *Eanfleda*, Oſvini, Regis Northumbrorum filia: quam (vt ſcribit Beda, l. 3. c. 24.) *Cum vix vnius anni ætatem impleſſet, Pater ſuus iuxta votum à ſe factum, Monaſt[illegible]a vitæ dicandam tradidit, vbi, completo 60. Annorum numero, ad complexum, & nuptias ſponſi, virgo beata intrauit.* Et in vita C[illegible]tberti vocat eam [illegible] *venerabilem Chriſti ancillam, quæ regi[illegible] [illegible]ſt[illegible]mmata nobilitatis, potiore nobilitate ſummæ virtutis, accumula[illegible]t.* Item, *Beati[illegible]mam, [illegible] [illegible]ciſſimam virginem.* Claruit etiam hoc tempore, p[illegible]æfata, Buggan, al[illegible]as, *Ea[illegible]burga* re[illegible] [illegible]entwini filia, & Abba[illegible] ad [illegible]uam extat Epiſtola S. Boni[illegible]acij Mog[illegible]nti[illegible]i, [illegible]cunda numero, [illegible]uam Se[illegible]rarius in notis vocat *Optimam & lectiſ-*

ſimam

S. EDILBVRGA. B. SEDRIDO. Ferrarius 10. Ian.

S. [illegible] [illegible]GÆ corpus 300. ann. incorruptum

B. EANFLEDA. Ferrarius 24. Nouem

[illegible] E[illegible] d[illegible] templum magnifi[illegible] ſa ex- [illegible] ſacris orna[illegible]n De ea [illegible] M[illegible]burgenſes [illegible] *urgs, [illegible] gnome [illegible] Bu[illegible], Abbat. [illegible] alicubi in Britanni[illegible] non [illegible] [illegible] Pontificijs faſ[illegible] pro animabus mo[illegible]es cel[illegible]rari, cum earum [illegible]lute putauit. Romam adu[illegible] E[illegible] Ean[illegible] [illegible] Bu[illegible], abbatiſſa in britannia.* Vide eius Epiſt[illegible] d Baro[illegible], Anno, 725. Hoc etiam te[illegible]pore, [illegible]cunda vx[illegible] r[illegible] Northumbrorum, quam M[illegible]lm[illegible]bur l. 3. Pontif. p. 26[illegible] [illegible], *velum [illegible] conuerſatio[illegible] [illegible] Cutberto accepit*, vt tradit Beda in vita Cutberti, ca. 28. & Malmesbur. li. 3. cit. p. 264. Mortua etiam eſt huius Re[illegible]mpore, nempè, Anno, 680. vt habet Beda, l. 4. c. 23 & in Epitom[illegible] Nobiliſſima, & ſanctiſſima Abbatiſſa *Hilda*, de qua ſupra. Cuius etiam ſoror He[illegible]ida, vxor Ethelheri regis, & mater Ad[illegible]lfi Regis Orientalium An[illegible] Cale in Gallia Monialis e[illegible]at, vt ſupra retulimus ex eodem Beda, ibidem. Florebat etiam eodem tempore, S. *Wilfridus* Epiſcopus Eboracenſis, *Eximius Antiſtes*, vt eum vocat Beda, l. 5. c. 20. cuius præclare geſta ibidem recitat; aitque, Quod cum pri[illegible]s Friſijs prædicaſſet, ac *multa eorum millia verbo veritatis inſtituens, à peccatorum ſuorum ſordibus fonte Saluatoris abluiſſet*, (tempore Cent[illegible]ini Regi[illegible], ſcilicet, 679.) Auſtrales Saxones, quorum *tota Prouincia* (inquit idem Beda. l. 4. c 13.) *diuini nominis & fidei erat ignara, conuertit.* Atque ita tandem, tota Anglia ad Chriſt[illegible] fidem conuerſa fuit. Vnde Foxus in actis ſuis, l. 2. p. 112. ita loquitur. *Atque ita eandem ſ[illegible] audiuimus, & quibus medijs idololatricus populus* (Angliæ) *adductus est ad veram fidem Chriſti, ex quibus Auſtrales Saxone[illegible], & vecta Inſulæ populi fuere poſtremi.* Adeo aperte agnoſcit doctrinam S. Wilfridi, [quam conſtat fuiſſe Papiſticam] *eſſe veram fidem Chriſti.* Goduinus etiam in Epiſcopis Cicestren[illegible]b[illegible]s, ait, quod Wilfridus [a] *Chriſtum prædicabat.* Et in vita eius, quod *Friſi[illegible], & Auſtral[illegible] Saxones ad fidem Chriſtianam conuertit.* Eandemque Magdeburgenſ[illegible] vocant, *Fidem Chriſti*, Cent. 7. c. 10. Holinshed l. 5. c. 35. *Euangelium*: ibique r[illegible] [illegible]ſam pl[illegible]am eo die, quo Wilfridus popul[illegible]m bapt[illegible]auit. Itaque Papi[illegible]a *prædicabat Chriſtum, fidem Chriſti, Chriſtianam fidem, veram fidem Chriſti, Euangelium.*

S. VVILFRIDVS. Martyr. log. Rom. 12. Octobr. Malmesbur. [illegible] Pont. Capgrauius.

[a] Proteſtantes approbant [illegible] S. VVilfridi [illegible] [illegible]

3. Co[illegible] etiam [illegible]pus, S. Cutbertus, Anno, 685. Nam illo anno occubuit Egfridus Rex N[illegible]brorum (vt refert Beda in Epitome) qui (vt ſcribit l. 4. c. 27.) *ipſo anno, quo finem vitæ accepit Rex Egfridus, Epiſcopum fecit ordinari Lindiſfarnenſium Eccleſiæ, virum ſanctum, & venerabilem Cuthbertum.* Q[illegible] vt addit. c. 28.) *duobus annis in Epiſcopatu peractis, repetijt Inſulam ac Monaſterium ſuum, diuino admonitus oraculo, quia dies ſibi mortis, vel vitæ potius* (*quæ ſola vita dicenda eſt*) *iam appropinquaret introitus.* Quare ſub ſequente *Rege obijt. Tanti auté prædictus rex fecit S. Cutbertum, vt *ei etiamnum viuenti ciuitatem* b *Lugubaliam* (*modo Carleolum dicitur*) *& in circuitu quindecim millia donauerit.* Vti habent ipſa donationis verba, teſte Godwino in Epiſcopis Carleolenſibus. Nec eo contentus, Creac etiam *cum tribus in circuitu milliaribus, eidem S. Cutberto elargitus eſt*, vt refert Camdenus in ſua Britannia, p. 649. Atque hunc regem, Beda in vita Cutberti, c. 24. vocat *piiſſimum & Deo dilectum regem.* Ac Bar[illegible]ius, Anno, 676. ait: *Eccleſiam Anglicanam [illegible] tempore floruiſſe veluti paradiſum Domini, ſanctis virginibus, Monachis, & Epi[illegible]pi[illegible]* Et Anno, 678. ſcribit, *Hoc anno Friſii fidem receperunt ex prædicatione S. VVilfridi Ep[illegible]pi Eboracenſis in Angli[illegible].* Gor[illegible]nus etiam, Anno, 676. *Florentem nunc in Anglia E[illegible]leſiam, notant pa[illegible]m Hiſtorici.* Et Boeth[illegible], lib. 9. Hiſtoriæ Scot. *Noſtri habent vetere[illegible] Annales, Conuall[illegible]anum multa prædixiſſe de Anglorum gentis futura in Chriſtum pietat[illegible].* Quanta autem tunc temporis fuerit vulgi in Anglia pietas, Beda his verbis, l. 4. c. 27 declarat, *Erat moris eo tempore populis Anglorum, vt veniente in villam clerico, vel pre[illegible] [illegible] cuncti ad eius imperium, verbum audituri conflue[illegible] [illegible] libenter ea quæ dicerentur, au[illegible] [illegible] [illegible] audire, & intelligere poterant, operando ſequerentur.* Idemque habet in vita S. Cutbe[illegible], c. 9.

S. CVTBERTVS. Capgrauius.

* An. 685. Inſignis munificentia R. Egfridi

b Camden in Brit. p. [illegible]. item p. 618 Simeon Dunelm. l. [illegible] p. [illegible] in Hiſtoria S. Cutberti p. 69.

Malmesb. l. 1. Reg. c. 9. Pietas Anglorum temporis R. Conuini.

ſECTIO TERTI[illegible]

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN [illegible]LIA tempore Regis Centwini.

[illegible] ſ [illegible] 85

1. INter Anglos doctrina [illegible]luſtres, qui tempore Regis Ce[illegible] A[illegible]lia cl[illegible]ruerunt. Primus occurrit. S. W[illegible]fridus Epi[illegible]opus Ebora[illegible] quem [illegible] l. 3. c. 25. vocat, *virum doct[illegible]imum* Et l. 5. c. 2[illegible] *virum tanta eru[illegible] ac re[illegible]*. Atque ait, fuiſſe eruditum. *Romæ à viro doct[illegible]imo, & ſan[illegible]imo Bonifacio Arch[illegible]cono, & Conſiliario Papæ Apoſtolici.* Malmesburienſis l. 1. Pontif. p. 2[illegible]. vocat eum *præcellenti[illegible]imum Patrem, & clariſſimum patriæ iubar.* Et l. 3. p. 260. ait, *Quo[illegible] ma-*

Laudatur à Proteſtant.

tre integram ſeruauerit pudicitiam. Parkerus, in vita S. Theodori, ait [illegible]ſſe vir[illegible]m, *Theodoro, & ſanctitate vitæ, & eruditione [illegible] & induſtria, ſi non ſuperiorem, at certe omnium iudicio parem. Nam cum non minore ſcripturarum ſcientia, quam Theodorus præditus eſſet, tùm in literis humanioribus multum e[illegible]celluit. Po[illegible]tica, Ari[illegible]hmetica, Aſtronomia mu-ſica, Latina quoque, & Græca lingua, quas ſane di[illegible]iplinas [illegible]dit[illegible]ibus ſuis, quos multos habuit, vnà cum ſcripturarum lectione copioſe contradidit.* Spelma[illegible] in Co[illegible],p. 57 *Wilfridus, Abbas Ripenſis celeberrimus, qui ob ſingularem erud[illegible]nem, pietatem, virtui[illegible]umque Theolo[illegible]icarum eminentiam in Archiepiſcopatus Ebora[illegible] [illegible]thedram [illegible]ubleuatus eſt.* Vbbo E[illegible] l. 4. rer[illegible]m Friſicarum *Wilfridus m[illegible] d[illegible] ac[illegible]ietat[illegible] vir* Hæc illi de [illegible] S. Wilfridi, quem Pap[illegible]gare non poſſunt, & fatetur Baleus, Cent. 1. c. 88. & profitetur i[illegible] ap[illegible]d [illegible]esbu-rienſem, l. 3. Pontifi[illegible]um p. 266. vbi ait, ſe fuiſſe *Primum, q[illegible] v[illegible]um Pſ[illegible] in Nor-thumbria, cie[illegible] Scoti[illegible] docuerit, qui cantus Eccleſia[illegible] Antip[illegible] [illegible], &*

EGBERTVS.

qui ſanctiſſimi Benedicti regulam à Monachis ob[illegible]uari iuſ[illegible]. Flo[illegible] A[illegible]5.

[illegible] ANNES BEVERLACENSIS

[illegible]gfridus, vir miræ ſanctitatis, & ſcripturarum ſtud[illegible] abund[illegible]. Cla[illegible] etiam tunc temporis, S. Ioannes Beuerlac[illegible]s, à quo B[illegible] [illegible]ſa-cris [illegible]teris & creatus presbyter, vti profitetur in Epito[illegible]. C[illegible]tan. p. 577. aliàs, 636. ita de eo. *Vir (teſte Beda) & pius & d[illegible].* Bale[illegible]s, Centuria, 1. c. 94. *Scientijs, tam diuinis, quam humanis, copi[illegible] [illegible] Euangelium è ſuggeſtu ad Animarum ſ[illegible]l[illegible]em apertè [illegible] du[illegible]m du[illegible] p[illegible]ne eruditus, ac Bedæ olim in bonis literis Præceptor.* Godwi[illegible]s in Ar[illegible]p. Eborac. n. 5. *V[illegible] fuit, haud dubie, Ioannes, literarum ſ[illegible]ientia clarus. Id opera ab[illegible] [illegible] abun[illegible]antur.* Idem in *Epiſcopis VVigornienſibus pa[illegible]. 100.* [a] *Boſa, Aeda, B[illegible], Tatfrid, VVilfrid, Ioannes Beuerlacenſis, viri doctiſſimi.* Plures ali[illegible]s do[illegible]ctrina [illegible]luſtres in A[illegible], Centwino regnante, refert Baleus, Centur. 1. ſed [illegible]n e[illegible] mei, [illegible]ctorum, aut Sanctorum Angliæ Catalogum [illegible]exere: nec omnia m[illegible] facta referre, nec ſi maxime ve[illegible]lem, poſſem id præſtare. C[illegible] d[illegible] ſ[illegible] a [illegible]. p. 705. refert ex li[illegible] Dunelmenſi, quod S. Cuthbertus Carl[illegible].

Capgrauius Polidorus l. 4. Peſſen. n. 89.

Laudatur à Proteſt.

Prædicat Euangelium Conc. a Beda l. 4. c. 23

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, tempore Centwini Reges.

1. ILluſtre illud miraculum fuit, quod ad confirmationem doctrinæ S. Wilfridi, operatus eſt Deus apud Auſtrales Saxones. Nam cum prius per tres annos ibi non pluiſſet, ideoque *tanta fames homines illos premeret* (ait Beda l. 4. c. 13.) *vt ſæpius 40. aut 50. homines, iunctis ſimul manibus, ſe in mare præcipitarent, ipſa die, qua Gens illa baptiſmum ſuſcepit, pluuia ſerena, & copioſa terra refloruit, redijtque viridantibus aruis annus lætus & frugifer.* Atque hoc miraculũ, non ſolum Beda, & Catholici ſcriptores teſtantur, ſed etiam Proteſtantes agnoſcunt; vt Stous in Chron. Anno, 590. Holinshedus, l. 5. c. 35. Houſus, p. 60. Foxus, l. 2. p. 112. Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 10. colum. 530. vbi inquiunt. *Wilfridus miraculo claruit, & ad Auſtrales Saxones delatus, ſuis precibus à Deo pluuiam impetrauit, cum per tres annos nulla eſſet viſa in tota Prouinciâ.* Idemque habent, c. 13. col. 562. c. 2. col. 36. Et col. 539. *Prouinciam auſtralium Saxonum, cum adhuc tota Paganiſmo teneretur, ad fidem Chriſti perduxit.* Et nihilominus, ijdem fatentur S. Wilfridum Papiſtam fuiſſe. Nam Centur. 14. c. 20. dicunt eum defendiſſe, *Non interpretabilem Papæ authoritatem.* Foxus in proteſtatione ante Acta ſua, ait eum fuiſſe *immerſum in ſuperſtitione cum Lanfranco.* Baleus, Cent. 1. c. 88. aſſerit, quod *ſecutus eſt traditiones Papiſticas, & conſuetudines Romanas.* Idemque clariſſimè liquet ex bina eius prouocatione ad Pontificem, & abſolutione ipſius per eundem, totaque vita ſua apud Bedam l. 5. c. 20. vbi refertur, quod in Synodo Rom. ſub Agathone eius fides iudicata eſt, *vera & Catholica*: & in alia ſub Ioanne 7. *Incorrupta fides*, Vbi etiam refertur, quòd cùm in Gallijs grauiſſime ægrotaret, ac *quatuor diebus ac noctibus quaſi mortuus iaceret, apparuit ei S. Michaël Archangelus dicens: Donauit tibi Dominus vitam per orationes, & lachrymas diſcipulorum, & fratrum tuorum, & interceſſionem B. Genetricis ſemper Virginis Mariæ.* Prædixitque ei reditum in patriam, reſtitutionem maximæ partis rerum ſuarum, & tranquillam mortem poſt quadriennium: quam veram fuiſſe viſionem, & authoritas referentis, & rerum euentus comprobauit: adeoque interceſſio ſanctorum hoc miraculo comprobatur. Malmesburienſis, l. 3. Pontif. p. 261. refert eum, vnum mortuum ſuſcitaſſe, & alterum, morti proximum, ſanitati reſtituiſſe, Dæmoniacam aqua benedicta curaſſe, ac Prophetiæ ſpiritu claruiſſe. Cæterum miraculorum multitudine, & magnitudine, hoc tempore S. Cutbertus omnes obſcurauit, qui (vt ſcribit Beda, l. de ſex Ætatibus: *Totam ab infantia, vſque ad ſenium, vitam miraculorum ſignis inclitam duxit:* ſeu (vt loquitur Eccleſia in Martyrologio 20. Martij) *A pueritia ad obitum vſque ſanctis operibus, & miraculorum ſignis effulſit.* Quod veriſſimum eſſe teſtatur Liber à Beda de eius vita conſcriptus. Neque viuus tantum, ſed etiam mortuus miraculis fulſit, vt patet ex eodem libro, & ex lib. 4. Hiſtoriæ, cap. 27. & ſequenti: Quæ ibi videri poſſunt. Hic referam, quod de eo ſcribunt Proteſtantes. Magdeburgenſes, Centur. 7 cap. 10. col. 531. *Narrat Beda quod in ſolitudine aquam è ſaxo euocarit, quod fruges in hyeme produxerit ex terra, quod mortem ſuam prædixerit ſocio cuidam Hereberto, eumque ſecum mori in vna, & eadem horâ à Deo impetrauerit, ac manſit cadauer eius (ſi Bedæ credimus) per annos vndecim incorruptum in terra, & curati ſunt ad ſepulchrum eius cæci, paralitici, & alijs morbis affecti.* Et c. 6. col. 169. *De Cutberto Beda ſcribit, quod Indumenta eius multos ſanarint.* Baleus, Centur. 1. c. 81. ait quod *Septentrionalium Anglorum Deus* [a] *Tutelaris habebatur, qui tantam Scotis belligerantibus incuſſit formidinem, expanſo illius vexillo.* Goduinus in eius vita, n. 6. ait, quod *munere ſibi demandato, magna cum ſanctitatis induſtriaque laude perfunctus eſt: ſi cui cordi eſt miracula ab eo patrari credita, & alia quàm plurima de illo per Bedam tradita, perlegere, habentur ea ſub finem libri quarti, Hiſtoriæ Eccleſ.* Ita ille in vita S. Cutberti latinè edita. At in

Huntingd. l. 3. Baronius An. 681. Capgrauius in vita eius Harpesfild. ſæc. 7. c. 20.

Proteſtantes agnoſcunt miracula S. Wilfridi.

Proteſtantes agnoſcunt S. Wilfridum fuiſſe Pap. Rom.

Miracula S. Cutberti.

Harpesfild. ſæc. 7. c. 33. 34.

a Boëtius l. 9. c. 15. Camden in Brit. p. 816. Capgrauius in vita eius Holinshed in Hiſtor. Scot. p. 116

eadem Anglice ſcripta, vocat eum *Sanctum*: & ait, quod *diligenter prædicauit verbum Dei*. Et addit; *Miracula quæ illi aſcribuntur, & multa alia non indigna lectu, habentur l. 4. Hiſtoriæ Eccleſ. Bedæ.* Foxus, in actis ſuis, p. 110. ita ſcribit; *Cutbertus, Iarumannus, Cedda, & VVilfridus, eodem tempore vixerunt, quos cenſeo fuiſſe Epiſcopos ſanctæ conuerſationis. Quoad miracula eorum, quandoquidem non ſunt ſcripta in Euangelio, nec in Symbolo, ſed in quibuſdam vetuſtis Chronicis illius ætatis, non ſunt pars fidei meæ quoad vitam tamen eorum, hoc lego, & credo, quod Clerus Britonum, & Anglorum illius temporis, nihil mundum ſequebantur, ſed totos ſe impenderunt in prædicando, & docendo verbo Saluatoris, & vita præſtabant, quod prædicabant exhibendo bonum exemplum.* Ac ſi quiſquam exigeret, vt miracula S. Cutberti fide diuina crederet; cum autem fateatur ea ſcripta eſſe in vetuſtis Chronicis ætatis Cutberti, aut fidem humanam illis adhibeat, aut omnem fidem hiſtoricam exufflet, aut rationem reddat cur non illis Chronicis æque credat, ac alijs, aut cur non illis æque, de miraculis Cutberti, ac de alijs rebus? Camdenus in ſua Britannia, p. 661. aliàs, 600. *Cutbertus vitam tanta ſanctitate, & integritate tranſegit, vt inter diuos relatus fuerit,* b *Regeſque noſtri, & proceres (quod Tutelarem illum fuiſſe Diuum contra Scotos crediderint) non ſolùm eius corpus deuoti inuiſerint, ſed etiam ampliſſima latifundia donauerint, & plurimas immunitates irrogarint. Egfridus Rex, magnos reditus in ipſa vrbe Eboraco, Crecam, & Lugubaliam ciuitatem ipſi Cutberto viuo dedit. Alfredus rex, & Gunthrumnus Danus, poſtea totam terram inter VVere fl. & Tinam, Cutberto & eius Eccleſiæ miniſtrantibus, perpetuo poſſeſſionis iure largiti ſunt. Praeterea eius Eccleſiam tutum perfugij locum conſtituerunt, vt quicunque qualibet de cauſa, ad eius corpus confugerit, pacem per triginta ſeptem dies, nulla vnquam occaſione infringendam habeat. Eduardus, Ethelſtanus, reges, ſine Canutus Danus, qui nudis pedibus ad Cutberti tumulum acceſſit, has leges non modo confirmarunt, ſed etiam auxerunt, nec minus Gulielmus Normanus.* Capgrauius in vita S. Cutberti teſtatur, quòd etiam Edgarus rex Scotiæ, donauit S. Cutberto Beruicum, & Coldingham. Quo modo illius corpus poſt vndecim annos ſepulturæ inuentum ſit totum, quaſi viueret, integrum, & flexibilibus artuum compagibus multò dormienti, quam mortuo ſimilius, refert Beda l. 4. c. 30. Quo modo iterum, poſt quadringentos, & octodecim annos à ſua morte, è *Mauſoleo leuatum fuit, & cunctis volentibus factum conſpicuum, & illibatum inuentum à Radulpho, poſtea Cantuar. Archiepiſcopo*, tradit Malmesburienſis, l. 4. Pontif. p. 478. Ac demum iterum poſt 423. Annos, cum iuſſu Henrici VIII. ſanctorum Thecæ vbique in Anglia diriperentur, ac confringerentur, integrum repertum (niſi quod ſumma pars naſi defuerat) refert Harpesfeildus, ſæcul. 7. c. 34. vbi etiam refert inuentum in digito S. Cutberti, Annulum aureum, Saphiro ornatum, quem gloriatur ſe vidiſſe, atque contrectaſſe: ego magis gloriari poſſum me modò poſſidere, omnique auro pretioſiorem æſtimare, quem mihi dedit Antonius, pijſſimus Vicecomes Montiſacuti, atque illi Rob. Harus vir nobilis ac Catholicus, & illi Thomas Watſonus Epiſcopus Lincoln. nobilis Confeſſor.

Proteſtantes laudant Clerum Anglicanũ. vide Camdenum in Hibernia p. 730.

b *Spedus l. 1. c 42.*

Inſignis munificentia Regum Anglorum erga S. Cutbertũ Capgrauius in vita S. Cutberti. Harpsfeldus in Epiſcopis p. 403.

Malmsbur. p. 275. Nunquam eius incorruptio vel in quæſtionem venit.

2. * Hiberni aliqui aſſerunt, Cuthbertum genitum eſſe in Hibernia, ex cuiuſdam Regis filia vi oppreſſa, ſed relictum in Anglia apud Mailros, dum mater eius Romam peregrinaretur. Cæterum iure quiſque præſumitur natus, vbi à *primis pueritiæ annis verſatus, & mortuus eſt* (vti verſatum, & mortuum in Anglia S. Cubertum conſtat) niſi contrarium euincatur. Deinde Beda, hac in re teſtis omni exceptione maior; disertè ait, quod Britannia genuit Cutbertum. Nam in initio Carminis, quod ſcripſit de eius vita, ita canit.

Vſſerius de r lig antiq Hibernia. Colganus t. 1 Sanct Hibernia.

Nec iam orbis contenta ſinu, errans æquora Lampas
Spargitur effulgens, hiuſque Britannia conſors,
Temporibus genuit fulgur venerabile noſtris.

Vbi per *Fulgur*, more poëtico, intelligit ipſum Cutbertum; & eodem modo de S. Wilibrordo canit Alcuinus; *Quem tibi iam genuit, facunda Britania mater*; Quem certum eſt fuiſſe Anglum. Et idem Beda, c. 14. vitæ eius ſcribit, quod crebro inuiſebat deuotam quandam mulierem in Anglia, *quæ eum primis pueritiæ nutriebat ab annis*:

Britannia genuit S. Cutbertum. Pitſeus n. 77.

annis: vnde etiam mater ab ipſo cognominari ſolebat. Et c. 4. quòd *in montibus, commiſſorum ſibi pecorum curam agebat.* Et c. 6. quod *Vir factus, ingreſſus ſit Mailroſenſe Monaſterium.* Quæ ſatis oſtendunt eum non educatum à puero in illo Monaſterio, aut alibi quam in Anglia. Præterea, Beda non nominat quenquam Hibernum ſeu Scotum, quem non agnoſcit eſſe talem ,vt liquet, l. 3. c. 21. & 24. de Diuma, & Cellach c. 26. de Aidano, Finano, Colmano. c.25. de Ronano c. 19. De Furſeo, Fullano, Dicullo, Vltano. l. 5. c. 25. De Adamanno. l. 3. c. 4. De Columbano: Et putabimus nos, quod id de ſolo Curberto tacuiſſet? Certe vel ipſum nomen *Cutbert*, indicat eum non Hibernum, ſed Saxonem fuiſſe, cum terminetur in *Bert*, quo modo vix vllius Hiberni aut Scoti illius ætatis nomen terminatur, ſed Anglorum complurium, vt Egbert, Eadbert, Ethelbert, Sebert, Sigebert, Suibetr, Wigbert: Imo Camden in ſua Brittan. p. 100. ait *Cuth* Et *Bert* (Ex quibus Cuthberti nomen componitur) eſſe Angloſaxonica vocabula, eorumque ſignificata (quæ S. Cuthberto recte competunt) exprimit.

3. Scoti viciſſim contendunt, S. Cuthbertum fuiſſe Scotum Natione, eo quod Mailros, vbi ipſe Monachus primum factus eſt, modò ſit in Regno Scotiæ. Cæterum meminiſſe debent, quod tunc temporis Angli longe vltra Mailors dominabantur. Nam ita Beda, l. 3. c. 4. *Sedem Epiſcopatus* (S. Niniani) *iam nunc gens Anglorum obtinet. Qui locus ad Prouinciam Bernitiorum pertinet*, l. 4. c. 26. *Monaſterium Ebercuni* (modo Abercorn) *poſitum quidem in regione Anglorum, ſed in vicinia freti, quod*[d] *Anglorum terras Pictorumque diſterminat.* l. 5. ca. vltimo, *Pecthelmus, in ea, quæ candida caſa vocatur, quæ nuper, multiplicatis fidelium plebibus, in ſedem Pontificatus addita, ipſum primum habet antiſtitem. Scoti* (teſte Beda, l. 1. c. 1. & 12.) *ad partem Septentrionalem ſinus Alcuith habitabant.* Atqui Mailors eſt longe citra Sinum Alcuith. Immo vſque ad Annum 975. Tota Laudonia (in qua eſt Mailors) Anglici iuris erat, quo tempore, (vt ſcribit Weſtmonaſterienſis eo anno) [e] Edgarus Rex Anglorum Keneto Scotorum Regi eam dedit. Simeon Dunelm. in ſua Hiſtoria col. 8. ait Lodonieum datum fuiſſe Scotis ſub Ethelredro 2. Accedit, quod etſi Cuthbertus in Mailors Monachum induerit, tamen ibi natum eſſe nemo aſſerit, neque illuc iuit, eo quod illic natus eſſet aut educatus, ſed quia (vt ſcribit Beda in vita eius, c. 6.) *Fama præuentus Boiſili ſublimium virtutum Monachi, & Sacerdotis, Mailors petere maluit*, Et Gordonus in deſcriptione regionum, annexa ſuo Chronico, ita ſcribit: *Northumbriæ regnum continebat Eboracum, Lancaſtriam Cumbriam, Dunelmium Weſtmoriam, Northumbriam vſque Edenburgum Scotiæ vrbem.* Vide Io. Maiorem l. 2. Hiſtor. Scotorum, c. 3. Camdenus in ſua Britannia, p. 95. ait [f] *Citeriorem illam regionem citra Cluidam, & Edinburgfrith, Nothumbria partem fuiſſe, & à Saxonibus poſſeſſam, nemo repugnat.* Vide eum in deſcriptione Scotiæ, p. 689. al. 738. 739. 734. Boëthius etiam, l. 10. *Per id temporis, Scotos, ab Anglis ac Britonibus, Cluda, Forthea, Scoticumque mare, ſeparabat.* Quare certum eſt, quod Mailors tunc temporis fuerit iuris Anglici. Monachum fuiſſe S. Cubertum conſtat, at euius ordinis, non conſtat. Hoc certum eſt, quod initio fuit inſtituti Monachorum Scoticorum, & diuerſi à S. Benedicto. Nam S. Wilfridus apud Malmesburienſem, l. 3. Pontif. p. 266. profitetur. *Se primum fuiſſe, qui in Northumbria, ſanctiſſimi Benedicti regulam à Monachis obſeruari iuſſerit*; ante quem, Cuthbertus Monachus erat, idque Ripponi, vnde [g] eiectus eſt, vna cum alijs Anglis, eo quod tunc rectum tempus obſeruandi Paſcha obſeruare noluerint, quod tamen poſtea amplexi ſunt. Quod autem poſtea S. Benedicti Regulam ſecutus fuerit, non conſtat. Nam nec S. Wilfridus ait, ſe iuſſiſſe S. Benedicti regulam ab omnibus Monachis in Northumbria obſeruari: nec ſi iuſſiſſet, omnes illi optemperatint, cum conſtet Monachos Ripponenſes (quorum vnus S. Cuthbertus erat) noluiſſe illius iuſſis de tempore [h] Paſchatis obedire, antequam in Concilio Pharenſe id decretum fuiſſet. Quod igitur ait *de Monachis*, non intelligit de omnibus ſed *de quibuſdam, quibus* (ait Beda, c. 8.) *Rippon* (vnde S. Cutbertus pulſus erat) *ad incolendum datus eſt.* Quod autem addunt ex eius vita, c. 16. quod *inſtituta Monachica Fratribus Lindis Farnenſibus, viuendo pariter, & docendo, tradebat, quodque quidam*

Primis annis nutritus in Anglia.

Author Hibernus anno 850. apud Colganum ſupra vocat Cutbertum, Saxonum.

Aber com in regione Anglorum

d *Huntington l. 1. & 4. p. 357*

e *Camden. in Brit p. 738 689. Vſſer in Antiq. Britan c. 15. p. 607 in Addendis p. 1001.*

f *Selden l. 2. Annalect. c. 3. Spelman. in Concil. initio Harpsfeld ſæc. 7. c. 23.*

g *Beda in vita eius c. 8. Malmesbur. l. 3. Pont Harpsfeld ſæc. 7 c 31. vide Camdenum in Brit. p. 682. quales erant Mailroſenſes.*

h *Beda l. 3. c 25. & l. de vita eius c. 8*

in Monaſterio illo Fratres, priſcæ ſuæ conſuetudini, quàm regulari mallent obtemperare cuſtodiæ: quod *ſæpius de Regula diſputabat*. Et c. 39. dicat, *Ea quoque, quæ per meum miniſterium, vobis diuina pietas inſtituta vitæ Regularis dare dignata eſt, exercere ſolicitè.* Hæc autê regula (inquiunt) *alia eſſe non potuit, niſi S. Benedicti*. Cæterum niſi valdè fallor, hæc Regula, ſeu inſtituta Monachica (de quibus SS. Cutbertus & Beda loquuntur) non potuerant eſſe Regula S. Benedicti. Nam S. Cutbertus, ait, quod *hæc * inſtituta vitæ Regularis, fuerint data illis Monachis à Deo per ſuum miniſterium*, quo modo proculdubio non locutus eſſet de regulâ Sancti Benedicti, nam inſtituta vitæ regularis Benedictinæ, non per miniſterium S. Cuthberti, ſed S. Benedicti, data fuerunt. Loquitur ergo de quibuſdam ſtatutis à ſe conditis, quæ addit regulæ viuendi Scoticorum Monachorum. Præterea, falsò aſſerunt modum viuendi Scoticorum Monachorum non fuiſſe regulam. Nam Beda disertè, l. 3. c. 3. eam vocat, *Obſeruationem diſciplinæ Regularis*, c. 4. *Inſtitutionem Regularem*. c. 19. *Diſciplinam Regularem*. c. 27. *Regularis vitæ monita*, & *diſciplinam vitæ Regularis*; c. 23. *Normam diſciplinæ Regularis*. c. 24. vocat Monialem illius inſtituti, *Diſcipulam vitæ Regularis*. Item, lib. 4. cap. 23. *Regularem vitam; Regularis vitæ inſtitutionem; Diſciplinam vitæ regularis*. Et ib. cap. 3. *inſtituta vitæ regularis*. Et lib. de vita Cuberti, c. 6. Regulam illam, vocat *Regularis vitæ obſeruantiam*. Et c. 7. *Inſtituta diſciplinæ regularis*, Eodem omnino modo, quo loquitur de Regula S. Benedicti, vt videre licet l. 4. c. 6. 13. 23. & alibi. Falſum igitur eſt, quod Monachi Scotici non habuerint certam regulam Monaſticam. Et quidem certum eſt, quòd S. Columbanus, Monachus Scotus ſeu Hibernus, qui vixit eodem tempore quo S. Auguſtinus, condiderit regulam Monaſticam, id enim teſtatur Ionas in eius vita, Aimonius, l. 4. c. 41. Author Appendicis ad S. Gregorium Turonenſem, Fridegarius, & Author vitæ S. Boboleni apud Cheſneum, to. 1. Hiſtoriæ Franc. Orderius Vita lib. 8. qui ad Annum, 1094. ita habet: *S. Columbanus, à Spiritu S. edoctus, Monachilem regulam edit.* Addit tamen; *Diſcipulos eius, edificationis causâ, normam ſuſcepiſſe Benedicti.* Extatque eius regula in Florilegio ſanctorum, à Meſſingamo edito. Adde etiam, quod Ioſſelinus in vita S. Patritij, meminit regulæ S. Patritij. Et Camdenus in ſua Britan. p. 457. ſcribit: *Monachiſmum cum clericatu in Britannia, & Hibernia, vt fertur Congellus coniunxit.* Quare dubium eſſe non poteſt, quin * Scotici ſeu Hibernici Monachi, certam regulam habuerint. Imo S. Columba Huenſis habebat Regulam, vt liquet in Beda, l. 3. c. 25. Accedit, quòd ſint nonnulla diſcrimina inter Monachos S. Cutberti & S. Benedicti. Nam (vt refert Beda in eius vita, c. 16.) *vſque hodie, in eodem Monaſterio* (S. Cuthberti) *exemplo eius, obſeruatur, vt ea maximè veſtium ſpecie ſint contenti, quam naturalis ouium lana miniſtrat.* Cum tamen veſtibus nigri coloris S. Benedictum ac ſuos ſemper indui ſolitos, certiſſima ſit traditio, vt ipſimet * Benedictini aſſerunt. Si autem S. Benedictus ac ſui ſemper ſoliti ſunt indui veſtibus nigri coloris, quomodo Cutbertus ac ſui erant Benedictini, qui veſtibus nigri coloris non induebantur? Quo modo S. Cuthbertus ſuo exemplo traxiſſet ſuos ad veſtes alieni coloris? Quo modo is tam addictus [vti volunt] regulæ S. Benedicti, vt pro ea veterem ſuam regulã mutare voluerit, non etiam colorem, quo Benedictini ſemper indui ſunt ſoliti, admittere voluerit, cum Monachi omnes tenaciſſimi ſint coloris, quo indui ſolent: nec ratio vlla reddi poſſet, cur S. Cuthbertus, qui regulam S. Benedicti ita acriter vrſit, colorem habitus, quo Benedictini ſemper vſi ſunt, non vrſerit, imo ſuo exemplo ſuos ad alienum colorem ferendum induxerit. Adde, quod S. Cuthbertus (vt refert Beda in eius vita, c. 36.) dedit ſuis Monachis aucam ad comedendum, *etiam quando alijs cibis abundabant.* Quod * Benedictinis S. Cuthbertus non dediſſet. Non intelligere autem per *aucam*, anſerem, ſeu auem quæ ex carne conſtat, planè voluntarium eſt, & [vbi nulla ratio cogit] violentum, & à ratione alienum. Demum, quia diu poſt obitum S. Cuthberti, Monachis ſui Monaſterij non permittebatur bibere [i] vinum, quod ſuis Monachis S. Benedictus conceſſit. Ita enim Houeden, Anno, 882. *Hoc Rege* [Ceoluulfo] *iam Monacho facto, efficiente, data eſt Lindisfarnenſis Eccleſiæ Monachis* [k] *licentia bibendi vinum vel ceruiſiam: antea enim, non niſi lac, vel aquam bibere ſolebant, ſecundum antiquam*

* Harpeſf. à ſæc. 7. c. 32 vocat Cuthberti decreta.

Monachi Scotici habebant regulam.

Capgrauius in vita S. Brendani Scripſit ex ore Angeli ſanctam regulam quæ vſque hodie manet.

* Propterea labore manuum viuebant. Beda l. 4. c. 4. vide Camden. in Hibernia p. 766.

* Trophear. p. 343. Broughton Eccleſ. Hiſtor. Brit. ſæc. 6. c. 25. † Harpesfeld ſæc. 8. c. 3. Par. 3. in Additam. p. 371. Bellar. de bonis oper. l. 2. c. 4. Vide Broughtonum in libro nuper edito de Monachis Britannicis. p. 30.

[i] Indicat Beda l. de vita Cutberti c. 6. Reg. c. 40.

[k] Harpesfeld ſæ. 8. c. 24 Capgrauius in vit. Cuth. Simeon Dunel. A. 854.

quam traditionem S. Aidani, & Monachorum, cum illo de Scotia venientium. Differebant ergo Monachi S. Cuthberti à Benedictinis; primò, in colore habitus: nam illi vtebantur colore albicante, aut natiuo colore lanæ, iſti, colore nigro. Secundo in victu; nam illi comedebant carnes, etiam *quando alijs cibis abundabant*; iſti à carnibus abſtinebant. Tertio, in potu; nam illis prohibitum erat vinum, & ceruiſia: iſtis, nequaquam, cum è contrario nihil omnino afferatur, in quo conueniebant, quod eſſet peculiare Benedictinis.

Diſcrimina inter Monachos S. Cuth. & S. Bened.

4. Mihi veriſimile videtur, quòd S. Cuthbertus, & Scotici, ſeu potius Hibernici Monachi (quorum inſtitutum S. Cuthbertus profitebatur) fuerint Canonici Regulares, quibus nomen Monachorum olim commune fuit cum alijs Religioſis. Quia veriſimile eſt, quod ij Monachi fuerint eiuſdem inſtituti, cuius fuerat eorum Apoſtolus S. Patritius. Atqui, is fuit Canonicus Regularis. Primò, quia id teſtatur conſtans traditio totius gentis Hiberniæ: totius autem alicuius gentis traditio reijci non debet, niſi manifeſtè conuincatur falſitatis. Secundò; quia id aſſerunt multi graues Anthores, quos refert Pennotus, l. 2. de Canonicis Regularibus, c. 34. *Verum pro omnibus* (inquit) *ſufficiat vnus Romanus Pontifex, Pius 5. in Bulla approbationis officiorum ſanctorum ordinis S. Auguſtini, quæ recitantur in Congregatione Lateranenſi, in qua S. Patritium ſignanter, & nominatim inter ſanctos ordinis Canonicorum Regularium numerat.* Tertiò, quia Pariſius, Anno, 1153. p. 116. aliàs, 86. ait, *S. Patritium introduxiſſe Canonicos Regulares in Hiberniam.* Magdeburgenſes, Centur. 6. c. 10. col. 755. ſcribunt, quòd *S. Patritius Canonicos B. Auguſtini ordinauit.* Ioſſelinus, in vita S. Patritij, c. 185. refert, quod *ipſe Cuculla candida amiciebatur, vnde, & Monachi in Hibernia S. Patricij ſequendo veſtigia, per multa temporum volumina, habitu ſimplici contenti erant, quem ouium miniſtrabat lana, qualibet extrinſecus tinctura remota.* Quæ ferè ſunt ipſiſſima verba, quibus Beda ſupra, habitum S. Cuthberti deſcripſit. Itemque Ioſſelinus teſtatur, S. Patritium in Monaſterio *Ardmachiæ conſtituto, commorari, conſueuiſſe.* Et Vſſerius in Antiq. Brittan. c. 17. p. 872. aſſerit, *Armachiæ celeberrimum fuiſſe Clericorum Canonicorum inſtituti Auguſtiani Cænobium.* Atque ibid. c. 15 p. 699. refert ex [l] Fordani Scoto Chronico fuiſſe *Monaſteriũ Monialiũ ordinis S. Auguſtini, Rochetum ferentium in Inſula Iona*, quàm S. Columba incoluit, dum fidem Scotis ac Pictis prædicaret. Ex S.[m] Columbæ autem Monaſterio, venit S. Aidanus, & alij Epiſcopi ac Monachi, quorum inſtitutum S. Cuthbertus [n] amplexus eſt. Neque obeſt, quod quidam contendunt, hos Monachos Hibernicos fuiſſe ordinis Ægiptiorum, quia Malmesburienſis in [o] M. S. Hiſtoria de Antiq. Glaſconiæ refertur dicere; *Ante Auguſtinum; Monachos Glaſconienſis Eccleſiæ, (atque par eſt ſanè credere etiam cæteros) more* [*] *Ægiptienſium Monachorum vitam degiſſe*; tum quia Malmesburienſis non loquitur de Scotis ſeu Hibernis, de quibus nos loquimur, ſed de Britonibus: tum etiam, quia rectè poteſt intelligi de ipſis Monachis Ægiptijs, qui (vt ait Caſſianus, l. 2. de Inſtitut. Monachorum, c. 5.) *A Beatæ Memoriæ Marco Euangeliſta, qui primus Alexandrinæ vrbi Pontifex præfuit, normam ſuſcepere viuendi.* Hi enim erant Canonici Regulares, vt declarauit Eugenius Papa 4. in Bulla ſua apud Pennotam, lib. cit. c. 37. Rudburnus etiam in Hiſtoria maiore, l. 1. c. 3. ſcribit, Monachos Wintonienſes, tempore Lucij Regis, *Profeſſos eſſe Monachatum, ſecundum regulam à B. Marco Euangeliſta traditam*, Vti refert Vſſerius, lib. cit. c. 6. p. 128. Qui etiam, c. 17. p. 969. meminit, *S. Manchani Canonici Regularis B. Auguſtini, per quem primo ædificatum traditur Monaſterium Canonicorum Regularium de Mohil, cuius obitus in Annalibus Vltonienſibus ſignatur, Anno 652.* [p] Fridianus (vt ſcribitur in eius vita) qui claruit Anno 556. *abijt in Hiberniam, & in loco qui vocatur Machili, habitum religionis Canonicorum Regularium D. Auguſtini ſumpſit.* Ioſſelinus in vita S. Patritij ait de Monachis, & ſanctimonialibus Hiberniæ: *Viuebant ſecundùm regulam à S. Patritio illis præfixam.* Quod autem ad Bedam ſpectat, tantum abeſt, vt ille indicet S. Cuthbertum fuiſſe Benedictinum, vt potius inſinuet contrarium. Nam homilia in S. Benedictum Epiſcopum, innuit, eum ipſum fuiſſe primum, aut inter primos, qui S. Benedicti Regulam in ſuam patriam intulerit, dum ita ſcribit: *Monaſterium iuxta regularem diſciplinam interius exteriuſque conſtituit, antiquorum ſtatuta certiſſima Mona-*

Pennotus l. 1. c. 38.

Vide Vſſer. ā in Indice p. 1100.

Pagium l. 1. biblioth Præmenſtr. p. 135.

Vide Brougthonum de Monachis Britan. c. 15. & 10.

[l] *Colganus in 5. appendice ad vitam S. Columbæ.*

[m] *l. 4. c. 5.*

[n] *Beda in vita c. 6 7. 8*

[o] *Seldin. in notis ad Edmerum*

[*] *Broughton l. de Monachis Brit. c. 4 p. 44 ait nihil tale inueniri modo eſſe in vero M. S. Malmesburienſis.*

Vſſer de Antiq. Britan. c. 17. p. 916 Harpsfeld l. 1. c. 16 Marthæum in Trophæis 18. Martij

[p] *Colganus 18 Martij.*

Vide Bedam l. de vita Cuthberti c. 6. 7. 8. 16. Malmesbur l. 3. Pont p. 166.

Peregre diſci regulam S. Benedicti Honorius iſ. apud Huntíng l. 3. ut. S. Inſtitutum ſecutum Regulam S. Gregorij. Vide S. Greg. l. 9. Epiſt. 60. & Bedam l. 1, ca. 27 l. 2. c. 18. Broughton de Mon. c. 23.

ſteriorum, quæ peregrè didicerat, ſibi ſuiſque ſeruanda proponens. Item, *Quia adhuc rudis in gente Anglorum fides, & Eccleſiarum inſtitutio fuerat, Romæ potius perfectam viuendi formam ſumeret.* Quorſum enim *peregre diſceret ſtatuta antiquorum Monaſteriorum,* ſi in patria ſua obſeruata fuiſſet regula S. Benedicti? Aut quomodò diceret Beda quod in Gente Anglorum, *Inſtitutio Eccleſiarum, erat rudis, & imperfecta forma viuendi;* ſi in ea obſeruata fuiſſet regula S. Benedicti? An diceret Beda, quod regula S. Benedicti, erat *rudis, & imperfecta forma viuendi* aut non perfectè obſeruata à diſcipulis S. Gregorij, quorum nonnulli tunc ſupererant in Anglia, nominatim S. Honorius Archiepiſcopus. Atque hactenus de S. Cuthberto, eiuſque patria, ordine, atque miraculis.

Miraculum pro valore Miſſæ. Baronius An. 679. Harpsfeld. ſæ. 7. c. 20.

5. Illuſtri autem miraculo confirmatus eſt (regnante Centwino, Anno, 685. aut 689.) valor Sacrificij Miſſæ pro animabus defunctorum, quod refert Beda, l. 4. c. 22. Nam cum Tuna Abbas, arbitratus fratrem ſuum Immam, fuiſſe in prælio inter Northumbrios & Mercios geſto, interemptum, qui tantum captiuus inter hoſtes in vinculis tenebatur, *pro abſolutione animæ eius* (inquit Beda) *ſæpius Miſſas facere curaſſet, à tertia hora, quando Miſſæ fieri ſolebant, ſæpiſſimè vincula ſoluebantur: multique hæc à præfato viro audientes, accenſi ſunt in fide, ad offerendas Domino victimas ſacræ oblationis, pro ereptione ſuorum, qui ex hoc ſeculo migrauerunt.* Quod autem hæc ſit vera hiſtoria, multis probatur: tum authoritate Bedæ, qui ait, quòd quidam eorum, qui ab ipſo viro in quo facta eſt, audierunt, eam narrarunt: tum quia eandem hiſtoriam refert Alcuinus, l. de diuinis officijs, c. 50. & ſimilem S. Gregorius l. 4. Dialog. c. 57. itemque homil. 7. in Euangelia, tum quia facta in viro nobili, & in domo Comitis, nec in Anglia ſolum, ſed etiam in Friſia: tum demum, quia multi illius temporis hoc à præfato viro audientes, accenſi ſunt ad offerendas Miſſas pro animabus ſuorum defunctorum. Neque habent Proteſtantes quicquam quod opponant, præter ſuam incredulitatem: quaſi volunt, non ſolum omnibus miraculis in Beda relatis, ſed etiam omnibus alijs ab eo ſcriptis, fidem abrogare poterunt. Denique Magdeburgenſes ipſi Centur. 7. c. 6. referunt hoc ex Beda, nec negant factum.

Magdeburgenſes Cent. 6. 4, 13.

CAPVT SEXTVM.

CEDWALLA, SEXTVS REX CHRISTIANVS Occidentalium Anglo-Saxonum, Ab anno, 686. ad Annum 688.

SECTIO PRIMA.

1. ANNO, 686. Regnum Occidentalium Anglo-Saxonum capeſſit Ceduualla, quem aliqui non Anglo-Saxonem, ſed Britonem eſſe contendunt: ſed ſanè perperam. Nam ita Beda l. 4. c. 15. *Ceduualla, iuuenis ſtrenuiſſimus, de regio ge nere Geuiſſorum.* Quinam autem fuerint Geuiſſi ibidem explicat, dicens *Geuiſſorum id eſt,* [a] *Occidentalium Saxonum.* Et l. 3. c. 7. inquit *Occidentales Saxones, antiquitus Geuiſſi vocabantur.* l. 4. c. 16. ait, *Sita eſt Inſula* (Vecta) *contra medium auſtralium Saxonum, & Geuiſſorum:* & quod *terra Vitarum, ad regionem Geuiſſorum pertinet.* Demum l. 5. c. 7. ita ſcribit: *Ceduualla Rex Occidentalium Saxonū cum genti b ſuæ ſtrenuiſſimè præeſſet.* Ex quibus, certiſſimè liquet, quod (teſte Beda) Ceduualla erat ex regio, & genere Occidentalium Saxonum, & quod Occidentales Saxones non erant externa, ſed ſua gens. Præterea, in Epitaphio ſuo, poſito *iubente Pontifice Sergio* (inquit Beda, l. 5. c. 7.) dicitur: *Hic depoſitus eſt Ceduualla, qui & Petrus, Rex Saxonum.* Inauditum autē eſt, quod Brito aliquis fuerit Rex Occidentalium Saxonum: qui non modo Britones, ſed reliquos Anglos tandem ſubegerunt: aut quod Rex quiſpiam, relicto propriæ gentis titulo, ſe tantùm regem alienæ gentis dici voluerit. Beda etiam in Epitome. Anno, 688. ait, *Ceduualla Rex Occidentalium Saxonum, de Britannia Romam pergit.* Kinulphus Rex, indubitatus Anglo-Saxo, in diplomate ſuo apud Goduinum

a Huntingtō l. 3. Florentius An. 849. Harpsfeld ſæc. 7. c. 1. Camden. in Brit. p. 255. Ealred in Genealog. Paulus Diacon. l. 6. c. 4. b Vide etiā l. 4. c. 15. Capgrauius in vita S. Ioan. Beue

Goduinum in Epiſcopis Bathonienſibus, p. 413. ita de ſe ſcribit: *Ego Kinulphus Geuiſorum Rex.* Et Aſſerius, (& ipſe Brito) in vita Alfredi ſcribit, quod Britones nominant totam Gentem Occidentalium Saxonum à Geruis, auo Cerditij, *Geuis.* Præterea omnes antiqui noſtri hiſtorici, ante illum [c] fabulatorem Britonem quem in latinum vertit Galfridus, aſſerunt Ceduallam fuiſſe Anglo-Saxonem & referunt eius maiores vſque ad Cerditium primum Anglo-Saxonum Regum, Occidentalium, vt Marianus in Chronico, Annis, 683. & 706. Florentius Annis, 661. 685. Malmesburienſis, 1. Regum, c. 2. Huntingtonus, l. 3. Item Paulus Diaconus, l. 5. c. 15. Et S. Marcellinus in vita S. Suiberti recenſet eum inter Reges Anglorum. qui Romam profecti ſunt. Flaccus Alcuinus etiam Poemate, 3. vocat Ceduallam *Succeſſorem & heredem Centwini.* Hæres autem non fuiſſet, niſi eſſet Saxo. Sed nec temporis ratio permittit, vt Cadualla hic fuerit filius Carduellæ, Regis Britonum, quem Beda, l. 3. c. 2. refert fuiſſe victum, & occiſum, à S. Oſualdo. Nam illud contigit Anno, 634. vt liquet ex Beda, l. 3. c. 1. Et Cedualla Romam profectus eſt, Anno, 688. & mortuus eſt Anno, 689. quo tempore à Beda ſupra, dictus eſt *Iuuenis*, & in Epitaphio præfato dicitur, quod *vixit Annos plus minus triginta*: cum tamen inter mortem Carduellæ, anno 634. & obitum Ceduallæ, Anno, 689. intercedant plus quam quinquaginta anni. Et qui dicunt Cadoualladrum vltimum Regem Britonum, Romam iuiſſe, id dicunt factum eſſe, 652. vt Gordon in Chronico, in Annis, 449. & 650. cum Cedualla iuerit, Anno, 688. Demum in nomine ipſo nonnulla eſt diſcrepantia, Nam cum Angli omnes vocent ſuum regem Ceduallam, Britones vocant ſuum * Cadoualadrum, ſeu Caualladrum, aut Cadoualdrum, vt liquet ex Galfrido, l. 9. c. 5. & 6. & alijs. Vnde quidam qui volunt noſtrum Ceduallam fuiſſe ſuum Cadoualadrum, putant mutatum eſſe verſum vnum Epitaphij, & pro: *Cedualla Armipotens liquit amore Dei*; legendum eſſe.

Cadauoladrus liquit amore Dei.

[c] *Neubrig. in præfat. Cambrenſis in deſcrip. Cambria. c. 7. Copus Dialog. 5. c. 19. Camden. in Brit p. 565. 40 487 Buchan. l. 5. Hiſtor Magdeburg. Cent. 9. c. 16. Indicat Malmesbur. l. 1. Reg. c. 1. p. 9. Vſſerius in Ant. q p. 517 & in Indice Chron p. 1089. myrous in Auctuaria ſcrip. c. 363. Somner in Gloſſario Ha. p. 151 c. a 22 14.*

* *Ita Horpsf. ſæc. 7. c. 39.*

Sed contra fidem tum Bedæ, tum omnium [a] Authorum qui illud Epitaphium referunt. Accedit quod, Cedualla paganus erat, cum regnum inijt, cum omnes Britonum reges tunc temporis, & longe ante, Chriſtiani fuerint. Demum Gordonus, in Chronico Anno, 685. aſſerit, quod, *Cadoualadrus, veterum Britanorum rex, diu ante Romam profectus, circa hæc tempora moritur ibidem*: cum tamen Cedualla nec ante annum, 688. Romam profectus ſit, nec ante annum, 689. mortuus ſit. Vide Spedum, l. 7. c. 7. Fuit autem bellicoſus Princeps. Nam ſubegit Auſtrales Saxones, & Vectam Inſulam, vt refert Beda, l. 4. c. 14. vicit etiam Cantios, vt ſcribunt Malmesburienſes, l. 1. Regum, c. 2. Huntingtonus, l. 4. & alij.

2. Romano-Catholica eius fides, manifeſtiſſima eſt. *Nam relicto imperio* (inquit Beda, l. 5. c. 17.) *propter Dominum regnumque perpetuum, venit Romam, hoc ſibi gloria ſingularis deſiderans adipiſci, vt ad Limina Beatorum Apoſtolorum, fonte Baptiſmatis ablueretur, ſimul etiam ſperans, quia mox baptiſatus carne ſolutus, ad æterna gaudia iam mundus tranſiret. Quod vtrumque vt mente diſpoſuerat, Domino adiuuante, completum eſt. Etenim, illò perueniens, Pontificatum agente Sergio, baptizatus eſt die ſancto Sabbati Paſchalis, Anno ab Incarnatione Domini, 689. & in Albis adhuc poſitus, languore correptus, 12. Kalend. Maiarum die, ſolutus eſt carne, & Beatorum eſt conſortio ſociatus in cælis.* Idem tradunt Alcuinus, poëm. 3. Etheluerd, l. 2. c. 10. Malmesburienſis l. 2. Regum, c. 2. Huntingtonus, l. 4. Paulus Diaconus, l. 6. c. 15. Qui ait, eum fuiſſe à Cuniberto Rege Longobardorum qui Hermelindam Anglam vxorem duxerat, *mirificè ſuſceptum.* Et ex Proteſtantibus, Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 2. Et Holinshedus, l. 5. Hiſtoriæ, c. 36. qui ait, eum *Romam perrexiſſe ex religioſa deuotione.* Item Stous in Chronico, & alij, Inuentum fuit eius corpus ſub Gregorio 13. prope ſepulchrum Principis Apoſtolorum, & particulam Serici, quo inuolutum erat, ego vidi. Camdenus in ſua Britannia, p. 220. aliàs, 269. addit, quod Cedualla *Monaſterium ad Selſey fundauit, Sedeque Epiſcopali illuſtrauit.* Et quanquam nondum baptizatus, tamen priuilegia incliti Monaſterij Glaſconienſis

[a] *Paulus Diaconus l. 5. Florent. An. 689. Ordericus vitalis l. 1. Capgrauius in vita S. Ioan. Beuerlac. Baronius An. 689 Brompton col. 755*

Romano Catholicus.

Thornus co. 2208.

confirmauit, vt conſtat ex Diplomate Inæ apud Spelmanum in Concilijs, p. 288. & Henrici, 2. apud Harpesfeildum, ſæc. 1. c. 2. Somnerus, etiam in Deſcript. Cantuariæ, p. 211. refert, multos fundos, quos largitus eſt Eccleſiæ Cantuarienſi, ibique meminit vxoris ſuæ Keneldrithæ. Genebrardus in Chron. Anno, 702. refert ex Bonfinio, l. 8. quod *Ceduall a moriens, omnes ſuas fortunas in diuinum vſum, ex teſtamento erogauit.* Sanè iure optimo ait Baronius, Anno, 689. n. 8. de hoc facto Ceduallæ: *Magnum planè tunc datum eſt vniuerſo generi humano, de contemptu mundi huius, exemplum, dum Rex armiger, natura ſæuus, hoſtium victor exiſtens, lucrum maximum exiſtimauit facere de his omnibus, pro cæleſti regno, iacturam.* Et rectè dicitur in eius Epitaphio,

Mira fides Regis, clementia maxima Chriſti.

Huius mirabilis mutationis Author poſt Deum, erat S. Wilfridus. Nam ita Malmesburienſis, l. 3. Pontif. p. 265. *Ceduallam, frequenter ad ſe conſilij cauſa venientem, ſanctus promptè refecit. Idemque, tota Weſt-Saxonia potitus, vt magiſtrum & Dominum omni Prouinciæ præfecit Wilfridum, nihil in tota Prouincia, ſine illius aſſenſu, faciendum arbitratus.* Magdeburgenſes, Cent. 7. c. 2. col. 36. ſcribunt quòd *Vecta Inſula, ad veræ doctrinæ cognitionem, hac ætate peruenit, per Ceduallam regem Geuiſſorum.*

Papiſmus, vera doctrina & fides Chriſti.

Per quod tacitè fatentur, Papiſmum eſſe veram doctrinam. Nam col. 39. ſcribunt, quod *Ceduall a potitus Vecta, à Wilfrido diſcit fidem Chriſti, & Romam profectus, à Sergio baptizatur.* Et c. 10. col. 491. *Anglo-Saxones dicuntur huius* (Sergij Papæ) *fidem ſuſcepiſſe, venitque Ceduall a Rex vt Romæ à Sergio baptizaretur.*

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA tempore Regis Cedualla.

S. HEDDVS
Piſeus n. 82.
Laudatur à Protiſt.

1. SAnctitate claruit ſub Ceduall a Rege, S. Heddus Epiſcopus Wintonienſis, de quo ita Beda, l. 5. c. 19. *Antiſtes Occidentalium Saxonum Heddi, cæleſtem migrauit ad vitam. Bonus quippè erat vir & iuſtus, & Epiſcopalem vitam ſiue doctrinam magis inſito ſibi virtutum amore, quàm lectionibus inſtitutus, exercebat.* Malmesb. l. 1., Pontif. p. 241. ait, ſe legiſſe eius *Epiſtolas non nimis indoctè compoſitas.* Et Goduinus in Epiſc. Winton. n. 5. *Hedda vir pius & grauis, populo ſibi commiſſo, morum, & vitæ ſanctitate profuit.*

S. EGBERTVS
Capgraui.

2. Claruit etiam tunc, S. Egbertus Presbyter, quem Beda l. 3. c. 4. vocat *Sanctiſſimum patrem, & ſacerdotem, & longæua vitæ perfectione eximium.* Et c. 27. *duxit vitam in magna humilitatis, manſuetudinis, continentiæ, ſimplicitatis, & iuſtitiæ perfectione.* Et l. 5. c. 10. appellat eum *venerabilem, & cum omni honorificentia nominandum famulum Chriſti.* Et c. 23. *Deo amabilem, & cum omni honorificentia nominandum patrem, & ſacerdotem.* Alcuin. in vita S. Wilebrordi, c. 4. vocat eum, *Epiſcopum.* De eo ita Martyrologium Rom. 24. Aprilis: *In Hibernia, S. Egberti Presbyteri, & Monachi, admirandæ humilitatis, & continentiæ viri.* Hunc ſanctiſſimum virum Dempſter, l. 5. hiſtor. c. 445. aſſerit eſſe Scotum, ac teſtem citat Baleum; cum tamen Beda, l. 3. Hiſtor. c. 26. diſertè dicat eum fuiſſe, *de natione Anglorum* & 27. *De nobilibus Anglorum.* Idemque habet, l. de ſex ætatibus. Et Baleus ipſe, Centur. 1. c. 98. *Egbertus Monachus, Auſtralium Anglorum ſeu Sudſaxonum proles.* Et Marianus Scotus, Anno 715. *Egbertus Anglus, vir ſanctus, Scotos conuertit.* Vixit etiam tunc Boſa Epiſcopus Eboracenſis, quem Beda l. 5. c. 21. vocat, *Sanctiſſimum, & Deo dilectum Epiſcopum.* Et l. 4 c. 3. *Virum multæ ſanctitatis & humilitatis.*

S. BOSA.
S. ADILVALDVS.

Vixit etiam eodem tempore, S. Ædilvaldus, ſucceſſor S. Cutberti in vita ſolitaria; cuius ſanctitatem, & miracula, narrat Beda, l. 5. c. 1. Item S. Eadbertus, ſucceſſor eiuſdem in Epiſcopatu: *Vir* (ait Beda, l. 5. c. 29.) *ſcientia ſcripturarum, ſimul*

mul & præceptorum cæleſtium obſeruantia, ac maximè eleemoſynarum operatione, inſignis. Et c. 30. cum corpus eius poſitum fuiſſet in loco vbi prius ſepultum fuerat corpus S. Cutberti, ait *In quo loco ſigna ſanitatum aliquoties facta, meritis amborum teſtimonium ferunt.* Malmesbur. lib. 3. Pontif. p. 275. ait eum fuiſſe, *maximæ ſanctitatis.* Et de eo, ita Martyrologium Rom. 6. Maij, *In Anglia S. Eadberti Epiſcopi Lindis Farnenſis, doctrina & pietate inſignis.* Vixit etiam Higbald, Abbas in Prouincia Lindiſſi. Vir (ait Beda. l. 4. c. 3.) *Sanctiſſimus, & continentiſſimus.* Claruit etiam Cilla *Soror Ceduallæ Regis*, quæ vt refert Camden in Britan. p. 202. aliàs 243. ex libro Abingdomenſi, *Monaſterium monialibus conſtruxit ad Helmeſtow iuxta Tameſin, vbi virginibus ipſa præfuit.* Circa idem tempus, etiam * *Ciſſa Occidentalium Saxonum Rex* (vt idem refert, p. 202. aliàs, 242.) *conſtruxit Monaſterium Abingdonienſe.* Baronius, anno, 688. ſcribit eo anno deceſſiſſe S. Cutbertum, quem vocat *Anglorum decus.* Sigebertus vero aſſerit obijſſe Anno 687.

S. EADBERTVS

Cilla ſoror Ceduallæ Regis.

* *Harpsfeld. ſæc. 7. c. 19.*

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA tempore Ceduallæ Regis.

1. DE prædicto S. Egberto, Sacerdote, ſeu Epiſcopo, Beda, l. 3. c. 4. ait, quod *erat doctiſſimus in ſcripturis.* Et de S. Eadberto Epiſcopo Lindisfarnenſe, l. 4. c. 29. quod erat *Scientia ſcripturarum inſignis.* Et Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 10. col. 531. *commendatur hic à Beda, quod fuerit vir ſcientia ſcripturarum, ſimul ac præceptorum cæleſtium obſeruantia, ac maximè eleemoſynarum operatione inſignis.* Neque ipſi fidem derogant. Goduin. in Epiſcopis Dunelmenſibus, n. 8. ait. *Egbertus Epiſcopus illo æuo eruditione eximia clarus habitus.*

S. EGBERTVS

Pitſeus. n. 93.

2. Viuebant etiam adhuc S. Theodorus, S. Adrianus, S. Ioannes Beuerlacenſis, & S. Wilfridus ſupradictus, qui poſtremus, iudicio S. Theodori apud Malmesburienſem, l. 3. Pontificum, p. 265. erat *omnium Anglorum, in Romanis legibus peritiſſimus.* Et iudicio Romanorum ibidem, p. 267. *Torrens eloquentiæ.*

3. Floruit etiam tunc, S. Benedictus Abbas, & educator Bedæ, qui teſtibus Magdeburgenſibus, Cent. 7. c. 7. col. 210. *Bibliothecam inſtruxit, Latinis & Græcis authoribus, hincinde ex Italia, & Gallia conquiſitis.* Eadem habet Baleus, Centur. 1. c. 82. Vixit etiam tunc temporis Albinus Abbas Cantuarienſis, qui teſte Beda, in præfatione ſuæ Hiſtoriæ, *Vir per omnia doctiſſimus extitit, à Theodoro & Adriano viris eruditiſſimis inſtitutus.* Et l. 5. c. 21. *In tantum ſtudijs ſcripturarum inſtitutus eſt, vt Græcam quidem linguam non parua ex parte, latinam verò, non minus quam Anglorum, quæ ſibi naturalis eſt, nouerit.* Alius autem hic eſt à Flacco cognomento Albino, ſeu Alcuino, tum quia hic Cantuarienſis fuit, ille Eboracenſis: tum quia hic Abbas fuit, ille tantum Prior, dum in Anglia agebat: tum præterea, quia iſte ſenior erat, ille verò multo iunior: Iſte mortuus & ſepultus Cantuariæ, vt teſtatur Weuer. in ſuis monumentis, p. 252. vbi etiam refert eius Epitaphium, ille mortuus ac ſepultus Cormoraci in Gallia. Demùm, iſte mortuus eſt, anno 732. vt * teſtatur idem Weuerus, ille obijt Anno, 804. aut 809. vti * infra dicemus.

S. BENEDICTVS.

Pitſeus. n. 80.

ALBINVS

Diuerſus à Flacco Alcuino.

Thornus in Chronico An. 732.

† l. 3. c. ſec. 7.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA IN ANGLIA, tempore Cedualla Regis.

Miracula S. Heddi

1. DE miraculis S. Heddi, qui fuit Epiſcopus ſub Cedualla Rege, ita ſcribit Beda, l. 5. c. 19. *In loco, in quo defunctus eſt, ob meritum ſanctitatis eius, multa ſanitatum ſunt patrata miracula, hominesque Prouinciæ illius ſoliti ablatum inde puluerem, propter languentes, in aquam mittere, atque huius guſtum, ſiue aſperſionem, multis ſanitatem agrotis, & hominibus, & pecoribus conferre: propter quod, frequenti ablatione pulueris ſacri, foſſa ſit ibidem facta non minima.* Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 241. *Sanctitatis eius* (Heddi) *reuerentiam, numerus miraculorum cælitùs emiſſorum hominum manifeſtauit notitia.* Et Goduinus, in Epiſcopis Winton. n. 5. *Deus (ſi fidem Bedæ adhibeamus) præſulatum eius miraculis non paucis illuſtrauit.* Et quidni fidem adhibeamus, cum nec ratio, nec authoritas obijci poſſet: ſed tantum incredulitas Proteſtantium, & Beda (etiam Proteſtantium iudicio) ſit veraciſſimus, ac fide digniſſimus, & miracula Heddi tam fuerint indubitata, vt homines illius temporis, fecerint foſſam non minimam, auferendo puluerem ſepulturæ eius. Quod proculdubio non feciſſent, niſi experti eſſent illius virtutem.

CAPVT SEPTIMVM.

INA, SEPTIMVS REX CHRISTIANVS, *Occidentalium Anglo-Saxonum; ab Anno, 689. ad Annum, 726.*

SECTIO PRIMA.

Rex Ina. Laudes regis Ina S. Aldelmus in ſua charta vocat Inam famoſiſſimum & venerandum regem Extant leges eius apud Bromp. en. in Chronico col. 761. Camden p. 161 Deſburgia Laudatur à Proteſtant.

1. A*Beunte Romam Cedualla*, (Anno, 688.) *ſucceſsit* (inquit Beda, l. 5. ca. 7. *in regnum, Hun (aliàs Ina) de ſtirpe regia, qui triginta ſeptem annis tenuit imperium gentis illius.* Malmesbur. l. 1. Regum, ca. 2. ait, quod *fuit Kinigilſi pronepos, ex Fratre Cuthbaldo, & prudentiæ ſimulachrum, fortitudinis vnicum ſpecimen, religione parem neſciat.* Polydorus l. 4. ait, quod *fuit vir Conſilij magni, & virtutis, domi, foriſque clarus, bonis artibus duntaxat intentus, iuſti æquique per omnia amans.* Plura de eius laudibus videri poſſunt apud Harpesfeldum ſæculo octauo cap. decimo, & Baronium Anno, 740, vbi eum vocat, *Regem maximè pium, & * Edburgam vxorem eius, haud imparem viro ſuo.* Ex Proteſtantibus, Foxus in Actis, p. 114. ait, quod fuit *clarus, & ſtrenuus princeps.* Coperus in Chronico, *Ina, magnæ potentiæ, & prudentiæ, vnaque fortis & intrepidus, & in rebus bellicis admodum expertus.* Stous in Chron. *Fuit ſpeculum fortitudinis, prudentiæ ſpecimen, nec quiſquam illius temporis ei comparandus ob religionem, & vitam ſecundum eam actam.* Baleus Centuria 1. c. 97. *Huius Regis, & multa, & magna referuntur à ſcriptoribus.* Et Holinshed, l. 6. c. 1. *Fuit inſignis princeps.* Daniel, l. 1. Hiſtor. p. 30. *Ina, bellicoſus, prudens, & religioſus princeps.* Caluiſius, in Chron. Anno, 689. *Ina, iuſtitiâ, & pietate clarus.* Selden, Analect. l. 2. c. 3. refert nonnullas ipſius leges. Has ingentes laudes ob fortitudinem, prudentiam, & pietatem, huic inclito regi Proteſtantes tribuunt: quem non minus perſpicuè fatentur Romano-Catholicum fuiſſe. Quodque mireris, quos illi præ alijs laudant, eoſdem præ alijs Catholicæ Religioni addictos fuiſſe, conſtabit: vt hinc intelligas, ſegetem virtutis, quæ etiam apud hoſtes laudi, & admirationi ſit, eſſe Catholicam eeligionem.

Ina Romano Catholicus

2. Huius enim incliti Regis Catholica Religio, extra omnem controuerſiam eſt.

eſt. *Nam* (vt ait Beda, l. cit.) *cùm triginta, & ſeptem annis imperium tenuiſſet gentis illius* Occidentalium Anglo-Saxonum) *& ipſe relicto regno, ad Limina Beatorum Apoſtolorum, Gregorio ſecundo Pontificatum tenente profectus eſt, cupiens in vicinia Locorum ſanctorum ad tempus peregrinari in terris, quo familiarius à ſanctis recipi mereretur in cælis.* Malmeſburienſis, l. 1. Regum, c. 2. p. 15. ait, quod *poſt triumphales bellorum manubias, poſt multarum virtutum gradus, ſummum culmen perfectionis meditatus, Romam abijt. Ibi, ne pompam ſuæ conuerſionis faceret, non publicis vultibus expoſitus, crinem depoſuit: ſed vt ſolius Domini oculis placeret, amictu plebeio tectus, clam conſenuit.* Atque hoc fatentur Proteſtantes, vt Spelmanus in Concilijs, p. 220. & 230. Stous, p. 97. Houſus p. 76. Baleus, Cen. 1. c. 97. Foxus in actis, p. 114. addit, quod *profectus eſt Romam cum magna denotione, & propter amorem Chriſti, induit habitum*[a] *pauperis, & in cœtu pauperum iter fecit.* Præterea, in diplomate ſuo in Apoſtolatu Benedict. p. 22. ait, *ſe pro remedio animæ ſuæ, & relaxatione criminum, dare aliquam terræ particulam* b *Aldelmo, ad augmentum Monaſterij ſui.*

3. Secundò, quia (vt refert Spelmanus, p. 230. ex Ranulpho Ceſtrenſi, & alijs.) *Primus omnium Regum,* c *Denarium ex ſingulis domibus Regni ſui, Beato Petro fertur conceſsiſſe, quod diu ab Anglis Romeſcot, Latinè Denarius Petri vocabatur.* Non fert tamen Spelmanus, p. 312. ſicut nec Elienſis in Reſponſ. ad Apologiam Bellarmini, c. 3. nec Somner. in Gloſſario, vt vocetur *Tributum, aut vectigal.* Et tamen ita loquitur Camdenus in ſua Britannia, edit. 1600. p. 192. *Ina Rex, cum Regnum vectigale Pontifici Romano, impoſito in ſingulas domos denario, feciſſet, hac &c.* Magdeburgenſes, Centur. 8. c. 1. col. 3. *Inas Britanniæ Rex, ſuum Regnum vltrò, ei* (Papæ) *facit tributarium,* idque repetunt, c. 16. col. 915. & 930. Et c. 7. col. 429. Item, Centur. 9. c. 7. col. 529. Baleus, Centur. 1. ca. 97. *Romano Anti-Chriſto, vectigal (Petri denarios vocant) ex ſingulis Regni domibus, in perpetuam eius ſeruitutem, primus perſoluit.* Et Centur. 2. c. 15. [d] *Offa, Pontifici ſua ſponte tributum annuum pendit.* Et ib. c. 20. *Ethelnolfus, eas Inſulæ partes, quas pater imperio acquiſierat, Pontifici Leoni quarto, vectigales fecit, Inam & Offam reges prædeceſſores imitatus.* Holinshed, l. 6. c. 41. *Offa imitatus exemplum Regis Inæ, fecit regnum ſuum ſubditum, per modum tributi Eccleſiæ Romanæ.* Spedus in Hiſtoria, l. 7. ca. 30. *Offa rex Romam profectus eſt, vbi imitatus exemplum Inæ, fecit regnum ſuum ſubiectum tributo.* Selden in notis ad Edmerum, vocat *Vectigal.* Caluiſius, Anno, 727. *Ina regnum ſuum vectigale fecit Pontifici Romano.* Parkerus in vita Brithwaldi: *Ina, Primus conceſsit illud Tributum, quod vulgo dicitur Peter peuce, ſoluendum Eccleſiæ Romanæ.* Illyricus in Catal. l. 8. p. 755. *E Regnis ſuis vectigalia, & tributa dederunt: Sic Inas.* Sleidanus, l. 9. *Inas, Regnum ſuum Pontifici Romano vectigale fecit.* Cauſabonus, in Epiſtola dedicat. Exercitat. ita loquitur ad Iacobum Regem Angliæ. *Vbi nunc illa tempora, cùm è tuis maioribus glorioſiſsimæ memoriæ Regibus, vnus ſuperſtitione cæca ductus, zelum habens, ſed non ſecundum ſcientiam, vltro nulla re cogente Regnum ſuum Gregorio tertio Pontifici Maximo fecit vectigale?* Goduin. in Archiepiſcopis Eboracenſibus, n. 24. refert verba Toſtij Comitis Angli ad Nicolaum P. 2. in quibus illud vocat *Tributum.* Similiter, loquitur orator Rufi Regis (apud Malmeſburienſem, l. 2. Pont. p. 226.) ad Vrbanum P. 2. Offa Rex, in charta Fundationis Monaſterij S. Albani, apud Weuerum in eius Monumentis, p. 100 vocat *Cenſum.* Item Canutus Rex in Epiſtola, apud Spelman. in Concilijs Angliæ, p. 536. & Concilium generale Angliæ ibidem, p. 5:7 Huntington. l. 4. vocat [e] *Redditum ſtatutum.* Demum S. Eduardus Rex, in ſuis legibus apud Houeden p. 603. vocat * *Eleemoſinam Regis.* Sic Hunting. l. 6. p. 364. Et Paſchalis Papa 2. in literis ad Henricum primum, *Eleemoſinam B. Petri.* Quia nimirum, non in ſignum ſubiectionis temporalis conferebatur, ſed (vt loquitur Offa Rex in ſua Charta prædicta) *Sacræ Romanæ Eccleſiæ, pro ſtabilitate regni noſtri, & ſalute communi tranſmittebatur.* Anglice vocabatur, *Peter-peuce;* hoc eſt, *Denarij Petri,* ſeu *Romeſcot,* hoc eſt, *Symbolum Romanum.* Et vt ſcribit Weuerus in ſuis monumentis, p. 176. *vſque hodie, ſub nomine Denarij fumarij ſoluitur in multis locis Angliæ, ſed non ei, cui debetur.* Elienſis tamen in ſua Reſponſ. ad Apologiam Bellarm. c. 3. ait, quod Denarius, qui pendebatur Pontifici, vocabatur *Focalis:* qui verò dabatur quatuor ordinibus mendicantibus, dicebatur *Fumarius.*

Aſſerius in vita Alfredi Ethelwardus l. 2. c. 13. Florentius An. 728. Huntington. l. 4. Baronius An. 726. Wiſtmon. An. 727. Simeon Dunel An. 849.

[a] *Holinshed l. 6. c. 1. Spedus l. 7. c. 7.*

[b] *Malmesb. l. 2. Nouella p. 185.*

Ina concedit denarios S. Petro, Papæ.

[c] *Baronius An. 740. Selden l. 2. Analect. vide Ingulfum p. 894. Malmesb. l. 1. Reg. c. 2. Sanderus l. 7 p. 404 Proteſtantes vocant tributum.*

[d] *Weuer in Monumen p. 274 175.*

Brompton col. 754. & Rex Canutus ib. 920.

[e] *Pariſius in vita Offa Houeden p. 409 Rodulfus de Diceto An. 791.*

† *Bromton Chron col. 912. Gordon An. 740. Pietatis vectigal Denarius focalis, & fumarius.*

[f] *Malmesb. l. 1. vit. ; Harpsfield sæc. 8. c. 1. Baronius An. 740. Holinshed l. 4.*

4. Tertiò, quia vxor eius [f] Edelburga, quæ ipſum ad relinquendum regnum incitarat, primò monialis facta eſt in Cænobio Berkingenſi, iuxta Tameſim, & poſtea illic Abbatiſſa, vt fatetur Spelmanus, l. cit. p. 230 Foxus in actis p. 114 Itemque duæ eius ſorores, Cuthburga & Kineburga, de quibus infra dicemus. Cæterum verſus, ab Ina iuſſi incidi in præcinctione templi Glaſconienſis, à ſe in honorem SS. Petri & Pauli conditi, tum ipſius, tum totius Angliæ illo tempore Romano-Catholicam religionem profitentur, quorum aliqui ſunt iſti, vt refert Camdenus in ſua Britannia, p. 192. aliàs, 165.

Petrus in arce.

Celſior gradu Paulo.

Clauiger cœli.

Cælorum portæ, lati duo lumina mundi:
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus,
Inter Apoſtolicas radianti luce coronas,
Doctior hic monitis, celſior ille gradu,
Corda per hunc hominum reſerantur, & aſtra per illum,
Quos docet ille ſtilo, ſuſcipit ille polo.
Pandit iter cælo hic dogmate, clauibus alter,
Eſt via cui Paulus, ianua fida Petrus.
Hic Petra firma manens, ille Architectus habetur,
Surgit in his templum, quo placet ara Deo.

S. Petrus habet Monarchiam.

Nulla ſalus extra Rom. Eccleſiam.

In quibus verſibus apertè aſſeritur, quod Petrus eſt celſior gradu quàm Paulus: quodque eſt peculiaris Ianitor, & Clauiger Cæleſtis, ac Petra Eccleſiæ. Prætereà, Ina, hoc Monaſterium ædificauit conſilio S. Aldelmi, vt teſtatur Malmesburienſ. l. 2. Pontif. p. 254. qui S. Aldelmus, in Epiſtola ad Geruntium regem Britonum, ait quod, Petrus *Monarchiam ſoluendi, in cælo, & in terra felici ſorte, & peculiari priuilegio, accipere promeruit.* Item *Fundamentum Eccleſiæ, & firmamentum fidei, principaliter in Chriſto, & ſequenter, in Petro collocatum — Petro autẽ veritas, ita priuilegium ſanxit Eccleſiæ: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Vnde Magdeburgenſes, Centur. 7. ca. 7. col. 234. dicunt, quòd Aldelmus, *De dominatu Romanæ Eccleſiæ, nimis præter rem* (Proteſtantium) *& vtilitatem Philoſophatur:* Et c. 4. col. 111. *Aldelmus iuſtificationem bonis operibus tribuit.* Et Illiricus, l. 7. teſtium, p. 611. *apertè numerat eum inter eos, qui confirmaruut Romani Pontificis Primatum, & quod dicat; nihil prodeſſe veram fidei confeſſionem, ſanam doctrinam & irreprehenſibilem vitam, extra Rom. Eccleſiæ vnitatem.* Atque huius S. Aldelmi, præcepta (inquit Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 2.) *Ina audiebat humiliter, ſuſcipiebat gaudenter, adimplebat hilariter.* Ita vt dubitari non poſſit, quin Rex Ina, S. Aldelmus, ac tota tunc temporis Anglia, S. Petri Monarchiam ſoluendi in cælo & in terra, & ipſum eſſe ſecundarium fundamentum fidei crediderint. Hunc clariſſimum virum Aldelmum, aliqui Scotum eſſe aſſerunt, cùm tamen Beda, l. 5. c. 19. Malmesbur. l. 1. Regum, c. 3. p. 24. & l. 2. c. 6. Capgrauius, in eius vita, & alij diſertè teſtentur fuiſſe Anglum, idque eius nomen aperte indicat. Nam *Aldhelm* Anglo-Saxonicè, idem eſt, quod *vetus galea.* Author vitæ eius apud Surium, to. 3. Baleus, Centur 1. c. 83. Magdeburgenſes, Centur. 7. ca. 10 col. 537 Goduin. in Epiſcopis Sariſbur. n 1. Capgrauius in eius vita, & alij dicunt, eum fuiſſe Inæ regis ex fratre nepotem. Twinus in Apol. Oxon. Academiæ, l. 2. ſec. 110. aſſerit, eum fuiſſe Inæ filium: Certè Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 6. aſſerit quod S. Aldelmus erat Ethelſtano Regi *ex antiquis Progenitoribus conſanguineus.* Et ipſemet in Carmine de virginitate profitetur, S. Gregorium fuiſſe Apoſtolum ſuæ gentis, & ab eo gratiam baptiſmi, & prædicatores illius fluxiſſe. Quod Scotus nunquam diceret. Præterea, librum ſuum de virginitate dedicauit virginibus Berkingenſibus, quarum aliquas vocat ſuas affines. Pene autem fidem excedit, quantum Ina pecuniæ expenderit in reſtitutione Monaſterij Glaſconienſis. Nam præter alia, *Capellam, aureis, & argenteis obductam laminis, condidiſſe ferunt; horumque metallorum 264. pondo operi contuliſſe: Altari inſuper 246. pondo auri, & calicem cum patena 10. auri pondo dependentem, Thuribulum 8. pondo auri, & præterea aurei Numiſmatis, octo (quas vocat) mancas: duo Candelabra 12. pondo, & dimidium*

Inſignis munificentia Inæ R.

Argenti,

Argenti, coopertulum ad Euangeliorum codicem, 20. pondo, & 60. mancas auri. Prolybrum, octo auri pondo, vas ad aquam benedictam, 20. pondo auri: Imagines Saluatoris noſtri, B. Virginis, & 12. Apoſtolorum 175 pondo Argenti, & 28 pondo Auri: Pallium etiam ad altare, & pro Monachis ornamenta, auro & lapidibus pretioſis exquiſitè compoſita. Theſaurum hunc ingentem largitus eſt Rex Ina Glaſteuburiæ Monaſterio. Ita Spelmanus in Concilijs, p. 229. Stous in Chron. p. 97. & [g] alij. Camden, in ſua Britannia, p. 168. alias, 197. addit, *Welles templum habet, & Collegium, ab Ina rege in Andreæ honorem conditum.* Sanctos ergo coluit Ina. Eodem tempore, in alijs Angliæ partibus, celeberrima erecta ſunt Monaſteria, vt [h] Croulandenſe ab Ethelbaldo rege Anglo Merciorum, Anno, 716. [i] Shepienſe, à Sexburga Regina Cantij, Anno, 710. [k] Teuxburienſe, ab Odone, & Dudone Ducibus, Anno 715.

g Helmsbred l. 6 c. 5. Speedus l. 7. c. 7. Houſus Chron p. 76
h Ingulfus p. 852. Camden p. 472. Al. 3[?].
i Camden p. 316. 318.
k Camden. p. 323. al. 214.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Inæ Regis.

1. IMprimis, eſt ipſe Ina, de quo, eiuſque coniuge, ita ſcribit Malmesburienſis, l. 1. Regum, cap. 2. *Habuit vxorem* [a] *Ethelburgam, fœminam ſanè regij generis, & animi, quæ cum antea virum ad hoc audendum* (eundum Romam) *incitaſſet, tunc merentem, verbis lenire, & labantem exemplis erigere: prorſus quod ad ſalutem eius ſpectaret, nihil dimittere. Ita mutua charitate connexi, temporibus ſuis viam hominum ingreſſi ſunt, non ſine magnis miraculis, vt accepimus, quibus diuina dignatio fœlicium coniugum ſæpe reſpondet meritis.* Poſſeuinus in Apparatu, inquit; *Ina, Rex ſanctus,* Pitſeus ætate, 8. n. 92. *Vir belli paciſque artibus inclitus, vitæ etiam integritate, & eruditione clarus.* Huntington, l. 4. *Ceduella & Ina, magni viribus, maiores vero ſanctitate.* Et Wion, l. 4. ligni vitæ, c. 6. ait, quod in ſanctorum numerum relatus eſt, eumque reponit Ferrarius, 6. Februarij. Polidorus, l. 4. ſcribit, quod officia Inæ pietatis plena infinita referuntur, & quod *Ethelburga eius vxor Regina inter Monachas in Cœnobio, quod poſitum eſt ad ripam Tameſis fluminis, in pago, quem dicunt Barkin, ſanctiſſime vitam finiuit.* Claruerunt etiam eodem tempore, duæ Sorores Inæ, Cuthburga, & Quenburga, de quibus ita Malmesburienſis, li. 1. ca. 2. cit. [b] *Cuthburga, Alfrido* (rectius Oſredo) *regi Northumbrorum nuptui tradita, ſed non poſt multum, coniugio deducto, primum apud Berkingam, ſub Abbatiſſa* † *Hildelida, mox ipſa, magiſtra Regulæ* [c] *Winburnæ, Domino placitam vitam tranſegit. Vicus eſt modo ignobilis, tunc temporis inſignis, in quo frequens virginum chorus, terrenis deſiderijs caſtratis, ſuperos ſuſpirabat amores.* Eius feſtum celebrabat olim Catholica Eccleſia Anglicana, 31. Auguſti, vt liquet ex Breuiario Sarum: vbi ita orabat: *Deus, qui eximiæ caſtitatis priuilegio, famulam tuam Cuthburgam multipliciter decoraſti, da nobis, &c.* Et Molanus, 31. Auguſti: *In Anglia ſanctæ Cuthburgis virginis & reginæ.* Iſacſonus, in Chron. Anno 705. rectè ait, Kineburgam ſororem Wulferi Regis [quam Beda, l. 3. c. 21. videtur vocare Cymburgam] nupſiſſe Alfrido regi Northumbrorum: Cuthburgam autem, Oſredo, eius ſucceſſori. [d] Quenburga videtur fuiſſe vxor Milfrithi illius temporis Reguli. Nam ita Cutbertus Archiepiſcopus, apud Malmesburienſem, l. 4. Pontif. p. 285. *Regulus eſt quartus, Milfrith, cum coniuge pulchra, Quenburga* Weſtmonaſter Anno, 727 vtramque vocat *Sanctam.* Hoc etiam tempore, Gloceſtriæ (ait Camdenus in ſua Britannia p. 254. aliàs, 316. *Etheldredi Mercij permiſſu, Oſricus Rex Northumbrorum* (rectius Victiorum, vt habet Beda, l. 4. c. 23) *Monaſterium ampliſſimum virginibus poſuit; quibus Kineburga, Eadburga, &* [e] *Eua, Merciorum reginæ, ſucceſſiuè præfuerunt.* Idemque habet Goduinus in Epiſcopis Gloceſtrienſibus, in initio. Ac ſupra retulimus, quod Monaſterio Elienſi totidem Reginæ ſucceſſiuè præfuerunt. Et Harpesfeldus, ſæc. 8. c. 11. *Fortherius Adelmi ſucceſſor, Romam profectus eſt, cum Regina illius Prouinciæ.* Intelligit, Occidentalium Saxonum. Forte hæc eſt Frigedida regina, de qua infra dicemus ſub ſequente rege.

S. INA ET ETHELBVRGA
a Baronius An. 740.
Monachis clarus Regibus Claſſon in Apoſtolatu p. 44.
S. CVTHBVRGA ET QVENBVRGA
b Florentius An. 718. Capgrauius
† Capgrauius in Catal.
c Marianus An. 923. Huntingd. l. 4 Weſtmon. An. 710. S. Aldelm in Apollo! p. 21 Camden. in Brit p. 182. 159. Speedus l. 7. c. 9
d Florentius An. 718. & in Genealogia
Tres reginæ Succeſſiue Abbatiſſæ
Ferrarius 2 Decemb.
Harpesfeld. ſæc. 11. c. 24.

2. Sed nec Reges Reginis, viri fœminis, pietate in Deum, & contemptu mundi cedere voluerunt. Nam præter Inam, tres alij in Anglia Reges, ipſo regnante, regna ſua, & mundum reliquerunt, ſeſeque Monaſticæ vitæ addixerunt, ac duo etiam Romam profecti ſunt. De Ethelredo rege Anglo Merciorum (quem Houeden, Anno, 1070. vocat *ſanctum*) ita Beda in Epitome Anno, 704. [f] *Edilredus, poſtquam triginta, & vnum Annos genti Merciorum præfuit, Monachus factus, Conredo regnum dedit.* Hic adeo reueritus eſt Pontifices Romanos, vt (quod tradit Malmesburienſis, l. 3. Pontif. p. 267.) cum reciperet literas Pontificis, *flexo genu, dignationem ſalutationis Apoſtolicæ ſuſciperet.* Et de alijs duobus Regibus ita Beda, l. 5. c. 20. *Anno Imperij Oſredi quarto, (qui fuit Chriſti, 709.) Coenredus, qui regno Merciorum nobiliſſime tempore aliquanto præfuerat, nobilius multo ſceptra regni reliquit. Nam venit Romam, ibique attonſus, Pontificatum habente Conſtantino, ac Monachus factus, ad Limina Apoſtolorum, ieiunijs, & Eleemoſynis, vſque ad diem permanſit vltimum. Venit autem cum illo, & filius Sigheri regis Orientalium Saxonum, vocabulo Offa, iuuenis amantiſſimæ ætatis, & venuſtatis, totique ſuæ genti, ad tenenda ſeruandaque regni ſceptra exoptatiſſimus: qui pari ductus deuotione mentis, reliquit vxorem, agros, cognatos, & patriam propter Chriſtum, & propter Euangelium, vt in hac vita centuplum acciperet, & in ſæculo venturo vitam æternam: Et ipſe ergo vbi ad loca ſancta Romam peruenerat, attonſus, & in Monachico vitam habitu complens, ad viſionem Beatorum Apoſtolorum in cælis diu deſideratam peruenit.* Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 4. aſſerit, quod hic Coenredus, *pietate in Deum, probitate in Patriam, perinſignis, magna morũ ſerenitate vitam cucurrit.* Et c. 6. *Offa iuuenis iucundi vultus, & animi, ætatis floridæ, & maximũ apud ciues amoris, qui hortatu Kineſwithæ, cuius nuptias ſuſpirauerat, cæleſtes doctus ſuſpirare amores, Romam iuit, ibique attonſus, ſuo tempore cælica regna ſubiuit.* Quàm ſtupendum orbi Chriſtianæ pietatis exemplum Anglia ſub Ina Rege exhibuit, quæ, quatuor Reges, Monachos, ac tres eorum Romam peregrinos, & totidem Reginas, ſanctimoniales protulit! vt iure Camdenus * in ſua Britannia, p. 279. al. 345. vocauerit hoc *ſæculum feraciſſimum ſanctorum.* At quando Proteſtantica Religio tale ſæculum proferet? Holinshed (licet Proteſtans) l 6. c. 1. vocat hunc Coenredum, *regem magnæ virtutis, deuotum erga Deum, & vtilem regno:* cuius munificentia, & ipſe, & Camdenus, in ſua Britannia, p. 514. aiunt, S. Eguinum inclitum Monaſterium * Eueshamenſe condidiſſe. Idemque Holinshedus, c. 2. vocat Offam, regem magnæ indolis.

3. Regnante Ina, multa ſanctitatis lumina ex Anglia in cælum ſuſcepta ſunt. Nam anno 690. Magnus ille Theodorus Cantuarienſis obijt, vt habet Beda in Epitome. Itemque S. Adrianus eius ſocius, anno 710. S. Wilfridus, 709. Et S. Aldelinus 709 S. Ioannes Beuerlacenſis, Anno 721. [g] S. Erconwaldus Epiſcopus, Anno, 696. S. Heddi Epiſcopus, Anno 705. cuius * conſilio vſum ſe dicit Ina Rex in legibus ſuis condendis. De S. Ioanne Beuerlacenſe, ſcribit Baleus, Centur. 1. ca. 94. *In magna* [h] *Euangelici ſpiritus conſtantia, vitam finiuit.* Et Centur. 2. ca. 1. eum vocat, *Præſulem ſanctiſſimum.* Holinshed, l. 5. c. 37. *Virum magnæ ſanctitatis.* Florentius, Anno, 716. ait, *vir Domini Egbertus, Henſes Monachos ad Catholicum Paſca, & Eccleſiaſticam correxit tonſuram.* Qui omnes, & ſanctitate, & eruditione illuſtres erant. Obijt etiam S. Guthlacus Eremita, cuius ſanctiſſima vita extat apud Surium, tomo 2. De eo ita Molanus, 11. Aprilis; *In Britannia, S. Guthlaci confeſſoris, & Anachoretæ qui multis virtutibus fulgens, requieuit in pace.* Cæterum quia Foxus in Actis ſuis, p. 125. ait, ſe nihil videre in ipſo, propter quod ſanctorum catalogo aſcribi mereretur, os eius ſuorum hominum teſtimonijs obſtruam. Camdenus in ſua Britannia, p. 398. aliàs, 472. *Guthlacus, vir ſumma ſanctitate, Eremiticam vitam illic duxit, in cuius honorem An. 716. maximis impenſis, iuſtabili, & lubrico ſolo, Monaſterium fundauit Rex Merciorum Ethelbaldus: religione & opibus admodum illuſtre.* Et Holinshedus, l. 6. c. 5 *Guthlacus habitus eſt vir magnæ pietatis, & ſanctimoniæ.* De eius miraculis infra dicemus. De eo autem ita Malmesburienſis, l. 2. Pontificum, p 292. *Guthlacus, cum eſſet viginti quinque annorum. ſolitariã vitam ingreſſus, quindecim annis deguit, quibus aſſiſtenti Dei gratia, & ſacerdotij gradu, & ſignorum honore, & vaticiniorum veritate approbatus eſt, ſed magis virtutum eius gratia*

poſt

ETHELREDUS.

[f] Malmesbur. l. 1. Reg. c. 4. Ingulfus p. 850. Hunting. l. 4. Ethelward l. 2. c. 11. Florent. An. 704. Baronius An. 704. Gordon. An. 706. Harpsfeld. sec. 7. c. 23.

Duo Reges peregrinantur Romam

COENREDUS

Offa Paulus Diacon. l 6 c. 18

Admirandũ exemplum quatuor regum

† Vide p 98 623.

† Harpsf. sec 8 c 10

Aliadi ſancti obierunt regnante Ina

[g] Spelman. in Concil p. 188. Faſti Seuillenſi.

* Vide etiam Mon. p 714.

* Brompton p 761

Proteſtantes laudant S. Ioannem Beuerlacenſ.

[h] Magdeburg. Cent 8 c. 10.

S. Egbertus conuertit Huienſes Monachos.

GUTHLACUS.

Ordericus Vitalis l. 4.

Capgrauius in Catal. Harpsfeld. sec 8 c. 19.

Ba onius An. 706

Ingulfus p. 852

Laudatur à Proteſt.

poſt obitum ſplenduit, tam ſacratiſſimi corporis poſt annum incorruptela, quàm multorum miraculorum oſtenſione præcipua. Fuit ſanè, ob deſerti incolatum, vitæ aſperitatem, viſibilem cum dæmonibus pugnam, cæleſtes viſiones, Prophetiæ ſpiritum, miraculorum gloriam, penè alter S. Antonius: quem Sacerdotali dignitate, & regio genere ſuperauit. ſed defuit illi alter. S. Athanaſius, virtutum & laudum ſuarum præco. Claruit etiam tunc S. Pega Guthlaci ſoror, de qua ita Camdenus in Britan. p. 381. *Pega, fœmina ſancta, S. Guthlaci ſoror, cum ſacris virginibus pietatis & caſtitatis documenta, vita & exemplo præbuit.* Addit autem Ingulfus, p. 853. quòd, *ad Apoſtolorum limina, in frigore, & abſtinentia multa, peregrè profecta eſt. Cumque ciuitatem Rom. ingrederetur, omnium ſignorum claſſicum repentinum perſonans, per ſpatium vnius horæ, ſanctitatis eius meritum vniuerſis ciuibus indicauit, vbi diuino ſeruitio mancipata, in timore Domini dies ſuos demum compleuit.* Et Baronius, Anno, 725. *Wictburga clariſſima fæmina Romæ ſpontaneè ſe apud S. Petrum cella, inſtar carceris incluſit, ibique incluſa, vitæ contemplatiuæ operam dedit.* Claruit etiam hoc tempore S. Aldelmus Epiſcopus, cuius vita extat apud Surium, tomo tertio. Qui inſcripſit librum ſuum, de virginitate * Hildelichæ, Iuſtinæ, Cuthburgæ, Othburgæ, & Algidæ, ſuis affinibus; item Hidburgæ, Berngidæ, Eulaliæ, & Teclæ, *rumore* (vt loquitur) *ſanctitatis, Eccleſiam ornantibus.* Et in fine ita eas alloquitur. *Valete ô flores Eccleſiæ, ſorores Monaſticæ, alumnæ Scholaſticæ, Chriſti Margaritæ, paradiſi gemmæ, & cæleſtis patriæ participes.* Ex quibus fortè Tecla, vna eſt ex illis ſanctimonialibus, quas poſtea S. Bonifacius in Germaniam accerſiuit. Florentius, Anno, 691. ait, *Vir ſingularis meriti ac ſanctitatis eximiæ, Oſtforus Epiſcopus.* Orderius Vitalis, l. 4. meminit Egburgæ Abbatiſſæ, Adulfi Regis filiæ, quæ Sarcophagum plumbeum S. Guthlaco miſit. Itemque Brompton Ann. 796

Alter S. Antonius.
Ordericus l. 4. Harpeſf. ſæc. 8. c. 19.
Wictburga
S. ALDELMVS.
Malmesb. l. 1 Reg. c. 2.
** Capgrauius in Catalog.*
OSTFORVS
Pitſeus n. 81
EGBVRGA filia Regis

4. Vixit etiam tunc S. Eguinus Epiſcopus (regia & ipſe ſtirpe ortus) qui Reges præfatos Coenredum & Offam Romam comitatus eſt, quique ex occaſione apparitionis B. Virginis ſibi factæ, in Euesham, Monaſterium illic inſigne condidit. Hinc Baleus, Centur. 1. c. 91. & 99. Et Magdeburgenſes, Centur. 8. c. 9. col. 536. confingunt Synodum Londinenſem, hoc tempore habitam, de introducendis imaginibus in Eccleſias, eiſque adorandis, quam Harpesfeld. ſæc. 8. c. 5. vocat, *commentitiam, & inſulſam fabulam.* Fatetur tamen Spelmanus in Concilijs, p. 208. quòd Magdeburgenſes hoc *aſſerunt ſine veteris alicuius teſtimonio.* Et quod nec in [h] diplomate Coenredi Regis, nec in Charta S. Eguini, nec in literis Conſtantini Papæ, vel *inter omnia quæ* (inquit) *retulimus*, aliquid habeatur de introducendis, aut adorandis imaginibus. Et p. 217. fatetur, quidem ipſe, S. Auguſtinum ac ſocios eius, vſos eſſe cruce & imagine Chriſti, quia k Beda id diſertè teſtatur: negat tamen Anglos adoraſſe crucem aut imagines antè hæc tempora. Equidem, ſi intelligat de adoratione Crucis, aut Imaginum ſanctorum latria nego Anglos, vel hoc tempore, vel vnquam adoraſſe cruces aut Imagines, vt liquet ex ſeptima Synodo Oecumenica. Sin autem intelligat de cultu infra latriam, ſupra autem cultum ciuilem, manifeſtiſſimum eſt, tum S. Auguſtinum, tum Anglos à tempore ſuæ conuerſionis ad Chriſtianiſmum, coluiſſe cruces & Imagines. Etenim S. Gregorius magiſter S. Auguſtini, l. 7. Epiſt. 5. diſertè vocat *venerandam crucem*, ac iubet tolli e Synagoga Iudæorum, *cum ea* (inquit) *qua dignum eſt veneratione, imaginem Genetricis Dei, atque Crucem.* Et Epiſt. 53. *Scio quidem* (inquit) *quod Imaginem Saluatoris noſtri, non ideo petas, vt quaſi Deum colas. Et nos quidem, non quaſi ante diuinitatem, ante illam proſternimur*, En vt crux, & Imago Genetricis Dei, ſit veneranda, & Imago Saluatoris colenda, ſed non vt Deus, & quod ante eam proſternimur, ſed non quaſi ante diuinitatem. Vnde Petrus Martyr in locis tit. De imaginibus, p. 215. inquit *Gregorius Rom. Pontifex ſuperſtitioſus, in ſuis precibus, ait: Concede nobis Domine, vt qui ad ſanctam crucem tuam adorandam veniunt, nexibus peccatorum liberentur.* Idemque agnoſcunt Magdeburgenſes, Centur. 9. c. 6. col. 249. Oſiander, Centur. 8. ait *Gregorius, idolatricam Imaginum venerationem approbauit, palliauit, & defendit.* Et Baleus, Centur. 1. c. 68. *Gregorius crucis adorationes, ac Miſſas pro mortuis admiſit.* Imo ibidem, c. 44. ait, *Statuarum cultum cum Miſſæ ſacrificio, approbauit Leo primus.* Cutbertus Archiepiſ-

S. EGVINVS.
Malmesbur. l. 4. Pont. p. 284
Harpeſf. II. ſæc. 8. c. 15. & 18.
Baronius An. 714.
Molanus 11. Ianuar.
Capgrauius Pitſeus n. 86.
h Vide literas Conſtantini. p apud Rainerum p 19 40 & Baronium An 714
i Vide Rainerum in Apoſtolatu p. 39
k l 1. c. 25. l. 2. c. 20
Elienſis reſponſ. ad Apol. Bellarm. c. 8
coli, poteſt Crucis ſpecies, vt tamen non adoretur.
S. Gregorius coluit imagines
idque fatentur Proteſtantes

copus Cantuar. qui floruit Anno, 740. ita canit in carmine apud Malmesbur. l. 4. Pontif. p. 285. *Hæc veneranda Crucis Chriſti, venerandaſ ſacrata.* Et de S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino Anglo, qui floruit Anno, 750. ita ſcribit Baleus Centur. 2. c. 13. *Mortuorum oſſa, & imagines, venerari iuſſit.* Et Centur. 14. c. 30. *Docuit ſtatuarum venerationem.* Illyricus in Catal. l. 8. *Imagines venerari iuſſit.* Sampſonus etiam, l. 2. Centur. 8. p. 136. *Bonifacius miſere infectus erat opinione venerationis Imaginum.* Beda habuit Philippicum Imperatorem iconoclaſtem, pro hæretico. Et l. 3. Hiſtor. c. 3. Laudat S. Oſualdum, quod erexerit Crucem, & coram illa orauerit. Et addit. *Vſque hodie multi de ipſo ligno Sacroſanctæ Crucis aſſulas excidere ſolent, quas cum in aquas miſerint, eiſque languentes homines ac pecudes potauerint, ſiue aſperſerint, mox ſanitati reſtituuntur.* Certè erigere crucem, vt coram ea oremus, eam habere ſacroſanctam, & aſſulas de ea excidere, ad miraculoſas curationes efficiendas, eſt eam religioſe colere. Vnde Hariſonus in Deſcrip. Britanniæ, l. 1. ca. vlt. Spedus, l. 7. c. 21. & alij damnant hanc erectionem Crucis factam per S. Oſualdum; Et Magdeburgenſes Centur. 8. c. 10. col. 850. aiunt: *Beda, Pontificis errores pleroſque amplexus eſt, de inuocatione ſanctorum, de cultu imaginum.* Et col. 846. *Ceolfridus, preceptor, & nutritius Bedæ, ſuperſtitioſe ſigno Crucis in fronte Eccleſiæ ſignato, aſcribit dæmonum expulſionem.* Monialis etiam Angla, quæ eodem tempore vixit, ac ſcripſit vitam S. Wilibaldi, ait, quod parentes eius, *eum obtulerant coram S. Cruce, quia ſic eſt mos Saxonicæ gentis, quod in nonnullis nobilium bonorum hominum prædijs, non Eccleſiam, ſed S. Crucis ſignum Domino dicatum, cum magno honore in altum erectum, ad commodam diuturnæ orationis ſedulitatem, ſoleant habere.* En Crucem cum magno honore in altum erectam, ad preces coram ea fundendas. Vnde Spelman. ipſe, loc. cit. p. 219. cogitur fateri, *Veteres Saxones noſtros, alias Cruces, Chriſtianitatis Symbolum, alias ſanctorum imagines, ad memoriam, ornamentum, reuerentiam, exemplum pietatis exhibuiſſe.* Demum Alcuinus poëmate 18. ita canit. *Vexillum ſublime Crucis venerare fidelis. Qua quiſe munit, triſtia non metuit.* Et lib. de diuinis Officijs: *Proſternimur corpore ante Crucem, mente ante Deum. Veneramur Crucem per quam redempti ſumus.* Ex quibus omnibus manifeſtiſſimum eſt, Anglos non ſolum ſemper vſos eſſe Cruce & Imagine Chriſti (quod fatetur Spelman. ſed etiam eaſdem religioſe coluiſſe. De prædicta verò fictitia Synodo Londinenſi addo, quod ſcribit Parkerus in vita Brithualdi Archiepiſcopi, *Quid in hac Synodo decretum ſit, non proditur: illud autem, cultum, & adorationem Imaginum eſſe permiſſam, non nulli ſcribunt, quam vere, non ſtatuimus.* En vt fatetur, non eſſe proditum, quid ſtatutum fuerit in illa Synodo, & ſuſpicatur falſum eſſe, quod refertur de ſtatuto ibi cultu imaginum, prout ſupra Spelman. faſſus eſt, quod id refertur *abſque veteris alicuius teſtimonio.*

Item & Bonifacius Moguntinus. Item Beda. Item S. Ceolfridus. Angli erigunt Cruces orationis gratia. Alcuinus. Vid. Copum dial 4 c. 20. Florent An 840 Baronium An. 714.

S. WILLIBRORDVS Martyrol. Rom. 7 Nouemb. Sigebertus An. 691. Harpsfeld. ſæc. 8 c. 4. Baronius An 690 696 Caluiſius. Genebrard. An. 702. 710. Sabellicus enneade 8. Merſæus Annal. Romanius de miſſione part 1 p 22. Rabanus in Martyrol. 8 idus Nouem. S Wilibrordus Papa...

5. Regnante etiam Ina, nempe Anno 690. *Sanctiſſimus Friſiorum gentis Epiſcopus Wilibrordus* (vt eum vocat Beda, l. 3. c. 13.) *cum electis ſocijs ſtrenuiſſimis* (vt loquitur, l. 5. c. 10.) *& ad prædicandum verbum idoneis, vt pote actione ſimul & doctrina præclaris,* quos etiam, c. 11. vocat, *viros ſanctos, & induſtrios, in quibus eximius Wilibrordus presbyterij gradu, & merito præfulgebat,* in Friſiam miſſi ſunt. Magdeburgenſes, Centur. 3. c. 10. col. 813. ſcribunt quòd *Wilibrordus maximam partem Friſonum ad fidem conuertit, quòd baptizauit Pipinum filium Caroli Martelli, quòd fuit homo miræ abſtinentiæ & ſanctitatis, & quòd cùm annis quinquaginta Eccleſiam Traiectenſem adminiſtraſſet, ad Dominum migrauit.* Quibus addit Baleus, Centur 2. c. 5. quòd *Papiſmum prædicauit.* Et Magdeburgenſes ipſi Centur. 7. c 10. col. 491. *Sergius P. miſit Wilibrordum ad Friſonum gentem, vt ibi religionem Romanam plantaret.* Eius vitam deſcripſit Alcuinus tam metro, quàm proſa. Eumque Sanctus Bonifacius, Epiſt. 97. ait, fuiſſe *miræ abſtinentiæ, & ſanctitatis presbyterum.* Vnus ex ſocijs eius erat S. Suibertus, ex regio Anglorum genere, qui obijt Anno, 717. cum prædicaſſet Frizijs, Hollandis, Lotharingis, Danis, weſtphalis, Saxonibus, Boructuarijs, Brunſwicenſibus, ac ſpecialiter Teiſterbandiæ, Weſtphaliæ, ac Boructuariorum Apoſtolus dicitur. De eo ita Martyrologium Rom. 1. Martij. *Apud ciuitatem Werdam, S. Suiberti Epiſcopi, qui tempore Sergij Papæ, apud Friſones, Batauos, & alios Germaniæ populos Euangelium prædicauit.* Claruit etiam, tum S. Wigbertus, alius ex 12. Wilibrordi

S SVIBERTVS. Martyrol. Rom 1. Martii. Baro. A 691 717 804 Mola 1. Mart. Caluiſius An. 696. 717. Crantzius Metropol l. 2 c. 6 Merſæus in Annal Colo & faſtis Belgij Harpsfeld. ſæc. 8 c 4 Pitſæus p 911. S. VVIGBERTVS Baronius An 695 Harpsfeld ſæc 8. c 4.

Wilibrordi ſocijs, qui iuſſu Radbodi regis, Martyrio, coronatus eſt. *Horum immenſos labores* (inquit Baronius, Anno, 697.) *mirabiles profectus, prodigioſa miracula, & ſanctos exitus deſcripſit author vitæ S. Suiberei.* De S. Wilibrordo ita ſcribit Dempſterus, l. 19. c. 167. *ſanctum VVilibrordum Angli ſuum faciunt, vt ſolent, nullo argumento.* Et tamen Alcuinus, in eius vita teſtatur, quòd *pater eius VVilgus fuit in Prouincia Nordanhumbrana, genere Saxo.* Et S. Bonifacius, Epiſtola 97. S. Wilibrordum *genere Saxonum fuiſſe affirmat.* Alius ex ſocijs eius erat S. Adalbertus, filius Edilbaldi regis Deiorum, cuius meminit S. Marcellinus, in vita S. Suiberti, c. 6. & 14. Et Martyrologium Rom. 25. Iunij. Horum exemplum ſecuti ſunt duo Hewaldi præsbyteri Angli, quos refert [l] Beda, à Paganis occiſos, & miraculis poſt mortem illuſtratos. De quibus ita ſcribunt Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 2. col. 35. *Henaldi in Comitatu de Hoia propè Bremam, martyrio affecti ſunt — Nec multo poſt Friſii, etiam deuicto Duce Radbodo per Pipinum ducem Francorum, ad Chriſtianiſmum ſunt conuerſi, qui VVilibrordum Anglum ad eos tranſmiſit.* Et c. 3. col. 60. *Circa hoc tempus ex Anglia duo præclari doctores, Eualdus Albus, & Enaldus Niger, venerunt in Antiquam Saxoniam, & ibi prædicantes Euangelium,* [m] *martyrio affecti ſunt propè Bremam in Comitatu de Hoia.* At Centur. 8. c. 10. col. 8. 2. ita Scribunt. *Hos Egbertus Eboracenſis vnà cum alijs in Friſiam miſit, vt religionem Pontificiam plantarent.* Et Baleus Centur. 13. c. 54. *Heualdus niger & albus, Monachi ac presbyteri, venerunt poſt VVilibrordum ad Prouinciam antiquorum Saxonum, ſi forte ibidem prædicando aliquos poſſent ad Papiſmum trahere — Paſſi ſunt pro Papiſmo, Papiſtici Martyres.* Et Centur. 2. c. 5. ait, quod *VVilibrordus in Friſiam primum, poſtea in Gallias miſſus, Papiſmum prædicaturus venit.* Qui tamen Centur. 1. ca. 93. ita loquitur: *VVilibrordus, Bonifacius, Haymo, Strabus, Rabanus, & Similes eius ætatis Monachi ſanctiſſimi.* Et Centuria. 2. c. 19. ait, quòd miſſus eſt cum Marcellino, & alijs, *in Friſiam pro plebe illic in doctrina veritatis inſtruenda.* Vbbo Emmius, l. 4. rerum Friſicarum, vocat illos duodecim, quos S. Egbertus miſit in Germaniam, *doctiſſimos, & pientiſſimos:* Sanctum Suibertum, *non doctrina ſolum, ſed miraculis etiam clarum.* Sanctum Wilibadum *virum doctum, auidum proferendæ Chriſtianæ religionis, & qui ſalutis doctrinam magno ſtudio annuntiabat.* Ac proinde, Monachi, ac ſanctiſſimi fuerunt, qui Papiſmum prædicauerunt, ac Papiſmus, eſt doctrina veritatis. De zelo Anglorum huius temporis ita ſcribit Baronius in notis ad Martyrologium 1. Martij. *Erat tunc temporis* (717.) *in Anglicis hominibus tam ardens deuotionis pietatiſque ſtudium, vt certatim non modo plebei, ſed viri principes, & reges ſpretis mundi delitijs & opibus, in ſumma vitæ paupertate, Chriſti veſtigijs fideliter inſiſterent.* Et in Annalibus, Anno, 703. ait, quòd *Anglia diuini Spiritus imbribus irrigata, Dei paradiſus effecta eſt.* Et An. 704. *Ita planè primitiuæ illius Eccleſiæ Anglicanæ fuit erga ſacram religionem vigens feruenſque cultus, vt ob frequentiam Deo Philoſophantium Monachorum, fuerit inſula referta vndique Monaſterijs, in quibus & reges ipſi, qui fuerant leones in prælijs, mox in ſacris ſeptis cæleſtibus caulis incluſi, redderentur agni mitiſſimi. Fauebat planè Deus coaleſcenti tunc Eccleſiæ Anglicanæ, vt omnibus eam chariſmatibus redderet affluentem, in virtutum præſertim, & ſignorum oſtenſione.* Et An. 705. *Sed ne recedamus à fertili ſanctorum Britannia Anglorum laboribus bene culta.* Et 709. *His lucidiſſimis aſtris* (SS. Wilfrido, Aldelmo,) *hoc anno Eccleſia Anglicana cælum ornauit, vbique ſancta, in Monachis, Epiſcopis, atque Regibus.* Et Molanus in Chron. Sanctorum Belgij c. 7. *Per Anglos Catholicam fidem receperunt Friſii, hoc eſt, ij qui nunc dicuntur Traiectini, Friſij, Groningenſes, Tranſiſelani, Hollandi, Geldri.* Claruit etiam hoc tempore S. Williecus presbyter ac ſocius S. Suiberti de quo Molanus ad diem ſecundum Martij, & Surius in vita S. Suibertij [s] tom. 2.

S. ADALBERTVS.
SS. HEVALDI.
[l] l. 5. c. 11. Martyrolog. Rom 3. Oct. Sigebert. & Baronius An. 693. Capgrauius Genebrard. An 689.
[m] See Parker in vita Brethwaldi. Papiſta.
S. MARCELLINVS
S. VVILIHADVS. Grauiſsime in Metrop. l. 1. c. 8.
Zelus Anglorum circa An. 717.
Britannia fertilis ſanctorum.
Belgij pars magna conuerſa per Anglos Phi. Romanus de Miſsione part. 1.
[s] Willieccus.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA tempore Inæ Regis.

Pitſeus n. 301. *S. ALDELMVS.* *Ethelwerd. l. 2. c. 11. Florens ius An. 709. Malmesb. l. 1. Reg. c. 2. Harpesfield. ſec. 8. c. 11. Marianus. An. 709. Capgrauus. Pitſeus n. 84.* *S. Aldelmus ait S. Helenam fuiſſe Britannam.* *DANIEL.* *Baron. An. 719. 126. Pitſeus. n. 110.* *Proteſtantes laudant S. Aldelmum.*

1. PRæter illuſtres illos eruditione viros, quos iam dixi obijſſe Inæ Regis tempore, floruerunt S. Wilibrordus, & Socij, quos Beda teſtatur fuiſſe *doctrina præclaros*: Caluiſius, An. 736. ait, quòd *ex eius Schola, tanquam ex equo Troiano, multi Theologi, & excellentes Doctores, prodierunt.* Item Daniel Epiſcopus, de quo & Aldelmo, ita Beda, l. 5. c. 19. *Ambo, & in rebus Eccleſiaſticis, & in ſcientia ſcripturarum ſufficienter inſtructi.* Et infra de Aldelmo: *Scripſit de virginitate librum eximium, & alia nonnulla, vt potè vir vndecunque doctiſſimus. Nam & ſermone nitidus, & ſcripturarum (vt dixi) tam liberalium, quàm Eccleſiaſticarum, erat eruditione mirandus.* Atque hic S. Aldelmus, tantopere à Beda laudatus, & in ipſo opere ab eo tantopere laudato, ſcripſit (vt id obiter notem) idque ante nongentos annos, quod S. Helena Conſtantini magni mater, erat Britanna. Quòd, ſi Morinus, vel Lipſius obſeruaſſet, nec ille Britannicam Cònſtantini originem pro fabula habuiſſet: nec iſte, Bedam è numero teſtium illius penitus excluſiſſet. De Daniele ita Goduinus, in Epiſcopis Wintonienſibus, n. 6. *Hic vir egregiè doctus, multa ſcripſit volumina.* Et Baleus, Centur. 2. c. 11. *Daniel vndecunque doctiſſimus, in omni bonarum literarum genere habebatur ſemper æqualis Aldelmo.* Cineardus etiam Epiſcopus, Epiſtola 74. inter Epiſtolas S. Bonifacij, inquit: *Daniel doctiſſimus Dei plebis famulus.* Vide de eo Baronium, An. 726. Extat inſignis Epiſtola Danielis, inter Epiſtolas S. Bonifacij à Serario editas, qui ait, eum fuiſſe: *ſanctitatis, doctrinaque fama inclitum.* De Aldelmo, ita Camdenus in ſua Britan. p. 177. aliàs, 210. *Dignus ſanè eſt, cuius memoria in æternitatem vigeat, non ſolum ſanctitatis, ſed etiam doctrina nomine. Primus enim erat ex Anglorum gente, qui latinè ſcripſit; primuſque qui componendi carminis latini rationem Anglos docuit. Hunc Aldelmum iam defunctum in Tutelarem ſanctum ſibi aſciuit Athelſtanus ille magnus.* Baleus, Centur. 1. c. 83. *Adeo literis diuinis, & humanis incumbebat, vt omnes ſui temporis Theologos longè ſuperauerit. Erat quidem tam carmine, quam proſa, latinè & græce doctiſſimus, ingenio & ſermone nitidus; ad Chriſtum feliciter migrauit, Anno Incarnationis, 709.* Eadem Magdeburgenſes, Centur. 7. ca. 10. col. 537. Goduinus in Epiſcopis Sarisburienſibus, n. 1. *Doctiſſimus euaſit, vt multa ſcripſerit, tam græce quàm latine, vt inter ſummos ſui temporis Theologos numeretur.* Iamesius, in ſuo miſterio Indicis, p. 50. *Aldelmus, celebris ob ſanctitatem ſuam, & eruditionem.* Fabritius, l. 1. Originum Saxonicarum ait de eodem. *Qui ſua ætatis princeps Theologorum in Regno habitus, propter peritiam linguarum atque facundiam.* Et tamen hic ipſe, cuius eruditionem tantopere lau-

** Sect. 1. n. 3.*

dant, ille eſt, quem * ſupra faſſi ſunt confirmaſſe Primatum Romani Pontificis, ac docuiſſe, non eſſe ſalutem extra Rom. Eccleſiam. Putant aliqui, S. Aldelmum dicere, quod omnes Angli ſunt Alumni S. Benedicti, cùm in Carmine de laude virginitatis canit.

Huius Alumnorum numero glomeramur ouantes,
Quos gerit in gremio facunda Britannia ciues.
A quo iam nobis Baptiſmi gratia fluxit,
Atquè magiſtrorum veneranda caterua cucurrit.

S. Aldelmus vocat Anglos, alumnos S. Gregorij.

Cæterum, manifeſtè illud intellexit de S. Gregorio, quem immediatè antea dixerat ſcripſiſſe vitam S. Benedicti; vnde in proſa de eadem re, c. 15. vbi non loquitur de Gregorio, ſed duntaxat de S. Benedicto, nihil dicit de eruditione Anglorum per S. Benedictum: Sed c. 7. eiſdem pene verbis, conuerſionem gentis noſtræ tribuit S. Gregorio, ita dicens: *Verum Gregorius ſedis Apoſtolica Praſul, à quo*

rudimenta

rudimenta fidei, & baptiſmi Sacramenta ſuſcepimus. Quod ipſum verſu dixerat: *A quo tam nobis baptiſmi gratia fluxit.* Et iterum c. 28. ait de Gregorio; *Vnde Gregorius peruigil paſtor, & pædagogus, noſter inquam qui noſtris parentibus errorem tetræ gentilitatis abſtulit, & regenerantis gratiæ normam tradidit.* An qui in proſa, tam diſerte bis tribuit conuerſionem noſtram S. Gregorio, in carmine de eadem materia, vtens ſimilibus verbis, eam non tribueret eidem, ſed alteri? Deinde, cum S. Benedictus nec Pontifex, nec etiam presbyter, ſed Laïcus fuerit, quo iure potuit S. Aldelmus dixiſſe, quod ab ipſo, Baptiſmi gratia fluxit Anglis, aut magiſtrorum caterua cucurrit? non enim miniſterium verbi, & Sacramentorum à viro Laïco fluere potuit. Deinde hoc eſſet facere, non S. Gregorium, ſed S. Benedictum, Apoſtolum Angliæ.

2. Floruit etiam tunc Ceolfridus Abbas, & educator Bedæ, quem Magdeburgenſes, Centur. 8. c. 10. col. 846. fatentur (poſt Baleum Centur. 1. c. 93.) fuiſſe *in ſacris, & Philoſophicis literis, apprimè eruditum; Et in varijs literarum generibus diligentiſſimè verſatum.* Idque apparet ex literis eius ad Regem Pictorum apud Bedam, l. 5. c. 22. per quas Pictos ad legitimum tempus obſeruandi Paſchatis adduxit. Atque vt non tantum in Anglia, ſed & Romæ, Angli literis florerent, Rex Ina Romæ Scholam fundauit. *Ad quam* (inquit Weſtmonaſterienſis, Anno, 727.) *Reges Angliæ, & genus Regum, cum Epiſcopis, presbyteris, & Clericis, in doctrina & fide Catholica erudiendi venirent.* De qua Schola ita ſcribit Spelmanus ex Reſidentiario Manuſcripto Ciceſtrienſis Eccleſiæ; *Anno Domini, 794. Offa Rex Merciorum, pro impetranda Canonizatione S. Albani martyris, Romam adiens, tempore Adriani Papæ primi, expedito voto ſuo, Scholas Anglorum, quæ tunc Romæ floruerant, ingreſſus, contulit ad ſuſtentationem Scholarium regni ſui illuc venientium, ſingulos argenteos de ſingulis familijs, quibus ſors tantum dederat extra domos in paſcuis, vt 30. argenteorum pretium excederet.* Et ſubdit Spelmanus in Concilijs, p. 291. *Clara igitur fuit hæc Schola, antequam Offa Romam venit, deinceps verò, multò clarior ex hac eius munificentia.* Et p. 311. ex Manuſcripto de vita* Offæ Regis: *Scholam Anglorum, quæ tunc Romæ floruit, ingreſſus, dedit ibi ex Regali munificentia ad ſuſtentationem gentis Regni ſui illuc venientis, ſingulos argenteos de familijs ſingulis, omnibus in poſterum diebus ſingulis annis.*

S. CEOLFRIDVS Capgrauius Pitſæus n. 90. Baronius An 699. *Schola Anglorum Romæ.* Gordon. An. 723. Parker in Wlfredo Weuer in Monnument. p 173. Camden. p. 165.

* Pariſiis in vita Offæ p. 29. impreſſus An 1640.

3. De S. Ioannis Beuerlacenſis inſigni eruditione, ita teſtatur Baleus, Centur. 1. c. 94. *Adoleſcens adhuc, Theodoro Græco ad Dorobernium Cantiorum Archipræſuli, à probis parentibus tradebatur, literis Latinis, & Græcis inſtituendus. Scientijs ergo, tam diuinis, quàm humanis copioſè ornatus, vir planè eruditus ac pius, ac Bedæ in bonis literis olim præceptor gratiſſimus.* Et c. 87. *Ioannes Beuerlacenſis, diuinorum librorum ſtudioſus, eruditione inſignis.* De S. Wilibrordo ita Angelocrator in Chron. An. 609. *S. VVildebrordus cum duodecim ſocijs doctiſſimus, ex Anglia in Galliam migrat.* Et An. 700. *VVildebrordus in Friſia idololatriam Ethnicam, Pontificia permutat.* Ita perpetuò eoſdem doctiſſimos, & Papiſtas fuiſſe pronuntiant. Alcuinus in vita eius ait, quod *in Hibernia duodecim annis inter eximios piæ religionis, & ſacræ lectionis magiſtros, futurus multorum populorum prædicator, erudiebatur.* Baronius, Anno, 725. ait, *In Anglia reuera his temporibus florebant Monaſteria ſanctitate atque doctrina* Florentius, Anno, 709. *Pro quo* (S. Aldelmo) *Pontificatum ſuſcepit Forthredus, vir & ipſe in ſcripturis ſacris multum eruditus.*

S. IOANNES. Beuer Magdebur. Cent. 8. c. 10. Harpesfeld ſec. 8 c 22. *S. WILIBRORDVS* Doctiſſimus & Papiſta. *FORTHREDVS.*

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA TEMPORE Inæ Regis.

Miracula S. Ioannes Beuerlacẽſi.

1. BEda, l. 5. c. 2. ita habet: *Ioannes vir Sanctus Hagulſtadenſis Eccleſiæ Præſulatum*
ſuſcepit, de quo plura virtutum miracula, qui eum familiariter nouerunt dicere ſolent.
Et ibidem refert, quòd homini à natiuitate muto, loquelam per ſignum crucis
contulerit. c. 3. quòd per benedictionem, puellam languentem ſanauerit. c. 4.
quòd comitis coniugem, per aquam benedictam curauerit. c. 5. puerum comitis
orando à morte reuocauerit. Et c. 6. Clericum ſuum cadendo contritum, orando
ac benedicendo, à morte ſeruauerit. Et de ipſo, ita ſcribunt Magdeburgenſes,
Centur. 7. c. 7. col. 203. *Aqua benedicta ægrotam ſanauit.* Et ca. 10. col. 533. *Fuit*
(Ioannes) *pietate & miraculis (vt refert Beda) inſignis.* Et recitant prædicta mira-
cula. Addunt tamen, *Non ſine ſuperſtitione res tantas effecit, ſiquidem non ſolis precibus*
confiſus, ſed aqua etiam luſtrali vſus eſſe perhibetur. Ac ſi Deus ſuperſtitionem, diuino
miraculo confirmare voluerit; aut Chriſtus ſuperſtione vſus ſit, cum ſputum,
lutum, aut aquam adhibuit: aut Apoſtoli, cùm oleum adhibuerunt? De eodem
ita Malmesburienſis, l. 3. Pontif. p. 269. *Nec modo minor, eſt laudibus ſuis, nec adhuc*
defunctus miraculis, celeberrimum illud habetur, quod habitatores Beuerleg (quo loci iacet)
pro ſpectaculo ſolent exhibere. Tauri ferociſſimi, qui nodoſiſſimis vinculis aſtricti, magno
virorum fortium ſudore adducuntur, ſtatim vt Cœmiterium ingreſſi fuerint, ita omni feritate
ſopita conquieſcunt, vt oues ſimplicitate putes. Laxatis ergo nodis dimittuntur per atrium
præludere, qui ante quicquid obſtabat, ſolebant cornibus impetere. Eademque habet We-
ſtmonaſterienſis, Anno. 721. Et Harpesfeld, ſæc. 8. c. 15. & 22. vbi addit, quòd
Beuerlacum, vbi S. Ioannes conditus eſt, *tanta ſigna poſtea illuſtrarunt, vt non alius*
fere locus in Anglia ſit celebrior propter inſignia miracula, aut maioribus Principum priuile-
gijs amplificatus.

Proteſtantes agnoſcunt miracula S. Ioannis Beurlac.

Miraculum pro Confeſſione peccatorũ. Baronius An. 704. Harpesfold ſec 7. c. 38

2. Ina regnante, contigit illuſtre illud miraculum pro neceſſitate confitendi
peccata, quod refert Beda, l. 5. ca. 13. quando Duci cuidam Coentedi Regis
Anglo-Merciorum, grauiter ægrotanti, & nolenti confiteri peccata ſua, ne vi-
deretur meticuloſus eſſe, & timere mortem, primum apparent duo Angeli, in
exiguo libello monſtrantes ei omnia ſua benefacta, ac poſtea exercitus Dæmo-
num, qui in ingenti volumine oſtenderunt ei omnia ſcelera ſua, & percuſſerunt
eum in capite, & pedibus, qui deſperans obijt. Nec habent quod his Proteſtan-
tes opponant aliquid, præter ſuam incredulitatem. Quam, ſi volunt, omnibus
hiſtorijs, & hiſtoricis quibuſcunque iuxta poſſunt opponere. Quis autem ſanæ
mentis non præferat teſtimonium Bedæ, referentis ea quæ ſuo tempore conti-
gerunt, & authoritatem hiſtoriæ ſuæ, à Rege ſui temporis, & omnibus deinceps
approbatæ malignorum hominum incredulitati, qui omnia, quæ ipſis non pla-
cent, vno *Non credo*: ſatis refutata eſſe arbitrantur. Certè Malmesburienſis, l.
1. Regum, c. 4. p. 28. ait: *Coenredus Rex, Regnum reliquit, ac Romam perrexit, maxi-*
mè miſerando exitu militis compunctus, qui cum confiteri ſcelera ſua ſanus ſuperbiſſet, in mor-
tis ianua conſtitutus, apertè vidit dæmones authores ad ſupplicia, quibus animum induſerat
blandientibus ad ſcelera. An Regem hunc, ob nugas aut impoſturas, regnum ſuum
reliquiſſe putabimus? Et de S. Eguino ſupradicto, ita ſcribit idem Malmesbu-
rienſis, l. 4. Pontif. p. 284. *Eueshami, vir ſanctiſſimus, dum ſolitudine inuitante frequen-*
tares excubias, Dei Genetricis viſione, & allocutione mulceri meruit, planè & abſque ſcru-
pulo præcipientis, vt ibidem ſibi fundaret Cœnobium, futurum ſibi gratioſum, illi negotioſum.
Inſtitit ille iuſſis; & complens opus, Apoſtolicis, & Regijs priuilegijs corroborauit — No-
minatiſſimus profectò Pater eſt, & petentibus exorabilis, ſi credulitas rogantium non titu-
bauerit.

Quid mouit Coenreaum relinquere regnum. Harpsf. ſec. 8. c. 13.

S. Eguini.

3. De

3. De S. Guthlaco præfato, hoc etiam tempore defuncto ita ſcribit Ingulfus, p. 851. *Defuncto ac ſepulto Dei famulo Guthlaco, ſigna virtutum ac ſanitatum per inuocationem interceſſionis illius coruſcare frequenter cœperunt.* Vide Authorem vitæ eius apud Surium, tomo 2. Fælix, qui vitam eius ſcripſit paulo poſt eius obitum, ait, ſe nihil ſcripſiſſe niſi poſt certiſſimam rerum geſtarum inquiſitionem. Præterea, Malmesbur. l. 1. Regum c. 2. ita de S. Aldelmo ſcribit. *Innumera ſigna, quæ modo apud eius fiunt memoriam, oſtendunt præſentibus, præteritæ illius vitæ ſanctimoniam.* Et Harpesfeld, ſæc. 8. c. 11. Refert ex Authore vitæ S. Aldelmi cæcos, mutos, claudos Paralyticos, inſanos, dæmone correptos, alioſque grauiſſimis & deploratis morbis oppreſſos, Dei & S. Aldelmi beneficio, ſanitatem adeptos. E quibus aliquot beneficia, eiuſdem authoris ætate collata ſunt. Alcuinus in vita S. Wilibrordi præfati, ait, quod *Plurima diuina virtus fecit per ſeruum ſuum miracula:* quorum nonnulla ipſe refert, Et addit: *vſque hodie diuina operante miſericordia, ſigna & ſanitates ad ſancti Dei ſacerdotis reliquias, fieri non ceſſant.* S. Suibertus viuus, duos mortuos ſuſcitauit, & alium, mortuus. Surius, tomo 2. vide Crantium in Metropili, l. 1. c. 6. Prædictis miraculis addere poſſumus duo perennia, quæ non ſolùm Catholici ſcriptores, ſed etiam Proteſtantici referunt fieri quotannis Glaſconiæ, vbi hic rex Ina inclitum Monaſterium conſtruxit. Nam ita Camdenus in ſua Britannia in folio, p. 165. *Inglans hic nunquam folia ante feſtum S. Barnabæ profert, & ipſo die feſto, folijs luxuriat. Et Cornus, ipſo Chriſti natali, perinde ac menſe Maio, progerminat. Hæc veriſſima, ſi qua fides, plurimi fide digni produnt.* Idem de Corno teſtatur Draitonus in Polyalb. cantu 3. & Selden in Illuſtrat. Polyalb p. 54. ſed fuſius Catholicus, & oculatus teſtis, Broughtonus, qui plura addit lectu digniſſima, in Eccleſ. Hiſtor. Britan. ſæc. 1. c. 28. qui etiam tradit eam vocari ab incolis loci, *Sacram Corzum.*

Miracula S Guthlaci Florentius An. 714. Baronius An 706. Capgrauius. Harpſfeld. ſæc. 8. c 19. S Aldelmi

S. Wilibrordi

S Suiberti.

Inglans & Cornus miraculoſa.

CAPVT OCTAVVM.

ETHELARDVS OCTAVVS OCCIDENTALIVM Anglo-Saxonum Rex Chriſtianus, ab Anno, 726. ad Annum. 739.

SECTIO PRIMA.

1. Beda, l. 5. c. 7. ſcribit, quòd cum Ina *triginta ſeptem annis imperium Occidentalium Saxonum tenuiſſet, relicto regno, ac iunioribus commendato, Romam, Gregorio Pontificatum tenente, profectus eſt.* Quinam autem fuerint hi iuniores, ibi non nominat: At in Epitome, ait: *Anno ab incarnatione Chriſti, 739. Edilhartus Occidentalium Saxonum Rex obijt.* Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 2. p. 15. ita ſcribit. *Succeſſit Principatui Edelardus, Inæ conſanguineus, qui per quatuordecim annos quietiſſimè regnum retentum, Cuthredo cognato reliquit.* Huius Romano-Catholica religio, vel ex eo patet, quòd (vt teſtatur Beda) *Ina et regnum commendauit.* Et inter Epiſtolas S. Bonifacij, nonageſima eſt Alhredi regis, & Oſgeofæ reginæ ad Lullum, in qua ita ſcribunt: *Nos quoque ſimul cum nominibus noſtrorum amicorum, & propinquorum, quæ hic ſubſcripta ſunt, literarum cuſtodia facias contineri, orationibuſque, & Miſſarum celebrationibus, perpetuis Dei patrocinijs commendemur.* Hunc autem Alhredum reuera eſſe noſtrum Edelardum, vel inde patet, quod nullus tunc temporis fuerit in Anglia Rex, cuius nomen magis accedit ad Alhredum: tum etiam quia (vt infra patebit) S. Bonifacius, & ſcripſit, & accepit literas potiſſimum ab Anglis Occidentalibus. Et cuiuſcunque regis in Anglia Epiſtola fuerit, id conſtat, Reges Angliæ tunc temporis non diſſenſiſſe ab inuicem quoad religionem. Tamque manifeſtè fuerunt hæc tempora Catholica, vt Baleus, Centur. 1. c. 93. clamet, *Peſſima tunc erant, pubeſcente Antichriſto, tempora.* Fulcus, in Hæbræos, 10. vocat ea, *Superſtitioſa tempora.* Et Foxus, in Actis, p. 126. *Monachalem ætatem.* Et

Ethilwardus l. 2. c. 13 Florentius An. 728. Huntington l. 4.

R Ethelardus Catholicus,

Petit Miſſas ſibi pro ſe.

Baronius An. 724 recitat literas Adeluualdi Regis ad Bonif. c. d.

Proteſtantes agnoſcunt hæc tempora fuiſſe Papiſtica.

Beda, qui tunc ſuam ſcribebat hiſtoriam, ita eam finit: *Plures in Gente Northumbrorum, tam nobiles, quam priuati, ſe ſuoſque liberos, depoſitis armis, ſatagunt magis, accepta tonſura, Monaſterialibus aſcribere votis, quam bellicis exercere ſtudijs.* In diplomate Inæ, apud Spelman. in Concil p. 229. ita ſubſcribit. *Ego Adelard. frater reginæ, conſenſi.*

Baronius An. 717.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM PIETATE CLARI IN ANGLIA tempore Ethelardi Regis

S. Ceolwlfus R.

Baronius An. 737. Gordon. An 735. Firrarius 14 Martij Huntingd. l. 4. Camden. p. 6 1 Simeon Dunel. l. 2 c. Harpsf. ſæc. 8 c. 21 24 Houeden. An. 781 Harpsfeld Capgrauius

1. REgnante Ethelardo, Ceolvulfus Rex Northumbrorum cui Beda ſuam hiſtoriam dedicauit, nempè Anno, 737. (vt habet Beda in Epitome) *ſua voluntate attonſus, regnum Eadberto reliquit.* De eo ita Malmesburienſis, l. 1. Regum c. 3. p. 24. *Ceolwulfus poſt octo annos regni, regem exuens, in Lindiſfarnenſi Cænobio Monachicum habitum accepit: quo loci, quanta meritorum gratia conuerſatus ſit, teſtatur celebris iuxta Beatum Cutbertum ſepultura, & multa supernè dimiſſa [a] miracula.* Et l. 3. Pontif. p. 278. vocat eum *Sanctum*: & ait, Oſſa eius & Bedæ, inuenta eſſe in Mauſoleo S. Cutberti, ſub Henrico primo Rege. Camden. in Britan. p. 731. aliàs 671. ita ſcribit de Ceolwulfo; *qui abrenuntians ſæculo in Lindisfarnenſi Eccleſia, Monachus effectus, cæleſti regno militauit.* Hoc etiam tempore, ſanctitate claruit S. Richardus Rex Angliæ, qui relicto regno, ac patria, Romam peregrinatus, Lucæ in Tuſcia obijt, vbi ſepultus eſt cum hoc Epitaphio in Carmine.

S. RICHARDVS R. Martyrolog. Ro. 7 Febr. Surius to. 1 Baronius An. 750.

Hic Rex Richardus requieſcit Sceptrifer almus,
Rex fuit Anglorum, regnum tenet ille Polorum.
Regnum dimiſit, pro Chriſto cuncta reliquit.

Et in proſa, ſic\apud Surium, & Baronium, Anno, 750. *Beatus Richardus, Rex Angliæ, Exul Patriæ, ſpretor mundi, contemptor ſui, pater ſanctorum Fratrum Wilibaldi, & VVinibaldi & B. Walburgis Virginis, terrenum regnum in cæleſte mutauit.* Bruſchius etiam in Epiſcopis Germaniæ, c. 10. ait, S. Winibaldum eius filium, ſepultum eſt cin Cænobio Heidenshimenſe, cum hac inſcriptione.

Vide tom. 3 Surij 7. Iulij.

Hic Winibaldus, Richardi filius almus,
Qui Regnum Anglorum mox linquens, hoc Monachorum
Clauſtrum fundauit. ——

Et lib. de Monaſterijs Germaniæ fol. 141. ait, *de S. VValburga Anglorum Regis Richardi filia, hi extant verſiculi à VVolfardo, ad petitionem Erkenboldi Aichſtatenſis Epiſcopi, olim compoſiti.* Quorum hic primus eſt.

Vide Caniſium tom. 4 Antiq. lect. part. 2. p. 635.

Filia Regis erat, ſed egenam ſe faciebat &c.

Antiquitas teſtimonij pro Regia dignitate S. Richardi.

Et in Epiſcopis Aichſtatenſibus ait, hunc Erkenboldum, electum eſſe Epiſcopum, Anno, 884. Non ergo Phillipus Eiſtatenſis Epiſcopus, primus eſt (vt aſſerit Baronius) qui S. Richardum appellauit Regem, ſed Wolfardus, multò illo antiquior, ac vicinus ſæculo in quo S. Richardus vixit, quique (vt agnoſcit Baronius, Anno, 725.) *VValburgæ vitam quam fideliſſimè ſcripſit*, & qui vixit circa annum Domini, 890. His publicis teſtimonijs conſentit Martyrologium Romanum quod 7. Februarij ita habet: *Lucæ in Tuſcia, depoſitio S. Richardi Regis Anglorum.* Et cum Lucenſes tradant eum fuiſſe Regem Anglorum, vnde id ſcirent; niſi ex relatione filiorum ſuorum, qui *eum illic ſepelierunt*, vt habetur in vita S. Wilibaldi? Prætерea, Philippus Epiſcopus Eiſtatenſis in vita S. Walburgis,

Trithemius l. 3. de viris illuſtribus, c. 187. Molanus, 7. Februarij; Platus, de bona Relig. l. 2. c. 26. Yepes, Centur. 3. Anno, 745. Gualterus in Chron. ſæc. 7. p. 422. Serarius, de rebus Mogunt. l. 3. Ferrarius, 27. Maij, Boſſius de ſignis Eccleſ. l. 22. c. 3. §. 16. Gononus, in vitis Patrum Occidentis, & (vt Stuartius Nota 3. in vitam S. Walburgæ, ait) *Omnes vno ferè ore Regem Angliæ faciunt.* Et addit: *Ex Regio Anglorum, ſeu Anglo-Saxonum ſanguine, & ſtemmate prognatum, nemo ſani capitis abnuerit.* Et Gretſerus in obſeruationibus ad vitam S. Wilibaldi, c. 6. probat S. Richardum Regem fuiſſe; primò, ex communi traditione: ſecundo, ex communi perſuaſione Eiſtatenſium: tertio, ex imaginibus communibus ipſius: quarto, ex Miſſalibus, & Breuiarijs: quinto, ex Epitaphio Lucæ, Sexto, ex varijs Authoribus: demum, in vita S. Richardi dicitur, quod reliquerit liberos ſuos apud S. Bonifacium Moguntinum, eò *quòd eſſet de* [b] *regno eius.* Neque quiſquam (quod ſciam) ante Baronium, negauit S. Richardum fuiſſe Regem. Is verò cum tom. 9. Anno 750. dixiſſet, S. Richardum fuiſſe regem, poſtea in Appendice poſita poſt finem Tomi vltimi negat fuiſſe regem, ſed virum nobilē, quia in quadam vita S. Wilibaldi, non vocatur rex, ſed tantum *genere, & rebus clarus.* Cæterum, æquum non eſt, vnius ſilentium, tot tantiſque teſtimonijs anteferri. Deinde illa verba, *Genere & rebus clarus* non ſunt in vita S. Wilibaldi à ſorore ſeu conſinguinea ſua conſcripta, ſed ab aliquo incerto authore, ideoque non tanti æſtimanda: certè monialis quæ ſcripſit vitam S. Wilibaldi, quæque aſſerit ſe *ex genealogia eius ſtirpe propagatam*, vocat patrem eius *nobilem*, & ipſum, *Illuſtrem*, nec in alio procul dubio, ſenſu, quam Rodulfus in vita S. Liobæ, vocat Tetram, ſororem Regis Cuthredi, *Nobilem*, hoc eſt *Regium*. Noluit autem diſertis verbis vocare S. Richardum, regem, aut humilitatis gratia, cum dicat ſe ex eius ſtirpe propagatam, ob quam cauſam ſe appellat *nouiſſimam de Saxonica gēte*, aut quia S. Richardus nondum rex erat, quando S. Wilibaldum obtulit Deo coram cruce: aut quia licet fuerit vnus ex iunioribus illis, quibus (teſte Beda) Ina Regnum ſuum commendabat, illud tamen ceſſit Ethelardo. Certe ea verba Bedæ conuincunt fuiſſe plures quàm Ethelardū ſolum, quibus Ina regnum reliquit, & quid ni putemus vnum eorum fuiſſe S. Richardum, qui illo tempore vixit, & tot tamque publicis, & antiquis teſtimonijs Rex Angliæ aſſeritur? Minus vrget, quod alij objiciunt, S. Richardum non nominari in Regibus Angliæ. Nam complures alij inueniuntur dicti Angliæ Reges, qui in ſerie regum Angliæ non reperiuntur. Beda, l. 3. c. 23. ait, quod Ediluardus filius Oſualdi *in Deirorum partibus regnum habebat*, & diſerte eum vocat *Regem*: nec tamen mentio fit huius regis in ſerie regum Northumbrorum. Et l. 4. c. 23. ait, *In præfato prælio, quo occiſus eſt rex c Elbuini.* Et l. 4. c. 23. *Meminit Oſric Regis Prouinciæ Victorum.* Nec tamen nominantur hi reges in vllo Catalogo regum Angliæ. Ciſſa in [d] Diplomate ſuo (vt refert Harpesfeildus, ſæc. 10. c. 9.) vocat ſe Regem Weſtſaxonum: Quem Camdenus in ſua Britannia, p. 242. ait ædificaſſe Monaſterium Abingadonenſe. In Epiſtola 49 inter Epiſtolas S. Bonifacij mentio fit *Sigebaldi regis Occidentalium Saxonum*: In diplomate Henrici ſecundi; Itemque Inæ Regis in Apoſtolatu p. 43. nominatur *Baldredus, Rex*: In vita Wilchadi apud Surium tom. 6. *Alachinthus, Rex Anglorum*: In Natalibus Molani, 26. Iulij, *Megramnus Rex Anglorum*: Et 9. Febr. *Hugo rex Anglorum.* In vitâ S. Erconualdi dicitur: *Offa Rex Orientalium Saxonum.* Et in vita S. Edmundi: *Offa Rex Orientalium Anglorum.* In vita S. Botulphi. *Ethelmundus rex, Auſtralium Saxonum: ſeu Oſmundus* vt habet Florentius Anno, 758. Vt nihil dicam de Offa rege Anglorum, de quo ſupra, & tamen in Annalibus Anglorum, non recenſentur hi reges. Potuit ergo S. Richardus dici Rex Anglorum, ſaltem ad modum, quo prædicti, dicti ſunt Reges Anglorum à Beda, & alijs.

Myreus in Auctuar. ſcrip. c. m c. 1 — *b Bonifacius de regno S. Richardi* — *b Baronius An. 750.* — *Mult. Reges Anglorum non nominantur in ſerie regum c Malmesbur 3. Pont. f. p. 252.* — *d Camden. p. 202 al. 242.*

2. Claruit etiam tunc Frigedida Regina, quæ (inquit Huntingtonus, l. 4.) *relictis poſſeſſionibus ſplendidis, & delitiarum voluptatibus, Romam profecta eſt. Quod* [ait ille] *ijs temporibus, plures de gente Anglorum, nobiles ignobileſque clerici, & Laici, viri & feminæ, certatim facere conſueuerunt.* Nec Romam tantum peregrinabantur, ſed & Hieruſalem. Nam ita loquitur Saracenus quidam apud Monialem Hei-

FRIGEDIDA a Florent. An. 737 weſtmo. n An. 738. Godwinus Ep. ſc. winton. tſotſon An. 718

denheinenſem in vita S. Wilibaldi Angli: *Frequenter vidi aduenientes homines de illius terræ partibus, iſtorum contribules, non quærunt mala, ſed legem Deorum implere cupiunt.* Mortuus eſt ſub hoc Rege, nempe Anno, 729. vt tradit Beda, l. 5. c. 24. Prædictus S. Egbertus, qui Huenſes Monachos conuertit ad Catholicam paſcatis obſeruationem: Sub hoc Rege, Picti ad Catholicam Paſcatis obſeruationem adducuntur, per literas Ceolfridi Abbatis, Beda, l. 4. c. 22. Sigebertus, Anno, 709. Genebrard. Anno, 707. Florentius, Anno, 738. ait, *Ceoluulfus Rex Northumbrorum regni gubernaculo relicto, & Eadbritho tradito, Monachus efficitur*: Merſeus ſcribit, quòd S. Agilolphus Epiſcopus Colon. creatus Anno, 728. fuit ex numero eorum Monachorum, quos ſecum adduxit S. Bonifacius Apoſtolus Germaniæ.

S. FRIDESVIDA. Martyrolog. Rom. 19. Octobris. Capgrauius in eius vita. Harpsfeld ſæc. 8. c. 20.

3. Claruit etiam circa hoc tempus S. Frideſvvida, de qua ita Malmesburienſis, l. 4. Pontif. p. 291. *Frideſwida, virgo ſacratiſſima, regis filia, regis thoros deſpexit, integritatem ſuam Domino Chriſto profeſſa, cui cum princeps vim inferre vellet, cæleſti plaga cæcitatem incurrit, intellectoque pertinaciæ ſuæ delicto, & Frideſwida per nuntios exorata eadem celeritate, qua perdiderat, lumen recepit.* Idemque habet Camdenus in ſua Britan. p. 267. aliàs, 331. Goduinus, in Epiſcopis Oxonienſibus, Holinshedus, l. 6. c. 5. Twinus, in Antiq. Oxonien. li. 2. ſec. 129. vocat eam, *ſanctam*, ac ſec. 130. refert quædam illius miracula, Et ſec. 137. ait, quod fuit *Aduocatrix Academiæ Oxonienſis*: & relata eſt in tabulas Eccleſiaſticas 19. Octobris. Spedus in ſua Britan. l. 1. c. 23. vocat eius Monaſterium, *nobile virgineæ victoriæ monumentum*, Floruit etiam tunc, Wilfridus Epiſcopus Vigornienſis; *Vir* (inquit Florentius, Anno 717. *Religionis eximiæ.* Trithemius, l. 3. de viris illuſtr. c. 254. *Sola, vir ſanctitatis eximiæ, & multarum virtutum.* Vide eius vitam apud Caniſium tom. 4. Antiq. lect. part. 2. pag. 541.

S. WILFRIDUS. S. SOLA.

S. BONIFACIUS. Bruſchius de Epiſcop. Germaniæ. Capgrauius e Baron. Anno. 719. 722. 724. 738. 755. Conuertit pene totã Germaniam.

4. Claruit etiam tunc, magnus ille Bonifacius Moguntinus Archiepiſcopus & Apoſtolus Germaniæ, *regia ſtirpe natus*, vt habet inſcriptio in templo Arcis Moguntinæ, & (vt nonnulli referunt) nepos præfati S. Richardi Regis. Qui (vt inquit, Martyrologium Rom. 5. Iunij) *de Anglia Romam veniens, & à* [e] *Gregorio ſecundo in Germaniam miſſus, vt fidem Chriſti illis gentibus Euangelizaret, cum maximam multitudinem, præſertim Friſonum, Chriſtianæ Religioni ſubiugaſſet, Germanorum Apoſtolus meruit appellari.* Edbertus ſeu Hedilbertus rex Cantij, in Epiſtola apud Baronium, Anno, 725. ſcribit quod *innumeroſam multitudinem Gentilium ad Chriſtianæ fidei normam conuertit.* Annales Francorum apud Cheſneum tom. 2. p. 532. *Monaſteria Monachorum ac virginum, primus in partibus Germaniæ inſtituit.* Inſignes laudes, quas Germani, tum [f] Catholici, tum Proteſtantes, huic ſuo Apoſtolo tribuunt, legi poſſunt in Serario de rebus Moguntinis, l. 3. Nota, 57. & ſequenti. Certè Ioannes Auentinus (quem Baleus, & Magdeburg. vt grauiſſimum ſcriptorem exoſculantur) l. 3. Boiorum recitat literas Gregorij ſecundi, in quibus ait, *quòd compertum habet, pietatem, & ſtudium literarum, ab ineunte ætate ſua, eſſe in Bonifacio.* quem veteri ſuo Anglico nomine, vocat Winfridum S. Ludgerus, in vita S. Gregorij, ait ſe vidiſſe S. Bonifacium, & quòd fuit *de gente Anglorum clariſſimum ſidus, & in modum ſolis effulſerit in templo Dei*: quodque *ab eo per gratiam Chriſti, & meritum ſanctitatis eius, omnes confines nationes illuminatæ ſunt.* Yepes, Anno, 576. refert ex Auentino, quod tempore S. Bonifacij in ſola Bauaria fuerunt ædificata 22. Monaſteria, & per S. Bonifacium dedicata. Adam Bremenſis, c. 8. *Primus omnium, qui auſtrales Germaniæ partes, idolorum cultui deditas, ad cognitionem diuinæ ac Chriſtianæ religionis adduxit, erat VVinfridus natione Anglus, verus Chriſti Philoſophus.* Sed audiamus Proteſtantes: Magdeburgenſes, Centur. 8. ca. 2. col. 20. *Excitauit Dominus VVinfridum (quem Romani dixerunt Bonifacium) cum ſuis Collegis, Gregorio, Lullo, Megingolo, VVilibaldo, Sturmio, VVigberto, & Burchardo, & Pipinum, & Carolum, reges, pietate, & virtute præſtantes, ad Eccleſiæ ſuæ in Germania propagationem, & opus manuum eorum, ipſe gubernauit ac promouit.* Col. 23. *Collatis ſignis, orante Bonifacio, Vngari vincuntur, atque agnoſcunt Turingi eam victoriam ſibi diuinitus contigere —— Heſſos etiam ab Idololatria ad veram fidem adduxit Bonifacius cum ſuis diſcipulis, & ſeductores compeſcuit.*

Proteſtantes laudant S. Bonifacium. Prædicat veram fidem.

e Boſius l. 6. c. 1.

f Egilvardus in vita S. Burchardi. Hucbaldus in vita S. Lebuini. Cochlæus in dialogo 5. c. 29.

compeſcuit. c. 10. col. 790. *VVinfridus natione Anglus, literis aßiduè excolitur, artes di-* *Eius eruditio.*
cendi, & muſicam didicit, in poëſi eò progreſſus fecit, vt verſus ſcriberet, Hiſtoriarum quo-
que cognitionem ſibi comparauit, & modum ſacras literas interpretandi percepit, ac tandem
ipſe alios docere capit. col. 794. *Gentilium errores refutauit, & multos ad Chriſti fidem*
conuertit, taxauit vitia, adhortatus eſt ſingulos ad pietatem, & bona opera; Centum millia *Pietas.*
hominum baptizaſſe ſcribitur. Vrbanus Regius in Locis Com. tit. de Imaginibus,
fol. 331. vocat Bonifacium, *Martyrem*, & ait, eum *conuertiſſe Idololatras ad fidem* *Apoſtolus*
Chriſti, & merito ab omnibus dici Germanorum Apoſtolum. Camdenus in ſua Britan. *Germaniæ.*
p. 147. al. 166. *Heſſos, Turingos, & Friſios Germaniæ, ad Chriſtum conuertit.* Et in
indice ita habet; *VVinfridus Germanorum Apoſtolus.* Stous, Anno, 718. *Bonifacius* *Oſtendit*
Anglus, martyrio affectus ob profeßionem Chriſti, eiuſque ſancti Euangelij. Vbbo Emmius *lucem veri-*
l. 4. Rerum Friſicarum: *Bonifacius veritatis lucem multis populis oſtendit — Qua erat* *tatis.*
pietate, & ſtudio — viam ſalutis annuntiauit — vir ſanctus. Whitgilfus in ſua defen- *Viam ſalu-*
ſione, p. 443. *Bonifacius conuertit ad Chriſtianiſmum interiorem Germaniam.* Spelma- *tis.*
nus in Concilijs, p. 289. *Erat Bonifacius, Anglus genere, eruditione, prudentia, pietate,*
& ſcripturarum ſcientia, adeò inter coæuos ſuos emicans, vt Moguntinus euaſit Archiepiſ-
copus. Et addit, quod Cutbertus Archi-Epiſcopus Cantuarienſis, eum *fidem*
Chriſti apud Friſios prædicantem, martyrioque coronatum, anniuerſaria honorauit ſolemnitate.
Baleus, Cent. 1. c. 93. numerat Bonifacium inter *ſanctißimos*, (inquit) *eius ætatis*
Monachos. Et Centur. 14. c. 44. vocat eum, *magnum Germanorum Apoſtolum.* Co-
perus in Chron. p. 716. ſcribit, quod *circa hoc tempus Germani* (per Bonifacium)
receperint fidem Chriſti. Spedus in deſcrip. Britan. c. 10. vocat eum *Heßiorum, Thu-*
ringorum, & Friſonum apud Germanos Apoſtolum. Chytreus, in ſua Hiſtoria, p. 943.
Bonifacius Eccleſias ad Rhenum, & in Bauaria paßim reformauit, & in interiore Germania,
in Franconia, Thuringia, Haßia, & Friſia, longe lateque Euangelium Chriſti, adiutus à
collegis ſuis, eximia fide, aßiduitate, & zelo propagauit. Ita iſti de eruditione, pieta-
te, ac veritate doctrinæ S. Bonifacij. Et nihilominus, ijdem ipſi agnoſcunt S. *S. Bonifa-*
Bonifacium fuiſſe Papiſtam, eiuſque doctrinam, Papiſticam. Magdeburgenſes, *cius Papiſta.*
Epiſtola dedicatoria Centuriæ 8. *Bonifacius ille Germanorum Apoſtolus dictus, in hoc*
vnum, ſummo ſtudio, arte, ac vi incubuit, vt vniuerſam Germaniam in poteſtatem Papæ
Romani redigeret. Cardinem iſtum vniuerſæ pietatis, de iuſtificatione gratuita per ſolam in
Chriſto fidem, inuertit atque eliſit, omnibus perſuadens, homines ſuis operibus ac ſtudijs, vi-
tam æternam adire, & conſequi poſſe. Ibidem, ca. 10. col. 796. *Sub Pontificum iugo,*
Francos, Noricos, Boios, Turingos, Cattos Saxonum partem, Dacos, Slauos, Friſios re- *Quot popu-*
degit. Col. 797. *Miſſas pro mortuis celebrare iußit, Pontificibus Romanis adeo fuit addi-* *los conuer-*
ctus, vt nihil ſine eorum conſilio ageret, 798. *Bonis operibus ſalutem aſcribit.* Baleus, Cent. *tit.*
14. c. 31. *Bonifacium, in Germaniam Gregorius ſecundus deſignauerat Apoſtolum, vt omnia*
ad Romanæ Synagogæ formam commutaret, & valdè ſolicitus erat Bonifacius ille in ea fun-
ctione ſuper Papæ regno promouendo. Cælibatum Sacerdotibus imponebat — Germanos,
Apoſtolus iſte ex Chriſti cultoribus, Papæ cultores fecit, ſicut cum Angloſaxonibus, ante
illum, Auguſtinus Monachus egit. Et c. 30. ait. quòd docuit, *cælibatum Clericorum,*
ſtatuarum venerationem, Romani Pontificis Primatum, Miſſas pro defunctis, & Purgato-
rium. Eadem habet, Centur. 2. c. 13. vbi eum vocat *Magnum Papæ Apoſtolum.* Et
ait, quòd *Centum hominum millia in Bauaria, Pontificio charactere ſignauit.* Foxus in
Actis ſuis. p. 116. ſcribit, quod *Bonifacius duxit multas Prouincias ſub obedientia Papæ,*
& quod author fuit doctrinæ diſt. 40. Can. Si Papa, Et quod fuit *erector, ac defenſor to-*
tius Papiſmi. Whitakerus, Controu. 4. q. 5. c. 3. *Bonifacius, vulgò dictus Apoſtolus*
Germanorum, ſtrenuum ſe præbet Papæ militem. Similia habet Controu. 2. q. 5. c. 10.
Pleſſeus, l. 1. de Miſſa, c. 8. Hoſpinianus. parte 1. Hiſtoriæ Sacramentariæ, l. 3.
c. 6. p. 251. ait, *Magna pars Germaniæ, à Bonifacio Anglo, ſub iugum Antichriſti, & Eccleſiæ*
Romanæ redacta fuerat: nimirum Franconia, Noricum, Bauaria, Turingia, Haſsia, Saxo-
niæ pars aliqua, Dacia, Slauonia, & Friſia. Has Prouincias omnes Romana Miſſa, alijſ-
que ceremonijs hic Pſeudomonachus deformauit. Simpſonus, l. 2. Cent. 8. p. 336. ait,
quod *Bonifacius miſere infectus erat opinione purgatorij, inuocationis Sanctorum, & vene-*
rationis imaginum; & quod totum eius ſtudium erat adducere Angliam, Germaniam, Gal-

liam, ad ſubiectionem Pontificis Romani, & conformitatem cum ſuperſtitione Rom, Eccleſiæ. Angelocrator in Chron. Anno. 730. *Bonifacius Auguſtæ Vindelicorum Synodum celebrat pro Primatu Romanæ Eccleſiæ.* Bonifacius ipſe vnà cum ſuis Coepiſcopis ita fidem ſuam profitetur. *Decreuimus hac in noſtro Synodali conuentu, & confeſſi ſumus fidem Catholicam, & vnitatem & ſubiectionem Romanæ Eccleſiæ fine tenus vitæ noſtræ velle ſeruare: S. Petro, & Vicario eius velle ſubijci.* Vide etiam eius profeſſionem factam Gregorio ſecundo, apud Baronium, Anno, 723. vel apud Illyricum in ſuo Catalogo l. 8. p. 662.

Baronius An. 740. Spelman. in Concilijs p. 237.

S. Bonifacius fuit, Anglus non Scotus.

5. Contendunt aliqui hunc illuſtrem ſanctum, fuiſſe Scotum. Cæterum, ipſemet Epiſt. 6. vocat ſe, *vernaculum gentis Anglorum:* & ait, quod antiqui Saxones quibus prædicabat, *ſolent ei dicere: De vno ſanguine, & de vno eſſe ſumus.* Epiſt. 10. ait, quod *de gente Anglorum natus, & nutritus eſt.* Epiſt. 132. ita ſcribit; *Synodus & Eccleſia in qua natus, & nutritus fui, i. in tranſmarina Saxonia, Lundunenſis Synodus, quæ in primis à diſcipulis S. Gregorij conſtituta, & ordinata fuit.* Eademque verba repetit Zacharias Papa ibid. Epiſt. 140. Cutbertus Archiepiſcopus Cantuarienſis. ibid. Epiſt. 70. ingentes gratias agit Deo, quod *gens Anglorum de Britannia emiſerit Bonifacium inclitum Chriſti militem cum multis bene educatis, & optimè inſtructis diſcipulis.* Et Milret. Epiſcopus in Anglia ibid. Epiſt. 78. ait, quod *S. Bonifacius fuit decus & columen omnium, quos præſens protulit patria.* S. Ludgerus ſupra, ait quod *S. Bonifacius erat de gente Anglorum clariſſimum ſidus.* Idem teſtantur S. Wilibaldus in vita S. Bonifacij. Wandelbertus in Martyrolog. Rodulphus in vita S. Liobæ. Egilvardus in vita S. Burchardi. Et ipſemet Sanctus Burchardus, S. Bonifacii comes & conſanguineus apud eum, l. 2. c. 11. ait, *Winfridus natione Anglus, verus Chriſti Philoſophus, omnes alios ſtudio & labore prædicationis anteuenit.* Idem ait Florentius, Anno, 715. Malmesburienſis, l. 1. Reg. c. 4. Molanus in Martyrologio Belgij. 5. Iunij. Chronicum Hildesheimenſe, Annales Fuldenſes, Annales Metenſes, Annales Hepidani, Bellarminus in ſcriptor. aſſerit, eum fuiſſe, *natione Anglum.* Baronius, Anno, 714. vocat eum *Magnum Anglum, Germanorum Apoſtolum.* Vide eum Anno, 725. n. 13. Et Gretſerus, l. 1. obſeruationum in vita Wilibaldi. c. 3. ait, *Patriam S. Bonifacij eſſe Angliam, dilucidius eſt, quàm vt longa probatione egeat.* Serrarius, l. 3. rer. Mogunt. *De Scotia ſilete, fabula eſt.* Idque euidens eſt ex tota eius vitæ ſerie, & Epiſtolis eius, ac familiaribus, ſeu ſocijs, qui omnes Angli fuere. Ex quibus refelli poteſt Dempſterus, qui l. 2. Hiſtoriæ Scoticæ, c. 130. aſſerit, *ſe libro edito nouem rationibus firmiſſimis probaſſe, S. Bonifacium Anglum non fuiſſe, ſed Scotum, ex S. Mariano, & viginti alijs.* Cæterum Marianus ipſe, Anno, 717. diſertè ſcribit, quod Bonifacius fuit, *natione Anglus.* Exemplar verò illud Mariani, in quo aſſeritur Scotus, corruptum eſſe oſtendit Harpesfeildus, ſæc. 11. c. 26. ex vetuſſimo Manuſcripto codice Mariani, vbi diſertis verbis dicitur Anglus. Ruit igitur fundamentum Dempſteri, & aliorum omnium, qui authoritate Mariani nixi, S. Bonifacium Scotum eſſe aſſerunt. Imo ipſe corruptus Marianus, & impreſſus Baſileæ per Oporinum, Anno, 1559. licet S. Bonifacium vocet Scotum, nuſquam tamen dicit, eum fuiſſe *natione Scotum*, prout dicit eum *fuiſſe, natione Anglum* his verbis, Anno, 717. *His temporibus, Winfridus, qui poſtea, cùm Epiſcopus ordinaretur, Bonifacij nomen accepit, Doctor Catholicus, natione Anglus, primum Romam, deinde, cum authoritate Gregorij Papæ, in Franciam, ad prædicandum verbum Dei venit.* Clarius ergo, etiam ipſe corruptus Marianus, aſſerit S. Bonifacium eſſe Anglum, quàm Scotum, cum dicat eum fuiſſe, *natione Anglum*, non autem natione Scotum. Atque ita euidens eſt. Anglum eum fuiſſe, vt id fateantur ingenui Scoti, vt Gordon in Chronico, Anno 719. *S. Bonifacius presbyter Anglus, accepta poteſtate à Gregorio Papa, verbum Dei annuntiat in Friſia cum magno fructu.* Idem agnoſcit Robertus Philippus-Sereniſſimæ reginæ magnæ Britanniæ Confeſſarius; Simpſonus Scotus, ac Proteſtans, l. 2. Centur. 8. ait, *Bonifacius natus eſt in Anglia, non longe ab Exonia*, Nec Leſleus, l. 4. Hiſtoriæ Scoticæ, ca. 60. aliter vendicat S. Bonifacium quam *ex teſtimonio* (inquit) *Mariani*, qui (vt vidimus) nullum fert teſtimonium pro Scotis hac in re, ſed contra ipſos.

Cranſius Metrop l. 1. c. 22. Biſſius l. 6. 63. Harpesfld. ſæc. 8. c. 13. Auentinus l. 3. Belua. cenſis l. 23. c. 157. Trithem de Scriptor. Calnuſius An. 719. Myreus in Auctuar. ſcrip. c. 186. Hucbaldus in vita S. Liobæ. Adam Bremenſis Hiſtor. c. 8. Othlonus in vita S. Bonifacij l. 5. De Mar anus Chronico vide Malmesbur. l. 4. Pont. weſtmon. An 1018. Twinum l. 2. Antiq. Oxon. ſic 130 Harpsfeldii ſæc 11 c. 26. Knighton. l. 2. c. 3.

S. Bonifacius vbi natus.

6. Natus eſt autem S. Bonifacius in regno occidentalium Anglo-Saxonum.

Nam

Nam, vt habetur in Epiſtola, 36. ipſius, habuit amicum Tinna in *occiduis partibus* ibique conſanguineam dictam, *Ebbe*. Et à Daniele Epiſcopo Wintonienſi literas commendatitias accepit. Præterea Winebertus Abbas (qui ſubſcripſit Diplomati Regis Inæ pro Monaſterio Malmeſburienſi) fuit magiſter Bonifacij. Et l. 1. de vita eius dicitur, quod *Miſſus fuit à rege Saxonum regnante in Occidentali Angliæ regione, Londinum*. Camdenus, l. cit. Harpesfeildus ſæc. 8. c. 3. & alij aiunt, eum natum eſſe Cridiaduni in Deuonia: quod oppidum modo Kirton dicitur. Baronius, Anno, 739. refert S. Bonifacium conuertiſſe centum millia Paganorum. Et Anno, 747. Eius hortatu, Carolomanum, relicto regno factum eſſe Monachum. Et 752. ex mandato * Zachariæ Papæ, inunxiſſe Pipinum in Regem Franciæ.

7. Hoc etiam tempore, claruit illuſtre illud Angliæ ſidus, venerabilis Beda, quem plerique volunt mortuum eſſe, Anno, 734. aut ſequenti. Cæterum, quia Epitaphium ipſius tribuit illi ter triginta annos, infra de eo agemus commodius. Martyrio etiam claruit hoc tempore, S. VVigbertus, vnus ex duodecim ſocijs S. VVilibrordi, de quo ita Marcellinus in vita S. Suiberti, c. 7. *Rudbodus, S. VVigbertum quem dudum nouerat Chriſtianum, diro tormento iugulari iuſſit, qui continua prece Deum exorare ſolebat, pro conquirenda palma Martyrij*. Beda, l. 5. c. 10. ait, quod fuit *contemptu mundi, ac doctrinæ ſcientia inſignis*: Et l. 3. c. 27. quod *S. Egbertus, Anno, 729. migrauit ad regna cæleſtia*, adeoque ſub hoc Rege, de S. VVilerico ſucceſſore S. VVilhadi, videndus eſt Crantſius in Metropoli l. 1. c. 13.

Aſtſ. ar bon. .. 12. Harpſfeld ... c. 12. ... Corrupte ... Iam regnante, pro, Ina regnãte. ... An. 714. * Regina An. 710 Egilwardus in vita S. Burcardi Marian. An. 750 S. Egbertus An. 750 Gordõ. An. 757. Billarm. l. 2. de Pont. c. 7.

S. VVIGBERTVS. Martyrol. Rom. 13. Aug. Molanus ib. Harpſfeld, ſæc. 8. c. 4. S. VVilibrordi An. 695 Molanus 24. Aprilis S. VVilericus.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA tempore Regis Ethelardi.

1. IN primis eruditione claruit prædictus S. Ceolwulfus Rex, ac poſtea Monachus. Nam ita de eo Malmeſburienſis, l. 1. Regum, c. 3. p. 21. *Non defuit ei literarum peritia, acri animo, & alacri ſtudio comparata. Vadatur ſermonis mei veritatem, Beda, qui eo tempore, quo maximè ſcaturiebat literatis Britannia, huic potiſſimum Anglorum hiſtoriam elimandam obtulit, eligens nimirum in illo, authoritatem bene dicta roborandi, propter imperium, & ſcientiam perperam dicta emendandi, propter ingenium*. Houeden, anno, 932. *Erat miro ſcripturarum ſtudio imbutus*. Beda etiam, ſub finem ſuæ hiſtoriæ Anno, 731. l. 4. c. 2. ait *vſque hodie ſuperſunt de eorum* (Theodori & Adriani) *diſcipulis, qui latinam, græcamque linguam, æque vt propriam, in qua nati ſunt, norunt*. Et Foxus in Actis, p. 114. *Iſte Ceolnulfus, prout ipſemet eruditus erat, ita ipſius tempore diuerſi viri docti in Anglia floruerunt*. Beda ſupra citatus teſtatur, quod S. Wigbertus erat *doctrinæ ſcientia inſignis*.

2. De S. Bonifacij præfati eruditione, ita Othlonus in vita eius, *tum Grammaticæ & Poeſis, tum ſpiritualis intelligentiæ optata eruditione potitus, adeo cæpit haberi celebris, vt fama eius doctrinæ paſſim diffuſa alios alliceret, vt ſe in eius traderent diſciplinam*. Daniel Epiſcopus Wentanus in Epiſtola ad Sanctum Bonifacium, apud Baronium, Anno, 726. ait, *eum multiplici ſcientia, variarumque virtutum gratia fuiſſe inſigniter decoratum*. Trithemius, l de viris illuſt. *Bonifacius natione Anglus, vir in diuinis ſcripturis doctiſſimus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus*. Gregorius 2. apud * Auentinum, l. 2. Boiorum, p. 218. ait, quod *compertum habeat, eum fuiſſe virum eruditum, & omnis diuini humanique iuris conſultiſſimum*: quod teſtimonium etiam referunt Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 792. vbi etiam col. 784. ſcribunt, quòd *Ioannes ſcientia literarum, & morum ſanctitate celebris, à Bonifacio Salisbergæ habitare, & Eccleſiam illam regere, iubetur*. Strabo l. de diuinis officijs, c. 17. teſtatur, quòd S. Bonifacius fuit, *tam ſcientia, quam gradu præcipuus*. Radulphus diſcipulus Rabani, in vita S. Liobæ ſcribit, quòd *S. Bonifacius ex Anglia, ex diuerſo Clericorum ordine, nonnullos accerſiuit, doctos lege diuina, & ad prædicationem verbi, vita merito, mo-*

Ceolwulfus Rex Harpsfeld ſæc. 8. c. 21 Britannia ſcaturiebat literatis Diſcipuli S. Theodori S. VVigbertus, Pitſeus n. 94. S. BONIFACIVS. Doctus. Pitſeus n. 124. Ermenaldus in vita S. Sola Per omnia pleniſſime doctus. Othlon in vita Bonifacij S. IOANNES Salisburgenſis S. Bonifacij ſocius ...

rumque probitate, idoneos. Simpſon, Cent. 8. p. 335. ait, quòd S. Bonifacius erat *benè doctus.*

TATVIN *Piſeus n. 110.* FORTHER *Florentius An. 709. Baleus Cet 10 c. 10* IGLACVS *Harpsfild ſac. 8 c. 24 Piſeus n. 109.* PLEGVINVS *Piſeus n. 107.* CIMBERTVS CVTBERTVS *Piſeus n. 106.* BRITHVALDVS. *Piſeus n. 99.* *Piſeus n. 100. Piſeus n. 104* DVDDO.

3. Floruerunt etiam tunc Egbertus Eboracenſis Archiepiſcopus, Acca Epiſcopus, Beda, & alij, de quibus infià referemus: Claruit etiam tunc Tatwin. Archiepiſcopus Cantuarienſis, quem Beda, l. 5. c. vlt. teſtatur fuiſſe, *virum religione, & prudentia inſignem, ſacris quoque literis nobiliter instructum.* Idemque agnoſcit Parkerus in eius vita Item Forther Epiſcopus, quem Beda l. cit. c. 19. aſſerit fuiſſe *virum in ſcripturis ſanctis multum eruditum.* Item Iglacus, qui teſtibus Magdeburgenſibus. Centur. 8. c. 10. col. 845. *in Theologia ita progreſſus fecit, vt præ alijs excelleret, multi ſub eius diſciplina viri docti euaſerint.* Item, *Pleguinus homo eruditus, & diſcendi cupidus.* Et co 855. *Wolfhardus Abbas in Cænobio Exeſtrenſi, præceptor Bonifacij fuit.* Cimbertus Epiſcopus Lindeſſenſis (fatente Baleo, Cent. 2. c. 6.) *fuit virtutum ornamentis manifeſtis, prudentia, ac ſcientia compte adornatus.* Et c. 7. *Cutbertus Geruicenſis, in bonarum artium cognitione, mirum in modum profecit.* Et c. 9. *Plegnius, homo ad literas ab ipſa iuuentute ingenium paratum habens, reconditis naturæ myſterijs, & linguarum cognitioni, prompta atque expedita ad vigilabat induſtria.* Magdeburgenſes, Centur. 7. c. 10. col. 521. *Brithwaldus, vir ſcientia ſcripturarum, & Eccleſiaſticis ſimul ac Monachicis diſciplinis imbutus.* Centur. 8 c. 10. col. 818. * *Tatuinus, vir religione ac prudentia inſignis, & ſacris literis probe inſtructus.* Ibidem, *Nothelmus, fuit vir eruditus, & grauis: Bonis operibus aſcripſit ſalutem.* Baronius, Anno, 734. inquit (*Claruit Duddo Abbas in Anglia, doctrina celebris, quem de dubijs conſuluit Bonifacius per literas.* Eodemque Anno meminit, Pethelmi Epiſcopi, quem ait fuiſſe *eruditione inſignem.* Parkerus in vita Cutberti, n. 11. nominat complures Epiſcopos, qui interfuerunt Synodo Cliffenſi, Anno, 747. *alijque* (inquit) *complures, doctrina, & moribus probatiſſimi.*

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA TEMPORE Ethelardi Regis.

Miracula S. Celolfvulſi Regis. * *Simeon Dunel An 854.* *S. Suiberti*

1. DE Ceolvulfo Rege prædicto, ita ſcribit Houeden, Anno, 762. *Multis (vt fertur ab habitatoribus illius loci)* * *miraculis claruit.* Et Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 3. *Quanta meritorum gratia conuerſatus ſit, teſtantur multa supernè demiſſa miracula.* Sed multo illuſtriora ſunt miracula, quæ Deus per ſanctos Anglos extrà Angliam hoc tempore operatus eſt. Nam (vt refert Marcellinus) S. Suibertus per Angelum e carcere liberatus eſt; ipſe mortuum ſuſcitauit, paralyticam ſanauit; cæcum illuminauit, Dæmoniacos curauit; ac viuus ac mortuus inſignibus miraculis coruſcauit: Et primus fuit, qui [a] ſolenniter in ſanctorum numerum relatus eſt. Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 824. ſcribunt; Tobiam Roffenſem Epiſcopum mortem obijſſe, Anno, 720. quem agnoſcunt *Dei verbum cum fructu mirifico ſeminaſſe & claruiſſe miraculis.* Papiſtam autem eum fuiſſe, conſtat ex eius magiſtro, S. Theodoro.

a Bellarm l. 1. de ſanctis c. 7. *Canonizatio Leonis Angelocratoris An. 800.*

CAPVT

CAPVT NONVM.

CVTHREDVS, NONVS REX CHRISTIANVS Occidentalium Anglo-Saxonum, ab Anno 739. ad Annum, 758.

SECTIO PRIMA.

1. DEfuncto Rege Ethelardo, ſucceſſit *Cuthredus, frater eius* (vt inquit Houeden, Anno, 739.) aut *cognatus eius*, vt vult Malmesburienſis, l. 1. Regum c.2.& Huntingtonus, l. 4. ac Regnum tenuit vſque ad Annum, 754. Eum Huntingtonus, l. cit. vocat *fortiſſimum ac victorioſum Regem*. Item, *Regem magnum, & excelſum, tot proſperitatibus & victorijs potitum*, Idemque habet Houeden, p. 408. Malmesburienſis, l. cit. ait, quod *aduerſus* [a] *Ethelbaldum regem Merciorum & Britones, iugi exercitio victorias adipiſcens, non minimum ſudoris conſumpſit*.

Laudes Cuthredi Regis. [a] *Camden in Brit. p. 144.*

2. Catholica autem huius ſtrenui Regis religio, manifeſta eſt, tum quia ipſo regnante, Zacharias Papa (vt teſtatur Stous, in Chronico, p. 88.) ſcripſit ad Anglos, vt * caſtigatius viuerent, minatus alioquin eis excommunicationem, quæ literæ lectæ fuerunt coram Rege & Primatibus Regni, nemine fremente, Pontificem plus poteſtatis arrogare in Angliam quam ſibi competeret: Deinde, quia ſoror huius Regis erat Tetta, Abbatiſſa Winburnæ, vbi præfuit quingentis virginibus. Ad quam ſcripſit Sanctus Bonifacius Moguntinus, petens vt ſibi mitteret aliquas ſanctimoniales, quæ Germanas fœminas à ſe ad Chriſtum conuerſas, in Monaſtica vita inſtituerent: Quod ipſa fecit, miſſis eò plurimis Monialibus, non tantum pietate, ſed & literis præclaris, vt conſtat ex vitâ S. Bonifacij, Rodulpho in vitâ S. Liobæ & alijs.

Catholica eius religio. * *Malmesb. l. 1. Pont. p. 197.*

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI, REGNANTE Cuthredo Rege.

1. IN primis, ſanctitate claruit præfata Tetta, Regis huius ſoror, de qua ita ſcribit Radulphus, in vita S. Liobæ: *Tetta, genere quidem ſecundum ſaculi dignitatem, nobilis, ſoror quippe Regis erat: morum autem probitate, & ſanctarum ſpectamine virtutum, multò nobilior. Huius plurima feruntur virtutum inſignia quæ veneranda virgo Lioba, diſcipula eius, referre ſolebat*. Ibique refert duo miracula, Tettæ precibus facta, ac meminit Monialis in eius Monaſterio, Prophetiæ ſpiritu imbutæ. Claruerunt etiam tunc tres liberi S. Richardi Regis prædicti, SS. Wilibaldus, & Winibaldus, & ipſorum ſoror, S. Walburgis, qui relicto regno ac patria, in Germaniam ad iuuandum eorum affinem S. Bonifacium Apoſtolum Germaniæ, profecti ſunt, ibique ſanctitate, & miraculis incliti, obierunt De S. Wilibaldo, ita Martyrologium Rom. 7. Iulij. *In Saxonia S. VVilibaldi, primi Eiſtetenſis Epiſcopi, qui vnà cum S. Bonifacio laborans in Euangelio, multas gentes conuertit ad Chriſtum*. Capgrauius, in vita S. Fredeſwidæ virginis ait, eam claruiſſe circa Annum Domini ſeptingenteſimum quinquageſimum, adeoque ſub Cuthredo rege: Alij (vt ſupra diximus) volunt eam floruiſſe, circa Annum, 730. adeoque ſub Ethelardo Rege. Claruit etiam tunc, S. Lioba affinis S. Bonifacij: *Magnarum* (inquit Radulphus) *virtutum fœmina, & omnibus qui eam nouerant, & ipſis quoque regibus honorabilis. Amabant eam principes, ſuſpiciebant eam proceres, Epiſcopi cum exultatione amplectebantur*. Claruerunt etiam tunc ſanctitate multi comites S. Bonifacij, tam viri,

S. TETTA. *S. VVILIBALDVS. Et fratres eius Capgrauius in vita S. VValburgis.* *S. LIOBA Rabanus in Martirol. 4. cal. Octob.*

quàm fœminæ, de quorum aliquibus dicemus infra.

5 ACCA. Simeon Dunel. l. 3. c. 7. Et de geſtis Anglor. p. 101. Richardus Hagulſtad Cap. 14. 15. Harpsfeld ſæc. 8. c. 22

2. *Anno, 740. Reuerendæ memoriæ Acca* (inquit Houeden) *ſubleuatus eſt in regionem viuentium:* quem Beda, Præfatione in Samuëlem, vocat, *dilectiſſimum, & deſideratiſſimum omnium, qui morantur in terris, Antiſtitum.* Et l. 5. c. 21. ait, *quòd fuit Preſbyter S. VVilfridi, & vir ſtrenuiſſimus, & coram Deo & hominibus magnificus, & in Eccleſiaſticæ inſtitutionis regulis ſolertiſſimus, & vſque dum ſua præmia piæ deuotionis acciperet, exiſtere non deſtitit, vt pote qui à pueritia in Clero ſanctiſſimi ac Deo dilecti Boſæ Eboracenſis Epiſcopi, nutritus atque eruditus eſt.* Ibique narrat, quomodo *multifario decore, ac magnifico opere, ampliauit, & acquiſitis vndique Reliquijs ſanctorum, in venerationem illorum poneret altaria, diſtinctis porticibus, intra muros eiuſdem Eccleſiæ.* Malmesburienſis, l. 3. Pont. p. 272. ait, quod *Acca fuit vir imprimis induſtrius & ſanctus.*

KANIBADA

Baleus Centur. 1. c. 90. ſcribit eius corpus tandem Dunelmum eſſe tranſlatum. Claruit etiam tunc *Kanibada religioſiſſima Abbatiſſa, regalis proſapiæ in Anglia:* ad quam ſcripta eſt quinta Epiſtola S. Bonifacij Moguntini. Beda in Epitome, Anno, 747. inquit; *Herefridus vir Dei obijt.* Othlonus, in vita S. Bonifacij ſcribit, quod ille *miſit in patriam ſuam, acciuitque non modò viros religioſos, & multifaria eruditione præſtantes, ſed etiam fœminas. In ijs præcipui fuere Burcardus, Lullus, VVilibaldus, VVinibaldus eius frater, VVitta & Gregorius. In fœminis autẽ religioſis, matertera S. Lulli, Cunigildis, & filia eius Bergittis; Item Cunitrudis, Tecla, & VValpurgis S. Cunthildis & filia Bergittis liberalibus ſcientijs eruditæ, apud Thuringos magiſtræ ſunt conſtitutæ.*

Socij S. Bonifacij.

Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 856. aiunt, quod *Chunilda, & filia eius Bergitta, erant fœminæ bonis litteris excultæ.* Et col. 858. *Giſla, & Richtruda, Anglicæ mulieres, & Veſtales, ab Albino Latinè doctæ.* Rudolfus in vita S. Liobæ, ait, quòd ipſa *ab infantiæ rudimentis, Grammatica, & reliquis liberalium artium ſtudijs inſtituta, tanta meditationis inſtantia ſpiritalis perfectionem conabatur aſſequi, vt conſentiente cum ingenio lectione, eruditiſſima redderetur.*

Liola eruditiſſima. BALTERE Simeon Dun. l. 2. c. † Ita Sigebertus.

Houeden, anno, 756. *Baltere Anachoreta vitam ſanctorum ſecutus eſt, & migrauit ad dominum.* Huius regis tempore, nempe Anno,† 754. (vt refert Beda in Epitome) *Bonifacius, qui & VVinfridus, Francorum Epiſcopus, cum quinquaginta tribus, martyrio coronatus eſt.* Baronius autem ait, Anno, 755.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA tempore Cuthredi Regis.

ACCA Pitſeus n. 103.

1. DOctrina claruit prædictus Acca Epiſcopus, de quo ita Beda, l. 5. c. 21. *Ipſe Epiſcopus Acca, Cantator erat peritiſſimus, quo modo etiam in literis ſacris doctiſſimus, & in Catholicæ fidei confeſſione caſtiſſimus.* Ibidem: *Sed & hiſtorias paſſionis eorum* (Martyrum) *vnà cum cæteris Eccleſiaſticis voluminibus, ſumma induſtria congregans, ampliſſimã ac nobiliſſimam Bibliothecam fecit.* Eademque habent Baleus, Centur. 1. c. 90. & Magdeburgenſes, Centur. 8. c. 10. col. 823. qui etiam varia eius opuſcula referunt. Et Godwinus, in Epiſcopis Dunelmenſibus, n. 5. *Acca vir egregiè doctus, multa ſcripſit à Baleo commemorata.* Nothkerus in Martyrol. Nonis Iunij, *VVilibaldus virtutibus, & doctrina clariſsimus, &* Trithemius, l. de viris illuſtr. *VVilibaldus, vir doctus atque ſanctiſsimus, ingenio promptus, ac dulcis eloquio. Heddius Stephanus* (ait Baleus, Centur. 1. c. 92.) *In omni diſciplinarum atque artium peritia, aſſuefactione, & vſu inſtructiſsimus erat, terſè, nitidè, eleganter, eruditus, claruit anno ſalutis, 720. Papalibus potius, quam merè Chriſtianis ritibus Eccleſias adornans.* Weuer, in ſuis monumentis, p. 381. *Egwolfus Epiſcopus Eſtanglorum, fuit vir doctus, ac talem ſe oſtendit in Concilio coacto per Cutbertum Archiepiſcopum Cantuarienſem, Anno 747.*

Nobiliſſima Bibliotheca. S. VVILIBALDVS. Pitſeus n. 111. HEDDIVS Pitſeus n. 87. NOTHELMVS. Pitſeus n. 104

2. Claruit etiam tunc temporis, Nothelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, de quo ita Baleus, Centur. 2. c. 8 *Nothelmus, vir certè per illam ætatem eruditus, & grauis,*

grauis, factis memorabilibus toti Inſulæ notus. Eadem habent Magdeburgenſes, Cent.
8. c. 10. col. 818. Qui addunt, quod *bonis operibus aſcripſit ſalutem, in celebratione
Miſſarum, dicit ſe Bonifacij fore memorem.* Item Cutbertus, ſucceſſor Nothelmi,
de quo ita Baleus, Centur. 2. c. 14. *Cutbertus, ex illuſtri Anglorum genere ortus, vir* CVTBERTVS.
magnæ celebritatis apud Ethelbaldum Merciorum Regem, ex rara quadam tum eruditione Piſeus. n. 115.
tum eleganti ciuilium morum ſplendore fuit. Magdeburgenſes, Centur. 8. c. 10. col.
820. aiunt. *Planum eſt, cum erroribus iſtius ſæculi fuiſſe implicatum, Gregorium, Augu-* Papiſta,
*ſtinum, Bonifacium, apud Deum ſibi, & alijs ordinauit Patronos, & ſuffragia Apoſtolo-
rum, & Martyrum cenſuit poſtulanda, non tantum pro viuis, ſed etiam pro mortuis, oratio-
nes & Miſſas celebrandas ſenſit, & viſiones cuiuſdam mulierculæ recitat, quibus opiniones
de ieiunio, de Purgatorio, de Miſſis, de ſatisfactionibus, de neceſsitate operum ad ſalutem,
confirmat.* Claruit etiam tunc, *Strabus frater, ſeu conſanguineus Bedæ; vir doctiſsimus,*
teſte Illirico in Catalogo l. 10. col. 1994. Vide de eo Pitſeum l. de Scriptoribus STRABVS.
Angliæ n. 112.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA AB ANGLIS FACTA tempore Cuthredi Regis.

1. BEda, l. Quæſtionum, c. 12. ita ſcribit: *Quidam noſter, & vitæ venerabilis
vir, religioſuſque valde, & laudabilis, cum ante Triennium moreretur (ſicut Re-
ligioſi alij qui præſentes fuerunt, teſtati ſunt) in hora ſui exitus, Ionam Prophetam, Eze-
chielem, & Danielem capit aſpicere. Qui cum veniſſe ad ſe diceret, & depreſsis luminibus,
eis reuerentiæ obſequium præberet; carne eductus eſt.* Radulphus, in vita S. Liobæ, ait Miracula S. Liobæ
quod *multi fide pleni ad tumulum eius, diuina beneficia ſæpe experti ſunt.* Ex quibus quę- Rabanus 4.
dam recitat, quæ apud ipſum legi poſſunt. Martyrologium Rom. 28. Septem- Cal Octob.
bris, vocat eam, *Virginem miraculis claram*, Anno, 741. Cum Weſtphali ex im- S. Suiberti.
prouiſo Pipinũ inuaſiſſent, is voto facto S. Suiberto, de viſitando eius ſepulchro,
immenſa luce ſuper eius exercitum ſplendente, & Paganos excœcante, mirabili-
ter liberatus eſt: Qui in gratiarum actionem, ſancti ſepulchrum diſcalceatus cum
primoribus eius viſitauit, ac regalia illi munera obtulit. Vt refert S. Ludgerus.
& Baronius, Anno cit. Magnis etiam miraculis claruerunt S. Bonifacius & Socij S. Bonifacij.
eius, de quo ita Radulphus in vita Liobæ. *Magnam Germaniæ partem, doctrinâ ſa-
lutari, virtutumque miraculis Chriſto acquiſiuit*, S. Ludgerus in vita S. Gregorij ita
ſcribit de S. Winibaldo, *poſt obitum ſuum, quid viuens fecerit, magnis miraculis oſtendit.* S. VVINIBALDI.

CAPVT DECIMVM.

SIGEBERTVS, DECIMVS REX OCCIDENTALIVM Anglo-Saxonum, Chriſtianus, Anno, 758.

1. MOrtuo Cuthredo, *Regnum arripuit* (ait Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 2.) *Sigebertus, qui poſt Annum, conſenſu omnium, ſolio deturbatus eſt ob ſæuitiam, & ignauiam.* Huntingtonus, l. 4. ſcribit, quòd fuit cognatus Cuthredi, *& quòd ex prædeceſſoris ſui euentibus, tumefactus, & inſoleus, etiam ſuis intolerabilis fuit, & vnanimi conſenſu omnium expulſus eſt à regno.* Idemque aſſerit Houeden, p. 408. Quod autem à maiorum ſuorum Catholica religione deſciuerit, nulla eſt mentio vel ſuſpicio.

CAPVT VNDECIMVM.

KINEVLFVS, VNDECIMVS REX OCCIDENTALIVM Anglo-Saxonum Chriſtianus Anno, 759.

Laudes Kineulfi Regis.

1. DEpoſito Sigeberto, *ſuſcepit* (inquit Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 2.) *regni gubernacula Kineulfus, clarus & ille quidem morum compoſitione, militiæque geſtis: qui vno, & triginta annis nec ignauè nec immodeſtè regnauit.* Huntingtonus, l. 4. ait, quod *contra Britones multa victorioſus geſſit prælia, & eos ex omni parte domuit.* Eademque habet Houeden, p. 409. Coperus, in Chronico, Anno 748. inquit *virtus eius ſupergreſſa eſt famam ipſius.* Et Holinshedus, l. 6. c. 6. vocat *eum digniſſimum, & ſtrenuiſſimum Principem.* Polidorus, l. 5. *Egregium iuuenem.*

Eius Catholica Religio. Dat fundū pro expiatione peccatorum

2. Romano-Catholica eius, gentiſque ſuæ religio, manifeſta eſt, ex Diplomate ipſius dato Anno, 766. quod refert Goduinus, in Epiſcopis Bathonienſibus in initio: & Camdenus in ſua Britanniâ, p. 166. aliàs, 197. his verbis: *Ego Cyneulfus, Occidentalium Saxonum Rex, aliquam terræ partem pro amore Dei, & pro expiatione delictorum meorum, necnon (quod verbo delendum eſt) pro aliqua vexatione, inimicorum noſtrorum Cornubiæ gentis, cum conſenſu Epiſcoporum, atque Satraparum meorum, Dei Apoſtolo atque Miniſtro S. Andreæ, humiliter aſcribendo donabo, &c.* Et ſubſcribit: *Ego Cyneulfus, Geuiſſorum Rex, hanc meam donationem, cum ſignaculo Sanctæ Crucis corroboraui.* Ex quibus patet, regem hunc, cum ſuis Epiſcopis, & Satrapis, credidiſſe delicta expiari poſſe per bona opera. Sed maximè elucet eius Romana religio ex reuerentia, quam vltimo anno Regni ſui exhibuit Legatis Papæ Adriani quos ille, Anno, 786. *miſit* (ait Houeden p. 410. *ad renouandam fidem, quam Auguſtinus prædicauerat, qui honorificè à regibus, & populo ſuſcepti ſunt.* Item, Anno, 786. *Tempore illo, Legati ab Apoſtolica ſede, à D. Adriano Papa ad Britanniam directi ſunt, qui antiquam inter nos amicitiam, & fidem Catholicam, quam S. Gregorius Papa per B. Auguſtinum docuit, innouantes, honorifice ſuſcepti ſunt à Regibus, & Præſulibus ſiue Primatibus huius patriæ, & in pace reuerſi ſunt cum magnis donis, vt iuſtum erat.*

Vide aliam eius donationem apud Camdem p. 176.

Harpesfeld. ſæc 8. c. 5.

3. Sed rem referamus ex Magdeburgenſibus, Centur. 8. c. 9. col. 574. *Anno Domini, 786. Adrianus Legatos ſuos miſit in Angliam, Gregorium Oſtienſem, & Theophilactum Tridentinæ Eccleſiæ Epiſcopum, vt eam Inſulam viſitarent, atque ita ius Romani Pontificis, olim per Auguſtinum illuc miſſum, acquiſitum, confirmaret, & Eccleſias illas Pontificio charactere deformaret.* Deinde ſubdunt literas Gregorij ad Adrianum, in quibus ita loquitur: *Suſcepti primum ab Archiepiſcopo Iambercho S. Dorouernenſis Eccleſiæ, quæ alio vocabulo Cantia vocatur, vbi S. Auguſtinus corpore requieſcit, inibi reſidentes ordinauimus ea quæ neceſſaria erant. Inde peragrantes, peruenimus ad aulam Offæ Regis. At ille ingenti gaudio ob reuerentiam B. Petri, & veſtri Apoſtolatus, honorificè ſuſcepit, tam nos, quàm ſacros apices à ſumma ſede delatos. Tunc conuenerunt in vnum Concilium, Rex Offa Merciorum, & Kinulfus Rex VVeſt-Saxonum, cui etiam tradidimus veſtra Syngrammata ſancta. At illi continuo promiſerunt ſe de his vitijs corrigendos.* Holinshedus, l. 6. c. 6. tradit hos *Legatos late ſuſceptos eſſe, non ſolum à regibus & Archiepiſcopis, ſed ab omnibus Optimatibus, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus; nominatim, à Kinulfo Rege.* Similia habet Spelmanus in Concilijs, p. 292. & ſeq. qui refert Canones ſancitos ab his Legatis, Item Holinshed, l. 6. c. 6. citato.

Rex Offa ingenti gaudio accepit legatos Papa Item Kinulfus rex

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM ANGLI SANCTITATE CLARI TEMPORE Regis Kineulfi.

1. ANno, 758. (ait Beda in Epitome) *Eadbertus Rex Northumbrorum, Dei amoris cauſa, & cæleſtis patriæ, accepta S. Petri tonſura, filio ſuo Oſwulfo regnum reliquit*, Qui vt ait Houeden, Anno, 768. *In Dei ſeruitio fœliciter emiſit ſpiritum.* Florentius, Anno, 760. *Ceoluulfus Monachus religioſiſſimus, rex Northumbrorum quondam glorioſiſſimus ad æterna lucis gaudia tranſiuit.* Et idem Beda, Anno, 766. [a] *Egbertus Archiepiſcopus proſapia regali ditatus* (erat frater prædicti Eadberti) *ac diuina ſcientia imbutus, & Erithbertus, vere fideles Epiſcopi, ad Dominum migrauerunt.* Anno, 783. (inquit Houeden) *VVerburga quondam regina Merciorum, tunc verò Abbatiſſa, defuncta eſt, ſemper cum Chriſto victura.* Et Anno, 786. *His diebus Rictrith iamdudum Regina, tunc Abbatiſſa tranſiuit ad Dominum.* Et Anno, 781. [b] *Alchmundus Hagulſtadenſis Eccleſiæ præſul eximiæ religionis, & magnarum virtutum vir, migràuit ad Chriſtum, & ei S. Gilbertus ſucceſſit.*

EADBERTVS R. Simeon. Dun. l. 2 c. 1. & l. 1 c. 10.

EGBERTVS. [a] Huntington. l. 4. Florent. An. 757 768. Houeden p. 409 Baronius An 758. Ferrarius 23. Martij.

VVERBVRGA. R. Simeon. An. 783 Floren. An. 781.

RICTRITHA R. Simeon. An. 786

[b] Goduin in Epiſ Dunel. n 5. Simeon. Dun An. 781.

2. Sub hoc Rege (ſi verum eſt vetus illius Epitaphium) quod vixit ter triginta annos; idemque habet Anonymus in vita Alcuini) Illuſtre illud Angliæ ſidus, venerabilis Beda, in cælum aſſumptum eſt. Ipſe Beda apud Malmesbur. l. 1. Regum, c. 3. ait: * *Diu vixi.* Quæ verba indicant longiorem vitam, quàm 59. annorum, quam nonnulli ei tribuunt. Neque inſolitum fuit Monachis in Anglia, vltra centum annos vitam producere, cum Ingulfus p. 88. referat tres, Monachos ſuos, quorum vnum ait vixiſſe annos, 168. alterum, 142. & tertium, 115. Bellarminus in Beda ait, quòd *vixit longiſſimam vitam.* Idque ipſe Beda ait apud * Cutbertum in vita ſua: vide Baronium, Anno 731. Foxus in Actis ſuis, p. 114. inquit, *Beda vir digna & venerabilis memoriæ.* Et p. 115. *Quod ſanctitatem & integritatem vitæ eius, de ea non eſt dubitandum.* Baleus Centur 2, c. 1. *Fœliciſſimum ſortitus eſt exitum.* Et c. 4. *Beda ſenex ſanctiſſimus.* Sunt qui [c] aſſerunt Bedam tradidiſſe Anglis morem ſalutandi B. Virginem per certum numerum calculorum, quibus fauet, quod Angli calculos illos vocant, Bedes. De eo ita Martyrologium Romanum, 27. Maij. *Depoſitio venerabilis Bedæ presbyteri, ſanctitate & eruditione celeberrimi.* Cutbertus, in Epiſtola de eius morte, quæ eſt 95. inter Epiſtolas S. Bonifacij Moguntinus: vocat eum *Clariſſimum Eccleſiæ Dei Magiſtrum.* Alcuinus etiam ſæpe eum vocat *Magiſtrum* vt Epiſtola 5. & Carmine 178. & Epiſtola 49. *Nobiliſſimum temporis noſtri magiſtrum.* Lanfrancus Epiſtola ad Alexandrum P. *Anglorum doctorem,* Malmesb. l. 1. Pont. p. 207. Houeden in prologo: *Sanctiſſimum Anglorum doctorem.* Concilium Aquiſgran. *Doctorem admirabilem.*

BEDA. Capgrauius

† Simeon Dunel. l. 2. c. 15.

Monachi in Anglia vixerunt vltra centum annos.

Gualterus fac 8 vult Bedam vixiſſe 105. annos.

† *Simeon Dunelm l. 1. ca 15. Beda laudatur à Proteſtantibus.* [c] *Alanus de Rupe. Ioan. Carthagena homil. 1. de Roſario. Vide Malmesbur. l 4 Pontif. p. 289. Beda, Magiſter Eccleſiæ. Simeon. Dun. l. ca. 14.* Beda Eccleſiæ Catholicæ Lucerna.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ANGLI ERVDITIONE CLARI, TEMPORE Kinculfi Regis.

1. IN primis, eruditione claruit Beda, quem Alcuinus, Epiſt. 49. vocat vt iam dixi *nobiliſsimum temporis noſtri Magiſtrum.* Et Epiſtola, 102. *Beatum Bedam.* Sixtus Senenſis, l. 4. ac Poſſeuinus in Apparatu: *In omni diſciplinarum genere, Græcæ, & Latinæ linguæ gnarus, excelluit: Poeta, Rhetor, Hiſtoricus, Aſtronomus, Arithmeticus, Chronographus, Coſmographus, Philoſophus, Theologus, ita eo tempore mirabilis, vt in prouerbium apud eius ſæculi doctiores abierit. Hominem in extremo Orbis angulo natum, vniuerſum orbem ſuo ingenio perſtrinxiſſe: diſcipulos reliquit eruditiſsimos, qui primi Lutetiæ Pariſiorum docuerunt, vnde poſtea in reliquum Chriſtianum orbem doctrina fluxit vberrima.* Bellarminus in Damaſceno ait, quod *Beda Occidentem, Damaſcenus Orientem Sapientia ſua illuſtrauit.* Baronius, Anno, 731. *Beda ingentis nominis Monachus, & presbyter Anglus.* Et 701. *Creuerat in virum perfectum, ſanctitate, & doctrina inſignem.* Malmesbur. 1. Regum, c. 3. *In Monaſterio, Beda viuente, totius literaturæ exultabat gymnaſium, vir quem mirari facilius poſsis, quam dignè prædicare, qui in extremo natus orbis angulo, doctrinæ coruſco terras omnes perſtrinxerit.* Et (vt ait ibidem) *Tam*[a] *celebris erat fama, vt in quæſtionibus enodandis, indigeret eo ſublimitas Romana.* Ibique recitat Epiſtolam [b] Sergij Papæ ad Abbatem ſuum Ceolfridum, vt eum Romam mitteret. Vbi (inquit Papa) *Erit (vt confidimus) etiam cunctis tibi creditis profuturum, quicquid Eccleſiæ generali claruerit per eius præſentiam impertitum.* Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, ita ſcribit: *Erat his temporibus in Monaſterijs noſtri ordinis conſuetudo celeberrima, vt Scholæ Monachorum in ſingulis pene Cœnobijs haberentur, quibus non ſæculares homines, ſed Monachi moribus, & eruditione præficiebantur ornatiſsimi, qui non ſolum in diuinis ſcripturis docti eſſent, verùm etiam in Mathematica, Aſtrologia, Arithmetica, Geometria, Muſica, Rhetorica, Poeſi, & in cæteris artibus ſæcularis literaturæ ſcientijs eruditiſsimi haberentur. Ex his, multi non ſolum in Romana lingua docti erant, ſed etiam in hebraica, græca, & Arabica peritiſsimi, quod ex eorum opuſculis facile cognoſcitur.— Hæc autem conſuetudo ſanctiſsima, primum in Anglia cepit, vbi venerabilis ille presbyter, & Monachus Monachorum inſtitutor factus, multos poſt ſe doctiſsimos reliquit diſcipulos.* Sed Proteſtantes audiamus de eruditione Bedæ; Baleus, Centur. 2. c. 1. *Ob exactam vtriuſque linguæ Latinæ & Græcæ peritiam Magno Gregorio à multis præclarior habebatur. Nihil ferè lectione dignum in omni reperitur vetuſtate, quod ſuis locis non legitur in Beda. Si Hieronymi, Auguſtini, aut Chryſoſtomi temporibus claruiſſet, non dubito, quin potuiſſet de paritate cum ipſis contendere: opuſcula multa edidit, omni doctrinarum genere referta. Senio confectus, tandem inter diſcipulorum manus obijt, feliciſsimum ſortitus exitum.* Magdeburgenſes, Centur. 8. c. 10. col, 847. *Cum ingenio felici, & memoria vinaci præditus eſſet, & gnauiter ſtuduit, linguarum, artium, Philoſophiæ, & Theologiæ, dies noctéſque operam daret, euaſit vir doctiſsimus.* Camdenus in ſua Britannia, p. 606. aliàs, 670. *Beda noſter, Angliæ ſplendor ſingularis, pietate & eruditione, venerabilis cognomen adeptus, meditandis ſcripturis, vt inquit ipſe, operam dedit, plurimaque volumina, inter decumanos barbariæ fluctus doctiſsimè conſcripſit.* Foxus in Actis, p. 114. *Beda vir, dignæ & memorabilis memoriæ, ac celebris doctrinæ: vniuerſa Eccleſia latina illius temporis palmam ei dedit in ſcientia & intelligentia ſcripturæ.* Coperus in Chron. Anno, 729. *Beda ob doctrinam, & pietatem celebris erat per totum orbem.* Humfredus ad Rat. 3. Campiani, p. 326. numerat Bedam *inter pios viros in Eccleſia quos Spiritus S. excitauit.* Melanthon, orat. de ſtudijs corrigendis tomo 5. Baſileæ, ait Bedam, *Græcè & Latinè haud vulgariter peritum in Philoſophicis, mathematicis, ſacris, ſic eruditum, vt cum vetuſtis conferri poſsit.* Whitakerus, ad demonſtrationem ſecundam Sanderi: *Beda multis virtutibus & ſingulari doctrina excellebat.* Et ad Demonſtr. trigeſimam quartam numerat eum inter viros, quos vocat,

S. BEDA

Harpsfeld. ſæc. 8. c. 25. Waion l. 2. de ligno vitæ c 61. Pitſeus n. 101. Beda natus An 677. Simeon Dunel. l. 2. c 8.

a Beluacen l. 24 c. 133. S Antonin. tit 13. c 1. Harpsfeld ſæc. 8. c 25. b Baronius An 701. Trith. in vita Bedæ. Foxus in Actis p 114.

Conſuetudo docendi in Monaſterijs cepit in Anglia Genebrard ſæc 8

Beda doctiſsimus ex confeſsione Proteſt.

bonos,

bonos, doctos, & ſanctos, doctrina & pietate præſtantes. Baleus, Centur 14. c. 33. & 46. Vocat *Sanctiſsimum Bedam.* Parcus l. 4. de Euchar. ca. 8. *Beda, Monachus ac Doctor clariſsimus.* Holinshed, l. 6. c. 2. *profunde doctus.* Et tamen hic doctiſſimus vir, (vt c Magdeburgenſes ſcribunt Cent. 8. c. 10. col. 850.) *Pontificios errores pleroſque amplexus eſt, de ſanctorum interceſsione, de libero arbitrio, de operum neceſsitate ad ſalutem, de infantibus quod per alios credunt, de inuocatione ſanctorum, de cultu imaginum, de cælibatu, de traditionibus humanis, & Monachicis, de oratione, & Miſsis pro mortuis, de reliquijs Sanctorum.* Et c. 4. col. 312. *Beda ait, Panis fit per tranſmutationem Corpus Christi. Tranſit enim ſubſtantia Panis in Corpus Christi, non formæ, ſed potiùs hæ ſubſiſtunt in aere, vel ſine ſubſtantia.* Col. 313 *Ait, Deum pro mortuis per Miſſarum celebrationem, & eleemoſynas inuocamus.* Ibidem, *Beda ait, Roma per ſummos Christi Apoſtolos, totius Eccleſiæ Caput eminet eximium.* Baleus, libro citato, *Ipſum nec poſſum nec volo, omni impoſtricis doctrinæ ſcabritie leuare.* Angelocrator, Anno, 700. *Beda artium, & linguarum peritus, bonus vir, quamuis ſuperſtitiones Papiſticas admiratur.* Fulcus in Hæbræ, 10. *Beda vixit in ſuperſtitioſo tempore, diu poſt quam Antichriſtus ſeſe oſtendit aiebat, homines intelligere, quod ſalutare ſacrificium* (Miſſæ) *proderat ad redemptionem corporis, & animæ ſempiternam.* Et in 1. Petri, 3. *Beda, auehebatur erroribus ſui ſæculi.* Spedus, in ſua Brit. l. 1. ca. 42. *Beda, Monachus, cuius operoſa eudustria, lumenque eruditionis in illorum temporum tenebris admirationem mouent, vti volumina quæ conſcripſit, ſatis teſtantur.* Et in ſua Hiſtoria, l. 7. ca. 9. *Beda vir doctiſsimus.* Oſiander in Epit. Cent. 8. l. 2. c. 3. *Omnibus Pontificijs erroribus, in Articulis in quibus hodie à Papa diſſentimus, inuolutus eſt.* De hoc ſanctiſſimo viro, Dempſterus, l. 2. Hiſtoriæ Scoticæ c. 128. inquit: *Bedam, etſi omnes faciunt Anglum, reperio eum nec Anglum domo, nec Scotum ſed in Scotia diu vixiſſe, in Anglia diem ſuum obijſſe.* Cum tamen Beda ipſe in fine ſuæ hiſtoriæ, ita de ſe ſcribat: *Beda Dei famulus, & Presbyter Monaſterij Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quod eſt ad VVirimundam, & Ingirium, natus in territorio eiuſdem Monaſterij, cum eſſem annorum ſeptem, cura propinquorum datus ſum educandus Reuerendiſsimo Abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido, cunctumque ex eo tempus in* d *eiuſdem Monaſterij habitatione peragens &c.* Et l. 1. c. 22. ac l. 2. c. 1. ait, *S. Gregorium rectè vocari* Anglorum Apoſtolum, *quia noſtram. i. Anglorum gentem, ad fidem Christi conuertit* Et l. de Rat. Temporum c. 3. vocat gentem Anglorum, *ſuam gentem.* Cutbertus etiam eius diſcipulus, Epiſt. 89. inter Epiſtolas S. Bonifacij à Serario editas: *Rectum mihi videtur, vt tota gens Anglorum, in omnibus Prouincijs vbicunque reperti ſunt, gratias Deo referant, quia tam mirabilem virum, præditum diuerſis donis, tamque ad exercenda dona ſtudioſum, ſimiliterque in bonis moribus viuentem, Deus illis, in ſua Natione donauerit.* Et profitetur, ſe loqui de Beda. Denique Epitaphium eius ſepulchro inſculptum, vocat eum *Angligenam.* Sed cum Dempſterus fatetur, *Omnes facere* Bedam *Anglum*, vbi quæſo reperit quod non ſit Anglus domo? ſed de Dempſtero vide Maihu in Trophæario p. 1405. & 1408. Colganum in Notis ad vitam primam & quartam S. Columbani; item in Appendice, tertia; Vſſerium de Antiquit. Britan. c. 1. 15. 16. p. 737.

Et Papiſta.
c Vide etiam col. 401. & ſeq. item 312. 303. 305. Simpſon. l. 2.
Cent. 8.
Coluit imagines
Credidit Tranſubſtantiationē
Miſſam
Primatum Papæ.

De Papiſtica fide Beda, vide confeſſionem Magdeburgenſiū, Cent. 8. c. 4. Col. 301. 303. 305. 310. 311. 312. 313. 316. & c. 10 col. 850.
Beda profitetur ſe eſſe Anglum
d Non ergo in Mailros vt ait Boethius l. 9.

Vide Maiorem l. 2. c. 12. Poſtem. in Apparatu
Dempſterus, qualis Selden in præfat. Hiſt. à Beo edit.

2. Claruit etiam tunc inſigni eruditione, præfatus Egbertus Archiepiſcopus Eboracenſis, quem Beda in Epitome ait fuiſſe, *Diuina ſcientia imbutum.* Et Alcuinus eius diſcipulus, ſæpe vocat *Dilectum magiſtrum ſuum*: quemque Epiſt. 1. dicit collegiſſe *exquiſitiores eruditionis Scholaſticæ libellos.* Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 3. p. 4. *Egbertus omnium liberalium artium Armarium, vt ita dicam, & Sacrarium fuit, nobiliſsimamque bibliothecam Eboraci conſtituit.* Baron. Anno, 761. *Scientia, & ſanctitate clarus*, Item, Anno, 778. Neque aliter Proteſtantes. Nam Camdenus in Britannia, p. 629. refert, & approbat prædicta verba Malmesburienſis. Et Baleus Cent. 2. c. 15. *Egbertus, Archiepiſcopus Eboracenſis, Literatorum virorum Fautor, & Mecænas habebatur, ætate ſua, maximus & doctiſsimus.* Goduinus in Epiſcopis Eboracenſibus, n. 7. *Egbertus, non ſolū eruditionis, & eruditorum ſummus Patronus, ſed & ipſe eruditiſsimus, volumina ſcripſit non pauca.* Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 822. *Inſignem Bibliothecam Eboraci in ſtudioſorum hominum gratiam inſtituit, quam Albinus commendat.* Et ibidem aiunt, quod *Eanbaldus ſucceſſor Egberti, rem literariam ac bibliothecam ab Egberto reparatam conſeruauit, & auxit.* Baleus, Centur. 13. c. 56.

EGBERTVS.
Harpesfeld ſæc. 8 c. 12.
Piſeus n. 117.

Nobiliſsima Bibliotheca
Spedus l. 1. c. 39.
Camden. p. 579.

V

LVLLVS. Harpesfeld ſæc. 8. c. 6. Piſeus p. 162.

Lullus homo tum *eruditionis tum ſanctitatis approbatæ.* Notkerus in Martyrologio, Nonis Iunij ait, *VVilibaldum fuiſſe virtutibus & doctrina clariſsimum.* Magdeburgenſes, Centur, 8. c. 10 col. 809. aiunt, quod *S. Wilibaldus patrem habuit Richardum Regem Anglorum. Fuit ingenio, memoria, lingua, promptus, literis operam non ſine fructu nauauit.* Baleus, Centuria, 2. c. 16. *Magno, ſub Bonifacio, labore, ad artium humanarum ſtudia ſe totum conferebat. Ingenium habebat, hiſtoriographorum teſtimonio, omnibus muſarum redolentus apertum, memoriamque non infælicem: Romanam Synagogam multis adauxit ſuperſtitionibus.* Idemque S. wilibaldus, in vita S. Bonifacij, c. 8. ait: *Ex Britanniæ partibus ſeruorum Dei plurima ad Bonifatium, tam lectorum quam etiam ſcriptorum, aliarumque artium eruditorum virorum, congregationis conuenerat multitudo.* Vide Harpesfeldum, ſæc. 9. c. 15. de Aimone, & Walfrido ſtrabo.

S. WILIBALDVS Trithem. [illegible] Papiſta multi dicti.

S. WILIHADVS Martirol. Rom. 8. Nouemb. Baronius An. 788. Harpesfeld ſæc. 8. c. 4. Canisius in Metropol. l. 7. c. 9. Celebrabat Miſſam quotidie.

3. Claruit etiam tunc, S. Wilihadus primus Bremenſis Epiſcopus diſcipulus S. Bonifacij, de quo ita Adam Bremenſis in Hiſtor. c. 8. *VVilihadus, primus omnium doctorum, maritimas & boreales Saxoniæ partes, ad Chriſtianam prouocauit fidem.* Et in ſcripto de Eccleſiâ Bremenſi, adnexo eius Hiſtoriæ: *VVilihadus, Epiſcopus Bremenſis Eccleſiæ, vir miræ abſtinentiæ, qui quotidie Miſſam cum lachrimis celebrauit ac ieiunijs, vigilijs, orationibus, & bonis operibus deuotus ſenex inſiſtebat; Nam eſca eius non erat aliud niſi poma, & fructus autumnales, & potus, fuit aqua.* Baleus Cent. 31. ca. 60. *Martirij deſiderio bonifacij more pro Rom. Eccleſia flagrabat.*

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA AB ANGLIS FACTA tempore Kineulfi Regis.

S. VVALBVRGIS. Miracula Vide Caniſium tom. 1. part. 2. p. 710. Miraculoſum oleum S. walburgis. a Molanus in Indiculo. Aura'e: Rebdorſenſis Annalium l. 3. Bzouius An. 1553. Vide vitam eorum apud Caniſium 10. 1. par. 2. S. VVinibaldi corpus incorruptũ. Item S. Sola b Vide Sigebertum An. 774.

1. DE S. Walburge prædicta, filia S. Regis Richardi, ita ſcripſit ante trecentos annos Philippus Eiſtatenſis Epiſcopus: *Vſque in hodiernum diem miracula continuata fæliciter crebreſcunt & de virgineis membris ſacrum*[a] *oleum emanat, quod cæcos illuminat, ſurdos audire facit, & greſſum claudis reddit, cunctiſque debilibus optatum effectũ indulget.* Bruſchius de Monaſterijs Germaniæ, fol. 141. *Aichſtadij hodie adhuc, ex S. VValburgis corpore, oleum in ſubiectum quoddam argẽteum vas, quod oleo ſudare ipſe vidi, miraculoſe deſluere dicitur, quod multis grauibus morbis mederi aiunt.* Stuartius Nota. 5. in vitam S. Walburgis, ait de eodem oleo: *qui dubitat, ille veniat, videatque, & ſenſibus, non alienis, ſed ſuis credat.* Et Gretſerus, l. 2. vitæ S. walburgæ, c. 3. *Penetrat ſacer hic liquor per durum ſaxum.* Et Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 836. *Oleum ſudare ex ſepulchro ſcribitur.* Et citant Trithemium, Baleum, Hedionem, Curionem, Hanc ſanctiſſimam virginem, itemque patrem eius S. Richardum, ac fratres eius, S. Wilibaldum, ac S. Winibaldum, aliquis aſſerit fuiſſe Scotos. At præterea, quæ ſupra retulimus de S. Richardo, quæ clare oſtendunt eum Anglum fuiſſe, ipſa Monialis, quæ tunc vixit, ac ſcripſit vitam S. Wilibaldi, diſerte aſſerit eum fuiſſe, *Saxonicæ gentis.* Monialis Heidelheimenſis in vita S. winibaldi ſcribit, quod *Corpus eius poſt ſexdecim annos ſepulturæ, integrum & illæſum repertum eſt, ita quod nec capillus de capite eius minueretur, & ſuauiſsimum odorem ſpiraret, & omnibus ad videndum, & palpandum expoſitum fuerit.* Simile miraculum de corpore S. Solæ, alterius ſocij S. Bonifacij refert Ermenaldus in vita ipſius. De S.[b] Bonifacio ita ſcribunt Magdeburgenſes, Cent. 9. ca. 10. col. 802. *Miracula ad eius ſepulchrum facta commemorat VVilibaldus, ſed ea* (inquiunt) *ad ſuperſtitioſa & mendacia ſigna pertinent.* At quis non potius credet S. Wilibaldo, qui tunc vixit, quàm iſtis nouis, & incredulis hæreticis, ſola ſua incredulitate nixis? Iidemque Magdeburgenſes, ibid. col. 804. de Lullo Socio & ſucceſſore S. Bonifacij: *Miraculis eum claruiſſe, faſciculus temporum indicat, vnde & poſt mortem, eum coluerunt homines ſuperſtitioſi.* Deeo extant verſus iſti apud Malmesburienſem 1. Regum, & apud alios.

Miracula S. Lulli.

Antiſtes

Antiſtes Lullus quo non eſt ſanctior vllus,
Pollens diuina, tribuente Deo, medicina,
Occurrit morbis, vt totus prædicat orbis.

In vita eius apud Surium, tom. 5. dicitur. *Cum corpus eius poſt ſexageſimum annum à terra leuaretur, eo membrorum omnium decore ac veſtium quoque nitore repertum eſt, vt illo ipſo die expiraſſe ac ſopore potius, quam morte ſepultum eſſe videretur.——Quantis emineret meritis apud Altiſsimum, innumerabilia, & quaſi infinita, quæ apud eius memoriam ſunt facta, miracula declararunt: viuens enim multorum propter virtutes, & merita: mortuus verò, penè cunctorum, propter miracula, aures & mentes feliciter occupauit.*

CAPVT DVODECIMVM.

BITHRICVS DVODECIMVS OCCIDENTALIVM *Anglo-Saxonum Rex Chriſtianus ab Anno, 786. ad Annum, 800.*

SECTIO PRIMA.

1. ANno, 786. Regnum Occidentalium Anglo-Saxonum, capeſſit Brihricus, [a] *pacis* (inquit Malmesburienſis, l. 1. Regum c. 2.) *quam belli ſtudioſior.* Houeden, Anno, 802. ait, quod *genti Occidentalium Saxonum, 17. annis,* [*] *nobiliſsimè præfuit, & vocat* eum; *Glorioſum regem.* Ethelwerdus, l. 3. *Piiſsimum regem,* Pariſius in vita Offæ regis, *Adoleſcentem indolis florentis & ſtrenuitate laudabilem.* Romano — Catholica ipſius religio manifeſtiſſima eſt. Primùm, quia Offa rex Merciorum, cuius filiam duxit, *ingenti gaudio ob reuerentiam B. Petri, & Adriani Papæ, honore ſuſcepit tam Legatos eius, quàm ipſius literas:* vt ſupra retulimus: ac deinde, Romam adijt, vbi (vt ait Foxus p. 120.) factus eſt Monachus & vt inquit Baleus, Cent. 2. c. 15. *Pontifici ſua ſponte tributum annuum pendit.* Magdeburgenſes, Cent. 9. c. 16. col. 930. *Offa Merciorum Rex, ad exemplum Inæ, Regnum ſuum Rom. Pontifici tributarium fecit.* Et inuento ex reuelatione [*] ſibi facta, corpore S. Albani [b] magnificentiſſimum Monaſterium condidit, ac S. Albani corpus Theca aurea, lapidibus pretioſis ornata, incluſit: ac Monaſterium confirmauit diplomate, cui ſubſcripſit ipſe, & nouem Principes, quindecim Epiſcopi, duodecim Duces, idque extat in Additamentis Pariſij: vide ſimile eius [c] Diploma apud Somnerum in diſcript. Cantuariæ p. 376. cui ſubſcribit ipſe, & filius eius, decem Epiſcopi, tres Abbates, ac duodecim Principes. Et in alio Diplomate apud Ingulfum p. 854. quo confirmat Monaſterium Croilandenſe, profitetur, quòd *cupit per vitæ ſuæ præſentis bona opera, mercari ſibi, & metere in futuro, præmia ſempiterna.* Præterea Adrianus, P. 1. Epiſtola, 89. teſtatur, quod reges, prædeceſſores Offæ *ſemper ſubiecti in obedientia, atque fideli amore, prædeceſſoribus noſtris Pontificibus, & nobis extiterunt.* Pariſius in vita Willegodi Abbatis ait quod *Romæ ſcholam inſtituit, quæ verſa eſt in Xenodochium, quod S. Spiritus dicitur.* Fuit autem hic Offa adeo potens ac metuendus alijs omnibus in Britannia regibus, vt non ſolum [d] Scotiæ rex, ſed etiam alij in Anglia reges tunc temporis, fœdus inierint contra eum cum Carolo magno, vt videre licet apud Pariſium in vita Offæ, p. 13. à quibus *Angliæ regibus pro pace* [e] *miſſus eſt Alcuinus ad regem magnum Carolum, & benigno apud eum fotus hoſpitio,* vt ſcribit Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 3. Eratque hic Offa abauus Regis Ethelredi ſecundi, vt ipſe profitetur in ſuo Diplomate apud Pariſium in Additamentis, p. 241.

2. Deinde, quia huius Regis tempore, mortuo iam Kineulfo, habitum eſt [f] Concilium à Legatis Adriani Papæ in regno Northumbrorum, ſub Alwaldo rege: de quo ita ſcribunt Legati ad Adrianum P. apud Magdeburgenſes, Cent. 8. & 9. col. 575. *ſed quia præfatus Rex* (Alwaldus) *Longè in borealibus commorabatur,*

*Ethelwerdus l. 3. c. 1. 6. 20. *veſſimum An. 787. eum fuiſſe filium Kenulfi regis. a ita Polydor. l. 4. Holinsh. l. 6 c 7. * Simeon. An. 802. * Vide Auctarium Additam. VVatſi p. 117. & Pariſium in vita VVilegodi abbatis. b Malmesb. l. 1. reg. c. 4. Camden in Hert. p. 394. 398. VVemer p. 100. Holinshed l. 6. c. 4. Brompt. col. 776. Harpsfeld. l. 9. vbi vocat Offam Sanctiſſimũ & clariſſimum regẽ. d Stowe in Chron. p. 89. Spelman in Concil. p. 111. VVeuer. p. 99. 200. e Gordon. An. 789. Boethius l. 10. Leslæus l. 5. Pol. decus. f Gordon in Chron. an. Miſſum in Galliam An. 791.*

miſit iam dictus Archiepiſcopus (Eanbaldus) *miſſos ſuos ad regem, qui continuo omni gaudio ſtatuit diem Concilij, ad quem conuenerunt omnes principes regionis, tam Eccleſiaſtici quàm ſaculares — ſcripſimus Capitulare de ſingulis rebus, & per ordinem cuncta differentes, auribus illorum pertulimus, qui cum omni humilitatis ſubiectione, & clara voluntate tam admonitionem veſtram, quam paruitatem noſtram amplexantes, ſpoponderunt ſe in omnibus obedire. Tunc nos Epiſtolas veſtras eis tradidimus perlegendas, conteſtantes eos, tam in ſe, quàm in ſubditis, ſacrata decreta cuſtodire:* Quorum, primum eſt: *Vt Apoſtolicam fidem, & vniuerſalium ſex Synodorum, per Spiritum S. probatam, ſicut tradita eſt nobis à S. Rom. Eccleſia, per omnia confiteantur, teneant & prædicent.* Octauum eſt: *Vt priuilegia antiqua à S. Rom. Sede delata, Eccleſijs omnibus conſeruentur.* Decimum quintum, *Interdicuntur omnibus iniuſta connubia & inceſtuoſa, tam cum ancillis Dei, vel alijs illicitis perſonis, quàm cum propinquis, & conſanguineis.* Decimum ſextum, *Adulterinos filios, ac ſanctimonialium, authoritate Apoſtolica ſpurios, & adulteros indicamus: virginem namque quæ ſe Deo vouerit, & ad inſtar S. Mariæ, veſtem induerit, ſponſam Chriſti vocitare non dubitamus.* Vigeſimum quartum: *Si quis (quod abſit) ſine pænitentia aut confeſſione de hac luce diſceſſerit, pro eo minime orandum eſt: Hæc Decreta (Beatiſſime Papa Adriane) in Concilio publico, coram rege Alfwaldo, & Archiepiſcopo Eanbaldo, & omnibus Epiſcopis, & Abbatibus regionis, ſeu ſenatoribus, ducibus, & populo terræ, propoſuimus, & illi (vt ſuperius fati ſumus) cum omni deuotione mentis iuxta poſſibilitatem virium ſuarum, adiuuante ſuperna clementia, ſe in omnibus cuſtodire deuouerunt, & ſigno S. Crucis in vice veſtra in manu noſtra confirmarunt, & poſtea ſtilo diligenti in charta huius paginis exararunt, ſignum S. Crucis infigentes, Ego Alfwaldus Tranſhumbranæ gentis Rex conſentiens, ſigno crucis ſubſcripſi.*

Anglorum reuerentia erga Papam.

Filij Monialium adulteri.

Confeſſio neceſſaria. Vide Epiſtolam Alcuini de Confeſſione apud Caniſium tom. part. 2.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM ANGLI SANCTITATE CLARI tempore Regis Bithrici.

1. IN cælum aſſumptus eſt tempore regis Bithrici, nempè Anno, 791. Burchardus Epiſcopus Herbipolenſis ſocius S. Bonifacij; *Vir* (vt ait Baronius) *Apoſtolicus, & ſanctitate illuſtris,* qui (vt tradit Egilvardus, in eius vita apud Surium, tom. 5.) erat ortu nobiliſſimus, & conſanguineus S. Bonifacij: *Erat eloquio valdè mitis, vultu verecundus & affabilis, in vigilijs ſedulus, in lectione aſſiduus, in eleemoſynis quantum facultas ſuppetebat, ſatis benignus, & beneuolus, ſollicitus de commiſſis, prouidus in conſilijs, in vniuerſis moribus compoſitus, in bonis actibus indefeſſus; in contemplatione præ cunctis ſuſpenſus.* Et addit, quod *multis miraculis Dominus B. Burchardi meritа magnificè declarauit.* Meminit etiam ibidem S. Swithumi Epiſcopi in Anglia, quem ait, fuiſſe fratrem S. Burchardi, & *Virum ſanctiſſimum; & egiſſe vitam miraculis plenam.* Qui videtur alius fuiſſe à S. Swithuno Wintonienſi Epiſcopo, de quo infra agemus. Nam ille obijt, Anno 862. cum S. Burchardus è vita migrauerit, Anno, 791. Valdè ſenex. Meminit etiam ibidem S. Megingaudi Angli, ſocij, & Succeſſoris S. Burchardi, qui (vt ait) *ingreſſus eſt viam vniuerſæ carnis, bonis operibus plenus, æternæ remunerationis brauium recepturus.* Atque hi quidem Angli cum alijs eorum ſocijs, extra Angliam ſanctitate claruerunt.

S. BVRCHARDVS. Martyrologium Rom. 14 Octobris. Gordon. An. 791.

S. Swithunus.

S. MEGINGAVDVS Confeſſor. Canis. Antiq. lect. part. 2. p. 140.

S. ETHELBERTVS R.

2. In Anglia vero hoc tempore ſanctitate claruit S. Ethelbertus Rex Orientalium Anglorum, vir ſanctiſſimus, qui dolo vxoris prædicti Offæ, innocenter cæſus, multis miraculis coruſcauit, & à Catholica Eccleſia Anglicana in ſanctos relatus eſt. Foxus in actis, p. 117. vocat eum, *Eruditum, & valdè pium principem.* Et Spedus in ſua Britan. l. 1. c. 25. ait, quod *in Diuorum numerum relatus eſt.* Polidorus l. 4. multa habet in laudem ipſius, ac ait, quod *Corpus eius Herefordiæ multis fulget miraculis.* Malmesburienſis l. 4. Pont. p. 287. *Deus euidentibus ſignis ſanctitatem eius notitiæ cunctorum tradidit.* Molanus, 20. Maij *Herefordiæ in Anglia S. Ethelberti Regis Angliæ Orientalis & martyris.* Idem habet Ferrarius ibidem. Watſus in notis

Florentius An. 794. Malmesbur. l. 4. Pontif. p. 287. Houeden. p. 410. Huntingd. Spec. l. 1. c. 9. & Paris in vita Offæ. Capgrauius. Brompton col. 748.

in notis ad Matheum Pariſium, vocat eum, *innocentiſſimum Principem, ac ſanctum martyrem.* Claruit etiam tunc temporis eius ſponſa Ethelrida, filia prædicti Offæ, quæ, occiſo S. Ethelberto ſponſo ſuo, ſeipſam recluſit iuxta corpus S. Guthlaci in Monaſterio Croilandenſe, vt refert Ingulfus, Hiſtor. Croiland. p. 855. Polidorus, l. 4. Watſus ſupra, & alij: ibique ſanctiſſimè vitam peregit. Claruit etiam tunc, S. Fremundus, *Offæ Regis* (ait Camdenus in ſua Britan. p. 461. aliàs, 500: *filius, vir magni nominis, & ſingularis in Deum pietatis; qui ſepultus ad Offæ patris palatium, (Offchurch nunc dicitur) poſteritati adhuc ſuperſtes eſt, vt pote qui inter Indigites relatus Diuinos* (ita ille loquitur) *honores apud multitudinem meruit, vitaque eius carmine ſatis eleganti ab antiquo ſcriptore deſcripta eſt.* Claruit etiam tunc, prædictus Alfwaldus *Rex* (ait Houeden, Anno, 779,) *pius & iuſtus.* Et Anno, 788. *Alfwaldus Rex, coniuratione facta ab eius Patritio Sigga, miſerabili occiſus eſt morte. Corpus verò eximij regis, ad Hagulſtadenſem Eccleſiam, cum magnis Monachorum cuneis, & clericorum cantilena, perlatum eſt, & in Eccleſia S. Andreæ Apoſtoli honorificè ſepultum: In loco verò quo Alfwaldus Rex iuſtus interfectus eſt, lux cælitus emiſſa dicitur videri à plurimis.* Et Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 3. *Alfwaldus ſine culpa trucidatur, quòd & celebris apud Hagulſtadum ſepultura, & diuina prætenderunt miracula.* Hoc etiam tempore claruiſſe videtur S. Oſanna, virgo, & ſoror Oſredi Regis Northumbrorum, de qua ſcribit Giraldus in Itinerario Cambriæ, l. 2. c. 2. Nam cum duo fuerint Oſredi Reges Northumbriæ, alter filius Alfredi qui mortuus eſt Anno, 716. vt habet Beda, l. 5. c. 23. & alius filius Alfwaldi præfati, qui vixit tempore Bithrici regis, huius potiùs, quam illius ſororem fuiſſe cenſerem, vt pote ſancti Patris piam filiam. Alcuinus ſcribit Epiſtolam, 40. ad Ædilthidem, *famulam Chriſti, olim reginam*, quam Anglam fuiſſe inde conijcio, quod munera miſerit ad Alcuinum trans mare, ſcilicet in Gallia tunc agentem. Houeden Anno, 794. ait, *ea tempeſtate Ethelhard. Dux quondam, tunc autem Clericus in Eboraca ciuitate, obijt.* Et Anno, 769. *Alric, quondam Dux, tunc Clericus in Eboraca ciuitate, obijt.* Et 799. *Osbald, quondam Dux & Patritius, & ad tempus rex, tunc verò Abbas, obijt, & in Eboracenſi Eccleſia ſepultus eſt.* Tantuſque tunc temporis numerus erat virorum principum in Anglia ad vitam religioſam conuolantium, vt Baleus, Centur. 2. c. 15. ſcripſerit. *His diebus, principes in Anglia multi, cum tonſura Monachatum induerunt.* De Humberto Epiſcopo Lichfeldenſi, ita Spelmanus in Conciliis p. 303. ex Manuſcripto codice S. Albani: *Iſte Humbertus, magnæ ſanctitatis vir fuit, literatura, & prudentia ſingularis: Regis* (Offæ) *Capellanus, conſcius eiuſdem ſecretorum, & Confeſſor, atque morum informator.* Ita Pariſius in vita Offæ.

3. Baleus, Centur. 13. c. 56. inquit, quod prædictus S. Lullus, *erat ſanctitatis approbatæ, & exemplum virtutum Gentibus Chriſtianæ fidei ſtudentibus, eximium ſe præbuit. Cumque iam vis Tirannica Bonifacium eius Patronum è medio ſuſtuliſſet, communibus ſuffragijs decretum eſt, vt præceptori diſcipulus ſimillimus ſuccederet, ne in ea Eccleſia cultæ bonæ artes, & literæ ſacræ, degenerarent.* Et de præfato S. Burchardo ait, ca. 57. *Burchardus, vir pius ac religioſus, præfuit Epiſcopali officio, docendo, atque alijs piorum munerum exercitijs, quadraginta annis integris prudentiſſimè.* Et de Sancto Wilihado, c. 60. *VVilihadus triginta quinque annis, tam Friſiis, quam Saxonibus prædicauit, Magnatum liberos primùm literis imbuebat, ac plerunque per occaſiones, pias conciones fecit, martyrijque deſiderio, Bonifacij more, pro Rom. Eccleſia flagrabat.*

S. ETHELRIDA

S. FREMVNDVS. Molanus 11. Maij ibique Ferrarius.

Capgrauius in Catal. Col. anno 1.58. Hiber. Spedus l. 2. c. 27.

S. ALFWALDVS R. Florentius An. 779. Ferrarius 6. Aprilis Hoinshed l. 6. c. 6. Hunt. l. 4 p. 344. Harpesfeld. ſæc. 8. c. 11. in Westmon. An. 789. Simeon Dunelm. l. 2. c. 4. & An. 788. Vita dus Hagulſ. c. 17.

S. OSANNA Capgrauius habet vitā S. Oſannæ Hiberna

Ædelthidis R.

OSBALDVS R. Simeon Dunelmen. An. 799.

S. HVMBERTVS. præſtantes agnoſcunt ſanctitate S. Lulli.

S. Burchardo

S. VVilihado

S. VVilihadus, Papiſtā

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ANGLI DOCRTINA CLARI TEMPORE Bithrici Regis.

ALCVINVS. Piſeus.u 129.

1. **E**X Anglis, doctrinâ celeberrimus hoc tempore fuit *Flaccus*, cognomento *Alcuinus*, ſeu *Albinus*, de quo innumera extant doctorum virorum Elogia, quæ legi poſſunt apud Quercetanum in præfatione editionis ſuæ. Sed ita Egginhartus Cancellarius Caroli Magni in vita eius. *In diſcenda Grammatica, Petrum Piſanum Diaconum ſenem audiuit: In cæteris diſciplinis, Albinum cognomento Alcuinum, item Diaconum, de Britannia Saxonici generis hominem, virum vndecunque doctiſſimum, præceptorem habuit.* Hincmarus l. de Prædeſt. *Orthodoxus, & magnus doctor Alcuinus.* Baronius, Anno, 770. vocat Gymnaſium Eboraci, vbi docuit Alcuinus, *florentiſſimum*, & Alcuinum, *præclariſſimum Doctorem.* Et Anno, 802. *Huius ſæculi facem.* Harpesfeldus, ſæc. 9. c. 2. *Angliæ noſtræ, & totius huius ſæculi ornamentum.* Annales Fuldenſes, Anno, 794. *His temporibus, Alcuinus ſanctitate, & doctrina clarus habetur.* Sigebertus, Anno, 790. *Alcuinus Magiſter delitioſus Regis Caroli ſcientia literarum præpollet in Gallia.* Similiter Trithemius in ſcriptoribus. Sed Proteſtantes audiamus; Baleus. Centur. 2. c. 17. *Alcuinus, [a] Bedæ primum; Egberti Archiepiſcopi poſtea, obſequentiſſimus diſcipulus, Theologorum ſuæ ætatis, imo omnium Anglorum abiuitio, poſt Bedam, & Aldelmum, longe eruditiſſimus credebatur. Græcè, Latinè, & Hebraicè peritus.* Magdeburgenſes, Centur. 8. c. 10. col. 777. *Alcuinus, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ ſibi comparauit notitiam. Rhetoricam, Phyſicam, Mathemata, & Aſtronomiam didicit, Literas ſacras diligenter, & cum fructu legit. Poſt Bedam & Aldelmum, omnium Anglorum longè eruditiſſimus fuit.* Col. 780. *Eius magiſterio, Franci antiquis Romanis facti ſunt æquales.* Et Col. 782. *Non tantùm ſcientia, ſed, & morum honeſtate, inſignis fuit, & [b] miraculis præclarum fuiſſe, Schedelius dicit.* Pantaleo, l. de viris illuſtribus Germaniæ: *Alcuinus, vir longè doctiſſimus.* Selden, l. 2. Analect. c. 2. *Alcuinus omni, (quæ ætas illa tulit) literarum genere doctiſſimus.* Spelmanus in Concilijs, p. 306. *Alcuinus, vir inter eruditos ſui ſæculi, extra aleam poſitus.* Et p. 218. *Alcuinus, vir illius ſæculi in ſacris ſcripturis longè eruditiſſimus, Caroli quippe magni inſtitutor & literarum apud Gallos reſtitutor.* Vbbo Emmius, rerum Friſicarum l. 4. *Alcuinus Eboraci, literas magna admiratione, atque hominum fama docuit, quo tum magiſtro atque in literis præfecto, magnis ex Anglia euocato præmijs, publice, & priuatim Carolus vtebatur.* Camdenus, in ſua Britannia, p. 573. alias 629. *Alcuinus Eboracenſis Caroli Magni Præceptor, Pariſienſis Academiæ inſtitutor, atque vnicum huius vrbis* (Eboraci) *decus.* Twinus, l. 2. Antiq. Oxon. S. 113. Vocat *Alcuinum diuiniſſimum hominem* Et ſect. 204. *Doctiſſimum.* Catholicam fidem huius incliti viri vide collectam ex eius ſcriptis, apud Copum Dial. 4. c. 10.

Proteſtantium eloq. a de doctrina Alcuini. *a Gordon An. 724. 731. Myrtius in libello ad Honorium de ſcriptor. c. 2.* *b Harpesfeld. ſæc. 9. c. 14.*

2. Hunc eruditiſſimum virum [c] Scoti aliqui ſuum eſſe contendunt. Cæterum, præterquam quod nullum antiquum, & fide dignum teſtimonium proferunt, multis eiſque expreſſis ipſius Alcuini, & aliorum antiquorum ſcriptorum teſtimonijs refelluntur. Nam Epiſtola 1. ita ipſe ſcribit ad Carolum Magnum: *Deſunt mihi ſeruulo veſtro, exquiſitiores eruditionis Scholaſtici Libelli, quos habui in [d] patria per bonam, & deuotiſſimam Magiſtri mei Egberti induſtriam, vel etiam mei ipſius qualemcunque ſudorem — Ideo hæc veſtræ Excellentiæ dico, ne forte Veſtro placeat totius ſapientiæ deſideratiſſimo conſilio, vt aliquos ex pueris noſtris remittam, qui excipiant indè nobis neceſſaria, quæque, & reuehant in Franciam flores Britanniæ, vt non ſit tantùm modo in Eborica hortus concluſus, ſed in Turonica, emiſſiones Paradiſi.* In quibus verbis apertè vocat Eboracum, *patriam ſuam*. Vbi Magiſter ſuus Egbertus Archiepiſcopus, nobiliſſimam collegerat bibliothecam. Et in alia Epiſtola ad Eanbaldum Archiepiſcopum Eboracenſem, apud Malmesburienſem, l. 1. Regum, c. 3. profitetur, quòd in eius Eccleſia *nutritus, & educatus fuit.* Epiſt 98. ad Fratres Eboracenſes,

c Boeth. ubi ſ. H. Hor. Scot. Camerarius l. 2. Scot. Demp. Florens. *d Eboracum patria Alcuini.*

Vos

Vos fragiles infantiæ meæ annos, materno fouiſtis affectu —— *Et fortè miſerebitur mei Deus, vt cuius infantiam aluiſtis, eius ſenectutem ſepeliatis.* Et Epiſtola 50. vocat ſe, *Eboracenſis Eccleſiæ Filium.* Item in alia ad Egelredum regem Northumbrorum ait quòd *in Eccleſia, S.* [e] *Cutberti* (Lindisfarni) *poſt diſceſſum S. Paulini ab Eboraca, religio Chriſtiana in Gente noſtra ſumpſit exordium.* Item in alia ad Osbertum Patritium: *Noſtrum Regnum Northumbrorum penè perijt, propter inteſtinas diſſentiones.* Ibidem: *Inſula noſtra prope 340. annis à parentibus eſt inhabitata noſtris.* Quid clarius, quàm quòd Northumbrana Prouincia ſit patria Alcuini, regnum, & gens eius. Et quòd nutritus, & educatus fuit Eboraci? Præterea, Epiſtola, 108. vocat B. Gregorium, *Prædicatorem* (id eſt, Apoſtolum) *noſtrum.* Et in alia ad Ethelardum Archiepiſcopum Cantuarienſem, appellat Canturiam, *Primi Doctoris noſtri* S. Auguſtini) *ſanctiſſimam Sedem.* Nec habet Dempſterius aliud quòd ex Alcuino obijciat quam quòd (inquit ille) *Epiſtola, 26. vocat ſe, Vernaculum Scotorum.* Cæterum, more ſuo [*] Impoſtorem agit. Nam, nuſquam ſe vocat, *Vernaculum Scotorum*, ſed *humilem Eccleſiæ Chriſti vernaculum.* Ac titulus Epiſtolæ ſeptuageſimæ primæ, quæ veteris editionis, eſt viceſima ſexta, ita habet: *Dilectiſſimis viris, fratribus in Prouincia Gothorum, humilis Eccleſiæ Chriſti vernaculus, Albinus.* Vbi prius pro *Gothorum*, malè legebatur *Scotorum.* Vnde Epiſtola nonageſima nona eſt *ad Fratres in Gothia.* Et in Epiſtola dedicat. librorum contra Elipantum: *Sanctiſſimis Gothiæ Prouinciæ partibus Epiſcopis, Abbatibus, fratribus &c.* Et in Carmine, 223. *Gens ſacra Gothorum, ſanctus ſine fine valeto.* Et Anonimus in vita eius: *Benedictus, de Gothiæ partibus ſæpe properabat.* Et Gothi illi ad quos Alcuinus ſcribit, erant vicini Hiſpaniæ, vti ipſemet ait in Epiſtola citata. Simili impoſtura corrumpit verſus illos Poetæ Germani Euſtachij Pruteni.

[e] Hæ poſtel. ſec. 9. c. 2.
[*] Northumbria gens Alcuini.
[*] Vide Vſſerium Antiq. Brit. c. 15 p. 519 613 626 660. 666. c. 16 p. 727. Colganum in Notis ad 1 & 4 vit. S Colūbani Gothia Gallica. Malmesbur. l. 4. Reg. Gothi & Guaſcones. Vulgo Languedoc. lib 1 Eccleſ. Scot c 13.

Quid non Alcuino fecunda Lutetia debes?
Inſtaurare bonas ibi qui fœliciter artes,
Barbariemque procul [f] *ſolus depellere cœpit.*

In quibus pro *Solus* reponit *Scotus.*

[f] Camden p. 105. Piſeus n. 323.

3. Quod etiam Alcuinus Anglus fuerit, conſentiunt omnes fide digni ſcriptores, vt Eginhardus (qui Alcuinum nouit in vita Caroli Magni, vetus Author vitæ eius apud Quercetanum, quam ſcripſit, dictante [g] Siguulfo Alcuini diſcipulo, Notkerus Balbulus, Honorius Auguſtodunenſis, l. de Illuſtribus Scriptoribus; Canonicus Senonenſis in geſtis Epiſcoporum Senonenſium: Chronicon magnum Belgij, Martinus Polon. Anno, 783. S. Antoninus, tit. 14. ca. 4. Beluacens, l. 23. c. 173. Bzouius, in vita Silueſtri, 2. Penottus, l. 2. c. 26. Auentinus, l. 4. Hiſt. Boiorum, Poſſeuinus, in Apparatu; Gualterus, in Chron. p. 424. Quercetanus, in præfatione Editionis operū eius; Harpesfeldus, ſec. 9. ca. 14. Chronicon tom. 3. edit. à Cheſneo, p. 358. Poëta Saxonicus antiquus, ibid. tom. 2. p. 177. Monachus Sangallerſis, ibid. p. 108. Annales Metenſes, tom. 3. p. 298. Trithemius de viris illuſtribus, Et lib. de Scriptor. Eccleſ. Nauclerus Generat. 27. Gaguinus, l. 4. Genebrardus Anno, 791. Caluiſius, Anno, 778. Bellarminus in ſcriptoribus. Malmesburienſis, 1. Regum, c. 3. Polidorus, l. 5. Ferrarius, 19. Maij. Imo & Leſleus Scotus, l. 5. Hiſtoriæ, c. 70. Innuit etiam Gordonus Scotus, Anno, 771. cum ait: *Sub hoc tempus Miſſus eſt ex* [h] *Anglia Albinus ad Carolum Magnum, amicitiæ contrahendæ gratia.* Ipſemet tamen Epiſtola 23. ait ſe accerſitum fuiſſe à Carolo.

[g] Vide tomum 3 Cheſnij p 323.
[h] Malmesbur. l. 1. Reg. c. 3. p. 24.

4. Plerique etiam Scriptores aſſerunt Alcuinum iecisſe fundamenta, ſeu fuiſſe authorem Pariſienſis Academiæ; Ita enim ſcribit Gordon in Chronico, Anno, 791. *Alcuinus dictus Albinus Bedæ diſcipulus, quo vſus eſt ante præceptore Carolus in Gallia nunc nobiliſſimæ Pariſienſis Academiæ fundamenta iecit, ſocijs Rabano, Claudio, & Ioanne Scoto.* Et ex exteris, idem teſtantur Goulettus, in Compendio priuilegiorum Academiæ Pariſienſis, Genebrardus, l. 3 ſæc. 8. Spondanus, Anno, 1334. Duuallius de Infallibilitate Papæ, q. 2. Chronicon Magnum Belgij, Anno, 770.

[*] Alcuinus præceptor Academiæ Pariſien.

Perronius, l. contra Pleſſeum, Rector Academiæ Pariſienſis apud Botereium, l. 7. ſupplementum Chronicorum, Yepes, Anno, 557. S. Antoninus, tit. 14. c. 4. Palmerius, Anno, 791. Acciolus, in vita Caroli Magni, Boſſius, l. 21.. 9. Poſſeuinus, Bibliothecæ ſelectæ, l. 3. c. 6. & in Apparatu v. Alcuinus; Martinus Polonus, Anno, 783. Bzouius, Anno, 1334. Polidorus, l. 5. Gualterus in Chron. p. 415. Trithemius, de viris illuſtribus, c. 26. Serrarius, l. 4. rerum Mogunt. Magdeburgenſes, Centur. 8. c. 10. Caluiſius, Anno, 792. Et ex Anglis, Polus in orat. ad ordines Angliæ, Roffenſis, l. 3. de vnica Magdalena, Harpesfeldus, ſec. 8. c. 25. & ſæc. 9. c. 14. Pitſeus ætate 8. n. 124. Camdenus in Britan. p. 106. 629. T. inus, Apolog. Academiæ Oxonienſis, l. 2. ſec. 123. Et in Sectione, 164. refert literas Academiæ Oxonienſis ad Ioannem Papam, 22. vbi ita ſcribit. *Conſtat Albinum Anglum, Caroli Magni Magiſtrum, fuiſſe Pariſiis ſtudij Fundatorem, quod non Anglicæ, imò Gallicæ, atque Romanæ conteſtantur Hiſtoriæ.* Et aliàs Eduardi Regis primi ad Ioannem 21. in quibus ait: *Dubium non eſt ſecundum veterum teſtimonia ſcripturarum, Gallicanum* (ſtudium) *ab Anglicanis noſtris traxiſſe principium* Hinc poëta Germanus: *Quid non Alcuino;* vt ſupra §. 2. Certè Amalarius, l. de ordine Antiphonarij, c. 58. vocat eum, *doctiſsimum magiſtrum totius regionis noſtræ.* Scilicet Galliæ. Et Monachus Sangallenſis, in vita Caroli magni, inquit; *Cuius in tantum doctrina fructificauit, vt moderni Galli ſiue Franci, antiquis Romanis vel Athenienſibus æquarentur.* In vita eius ſupra cit. dicitur, *ipſe Carolum multa erudiuit cura artibus ſecularibus, ſcripturiſque diuinis.* Et vocatur *Magiſter optimus in tota Francia.* Ipſemet Epiſtola nona, ſcribit ſe docuiſſe, *in Palatio regis.* Ac Harpesfildus ſæc. 8. c. 25. refert, quod Martinus IV. Papa iudicauit Anglos, *eſſe primariam nationem Academiæ Pariſienſis.* Demum Melanthon, Epiſtola 26. tomo 1. ita ſcribit ad Henricum 8. regem Angliæ: *Scimus, olim cum propter arma Gothica, penè extinctæ, eſſent in Europa literæ, ex Inſula tua rurſus, in totum orbem propagatas eſſe.* Et tamen hi homines audent maiores noſtros inſcitiæ condemnare. Neque (vt quidam aſſerit) fundata eſt Academia Pariſienſis ante aduentum Alcuini in Galliam, cum [vt retulimus ex Gordono] fundata ſit Academia, Anno, * 791. & Alcuinus præpolleat in Gallia An. 790 vt tradit Sigebertus eo Anno, Gordon An. 771. *ſub hoc tempus miſſus in Galliam Alcuinus.* & Colganus 20. Martij probat eum fuiſſe ante An. 780. Poſſeuin v. Alcuinus, ait eum miſiſſe libros de Trinitate ad Carolum An. 770. Neque ſolum in regno Anglo-Northumbrorum, ſed etiam, & in regno Anglo-Merciorum hoc tempore literæ floruerunt. Nam ita ſcribit Alcuinus, Epiſtola, 38. ad Offam Merciorum regem: *valdè mihi placet, quòd tantam habetis intentionem lectionis, vt lumen ſapientiæ luceat in regno veſtro, quod multis modò extinguitur locis.* Neque dubium eſt, quin Offa plurimum promouerit ſtudium literarum in Anglia, qui tantos redditus Scholæ Anglorum Romæ contulit, prout ſupra retulimus.

Nauclerus Gen. 28. p. 704 Nota locus à Ieſu Maria in Altare Intenſi p. 191.

Alcuinus venit in Galliam antequam inciperetur Academia Pariſienſis.

† Gualter in Chron. Nauclerus Generat. 27.

4. Nemo autem confundat hunc Alcuinum ſeu Albinum, cum Albino illo, cuius mentionem facit Beda in Præfatione ſuæ Hiſtoriæ, & l. 5. c 21. Ille enim Cantuarienſis erat, iſte Eboracenſis: ille diſcipulus S. Theodori Archiepiſcopi Cantuar. qui obijt, Anno, 690. vt teſtatur Beda, l. 5. cap. 21. cit iſte verò, diſcipulus Egberti Archiepiſcopi Eboracenſis, qui migrauit è vita, Anno, 766. ille fuit æqualis Bedæ, vt liquet ex præfatione prædicta, iſte multo iunior, & (vt multi aſſerunt) diſcipulus Bedæ; ille fuit Abbas in Anglia, & ſucceſſor S. Adriani, vt idem tradit, l. 5. ca. 21. cit. iſte in Anglia, ſolius Cellulæ S. Wilgiſſi gubernator, vt ipſemet inquit in vita S. Wilibrordi, c. 1. Illius nomen, fuit Albinus: huius verò cognomen, Albinus, ſeu Alcuinus, nomen verò *Flaccus.* Nam quandocunque vtrumque nomen apponit, ſe *Flaccum Albinum*, ſeu *Flaccum Alcuinum* nuncupat, vti teſtatur Quercitanus in præfatione operum ipſius, & videre eſt Epiſt. 1. 3, 6. 14. 16. 22. 27. 34. 105. & in Epiſtola de æterno, ad Carolum Magnum p. 766. Ille obijt Anno, 722. vt tradit Harpesfeldus, ſec. 8. c. 6. aut * 732. (ait Weuet.) Iſte ſuperfuit ad annum, 809. vt idem tradit, ſæc. 9. c. 14. Habuit hic Alcuinus plurimos celebres diſcipulos, vt in Anglia, Eanbaldum Archiepiſcopum Eboracenſem: & S. Lugderum Epiſcopum

** S. c. Theronus col 1772*

Diſcipuli Alcuini

Epiſcopum Monaſterienſem. Et in Gallia, Rabanum, Amalarium Aimonem, Vſuardum, Carolum Magnum, & alios. Et (vt ait Yepes, Centur. 3. Anno, 786.) *Ordinem Benedictinorum æque illuſtrauit ac quiſquam alius poſt Gregorium Magnum.* Hunc Catholiciſſimum virum, Proteſtantes aliqui vendicant, eò quòd (vt refert [i] Houeden, Anno, 792. p. 405.) ſcripſerit contra adorationem Imaginum, ſed non aduertunt eam adorationem imaginum, contra quam ſcripſit Alcuinus, (ſi modò ſcripſit) fuiſſe talem, quali adoratur Deifica Trinitas, vt conſtat ex Chronico Moiſſiacenſe, Anno, 794. his verbis: *Allata eſt in eadem Synodo, quæſtio de noua Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus Conſtantinopoli fecerant; in qua ſcriptum habebatur, vt qui Imagines ſanctorum, ita vt Deificam Trinitatem, ſeruitio aut oratione non impenderent, Anathema iudicauerunt.* Et ex verbis Concilij Francofortenſis relatis ex Goldaſto à Spelmano in Concilijs, p. 307. *Nam abſit à nobis* (inquit Adrianus Papa illius temporis) *vt ipſas Imagines, ſicut quidam garriunt, deificemus.* Aliàs verò adoraſſe, ſeu coluiſſe Imagines, Alcuinum, conſtat ex l. de officijs, c. 18. vbi ait, quòd in die Paraſceues, *Pontifex adoratam deoſculatur Crucem.* Et carmine 18. ita canit.

Vexillum ſublime Crucis venerare fidelis,
Qui qua ſe munit, triſtia non metuit.

[i] *Vt ſu-mon. An 793.*

Et author vitæ eius refert, quòd cum diſcipulus ſuus eum interrogabat, *quando crucem videns, ſe contra eam inclinabat, quæ verba labris ſilenter depromeret. Ille verò, hæc inquit: Tuam Crucem adoramus Domine, &c.* Sed & Gregorium magnum, & Bedam coluiſſe crucem, & Imagines, * ſupra ex Proteſtantium confeſſione retulimus. Adde, quòd huiuſmodi ſcriptum Alcuini, contra Imaginum cultum, nuſquam extet, vt veriſimillimum ſit (quod ait [k] Harpesfeldius, ſæc. 9. c. 14.) quòd ſit ſuppoſititium. Baleus Cent. 13. ca. 59. *Candidus magnam ſibi ab elimata eruditione inter ſuos laudem peperit.* Genebrardus, ſæc. 8. *Haymo & Strabus fratres doctiſsimi, qui & Bedæ fratres habiti ſunt.* Idem habet Ciaconus in vita Gregorij P. 2. De Haymone agunt Magdeburgenſes, Cent. 9. c. 10. Myreus in Scholijs ad Honorium de ſcriptoribus c. 135. & alij.

* *c. 7. ſ. 4.*
[k] *Vide eum ſec. 9. c. 14. ſec. 8 c. 5. & in præfat. Hiſtoria ſua.*
CANDIDVS. HAYMO.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA AB ANGLIS tempore Regis Bithrici.

1. DE præfato S. Ethelberto rege, ita ſcribit Malmeſburienſis, l. 2. Regum, p. 88. *Deus adeò euidentibus ſignis ſanctitatem eius prodidit, vt hodieque ſedes Epiſcopalis Herefordiæ ſub ipſius nomine conſecretur.* Quæ repetit, l. 4. Pontif. p. 287. & addit: *Eſt ergo martyr, & creditur, non rationibus humanis, ſed virtutibus diuinis.* Polydorus, l. 4. *Corpus Ethelberti martyris, multis floret miraculis.* Vitam eius, & nonnulla ipſius miracula refert Capgrauius; Eumque inter Proteſtantes, Powellus in c. 1. Itinerarij Cambriæ, vocat *Martyrem.* Camden in ſua Britan. p. 461. aliàs, 553 ait, *Herefordia, incrementa maxima religioni, & Ethelberti Orientalium Anglorum regis martyrio, accepta ferat, qui martyrum catalogo inſertus, templum hic ſibi habuit, à Wilfrido Regulo extructum.* Harpesfeldus ſæculo, 8. ca. 18 ſcribit de hoc tempore: *Deus per B. Martyrem Albanum miracula infinita, ad incredibilem opem, ſalutem, & ſanitatem omnis ſexus & ætatis hominum, qui cum morbis qui omnem humanam opem ſuperabant, conflictabantur, ample, & inſigniter effudit.* Et ibidem, c. 21. ait, quòd corpus Alcmundi regis Northumbrorum, *apud Derbiam reconditum eſt, ſtructo eo loci memoriæ eius,* * *templo, quæ celebris propter miracula, ab eo ibidem poſt mortem edita, habetur.* Huntington, l. 1. p. 305. ſcribit, quòd apud ſanctum Albanum, *vſque hodie fit curatio infirmorum, & operatio virtutum.* Pariſius in vita Offæ Regis: *Miracula æterna recordatione ibidem celebrantur in conſpectu regis (Offæ) & Antiſtitum, & omnium illic*

Miracula S. Ethelberti.
Regu. Camden. p. 471. Brompton. col. 754.
S. Albani.
S. Alcmundo Regis.
* *Extat adhuc apud Speed in deſcript. Derbia. c. 14.*

exiſtentium. Nam mortui ad vitam reuocantur, ſemineces ad ſoſpitatem reſtaurantur, leproſi mundantur, paralytici ſolidantur, febricitantes curantur, contracti eriguntur, muti, ſurdi, cæci, & arreptitij, imo omnes languidi, & ſe male habentes malorum remedia recipiunt, quæ Dei beneficia vſque in hodiernum diem, fieri non deſiſtunt. Houeden, Anno, 794. *Pagani Monaſterium Domi amnis prædauerunt, ſed S. Cuthbertus non ſine punitione eos ſinebat abire. Princeps quippe eorum ibidem crudeli nece occiſus eſt ab Anglis, & poſt exigui temporis ſpatium, vis tempeſtatis eorum naues quaſſauit, perdidit, contriuit, & perplurimos mare operuit.*

Simeon Dunelmi. An. 794. & l. 2. c. 5.

FASCICVLVS FLORVM PRIMORVM ducentorum annorum.

IAmque ventum eſt ad finem Heptarchiæ regum in Anglia, & primorum ducentorum ſæculorum, quibus Angli Catholicam fidem amplexi ſunt: Modò conficiamus faſciculum ex floribus, ſanctitatis, eruditionis, conuerſionis Gentium, & miraculorum, quos intra id tempus illa religio in Anglia peperit.

Septem Reges Angliæ ſancti intra 200 annos.

1. Quoad ſanctitatem, peperit ſeptem reges, partim ab Eccleſia Romana ſanctorum Catalogo aſcriptos; partim à Catholica Eccleſia Anglicana olim religioſè cultos, S. [a] Ethelbertum regem Cantij. S. [b] Sebbum regem Orientalium Saxonum. S. [c] Ethelbertum regem Eſtanglorum [d] S. Alcmundum: Sanctos [e] Eduinum, [f] Oſwaldum, & [g] Oſwium Reges Northumbrorum; & S. [h] Richardum, regem [vt opinor] Weſt-Saxonum. Ex quibus S. Sebbus, ſub finem vitæ, etiam Monachus fuit, reliqui ſæculares.

a c. 3. ſect. 2. p. 96. b c. 2. ſec. 2. p. 104. c c. 12. ſec. 2. d c. 12. ſec. 4. e c. 1. ſ. p. 2. 97. f c. 1. ſec. 2. p. 97. g c. 2. ſec. 2. p. 104. h c. 8. ſec. 2.

2. Intra idem tempus, peperit decem reges, qui pietate inſignes ſponte ſua regnis ſuis abdicatis, aut in Anglia Monaſticæ vitæ ſe adduxerunt, aut Romam religionis gratia peregrinati ſunt: nempe, S. Sebbum, & S. Richardum prædictos: [i] Sigebertum regem Eſtanglorum. [k] Ethelredum & Coenredum reges Merciorum: [l] Offam regem Orientalium Saxonum. [m] Ceolwlfum & [n] Eadbertum reges Northumbrorum. [o] Ceduallam ac [p] Inam Reges Weſt-Saxonum: vt omittam Oſwinum regem Northumbrorum, qui (vt tradit Beda) l. 4. c. 5. *in tantum tenebatur amore Romanæ & Apoſtolicæ inſtitutionis, vt ſi ab infirmitate ſolueretur, etiam Romam venire, ibique ad loca ſancta vitam finire diſponeret.* Vt iure dixerit [q] Gretſerus in obſeruatione ad vitam S. Wilibaldi, c. 5. *Audenter dico, nullum in orbe Chriſtiano, regnum tot vidit reges ſponte ſua relicto regno, ad vexillum crucis euolantes, quæ vidit Anglia.* Et Camdenin Britan. p. 628. *Nec alia eſt inter Chriſtianos Prouincia, quos tot tantoſque Principes, Martyrum & Confeſſorum gloria decoratos, quam Anglia numeret, qui ob ſolidiſſimam in Chriſtiana religione conſtantiam, firmiſſimam eius profeſſionem, ſinceriſsimque ſanctitatem in ſanctorum martyrum, & Confeſſorum numerum fuerint relati, adeo vt Britannia veriſſimè diceretur, Regio ſanctorum fœcundiſſima.*

Decem Reges Angliæ abdicarunt ſe Regnis intra 200 annos.

i c. 1. ſec. 3. p. 99. k c. 7. ſec. 2. l c. 7. ſec. 2. p. 131. m c. 8. ſe. 2. n c. 21. ſe. 2. o c. 6. ſec. 1. p. 125. p c. 7. ſec. 1. p. 129. q Idem dicunt Boſius l. 4. c. 1. l. 8. c. 1. Pitſeus lib. 2. de Relig. c. 26. Capgr. in Prolego Faſciculus temporum Spelman. in Epiſt. dedic., Conciliorum Speda: in ſ... Hiſt. & l. 6. c. 9. Wenor. in Monum. p. 62.

3. Intra eoſdem ducentos annos eadem Catholica Religio in Anglia peperit ſeptem Reginas Anglas, partim à Rom. Eccleſia in Sanctarum numerum relatas, partim olim à Catholica Eccleſia Anglicana religioſe cultas. S. [a] Edeltrudem reginam ac virginem vxorem Egfridi Regis Northumbrorum S. [b] Bathildem vxorem Clodoueri 2. Regis Francorum [c] S. Ermenildam vxorem Wulferi Regis Merciorum. S. [d] Sexburgam vxorem Ercomberti Regis Cantij. S. [e] Cuthburgam vxorem Oſredi Regis Northumbrorum. S [f] Oſitham ſponſam Sigheri Regis Eſt-Saxonum, & [g] Kineſwiptam ſponſam Offæ Regis Eſt-Saxonum eiuſque ſororem S. [h] Kineburgam vxorem Alfredi regis Northumbrorum.

a ſupra c. 3. ſec. 1. p. 211. b c. 2. ſec. 1. p. 105. c c. 4. ſec. 2. p. 116. d c. 5. ſec. 2. p. 116. e c. 7. ſec. 2. p. 131. f c. 2. ſec. 2. p. 107. g c. 2. ſec. 2. p. 107. h c. 2. ſec. 2. p. 107

4. Ac

4. Ac reginas vndecim, quæ intra idem tempus regiæ pompæ valedicentes, moniales factæ ſunt, prout factæ ſunt omnes Reginæ S. iam dictæ: & præter eas [i] Ethelburga vxor S. Eduini Regis prædicti [k] Eanſleda vxor præfati Regis Oſuini [l] Hereſuida vxor Edilheri Regis Orientalium Anglorum [m] Ermenburga vxor ſecunda Egfridi Regis Northumbrorum. [n] Edilburga vxor Inæ Regis Occidentalium Saxonum. [o] N. vxor S. Sebbi Regis, quam Beda l. 4. c. 11. non nominat. [p] Edelthidis, [q] Rictiitha, [r] Werburga [s] Frigedida, & [t] Ermenburga regina Merciorum.

i c. 1 ſec. 2. p. 97. k c. 2 ſec. 2 p. 105. 136. l c. 1. ſec. 2. p. 105. m c. 5 ſec. 2. p. 117. n c. 7. ſec. 2. p. 131. o c. 2. ſec. 2. 105.

p c. 12. ſec. 2. q c. 11. ſec. 2 r c. 11. ſec. 2. ſ c. 8. ſec 2. t c. 2 ſec. 2 p. 105.

5. Ex regum Angliæ filijs intra eoſdem ducentos annos fuerunt octo ſancti, nempe, [a] Ruffinus & Wulfaldus filij Wulferi Regis Mercioum [b] Ereonualdus filius Regis Offæ, [c] Wilibaldus, & Winibaldus filij Regis Richardi, [d] Germanus, filius Regis Annæ Orientalium Anglorum. [e] Egeluinus filius Kinigilſi Regis. [f] Fremundus filius Offæ Regis [g] Ethelbertus, & Ethelredus, filij Ermenredi Regis Cantij. [h] Ædibbertus, filius Edilbaldi Regis Deirorum.

a c. 2 ſec 2 p. 106. b c 2 ſec. 2. p 106. c c. 9 ſec. 2. d c. 1. ſec 2. p 112. e c 2 ſec. 2. p 106

f c. 12. ſec 2. g c. 2. ſec. 2. p 107. h c. 7. ſec 2 p 133.

6. Ex Regum Angliæ filiabus, intra eoſdem ducentos annos ſexdecim, fuerunt ſanctæ, nimirum [i] S. Ebba filia Edelfridi Regis Northumbrorum. [k] S. Ethelburga filia Annæ Regis Orientalium Anglorum. S. [l] Withburga filia eiuſdem Regis Annæ item S. [m] Edburga Filia eiuſdem Regis Annæ. S. [n] Eanſwida filia Edbaldi Regis Cantij. S. [o] Hilda neptis S. Eduini Regis S. [p] Kineburga filia Pendæ Regis, [q] S. Sedrido Filia vxoris prędicti Annæ Regis [r] S. Werburga Filia Wulferi Regis. S. [s] Eartongatha Filia Ereonberti Regis Cantij. [t] S. S. Milburga & Mildreda Filiæ Merualdi Regis. S. [u] Werburga, Filia Annæ Regis præfati. S. [x] Frideſuida Filia Didani ſub-Reguli. S. [y] Walburgis S. Richardi Regis Filia. S. [z] Oſanna Oſredi Regis Filia, vt omittam 1 Tettam, ſororem Regis Cuthredi. 2. Ethelfitham, Filiam Offæ Regis Merciorum. 3. Edilburgam, Filiam Offæ Regis Orientalium-Saxonum. 4. Buggan, ſororem Cuthredi Regis, 5. Cillam ſororem Ceduallæ Regis, quas non inuenio pro ſanctis cultas.

i c. 1. ſec 2. p. 98. k c. 3 ſec 2. p. 112. l c. 1. ſec. 2. p. 112. m c. 1. ſec. 2. p 97. n c. 1 ſec 2. p 98. o c. 2. ſec 2. p. 107. p c 2 ſec 2. p 107. q c. 5 ſec. 2. p. 1 6. r c 4 ſec. 2 p. 133. ſ c 5 ſec. 2 p. 116.

t c 4. ſec 2 p 114. u c 4 ſec 2 p 113. x c 8 ſec. 2. y c. 9. ſec. 2 z c. 12. ſec. 2. 1 c. 9. ſec 2. 2. c. 12. ſec. 2 3 c. 4. ſec. 2 p 134. 4 c 5 ſec. 2. p. 116. 5. c 6 ſec. 2. p. 127.

Quanta autem fuerit Cleri ac populi Anglicani his temporibus pietas, patet ex ijs, quæ de regibus ac Reginis Angliæ retulimus, & teſtatur Beda l. 3. c. 26. ac l. 4. c. 27. eius verba citauimus ſupra c. 2. ſec. 2. §. 4. & c. 5. ſec. 2. §. 3.

Vnde iure aiunt, Huntington. li. 5. Houeden pag. 422. Weſt-Monaſterienſis An. 838. & poſt eos Foxus in actis ſuis pag. 135. *In Anglorum pridem Eccleſia primitiua, religio clariſſimè reſplenduit, ita vt Reges & reginæ, Principes, & Duces, Comites, & barones, Eccleſiarum rectores, cœleſtis regni deſiderio ſuccenſi, Monachatum, ſpontaneum exilium, vitam ſolitariam, certatim expetentes, relictis omnibus Dominum ſequerentur.* Malmesburienſis l. 3. Regum pag. 101. * *Augli, Chriſti fide ſuſcepta, paulatim & per incrementa temporis, pro otio, quod actitabant, exercitium armorum in ſecundis ponentes, omnē in religione operam inſumpſere. Taceo de pauperibus, quos fortunarum tenuitas plerumque continet, ne cancellos iuſtiti e tranſgrediantur; prætermitto graduum Eccleſiaſticorum viros, quos nonnunquam profeſſionis intuitus, ſed, & infamiæ metus à verò deuiare non ſinit. De regibus dico, qui pro amplitudine ſuæ poteſtatis, licenter indulgere voluptatibus poſſent; quorum quidam in patria, quidam Romæ, mutato habitu, cœleſte lucrati ſunt regnum, beatum nacti commercium. Multi ſpecie tenus, tota vita mundum amplexi, vt theſauros egenis effunderent, Monaſterijs diuiderent. Quid dicam de tot Epiſcopis, Eremitis, Abbatibus? nonne tota inſula indigenarum tantis reliquijs fulgurat, vt vix aliquem vicum inſignem prætereas, vbi noui ſancti nomen non audias: quam multorum etiam perijt memoria pro ſcriptorum inopia.* Capgrauius in prologo ſanctorum Angliæ. *Noſtræ memoriæ reducenda ſunt aurea illa tempora, cum primò in hac noſtra regione fides adoleuit, quantum in omnibus viguit Chriſtianæ religionis feruor. — Tam feruens fuit retroactis temporibus An-*

Bromton. col 962. * Pariſius An 1067. S. Ealredus in prologo vitæ S. Eduardi Præ cunctis regnis terrarum de ſanctitate Regum ſuorum Anglia gloriatur & Harpsfel ſec. 11 c. 5

glicanorum regum deuotio, vt mirum tum fuerit videre regem non ſanctum. Vnde & ille qui faſciculum temporum compilauit, aſſerit in ſua Chronica plures ſe inueniſſe in Anglia ſanctos reges, quam in vlla alia mundi Prouincia quantumcunque populoſa. Bannez ſecunda ſecundæ q. 1. ar. 10. *Anglia olim totius religionis exemplar extitit.* Sixtus Lambertus in vita Georgij Cardinalis: *Anglia illa fuit, quæ longa ſanctorum regum ſerie lætari potuit, cæteras Prouincias hac inſigni laude antecellens, reliquæ enim vno alterone rege gloriantur, ſola Britannia viginti ſex ſanctos habuit reges, vt Hiſtoriæ teſtantur, quorum dies feſti diuerſis orbis terræ partibus ab Eccleſia celebrantur.* Boſſius de ſignis Eccleſiæ, l. 8. cap. 1. *Illud Angliæ mirandum quòd nulla gens protulerit tot reges ſanctimonia & miraculis illuſtres, atque Anglia.* Flatus l. 2. Relig. c. 26. *Feracior horum exemplorum* (quod reges fierent Monachi) *Anglia fuit.* Gretſerus in obſeruat. ad vitam ſancti Winibaldi n. 5 *Audenter dico, nullum in orbe Chriſtiano regnum, tot vidit reges ſponte ſua relicto regno ad vexillum crucis euolantes, quot vidit Anglia.* Becanus l. de primatu Regis Angliæ c. 6. *Auſim addere, vix vllos in orbe Chriſtiano extitiſſe Reges, qui tam bene de Pontifice meriti ſunt, quàm Anglicani.* Hæc Catholici ſcriptores, tam exteri, quàm domeſtici; ſed Proteſtantes audiamus. Spelman. in epiſtola dedicat. ſuorum Conciliorũ. *Quis non ſtupeat plurium* (Regum Angliæ) *eximiam pietatem, incredibilem ardorem, eleemoſinas inſignes, multimoda opera miſericordiæ, munificentiam in miniſtros Dei, & in Eccleſijs condendis, ornandis, ditandis profuſionem magnificam, & admirabilem. Ferunt plus minus triginta reges, & reginas intra ducentorum annorum ſpatium depoſito mundani regni faſtigio, vt in cælum caperent, in religioſorum abiiſſe ſolitudinem, quindecim ſcilicet reges, vel plures, Monachos factos fuiſſe, reginas, vndecim moniales, duodecim etiam reges martyrio coronari memorantur, & decem pro eximia ſanctitate inter diuos redigi: adeo vt * quidam ait, mirum tum fuerit, regem videre non ſanctum: & † alius in ſua Chronica, plures inquit ſe inueniſſe reges ſanctos in Anglia, quàm in vlla alia mundi Prouincia, quantumcunque populoſa. Transeo regiæ Sobolis eximiam multitudinem.* Weuerus in ſuis monumentis pag. 62. *Hi Saxonici reges, ob vitæ ſanctimoniam, præferuntur omnibus regibus, & principibus mundi; tantus enim erat eorum feruens zelus in pietate, vt quiſque ſe fœliciſsimum putaret, qui in pijs actibus, dura pœnitentia, laborioſis peregrinationibus, & ſecreta ſolitudine curſum vitæ exigeret.* Spedus in proœmio ſuæ Hiſtoriæ: *Reges noſtri ob virtutem, & ſanctitatem recenſentur inter digniſsimos totius orbis.* Idemque repetit l. 6. c. 9. Daniel l. de Regibus Angliæ pag. 29. *Multi ex ijs regibus molliti humilitate ſuæ religionis, cæperunt ſtatim erigere tot ac tanta monumenta ſuæ pietatis in omnibus Angliæ partibus, ac ſi de eo certarent, nec de alio gloriarentur.* Similia ſcribit Holinshed l. 1. Hiſtor. Britanniæ. c. 7. Camden. in Brit. p. 628. Foxus in actis ſuis p. 131. & alij omnes Proteſtantes, qui de hac eximia pietate ſuorum Catholicorum regum Angliæ, effuſiſſimè gloriantur, ac tantopere laudant fructum Catholicæ religionis, quantopere ipſam ipſi cæci vituperant atque auerſantur. Quæ enim maior cæcitas eſſe poteſt, quam fructus arboris laudare, atque admirari, arborem autem ipſam execrari?

Vide Wolfhardum in vita S. Walburgæ. Hucbaldum Elnonenſem in vita S. Lebuini. Othlonum in vita S. Bonifacij. Baronium An. 674. 717. 703. 704 701. 709.

** Capgrauius in prologo. † Autor in faſciculo temporum.*

Proteſtantes laudant fructum, & damnant arborem.

QVOT

QVOT GENTES ANGLI CONVERTERINT ad fidem Chriſti, intra primos ducentos annos à ſua conuerſione.

S. Edwinus rex Northumbrorum, *ſuaſit Carpualdo Regi Eſtanglorum, fidem, & Sacramenta Chriſti cum ſua Prouincia ſuſcipere*, vt ait Beda l. 2. c. 15.

Zelus Regū Anglorum ad conuertendas gentes.

Regis Eduini.

S. Sebertus rex Eſtanglorum, *mox vbi regnare cepit, totam ſuam Prouinciam curauit facere participem fidei Chriſtianæ.* Idem Beda ibidem.

Regis Seberti.

S. Oſualdus Rex Northumbrorum, *mox vbi regnum ſuſcepit, deſiderans totam, cui præeſſe cepit, gentem, fidei Chriſtianæ gratia imbui, accerſiuit S. Aidanum Epiſcopum: vbi pulcherrimo ſæpe ſpectaculo, contigit vt Euangelizante Antiſtite, qui Anglorum linguam perfectè non nouerat, ipſe rex ſuis ducibus ac miniſtris interpres verbi exiſteret cæleſtis.* Beda l. 3. c. 3.

Regis Oſualdi.

Anna rex Orientalium Anglorum, fuit author conuerſionis Cenwalchij Regis Occidentalium Saxonum. Beda l. 3. ca. 7. Oſuinus rex Northumbrorum, fuit author conuerſionis Pedæ Regis Merciorum, eiuſque gentis, Beda l. 3. ca. 21. itemque reductionis Orientalium-Saxonum ad fidem Chriſti, Beda l. 3. c. 22. & vt idem Beda loquitur ibidem c. 24. *Rex Oſuin. ipſam gentem Merciorum, finitimarumque Prouinciarum, ad fidei Chriſtianæ gratiam conuertit.* Ac præterea errorem Quartodecimanorum regno ſuo expulit: Beda l. 3. c. 25.

Regis Annæ.

Regis Oſuini.

Wulferus, Rex Merciorum, *vbi comperit fidem Prouinciæ* (Orientalium Saxonum) *ex parte profanatam, miſit ad reuocandum ad fidem veritatis Prouinciam, Iarumanum Epiſcopum, qui Regem ac populum ad viam iuſtitiæ reduxit.* Beda l. 3. c. 30. Tantus erat zelus Regum Anglorum illorum temporum. Nec minor erat zelus Epiſcoporum ac ſacerdotum, S. Wilfridus Epiſcopus Eboracenſis, *diuertens ad Prouinciam Auſtralium-Saxonum, quæ eo adhuc tempore Paganis cultibus ſeruiebat, huic verbum fidei, & lauacrum ſalutis miniſtrabat.* Beda l. 4. c. 13. Et l. 5. c. 20. *VVilfridus Prouinciam Auſtralium-Saxonum ab idololatriæ ritibus ad Chriſti fidem conuertit.* Atque ibidem, *VVilfridus Romam iturus, vbi nauem conſcendit, flante Fauonio pulſus eſt in Friſiam, & honorificè ſuſceptus à Barbaris & rege ipſorum Aldegiſo, prædicabat eis Chriſtum, & multa illorum millia verbo veritatis inſtruens, à peccatorum ſuorum ſordibus fonte Saluatoris abluit: Et quod poſtmodum VVilibrordus reuerendiſsimus Chriſti Pontifex in magna deuotione compleuit, ipſe primus ibi opus Euangelij cepit.*

Regis Wulferi.

Zelus Epiſcoporum & ſacerdotum.

S. Wilfridi.

S. Egbertus ſacerdos *propoſuit animo pluribus prodeſſe, i. inito opere Apoſtolico, verbum Dei aliquibus eorum, quæ nondum audierant gentibus Euangelizando committere, quarum in Germania nouerat plurimas eſſe nationes. Sed ne id perficeret ſuperna ei oracula ſimul & opera reſtiterunt. Siquidem electis ſocijs ſtrenuiſsimis, & ad prædicandum verbum idoneis, vtpote actione ſimul, & eruditione præclaris, præparatiſque omnibus quæ ad nauigandum videbantur neceſſaria, diuino oraculo miſſus eſt ad Huenſes Monachos à Quarto-decimanorum errore reuocandos* Beda l. 5. c. 10. Et ibidem c. 23. refert quo modo illos Monachos conuerterit, cum per annos centum, & quinquaginta, vti ait l. 3. ca. 4. in eo errore permanſiſſent, vbi ait. *Huenſes Monachi veniente ad eos S. Egberto de natione Anglorum, correcti ſunt per eum, & ad verum Canonicumque Paſchæ diem tranſlati.* Et Marianus Scotus An. 715. *Egbertus Anglus vir ſanctus, Scotos conuertit.* Quantæ autem authoritatis hi Monachi fuerint refert Beda his verbis l. 3. c. 3. *Inſula Huy, Monaſterium in cunctis penè Septentrionalium Scotorum, & omnium Pictorum Monaſterijs non paruo tempore arcem tenebat, regendiſque eorum populis præerat* Idemque Beda l. 5. c. 22. ſcribit S. Ceolfridum Abbatem ſuum per literas conuertiſſe regem ac gentem Pictorum ab eodem errore Quarto-decimanorum.

S. Egberti.

De S. wilibrordo ac ſocijs eius ita ſcribit idem Beda l. 5. c. 11. *vt vidit vir Domini Egbertus, quod nec ipſe ad prædicandum gentibus ire permitteretur, nec VVitbertus in illas deueniens partes, quicquam proficiebat, tentauit adhuc in opus verbi mittere viros ſanctos,*

S. wilibrordi.

& induſtrios in quibus eximius VVilibrordus presbyterij gradu & merito præfulgebat. Erant autem numero duodecim, & quia Pipinus dux Francorum nuper citeriorem Friſiam ceperat, illuc eos ad prædicandum miſit. Hæc Beda, vnus autem ex ſocijs S. VVilibrordi erat S. Suibertus, qui prædicauit Friſijs, Hollandis, Lotharingis, Danis,
S. Suiberti. Weſtphalis, Saxonibus, Boructuarijs, Brunſuicenſibus, ac ſpecialiter Teiſterbandiæ, VVeſtphaliæ & Boructuariorum Apoſtolus vocatur. Vnde Molanus in Chronico ſanctorum Belgij c. 7. *Per Anglos, Catholicam fidem receperunt Friſij, hoc eſt, ij qui nunc dicuntur Traiectini Friſij Groningenſes, Tranſiſelani, Hollandi, Geldri,* Et Author Theatri conuerſionis Gentium p. 105. *Friſia Saxonia citerior, VVeſtphalia, Sicambria ſeu Nuſia, quæ nunc Geldria, Cliuia Iuliacum, ſeu Menapium, totus ager Traiectenſis qui Rheno alluitur, Batauia quæ nunc Hollandia, Walachia, Mattiacum, quæ, nunc Zelandia appellatur, omnes tuquam hæ Prouinciæ fide Chriſti illuſtratæ ſunt commodante ſuam operam S. VVilibrordo, Lebuino, VVenfrido, Suiberto, vt ex Marcellino Crantz.10, & Vſuardo didicimus.* De S. Bonifacio Apoſtolo Germaniæ, eiuſque comitibus ſatis multa diximus ſupra c 8. ſec. 2. Ex quibus patet Anglos, intra du-
S. Bonifacij centos à ſua conuerſione annos, conuertiſſe Scotos ac Pictos ad legitimum ac Catholicum tempus obſeruandi paſca, conuertiſſe ad fidem Chriſti, magnam partem Angliæ, ac maximam partem Germaniæ, ac Belgij: Infra videbimus, quod etiam conuerterint Daniam, Noruegiam, Suediam, ac Finlandiam, vt recte dixerit Baronius An. 737. *Anglos multas Prouincias ad Deum prædicatione conuertiſſe.*

ANGLI ERVDITIONE ILLVSTRES
intra hos primos ducentos annos.

SIbertus rex Orientalium Anglorum, *vir per omnia* (teſte Beda l. 2. c. 15.) *doctiſſimus.*

Alfredus Rex Northumbrorum, teſte eodem Beda l. 4. ca. 26. *vir in ſcripturis doctiſſimus.* Et l. 5. c. 13. *vir vndecumque doctiſſimus.*

Wigbertus preſbyter, *doctrina ſcientia inſignis* Beda l. 4. c. 10.

Tobias Epiſcopus Roffenſis, *vir doctiſſimus, cum ſcientia Literarum vel Eccleſiaſticarũ vel generalium, ita Græcam quoque cum latina didicit linguam, vt tam notas ſibi ac familiares ſibi eas quam natiuitatis ſuæ loquelam haberet.* Beda l. 5. c. 24. & ibidem c. 9 *vir latina, Græca, ac Saxonica lingua, atque eruditione multiplici inſtructus.*

S. Wilfridus Epiſcopus Eboracenſis, *vir doctiſſimus* Beda l. 3. c. 25. & l. 5. c. 20. *vir tantæ eruditionis ac religionis.*

S Aldelmus Epiſcopus Shireburnenſis; *Scripſit nonnulla vt pote vir vndecunque doctiſſimus, & ſermone nitidus, & ſcripturarum tam liberalium quàm Eccleſiaſticarum eruditione mirandus.* Beda l. 5. c. 19.

S. Eadbertus Epiſcopus Lindisfarnenſis: *vir ſcientia ſcripturarum, ſimul & præceptorum cæleſtium obſeruantia inſignis:* Beda l. 4. c. 29. Et Eccleſia in Martyrologio 6. Maij. *In Anglia S. Eadberti Epiſcopi, doctrina, & pietate inſignis.*

S. Egbertus preſbyter, *doctiſſimus in Scripturis, & longæuæ vitæ perfectione eximius.* Beda l. 3. c. 4. Tatfrid, *vir ſtrenuiſſimus, & doctiſſimus, & excellentis ingenij,* Beda l. 4. c. 23.

Tatwin Archiepiſcopus Cantuarienſis, *vir prudentia, & religione inſignis, ſacris quoque literis nobiliter inſtructus.* Beda l. 5. c. vltimo.

Albinus abbas Cantuarienſis, *vir per omnia doctiſſimus extitit.* Beda in præfatione hiſtoriæ, & l. 5. c. 21. *In tantum ſtudijs ſcripturarum inſtitutus eſt, vt Græcam quidem linguam non parua ex parte, Latinam vero non minus quam Anglorum, quæ ſibi naturalis eſt, nouerit.*

De diſcipulis SS. Theodori & Adriani ita ſcribit idem Beda l. 4. c. 2. *Quia literis ſimul & ſecularibus ambo abundanter erant inſtructi, congregata diſcipulorum caterua,*

ſcientiæ

ſcientiæ ſalutaris flumina quotidie in rigandis eorum cordibus emanabant, ita vt etiam metricæ artis, aſtronomicæ, & arithmeticæ, Eccleſiaſticæ diſciplinam, inter ſacrarum apicum volumina ſuis auditoribus contraderent. Indicio eſt quod vſque hodie ſuperſunt de eorum diſcipulis, qui Latinam Græcamque linguam, æque ac propriam, in qua nati ſunt, norunt.

De Bedę ipſius eruditione ſufficiát hic illud elogium Eccleſiæ in Martyrologio 27. Maij. *Depoſitio venerabilis Bedæ presbyteri, ſanctitate, & eruditione celeberrimi.*

Flaccum Alcuinum ſeu Albinum, Amalarius de ordine Antiphonarij c. 58. vocat *Doctiſsimum magiſtrum totius regionis noſtræ*, ſcilicet Galliæ, & Monachus S. Galli in vita Caroli Mag inquit: *Cuius in tantum doctrina fructificauit, vt moderni Galli ſiue Franci antiquis Romanis vel Athenienſibus æquentur.* Et à pleriſque habetur primus author ſeu inſtitutor Academiæ Pariſienſis. Ex quibus apparet, Anglos intra primos ducentos à ſua conuerſione annos, habuiſſe & Reges, & Epiſcopos, & Presbyteros, & Monachos doctiſſimos, imo & mulieres nonnullas, vt liquet ex eis, quæ ſupra retulimus de S.[a] Hilda, &[b] Monialibus, quas in Germaniam accerſiuit S. Boniſacius, vt pudeat Proteſtantes damnare maiores noſtros ignorantiæ. Sed vt recte ait ſcriptura Prouerb. 26. *Sapientior ſibi ſtultus videtur ſeptem viris loquentibus ſententias.*

[a] l. 2. c. 2. §. 1. p. 107.
[b] l. 2. c. 9. §. 2.

ANGLI SANCTITATE ILLVSTRES INTRA primos ducentos à ſua conuerſione annos.

S. Erconvaldus Epiſcopus Londinenſis Beda l. 4. c. 6.
S. Ceadda Epiſcopus Lichfildenſis, Beda l. 4. c. 3.
S. Cuthbertus Epiſcopus Lindiſfarnenſis, Beda l. 4. c. 27.
S. S. Wilfridus, & Ioannes Epiſcopi Eboracenſes, Beda lib. 4. c. 13. & l. 5. c. 20. & l. 5. c. 2 & ſeq.
S. Wilibrordus Epiſcopus Traiectenſis. Beda l. 5. c. 11.
S. Suibertus Epiſcopus Verdenſis, Beda l. 5. c. 12.
S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus, Surius to. 3.
S. Egbertus ſacerdos, Beda l. 3. c. 27. l. 5. c. 10. 23.
S. Guthlacus, Surius tom. 2.

ANGLI MIRACVLIS ILLVSTRES INTRA primos ducentos à ſua conuerſione annos.

S. Oſualdus Rex, Beda l. 3. c. 2. & ſeq. & l. 4. c. 14.
S. Ceadda Epiſcopus, Beda l. 4. c. 3.
S. Erconualdus Epiſcopus, Beda l. 4. c. 6.
S. Edelburga eius ſoror, Beda l. 4. c. 4. & ſeq.
S. Wilfridus Epiſcopus, Beda l. 4. c. 13.
S. Edildrida. Beda l. 4. c. 19.
S. Cutbertus l. 4. c. 28. & ſeq.
S. Ioannes Epiſcopus, Beda l. 5. c. 2. & ſeq.
S. Heddus Epiſcopus. Beda l. 5. c. 19.
S. Guthlacus, Surius tom. 2.
S. Suibertus Epiſcopus Surius tom. 1.
S. Aldelmus Epiſcopus, Malmesbur. l. 1. Pontif. Harpesfel ſæculo 8. c. 11.
S. Walburga virgo, è cuius corpore vſque hodie, Atihaſtdij in Germania, oleum fluit, idque per durum ſaxum, vt teſtantur teſtes oculati.

ANGLI ILLVSTRES INCORRVPTIONE corporum.

S. Cuthbertus, Beda l. 4. c. 30. & de vita eius c. 42.
S. Edeldrita Virgo, Beda l. 4. c. 19.
S. Edelburga Virgo, Beda l. 3. c. 8.
S. Mildreda Virgo, Thornus col. 1907.
S. werburga Virgo, Malmesbur. l. 4. Pontificum, qui etiam l. 2. de Regibus Angliæ ita ſcribit: *Nuſquam gentium, vt opinor, reperies tot ſanctorum corpora poſt mortem illibata, incorruptionis illius extremæ ſimulachrum præferentia.* Idem repetit S. Antoninus, atque etiam Harpesfeld. ſec. 7. c. 34.

LIBER

LIBER TERTIVS

CAPVT PRIMVM.

SECTIO PRIMA.

EGBERTVS, TERTIVS-DECIMVS Chriſtianus Rex Occidentalium Anglo-Saxonum, & primus Monarcha Angliæ.

1. TERTIVS decimus Occidentalium Anglo-Saxonum Rex Chriſtianus, & primus totius Angliæ Monarcha, fuit Egbertus, qui regnare cæpit Anno, 800. & mortuus eſt, Anno, 837. De quo ita Malmesburienſis, li. 1. Regum, ca. 2. *Erat omnibus ante ſe regibus meritò præferendus.* Et l. 2. c. 1. *Erat Inæ Regis, de fratre Inegilſo, abnepos, clementia, & magnitudine ſubditorum amorem redemit, Cornubiam ſubiugauit, Aquilonares Britannos tributarios fecit, Bertulfum Merciorum regem vicit* [a] *Cantiam, Surreiam, Auſtrales, & Orientales Saxones, demum Orientales Anglos ſibi adiecit poſt & Northumbros. Ita tota Britannia potitus, reliquum vita per annos ſeptem tranquillè cucurrit.* Huntingtonus, l. 4. vocat eum, *Regem fortiſsimum & ſingularis excellentiæ, &* [b] *Monarcham Britanniæ.* Polydorus, l. 5. ait, *Quem virtutis gloria, cum ſumma laude ad cælum extulit.* Et ibidem, quòd fuerit *peritiſsimus pugnandi.* Houeden, Anno, 802. vocat eum, *virum ſtrenuiſsimum & potentem*, ac p. 412. *Regem magnum, & Monarcham Britanniæ.* Edicto etiam iuſſit totam Heptarchiam, quam Angli poſſederant, vocari Anglice [c] *Engleland*: hoc eſt, Anglorum terram; quamuis anteà Latinè dicta fuerit, Anglia, vt patet ex verſibus ſupra citatis, quos Ina incidit in Frontiſpicio Eccleſiæ Glaſconienſis. Et Weſtmonaſterienſis, ſub Anno, 586. ſcribit: *Communiter ſtatuerunt* (Reges Angli) *quatenus Inſula ab Anglis, Anglia vocaretur.* Ex proteſtantibus, de Egberto ita ſcribit Spelman. in Concil. p. 351: *Egbertus bellicoſiſsimus, vniuerſam Heptarchiam ſuæ ſubiugauit ditioni. Eiectis enim Cantiorum, & Orientalium, Auſtraliumque Saxonum, etiam, & Northumbrorum regibus, eorum regna annexuit VVeſtaſaxonico: Merciorum tributarium fecit, & ab Anglis Orientalibus vltro in patronum, eſt aſcriptus, Northwallenſes etiam ferro ſubdidit.* Sic etiam Holinshed, l. 6. c. 8. & Spedus, l. 7. c. 31. qui in Deſcript Britanniæ, c. 7. vocat eum, *inclitiſsimum regem.* Ac Baleus, Cent. 2. c. 20. *Regem inuictiſsimum.* Reuſnerus in Genealogia Regum Angliæ: *Regem ſummæ virtutis, bellandi peritiſsimum.*

2. Romano-Catholica huius incliti, & bellicoſi Monarchæ religio, multis modis manifeſta eſt; Primò, quia permiſit filium ſuum, & hæredem Ethelwolfum, creari Monachum, & ſubdiaconum, vt tum Catholici ſcriptores, Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 242. Gotzelinus ac Capgrauius in vita S. Swithuni, Polydorus, l. 4. tum * Proteſtantes referunt, vt Godwinus in Epiſcopis Winto-

Laudes Egberti Regis. a Florent. An 823 827 Houeden p 415. Gordon An. 783 795. b Gordon An 800. Boſtius l. 2 c. 2 Malmesbur. in prologo. [illegible] c Camden p 99 & 136. Polidorus l. 4. Gordon. An 709 835 Iſaacſon. An 800. Spedus l. 5. c. 1. In vita S. [illegible] vocatur Anglia. Laudatur à Proteſtantibus. Egbertus Rex Catholicus. * Camden. in Brit p. 211 Spelman p. 158. Iſaacſon An. 817

nienſibus, n. 18. qui dicit, *id eſſe extra controverſiam.* Et Baleus, Centur. 2. c. 20.
ait, quod, *Ex vtraque profeſſione, Papa creatura factus eſt.* Secundo, quia (vt refert
Malmesburienſis, loco proximè citato) *Swithunum hactenus excoluit, vt & multa*
negotiorum, eius conſilio tranſigeret, & filium Adulfum eius magiſterio locaret. Idemque
teſtatur Florentius, Anno, 827. & Gotzelinus lib. cit. qui addit, quod Swithu-
num *inter* [d] *præcipuos amicos numeranit.* Et fatetur Godwinus in Epiſcopis VVinto-
nienſibus n. 18. Swithunum autem Papiſtam fuiſſe, liquet, tum ex tota eius vita,
quæ extat apud Surium, tomo quinto, tum quia fuit Monachus, vt fatetur
Baleus loco citato: tum demum, quia à Catholicis eſt in ſanctos relatus, cum
hoc Elogio in Martyrologio Romano 2. Iulij: *Cuius ſanctitas, gratia miraculorum*
effulſit. Tertio, quia ſub initio Regni Egberti, imperauit Mercijs [e] Kenulfus: *In*
fructus (inquit Malmesburienſis, l. 1. Regum, ca. 4.) [f] *Vir magnus, & virtutibus*
famam ſupergrediens, nihil, quod liuor dignè carperet, admiſit: domi religioſus, in bello vi-
ctorioſus. Vir cuius laudes meritò nitentur in altum, quamdiu æquus arbiter in Anglia inue-
nietur. Et Ingulfus, p. 854. de eodem; *Vir magnificus, & ſancta ſobole felix Kinnul-*
fus, in pace, pietate, ac iuſtitia, per 26. annos regni gubernacula glorioſiſsimè ſuſtentauit.

d Capgrauius in vita S. Swithuni.

e Weſtmon. An. 1070 vocat eum Sanctum.

f Polidorus l. 4. Holinshed. l. 6. c. 7. Harpesfeld ſec. 8. c. 14. Malmesbur. l. 2. Reg. c. 4.

3. Hic igitur Rex tantus ac talis, vna cum omnibus Epiſcopis, Ducibus, &
Nobilibus ſuis, ita ſcribit ad Leonem 3. Pontificem, vt tum Catholici, tum
Proteſtantes conſentiunt: *Domino Beatiſsimo, & verè Amantiſsimo Leoni, ſanctæ &*
Apoſtolicæ Sedis Roman. Pontifici, Kinulfus rex Merciorum, vna cum Epiſcopis, Ducibus,
& omni ſub noſtra ditione dignitatis gradu: ſinceriſsimæ dilectionis in Christo, ſalutem —
Nos quoque meritò, quos extremitas orbis tenet, eodem modo præ cæteris gloriamur, quod il-
lius ſublimitas, noſtra ſalus, illius proſperitas, nobis perennis exultatio, quia vnde tibi Apo-
ſtolica dignitas, inde nobis fidei veritas innotuit. Quapropter, opportunum arbitror, veſtris
ſanctis iuſsionibus aurem obedientiæ noſtræ humiliter inclinari, & quæ tuæ pietati ritè nobis
ſequenda videantur, toto niſu implenda — Sed modo, Ego Kinulfus, gratia Dei Rex, Ex-
cellentiam tuam humiliter exoro, vt te ſine offenſione animi Veſtri, de profectu noſtro (vt
optas) liceat alloqui, quatenus in gremium me pietatis tuæ tranquilla pace percipias, &
quem meritorum nulla facultas erigit, larga benedictionis tuæ vbertas, ad plebem ſuam re-
gendā locupletet, vt vna mecum gentem quam veſtra Apoſtolica authoritas fidei rudimentis
imbuit, per interceſsionem tuam, contra impetus externorum omnipotens erigat, & per ſe
regnum, quod ipſe Deus nobis dedit, dilatare dignetur. Hanc benedictionem, omnes qui ante
me ſceptro præfuere Merciorum, meruerunt ab Antéceſſoribus tuis adipiſci: hanc ipſe humilis
peto, & à Vobis (O ſanctiſsime) impetrare cupio, quatenus Inprimis Adoptionis ſorte, me
tibi filium ſuſcipias, ſicut ego te in perſona patris diligo, & totis obedientiæ viribus ſemper
amplector. Et in fine: *Magna humilitate ſimul & dilectione hæc tibi ſcripſimus, Papa*
Beatiſsime, Clementiam tuam profuſius precantes, quatenus ad ea, quæ à nobis expoſtulata
ſunt, benignè & iuſtè reſpondeas — Sed modo munus modicum amoris gratia, per Brune
Presbyterum, & Fildas & Cealberth miniſtros meos, (Pater amande) mitto, quod eſt 120.
mancuſas cum literis, precans te, vt benignè ſuſcipias, & benedictionem tuam nobis donare
digneris. Omnipotens te longæuo tempore ad laudem ſuæ ſanctæ Eccleſiæ cuſtodiat incolu-
mem. Hæc pius ille rex, omneſque eius Optimates: Ex quibus clariſſimè elu-
cet [g] Romano-Catholica tunc temporis Anglorum religio: Et [h] Pontifex illi
reſcribens, ait Regem profiteri, *ſe libenter ſanguinem pro ipſo profuſurum: & quod Pon-*
tificis ſanctionibus nullus Chriſtianus contraire præſumat. Selden, l. 2. Analect. c. 2. ait
quòd, *Fortitudinis, pietatis, & religionis exempla, poſteris Kenulfus reliquit.*

Baronius An. 796. Parker in Ethelardo Spelman. in Concil. p. 320 Sublimitas Papæ, ſalus Angiorum.

g Foxus in Actis p. 132.

h Spelman in Concilijs p. 122. Parker in Ethelardo. p. 14.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA tempore Egberti Regis.

1. IN primis, claruit S. Kenelmus Rex Merciorum, ſuprà dicti Kinulfi filius, & ſucceſſor, qui ſeptennis puer innocens ab impia ſorore ſua Quendreda iugulari iuſſus eſt: cuius ſanctitatem miracula crebra (vt infra referemus) declararunt. De eo ita Molanus, 17. Iulij: *In Anglia S. Kenelmi pueri, Regis Merciorum & Martyris.* Itidem Ferrarius ibidem. [a] Malmesburienſis, l. 2. Regum, cap. vlt. p. 88. ſcribit, quòd *Diuinitus mors eius Romæ nuntiata, effecit, vt Apoſtolici Epiſtola, Regibus Anglis compatriotam martyrem indicaret.* Et Camden. in ſua Britan. p. 257. aliàs, 320. *Ad VVinchelcombe, Kinulfus Mercius Monaſterium erexit, vix credas, in quanta celebritate hoc Monaſterium iam pridem fuerat, ob Reliquias Regis Kenelmi, pueri ſeptennis, quem ſoror, vt hæreditatem interuerteret, clanculum è medio ſuſtulit, & in martyrum Catalogum maiores retulerunt.* Eius feſtum celebrabar olim Catholica Eccleſia Anglicana, 17. Iulij, vt videre eſt in Breuiario Sarum. Claruit etiam tunc, alia filia eiuſdem Kinulfi, [a] Cenedrytha Abbatiſſa, de qua fit mentio in Concilio Cloueshoenſe apud Spelman in Concilijs, p. 333. Tunc (ait Houeden, Anno, 801.) *Edwino, qui & Eda dictus est, quondam Dux Northumbrorum, tunc verò per gratiam Saluatoris mundi, Abbas, in Dei ſeruitio roboratus, diem clauſit extremum.* Sub idem tempus, [b] Etheldritha filia ſæpe dicti Offæ regis, *Sanctiſsima virgo* (vt eam vocat Withlafus Rex Merciorum in [c] Diplomate ſuo apud Ingulfum, p. 855.) *ſponſi ſui, agni immaculati amore, in auſtrali parte Eccleſiæ* [d] *Croilandenſis, contra magnum altare, in quadam parte Cellæ recluſa.* Bakerus in Chronico in Egberto ſcribit, quòd filia eius [e] Editha, fuit Abbatiſſa Monaſterij, quod ipſa ædificarat ad Pölleſworth. Camden. in ſua Britan. p. 279. *Allſworth, Editha alumnâ ſuâ inprimis olim illuſtre fuit, quæ à Frewaldo patre impetrauerat, vt hoc ſibi in dotem diceret, mundo maritoque à religioſis perſuaſa, ſtatim valedixit, & ſuſcepto velo, ſanctitatis opinione, in illo feraciſsimo ſanctorum ſæculo, ad miracula vſque cum Eadburga ſorore ſua claruit. In pago* [f] *VVinchelcumbenſe* [ait Malmesburienſis, l. 4. Pontif. p. 285.] *Monaſterium Kinulfus Rex Merciorum conſtruxit, ingenti, & temporibus noſtris, incredibili munificentia, fecitque dedicari Eccleſiam à 13. Epiſcopis. Ibi in illa dedicationis pompa, in decem Ducum conuentu, manumiſit ad altare, Regem Cantuaritarum, quem nuper iure belli ceperat captiuum. Ibi præter alia Xenia, quæ Magnates ſuſceperant, inæſtimabilis ſcilicet numeri, & pretij, erogabat omnibus, qui agros non habebant, libram argenti, presbyteris marcam auri, Monachis ſolidum vnum, præterea toti populo plura.* Baleus, Cent. 13. c. 61. ait quòd S. [g] Suibertus (de quo ſupra locuti ſumus) *migrauit ab hoc ſæculo, Anno, 807. regnante in Anglia Egberto* cumque fuiſſe ait *ita modeſtum, & corde manſuetum, ac præfuiſſe Eccleſiæ VVerdenſi, ſummo ſtudio, cum doctrina, tum exemplis moraliter bonis, per annos vnum, & viginti.* Et c. 63. refert ex Crantzio, quod *Iſingerus Anglus, S. VVilibadi diſcipulus, & Epiſcopus VVerdenſis, erat vir ſanctitate præcipuus, quo tempore nemo niſi vita conſpicuus, ad laborem patientiſsimus, & ad mortem imperterritus, ad Epiſcopatum aſſumeretur.* De S. Swithuno, ita Godwinus in Epiſcopis Wintonienſibus n. 18. *Eius fama pietatis, ſancti illi honorem apud poſteros comparauit.* Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 242. ait, quòd erat *virtutum omnium promptuarium, ſed aggaudebat duabus maximè, clementia & humilitate:* Eius ſanctiſſimam vitam deſcribit Capgrauius. Rabanus & Molanus in ſuis Martyrologijs 19. Maij: ita ſcribunt: *Depoſitio Domini Alcuini. Et Ferrarius ibid. Turonis in Gallia Sancti Alcuini Abbatis.* Withlafius rex Merciorum, in ſuo Diplomate apud Ingulfum, p. 855. hoc teſtimonium perhibet de Monaſterio Croulandenſe: *Vigilijs, & orationibus, pſalmis & lectionibus, diſciplinis & afflictionibus, lachrimis & ſingultibus, eleemoſinis, & innumeris alijs deuotionibus, pietatiſque operibus, pro ſæculo peccatore fortiſsimam violentiam regno cælorum ingerit die ac nocte.*

S. KENELMVS R. S. Antonin. tit. 16. c. 7. §. [a] Harpsfeld. ſec. 8. c. 14. Capgrauius à ſtem. 4. Pont. p. 4. Floruit an. 821. V. eſtanon. Ann. 821. Ingulfus p. 851. Polidorus l. 4. Celebritas S. Kenelmi. [a] Thornus col. 2224. [b] Harpsfeld. ſec. 8. c. 9 [c] Spelman in Concilijs p. 13. [d] Holinshed l. 6. c. 5. Harpsfeld. ſec. 8 c. 10. [e] S. EDITHA. [e] Speedus Hiſtor. l. 7. c. 31. [f] Camden. 1. Brit. p. 120. Harpsfeld ſec. 8. c. 14. Munificentia Regis Kenulfi. [g] Baronius 1. Martyr. ait obiiſſe An. 717. S. SVITHVNVS. Capgrauius. Alcuinus. Pietas Monachorum Croilandenſium.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA,
tempore Egberti Regis.

ALCVINVS. Compoſuit officium & Trinitatis Gualter. Chron. p. 425 Poſſeuin. v. Alcuinus. a Gordon. An. 804. Caluiſius An. 804. Myreus in Scholijs in Honoriū de ſcriptor. Harpsfeld. ſec 9. c. 14. Caniſius to. 6 p 120. S. SVITHVNVS EANBALDVS.

1. HArpesfeldus, ſec. 9. ca. 14. tradit, quod Alcuinus ſuperſtes fuerit ad Annum octingenteſimum nonum, adeoque ad Egberti regis tempora peruenerit: Idemque aſſerit author vitæ S. Ludgeri editæ à Browero, Cheſneus tom. 3. Hiſtor. p. 188. Odoramus apud ipſum tom. 2. aſſerit, Alcuinum mortuum eſſe Anno. [a] 804. De quo ita cenſet Sixtus Senenſis, l. 4. *Vir in omni ſcientiarum genere, ſuo tempore celebratiſsimus.* Chronicon Floriacenſe ait eum obijſſe, Anno, 804. Item Chronicon breue apud Cheſneum tom. 3. p. 350. Baronius, Anno, 835. vult eum fuiſſe ſuperſtitem vſque ad illum annum. Conſtat Alcuinum ſæpe vocare Carolum, Imperatorem, qui tamen non eſt creatus Imperator, ante Annum, 800. De eruditione S. Suithuni Epiſcop. ſupra dicti, ita ſcribit Baleus, Centur. 2. c. 20. *Eo tempore, Suithuni Monachi nomen, ob inſignem eruditionis famam, per illas partes celebre fuit, vt ipſe præ cæteris regio* (Egberti) *filio in præceptorem ſit datus.* Eademque repetit, Centur 10. c. 28. Et Godwinus in Epiſcopis Wintonienſibus, n. 18. *Doctrina certè ac eruditione præditus fuit non vulgari, ideoque Ethelwolfo Egberti Regis filio ſtudiorum rector datus eſt.* Et Magdeburgenſes, Cent. 9. c. 10. col. 571. *Swithunus celebris ob eruditionem, magnam ſibi comparauit eruditionis laudem.* Claruit etiam tunc Eanbaldus, *vir egregiè doctus* vt ex Lelando refert Baleus, Centur. 10. c. 27. Itemque alter Eanbaldus Archiepiſcopus Eboracenſis, diſcipulus Alcuini; *qui rem literariam ab Egberto Epiſcopo reparatam, non modo conſeruauit, verum & auxit*: Baleus ibidem.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA
regnante Egberto Rege.

Miracula à Guthlaci.

1. DE S. Guthlaci miraculis, ita ſcribit Ingulfus, p. 852. *Rex Ethelbaldus, vt beatum conſolatorem ſuum miraculis coruſcare comperit, locum ſepulturæ eius gaudens, & deuotus experijt.* Et p. 854 ponit Diploma Kenulfi Regis, anno, 806. in his verbis: *Kenulfus, Dei miſericordia Rex Merciorum, omnibus Mediterraneis Anglis per vniuerſam Merciam fidem confitentibus Chriſtianam, pacem perfectam ſempiternamque ſalutem: Omnes, & ſinguli ſcitote, quia Dominus ſanctum ſuum mirificauit, ſignis celeberrimis, & præclaris prodigijs, Beatiſsimum Chriſti Confeſſorem Guthlacum, in Monaſterio Croilandenſe corporaliter quieſcentem, ac nouis, & innumeris miraculis (prout Ego & Regina mea in noſtra Peregrinatione nuper oculis noſtris vidimus) quotidie clarius ad totius mundi notitiam coruſcantem.* Cui Diplomati, præter Kenulfum, ſubſcribit frater

Rex, oculatus teſtis

eius, & Rex Cantij, ac plures Epiſcopi, & Abbates: Quibus tot ac tantis teſtibus oculatis, confundas peruicaciam Foxi, qui in Actis ſuis, p. 113. ait, *ſe fidem non habere miraculis Guthlaci.* Nec rationem vllam aut authoritatem affert, præter ſuam incredulitatem. Simile teſtimonium alterius Regis Merciorum Epiſcoporum, ac Principum, de eiuſdem ſancti miraculis alio tempore factis, ponit Ingulfus, p. 860. quod nos infra referemus. De S. Kenelmi miraculis, ita Mal-

S. Kenelmi Harpſf ſec. 8 c. 14. Brompton in Chronic

mesburienſis, 2. Reg. c. 13. p. 88. & 4. Pontif. p. 284. *Frequenti catu, Innocentis corpus leuatum Vinchelcumbam vehebatur. Ita Clericorum vocali cantu & Laicorum alacri plauſu, parricidalis fæmina commota è feneſtra cænaculi, in quo ſtabat, caput extulit, & fortè pſalterium præ manibus habens, continuatione lectionis ad pſalmum peruenerat: Deus laudem*

laudem meam, &c. quem à fine, neſcio quo præſtigio retrogrado, dicens, nitebatur lætitiam cantantium infirmare. Tum verò vi diuina, [a] *lumina venefica, cauis orbibus euulſa, cruore verſum polluerunt. Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala aduerſus animam meam: Cruoris ſigna extant hodie, immanitatem mulierculæ, & Dei vltionem ſpirantia. Corpuſculum ſancti celebriter colitur, nec vllus fere locus in Anglia maiori ad feſtum aduentantium veneratur frequentia. Exigit hoc & antiquæ pietatis perſuaſio, & miraculorum crebra exhibitio.* Florentius etiam, Anno, 819. *Kenelmi corpus per columnam lucis eſt inuentum.* Ingulfus, p. 855. *Kinulfus filium ſuum Kenelmum puerum ſeptennem, regni reliquit heredem, qui dolo Germanæ ſuæ Quendredæ, puer innocentiſſimus, Martyrizatus eſt, & diuino demum miraculo, radio lucis immenſæ tota nocte ſuper corpus martyris rutilante, repertus eſt.* Et Polydorus, l. 4. *Corpus Kenelmi in Cœnobio Winchelcombenſe funeratum, vbi hodie ipſe ſanctiſſimus martyr religioſiſſime colitur, quippe multa ibidem eduntur miracula.* Complura eius miracula refert Capgrauius in vita ipſius. De miraculis S. Swithuni, præter id quod retuli ex Martyrologio Romano, legi poteſt Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 242. & Capgrauius in eius vita. Godwinus in eius vita, quaſi neſcius vtrum ea neget vel concedat, inquit: *Miracula, quæ ab eo edita feruntur, legat qui volet apud Weſtmonaſterienſem, in Anno, 862. quo tempore mortuus perhibetur:*

[a] Magdeburgenſes C. 8. 9. c 3. col. 32.

Beluacenſis l. 25. c. 31.

S Swithuni.

CAPVT SECVNDVM:

ETHELWOLFVS REX ANGLIÆ CHRISTIANVS
Decimus quartus, Ab anno, 837. ad annum, 857.

SECTIO PRIMA.

1. EGberto ſucceſſit in ſolio regni Angliæ, Ethelwolfus filius eius, anno 837. atque obijt anno 857. De quo ita ſcribit Malmesburienſis, l. 2. Pontificum, p. 242. *Nihil fecit niſi ratum, nihil iubebat niſi pium.* Et l. 2. Regum, c. 2. *Erat natura lenis, & qui ſub quiete degere, quàm multis prouincijs imperitare, mallet. Danos non ſemel per ſe, & ſuos duces contudit.* In Diplomate Beonredi Regis Merciorum apud Ingulfum p. 864. vocatur *Rex piiſſimæ memoriæ.* Ab Trithemio in Chronico Hirſaugienſe, *Rex Chriſtianiſſimus.* Ab Huntingtono, l. 5. *Rex nobiliſſimus.* Ab Houedeno, pag. 413. *Inſignis Rex.* Et à Matheo Pariſio, (Anno, 1257, pag. 1262.) recenſetur inter eos Angliæ Reges, qui Catalogo ſanctorum aſcripti ſunt, vbi tamen vocatur Edwulfus. Florentius Anno, 901. vocat eum, *piiſſimum Regem.* Et ſupplementum Chronicorum, l. 10. *Virum Chriſtianiſſimum, & Romanæ Eccleſiæ deuotiſſimum, virum optimum & ſapientiſſimum.* Et Baronius, Anno, 857. *Religioſiſſimum Regem.* Holinshedus, l. 6. c. 10. refert, quòd ita *literis, & pietate excelluerit; vt à Clericis Wintonienſibus electus fuerit in* [a] *Epiſcopum.* Harpesfeildus, ſec. 9. c. 3. *Regnum ita gubernauit, vt optimi ſanctiſſimique principis ſempiternam laudem, ab omni poſtea temporum memoria obtinuerit.* Polydorus, l. 5 *Huic viro rebus omnibus apprime ornato, qui merito poteſt cum patre conferri, quem haud dubio ad humanitatem, & iuſtitiam natura genuerat, nihil potius fuit, quam de ſuo populo continenter optimè mereri.* Houeden, Anno, [a] 851. ait, quod, *in loco qui dicitur Aclea, conſerto prælio, paganos ſuperans, inaudita cæde mactauit.* Idemque teſtatur Aſſerius, in vita Alfredi, Anno, 851. Reuſnerus in Genealog. Regum Angliæ: *Princeps rebus omnibus apprimè ornatus, meritoque cum patre conferendus: in omni vita non modo clementem, ſed optimum parentem ſe omnibus ſuis præbuit.* Spelman. p. 378. eum vocat, *pientiſſimum regem.*

ETHELVOLFVS REX

Eius laudes Ethelwerdus l. 3. c. 3.

Vide Ealredum de Geneal. Regum Angliæ.

a Huntington. l. 5. Houeden p. 413 w ſtow. An 857. Stowe in Chron Rednlfus, de Octo An 845 Bromton. in Chron. a Simeon. An. 851.

2. Romano-Catholica huius optimi & piiſſimi Regis religio, manifeſtiſſima eſt: primò, quia vt plerique [b] Catholici ſcribunt, & Proteſtantes (vt ſupra vidimus) contendunt, fuit Monachus vel ſubdiaconus, & exolutus voto Cælibatus à Romano Pontifice; licet Harpesfeldus loco iam citato ita ſcribat: *De*

Idatur à Proteſtant. Ethelwolfus Rex Catholicus. b Malmesbur. l. 2. Pont.

Monachatu atque Epiſcopatu (Ethelwolfi) *non ſatis mihi liquidum adhuc eſt. Aſſerius vero Meneuenſis, qui vitam filij Aluredi accurate, & multa de ipſo etiam conſcripſit, ne ſubdiaconatus quidem meminit, nec plerique alij.* Secundò, quia (vt fatetur Parkerus in vita Celnothi, poſt multos c Catholicos ſcriptores) *Anno, 853. Ethelwolfus filium ſuum Elfredum, quem præ cæteris vnicè complexus eſt cum annum ætatis quintum ageret, ſ Romam cum multo Nobilium comitatu tranſmiſit. Quem Leo Papa, ſui patris rogatu, d vnxit in Regem, & in filium ſibi adoptatum confirmauit, & benedictum ad Patrem remiſit. Duobus poſt annis, e decimam regni ſui partem, omnis regij vectigalis immunitate donauit, quod ad ſempiternam ſui memoriam Eccleſiis dedit, amore diuino raptus, & animam ſuam redempturus. Non itu multò poſt f Romam proficiſcitur, aſſumpto ſecum ſuo filio, quem iam antehac eo miſerat; ibique tributum, Romeſcot S. Petro obtulit coram Leone Papa, Romæque annum integrum moratus, Anglorum ſcholam, paulo ante eius aduentum incendio conſumptam, reſtaurauit. —— Singulis vit. e poſterioribus annis, religionis amore Papalis ſupra modum demenciatus, trecentas g mancuſas denariorum [* valet mancuſa duobus ſolidis & ſex denarijs] Romam deferri curauit: centum in honorem S. Pauli Apoſtoli; centum vero in vſum ipſius Papæ.* Baleus Cent. 2. c. 20. ſuo more blaſphemo ait, quod *Ethelwolfus erat Romani Pontificis creatura, primus qui poteſtatem ſuam Beſtiæ dedit: Romam voti cauſa petens, eas Inſulæ partes, quas pater imperio acquiſierat, Pontifici Leoni quarto vectigales fecit. Romanas Idolatrias mirum in modum fouit, & ampliauit.* Et ibid p. 116. *Ethelwolfus Prouinciam ſuam Romanæ Synagogæ tributariam fecit, conſtituens ex qualibet domo, nummum argenteum quotannis dari. Sic tota Anglia (vt vere Functius ſcribit) Romanæ beſtiæ fuit ſubiugata.* Eadem tradunt alij Proteſtantes, vt Magdeburgenſes, Centur. 9 c. 10. col. 572. Stous & Coperus in Chronicis, Foxus, p. 122. Holinſhedus, l. 6. c. 10. Seldenus, l. 2. Analect. cap. 4. Spelman. in Concilijs, p. 348. Et ex Catholicis, Aſſerius in vita Alfredi, Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 242. & l. 2. Regum, c. 2. Florentius, Anno 855. Ethelwardus, l. 3. c. 3. Ingulfus, p. 869. Huntingtonus libro 5. Houedenus, p. 413. Weſtmonaſterienſis, Anno, 857. Sigonius, l. 5. de regno Italiæ, Gordon, Anno, 847. Barònius. Anno, 855. & alij omnes. Tertio, patet apertiſſimè, eius Romano-Catholica Religio, ex hoc eius Diplomate, apud Ingulfum, p. 862. & Malmesburienſem l. 2. Regum, c. 2. Weſtmonaſterienſem, Anno, 854. Foxum, p. 120. Et Spelmanum, Anno, 855. p. 348. *Ego Ethelwolfus Rex Occidentalium Saxonum, cum conſilio Epiſcoporum ac Principum meorum, conſilium ſalubre atque vniforme remedium affirmaui, vt aliquam portionem terrarum hæreditariam, antea poſſidentibus omnibus gradibus ſiue famulis, & famulabus Dei Deo ſeruientibus, ſiue Laicis, ſemper decimam manſionem, vbi minimum ſit, tamen partem h decimam in libertatem perpetuam perdonari dijudicaui, vt ſit tuta ac munita ab omnibus ſæcularibus ſeruitutibus, necnon regalibus tributis, maioribus, & minoribus, ſiue taxationibus, quas nos dicimus VVitterden, ſitque libera omnium rerum pro remiſsione animarum noſtrarum, ad ſeruiendum Deo ſoli ſine expeditione, & pontis inſtructione, & arcis munitione, vt eo diligentius pro nobis ad Deum preces ſine ceſſatione fundant, quo eorum ſeruitutem in aliquo leuigamus. Placuit etiam Epiſcopis Alſtano, Shireburnenſis Eccleſiæ, & Swithuno, Wintonienſis Eccleſiæ, cum ſuis Abbatibus, & ſeruis Dei conſilium inire, vt omnes fratres, & ſorores noſtræ ad vnamquamque Eccleſiam omni hebdomada die Mercurij, hoc eſt wedensdaie, cantent 50. pſalmos, & vnuſquiſque presbyter duas Miſſas, vnam pro rege Ethelwolfo, & aliam pro Ducibus eius huic dono conſentientibus pro mercede, & refrigerio delictorum ſuorum —— Et hoc fecerunt pro honore S. Michaelis Archangeli, & S. Mariæ reginæ glorioſæ Dei genitricis, i ſimulque & B. Petri Apoſtolorum Principis, necnon, & ſanctiſsimi Patris noſtri Gregorij Papæ, atque omnium ſanctorum.* Vnde Magdeburgenſes, Cent. 9. c. 6. col. 247. *Ethelwelphus Rex Angliæ, pro ſe & ſuis Ducibus, ſiue viuentibus, Miſſas celebrari inſtituit.* Addit Ingulfus, p. 862. *Acta ſunt hæc ſcribentibus, & ſubſcribentibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Angliæ vniuerſis, nec non Beonredo rege Merciæ, & Edmundo Eaſt-Anglorum Rege, Abbatum, & Abbatiſſarum, Ducum, Comitum, procerumque totius terræ, aliorumque fidelium infinita multitudine, qui omnes regium Chirographum laudauerunt, dignitates vero ſua nomina*

ſubſcripſerunt,

Gordon. An 847. P. Lidorus l. 5. Baronius An. 847. Capgrauius in vita S. Swithuni. Boſtonus l. 21. c. 9. Magdeburg Cent 9 c. [illegible] Camden p 213. 259. [illegible] Spelman p. 352. c Aſſerius in vita Alfredi An. 853. Florent. An. 853. Weſtmon. An 854 d Ethelward l. 3. c. 1. e Weſtmon. An 854 e Aſſerius An 855. Huntingtonus l. 5. Houeden p 413. Magdeburg Cent 9. c. 10 Selden. l. 2 Analect. c 4 Stous in Chron. Simeon. An. 855 f Huntington l. 5 Baronius An. 847 857 Boſtonus l. 9 c 4. g Ifaiſon An. 852. * Camden p 121. ait, quod valet 30 denarios. [illegible] l. 2. ſec. 240. Foxum p. 340. Harpsfield ſec 9. c. i Sommer in Gloſſario Camden de Antiq l. 2. p. 287. Inſignis munificentia R Ethelwolfi h Edgarus Rex apud Spelman in Concil. p 477 Houeden An 855 Florent. An. 856. VVeſtmon. An 857. Selden l. 2. Analect. c 4 Caluiſius An. 855. Spelman de non temer. Eccleſ p 8 Miſſa Cantanda pro potentis. S. Edmundus ſubſcribit

ſubſcripſerunt. Ex quibus patet, omnes Anglos illius temporis honoraſſe ſanctos, crediſſe Petrum eſſe principem Apoſtolorum, & peccata redimi per bona opera; Quod ita ex Diametro pugnat cum fundamento Proteſtantiſmi, vt Lutherus in 3. Galat. fol. 327. dicat; *Quicunque quærens remiſsionem peccatorum per opera, eſt Chriſti Crucifixor*. Et Foxus ad hoc Diploma; *Ducebantur perniticioſa doctrina, quærere remiſsionem peccatorum, & remedium animarum in hac donatione, aliiſque huiuſmodi eorum pietatis operibus*. Idem Ingulfus, p. 861. ponit aliud [1] Diploma Bertulfi Regis Merciorum, Anno, 851. vbi Rex ille concedit priuilegia Monaſterio Croilandenſi: *Pro Withalfi quondam regis fratris, & Prædeceſſoris mei, proque redemptione meorum peccatorum, cum communi conſilio, gratuitoque conſenſu omnium magnatum regni mei*. Et tandem orat Deum; *Quatenus per intercesſionem Guthlaci, omniumque ſanctorum, ſuorum dimittat mihi, & omni populo meo peccata noſtra*. Cui ſubſcribunt Celnothus Archiepiſcopus & plures Epiſcopi, & Optimates. Vnde Foxus, in Actis ſuis, p. 120. cum retuliſſet Diploma Ethelbaldi regis Merciorum, in quo donat priuilegia Monaſterio Croilandenſi: *Pro amore cæleſtis patriæ, & remedio animæ ſuæ*, diſertè agnoſcit, quod *caruerint* (inquit) *fide noſtra*. In quo ego illi certiſſimè credo.

[1] Spelman in Concil. p. 346.

Angli dicuntur caruiſſe fide Proteſtantica

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA tempore Regis Ethelwolfi.

1. CLaruit imprimis ipſemet Ethelwolfus rex, de cuius pietate, aliqua ſupra retulimus, quique (vt tradit [a] Pariſius) eſt in ſanctos relatus. Cuius piam munificentiam ita admiratur Spelman. in Epiſt. dedicatoria ſuorum Conciliorum: *Ecquis facile crediderit Ethelwolfum regem decimam partem, non ſolum bonorum, & facultatum, ſed & manſionum prædiorumque totius regni, Eccleſiæ contuliſſe*. Claruit etiam *Osburga* vxor eius, & mater Alfredi magni, de quo infra dicemus, quæ (vt ait Aſſerius in vita Alfredi) erat *religioſa nimium fœmina, nobilis ingenio, nobilis & genere*. Claruit etiam tunc, inclitus Eaſt-Anglorum Rex S. *Edmundus*, qui poſtea à Paganis Danis, quòd Chriſto nollet renuntiare, poſt grauia tormenta, capite cæſus eſt. Claruit etiam tunc, S. Wiſtanus, duorum regum Merciorum nepos; *Cuius indolis nobilitate* (ait Malmesburienſis, 2. Reg. p. 88. & l. 4. Pontif p. 284.) *nihil in ſæculo fuit glorioſius, nihil in Deo pietate innocentius*. Eumque Ingulfus in hiſtoria, p. 858. vocat *ſanctum, & innocentiſſimum martyrem*. Claruit etiam hoc tempore (vt ſcribit Wion, l. 4. ligni vitæ ex tabulis Monaſterij S. Iuliæ) *Angilperga, ſiue Edilla, vel Egidda, Ethelwolfi Angliæ regis filia, & Lotharij primi vxor prima quæ ad Monaſterium S. Iuliæ Brixiæ ſe contulit, ibique* [b] *ſanctimonialis habitu induta, non longè poſt ad Dominum tranſijt*. Thrithemius in Chronico Hirſaugienſi ſcribit, quòd, *Lotharius imperator vxorem habuit Egilam, Regis Angliæ filiam, quæ peperit ei Lotharium, & Ludouicum poſtea Imperatorem*. Claruit etiam tunc temporis, Moduuena virgo Hibernica, ad quam Ethelvolfus Rex miſit filium ſuum Alfredum è morbo curandum. Cui poſtea in Angliam venienti, rex Alfredus tradidit ſororem ſuam Editham, Monaſtica vita inſtituendam, fuitque Moduuena (vt ait Lelandus apud Baleum Centur. 10. c. 62.) *Famina incomparabilis*. Et (vt fatetur etiam Camdenus, in ſua Britannia, p. 429.) *Inſignis ſanctitatis opinione*. Harpesfeldus, ſec. 9. c. 13. ita ſcribit: *Conditum eſt hoc ſæculo ſacrarum virginum apud Palleſuortham per beatam Modouenam, cœnobium. Illi diuam Editham Alfredi regis * ſororem, quæ ibi vſque ad noſtra tempora, religione colebatur, præfecit. Modouenæ diſcipula fuit diua Athea, & diua Oſitha*. Polydorus, l. 5. ſcribit, quòd *Achea* [c] *& Oſitha, per idem tempus, apud Anglos ſanctitate florebant. Oſitha à Danis morte afficitur, ita Oſitha martyr, & Moduuena atque Achea virgines, in Diuorum numerum poſtmodum aſcribuntur*. Vixit etiam tunc Beonrhedus, vltimus Merciorum. Rex,

ETHELVVOLFVS. R.

a An 1257.

OSBVRGA R.

S. EDMVNDVS R.

WISTANVS.

Capgrauius Brompton. in Chron.

ANGILPERGA R.

b Gordon. An 875.

S. MODVVENA.

Holinshed. l. 6. c. 11.

Ferrarius, Iuliæ Capgrauius

† Capgrauius in vita S. Edithæ.

** ait eam fuiſſe ſororem R. Edgari.*

c Ferrarius [illegible] Octo. [illegible] Harpesfeld. ſec. 9. c. 7.

d Ingulfus p. 869. Weſtmon An. 74. Baronius An. 874. Harpeſfeld. ſec. 8. c. 14. e Spedus l. 7. c. 10. ait quod factum eſt Mon. alis S. FREDERICVS. a Harpeſfeld ſec. 9. c. 13 S. PATRITIVS. Vſſerius in Indice Chronol. An. 850. Vide eum de magno S. Patritio l. de Primord. c. 7. p. 111. 112. Bromton. col. 1145. S. HELMSTANVS. S. Edmundus creatus Rex.

qui à Danis regno pulſus, [d] Romam iuit, *ibique apud ſcholam Anglorum, in Eccleſia S. Mariæ tumulatus eſt. Vxor eius* [e] *Ethelwida, Ethelwolfi filia, virum ſecuta, apud Papiam extremam ſortem incurrit*, vti refert Malmesburienſis, l. 1. Regum, ca. 4. Martyrio occubuit huius regis tempore, nempe Anno, 838. S. [a] Fredericus, Epiſcopus Traiectenſis, cuius meminit Martyrologium Rom. 18. Iulij, quem Anglum fuiſſe teſtatur Malmesburienſis, l. 1. Pontif. p. 198. Baleus, Centur. 1. c. 44. aſſerit Patritium Abbatem Glaſconienſem, floruiſſe circa annum, 850. Ioſſelinus in vita S. Patritij meminit cuiuſdam alterius S. Patritij, quem ait, *poſt deceſſum S. Patritij patrui ſui, in Britanniam rediſſe, ac in Glaſconienſi Eccleſia honorificè ſepultum.* De quo vide Vſſerium in Indice Chronologico, Annis, 458. 493. & de Antiq. Britan. c. 17. Florentius, Anno, 837. *Rege Ethelwulfo regnante Sanctus Helmſtanus Epiſcopus vita deceſſit.* Et Anno, 856. *ſanctiſſimus Deoque acceptus Edmundus, ex antiquorum Saxonum proſapia oriundus, fidei Chriſtianæ cultor veraciſſimus, omnibus blando eloquio affabilis, humilitatis gratia proclinis, egentibus liberaliter dapſilis, pater clementiſſimus pupillis & viduis, Eſtangliæ Prouinciæ nactus eſt culmen regiminis.*

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA

tempore Ethelwolfi Regis.

Præcipuè inter Epiſcopos huius ſæculi doctus. Harpeſf. ſec. 9. 19

1. VIxit adhuc Ethelwolfi regis tempore, ſupradictus præceptor eius, S. [a] Swithunus, de cuius doctrina ſupra dictum eſt. *Is* (inquit Baleus, Centur. 10. c. 28.) *inter eruditos eximius habebatur.* Spedus, in hiſtor, l. 7. c. 32. *Celebris ob eruditionem.* Vide Indicem Chronologicum Vſſerij, Anno, 907. Ingulfus, p. 862. meminit Swithulfi, Epiſcopi Londinenſis hoc tempore, *Qui* (inquit) *tunc optimus Notarius habebatur, & dictator eloquentiſſimus.* Aliorum mentionem non inuenio, quia Pagani Dani per Angliam hoc tempore, cæde & incendijs omnia miſcebant.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA

ſub Ethelwolfo Rege.

a Spelman. in Concil. p. 346. Miracula frequentia & aperta. b ſec. 3.

1. INgulfus, in Hiſtoria Croilandenſe, p. 859. & ſeq. ponit [a] Diploma Bertulfi Regis Merciorum, datum Anno, 851. dicto Monaſterio, in quo rex ille profitetur, quòd Croilandia ſit, *pro frequentibus Miraculis ſanctiſſimi Confeſſoris* (Guthlaci) *inter vineas Engaddi, Balſami mater ſemper fertilis*, & quod *Deus per aperta miracula ſua, nobis dignatus eſt oſtendere miſericordiam ſuam.* Cui [b] prædictus Swithulfus Epiſcopus ſubſcribens ait: *Ego Swithulfus in meipſo expertus gratiam Dei, & ſanctiſſimi Confeſſoris ſui Guthlaci.* Et S. Swithunus [c] ſupra dictus: *Ego Swithunus, Wintonienſis Epiſcopus, gaudens, & lætus, quoties aliquibus miraculis piiſſimus Dominus lætificat ciuitatem ſuam ſanctam, matrem noſtram Eccleſiam huic Regis Chirographo ſubnotaui.* Addit Ingulfus, p. 861. *Fecit Deus in iſto Concilio, ad honorem ſanctiſſimi Confeſſoris ſui Guthlaci, celeberrimum miraculum, quo deuotio totius terræ ad peregrinationem Croilandiæ, iam plus ſolito tepida, deinceps fieret frequentiſſima. Cum enim totam Angliam hoc Anno contereret quidam morbus quaſi paraliſis, contigit in hoc*

c ſec. 3.

Celeberrimum miraculum

Concilio

Concilio plures tam maiores, quàm minores, dicto incommodo laborare. Celnothus Archiepiſcopus alta voce de morbo ſuo ſe ſanum & incolumem exclamauit meritis S. Guthlaci, cuius negotia tum tractabantur, exclamans item plures alij potentiſſimi in dicto Concilio, tam Pontifices quam Magnates ſe dicto morbo laboraſſe, & iam per Dei gratiam, & ſanctiſsimi Guthlaci merita, nihil doloris ex prædicto incommodo in membris aliquibus ſe ſentire; omneſque ad viſitandum ſacratiſsimam Tumbam ſanctiſsimi Guthlaci Croilandiæ, deuota peregrinatione quam citius poterant, voto mox arctiſsimo ſuas conſcientias aſtrinxerunt — Confluentibus itaque quotidie de tota terra populis innumeris languidorum, ad ſacratiſsimam Sancti Guthlaci Tumbam, & deuotione debita per merita ſanctiſsimi Confeſſoris diuinam gratiam implorantibus, Dominoque aperiente vniuerſis fontem largiſsimum miſericordiæ ſalutaris, ita vt vnà die aliquoties vltra centum huiuſmodi Paralytici curarentur. Certè, aut hi teſtes ſufficiunt ad miracula ſancti Guthlaci conteſtanda, aut nulli ſufficient. Weſtmonaſterienſis, Anno, 849. ait *Berthfertus Regis Merciorum filius, cognatum ſuum S. VViſtanum iniuſtè peremit: ſed illius martyrio cæleſtia non defuere* [d] *miracula: Nam de loco vbi innocenter occiſus eſt, columna lucis vſque ad cælum porrecta, omnibus illius loci incolis per triginta dies ſtabat conſpicua.*

Vltra centū curati vno die.

d Ingulfus p. 858 Florentius An. 850 & in Genealog. p. 574. Bromton Chron. p. 778.

CAPVT TERTIVM.

ETHELBALDVS REX CHRISTIANVS ANGLIÆ, decimus-quintus.

1. SVcceſſit pio regi Ethelwolfo, filius ſuus natu [a] maximus Ethelbaldus, Anno, 857. obijtque Anno, 862. cum quinque annis regnum tenuiſſet. Inicio laſciuus, & diſſolutus fuit, vt videre licet in Aſſerio, Ingulfo, p. 863. Malmesbur. l. 2. c. 3. *At* [inquit Weſtmonaſter. Anno, 859.] *Ethelbaldus ab errore reſipiſcens, peracta pœnitentia, tempore, quo ſuperuixit, regnum cum pace & iuſtitia temperauit.* Vnde Huntingtonus, l. 5. ſcribit de ipſo, & ſucceſſore eius: *Ambo fuerunt optimæ indolis iuuenes, regnum ſuum, dum vterque vixit, fœliciſsimè tenuerunt. Adelbaldus Rex, cum regnum ſuum quinque annis in pace tenuiſſet, morte immatura præreptus eſt. Planxit autem omnis Anglia iuuentutem Adelbaldi, & factus eſt planctus magnus, ſenſitque poſthac Anglia, quantum amiſerit in eo.* Idemque habet Houeden in Annalibus, p. 413. quibus conſentit Holinshed, l. 6. c. 11. vbi ait, *eum digne moderatum eſſe habenas regni, & à ſubditis in magno amore, & veneratione habitum fuiſſe.* Camden. in ſua Britan. 212. ſcribit, quod *Ethelbaldus Occidentalium Saxonum Rex, Farnham Epiſcopo & Congregationi Eccleſiæ Wentanæ donauit.* Florentius, Anno, 860. ponit martyrium Meginradi eremitæ: quod tempore huius regis contigit. Weſtmonaſterienſis, Anno, [b] 862. ponit obitum S. Swithuni Epiſcopi ſub hoc rege: Alij vero eum collocant ſub ſequente; de quo ita ſcribit Molanus, 8. Iulij *Wintoniæ depoſitio S. Swithuni Epiſcopi, & Confeſſoris, cuius merita vſque hodie miraculis coruſcant.* Similia ſcribit Capgrauius in eius vita.

a Ethelwerd. l. 4. c. 1.

b Sic Florentius An. 863. Capgrauius in eius vita.

CAPVT QVARTVM.

ETHELBERTVS REX CHRISTIANVS ANGLIÆ, decimus ſextus.

[a] Ethelwerd l. 4. c. 2. Simeon Dunel. An. 860. Laudatur à Catholicis.

1. MOrtuò Ethelbaldo, regnum capeſſit, Anno, 862. frater eius natu proximus [a] Ethelbertus, & cum totidem Annis imperaſſet, vitam exuit, Anno, 867. De quo ita Aſſerius: *Quinque annis pacificè, amabiliter, atque honorabiliter regnum gubernabat.* Ingulfus in Hiſtoria Croiland. p. 863. *Validiſsimus adoleſcens, & Danorum triumphator inuictus, ſtrenuè per quinquennium, regno defenſo, defungitur.* Malmesbur. l. 2. Regum. c. 3. *Regnauit ſtrenuè dulciterque.* Houeden in Annalibus, p. 415. *Ethelbertus, quinque annis in regno pacificè, & amabiliter peractis, cum magno ſuorum dolore defunctus eſt.* Florentius, Anno 860. *Ethelbertus Rex quinque annis regno pacificè & amabiliter atque honorabiliter gubernato, cum magno ſuorum dolore viam vniuerſitatis adijt.* Polydorus, l. 5. *Vir Auo, Patre, Maioribus ſuis multo digniſſimus.* Et ex Proteſtantibus, Holinshed, l. 6. c. 11. hoc encomio eum ornat: *In pace ſuauiſsimus princeps, in bello acer, & rigidus, in vtroque celebris.* Reuſnerus in Genealog. *Vir, Auo, Patre, Maioribus ſuis multò digniſsimus.* Sub hoc rege, nempe Anno, 862. aut ſequenti (vt [b] alij volunt) ad cælos abijt celebris ille S. Swithunus Epiſcopus, qui hæc tempora, doctrina, ſanctitate, & miraculis illuſtrauit, quæ legi poſſunt in eius vita apud Surium, tomo, 5. Capgrauium, itemque Malmesburienſem, l. 2. Pontif p. 242. & Weſtmonaſterienſem, Anno, 862. Baronius, Anno, 862. ait, quod fuit *omni genere virtutum ornatus, à Deo multis miraculis illuſtratus.* Et Martyrologium Rom. Iulij, 2. *Cuius ſanctitas, gratia miraculorum effulſit.* Harpesfeld. ſec. 9. c 9. *Huius ſaculi decus.* Iſacſon, Anno, 814. fatetur, quod *relatus ſit in ſanctos, ob ſanctitatem, & miracula.* Quod verò ſpectat ad Catholicam religionem huius, & præcedentis regis, ea manifeſta eſt ex ijs, quæ retulimus de patre ipſorum; & adhue magis conſtabit ex ijs, quæ de duobus ſequentibus fratribus ipſorum dicturi ſumus.

Laudatur à Proteſtantibus.

[b] Malmesb. l. 2. Pont. p. 242. Harpesf. ſec. 9. c. 9.

CAPVT QVINTVM.

ETHELREDVS PRIMVS, REX CHRISTIANVS Angliæ, Decimus ſeptimus.

SECTIO PRIMA.

[a] Ethelredus l. 4. c. 1. [b] Camden p. 185. al. 356. [c] Ferrarius 23. Aprilis. Laudatur à Catholicis. [a] Aſſerius An. 871. Huntington l. 5. VVeſtmon. An. 871. Holinshed l. 6. c. 1. Sped. l. 7. c. 31. Caluiſius An. 871.

1. ANgliæ Thronum conſcendit, Anno Chriſti, 867. [a] Ethelredus, tertius Ethelwolfi filius, qui eum quinque annis illum tenuiſſet, pro fide, ac patria, fortiter pugnans contra Paganos Danos, occubuit Anno, 872. vt conſtat ex hoc eius Epitaphio [b] Winburniæ poſito. *In hoc loco requieſcit corpus S. Ethel-dredi Regis Weſtſaxonum, [c] martyris, qui Anno Domini, 872. 23. die Aprilis, per manus Danorum Paganorum occubuit.* Aſſerius qui tunc viuebat ſcribit, quod *Per multas tribulationes, quinque annis ſtrenuè atque honorabiliter, cum bona fama, regnum gubernabat.* Idemque aſſerit Marianus, Anno, 872. Ingulfus, p. 911. Florentius, Anno 871. Houeden, Anno, 872. Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 3. ait de hoc rege & fratribus eius *Animosè & fortiter, pro patria, certamini ſe dabant.* Quod de ipſo manifeſtè liquet. Nam præter minores velitationes [d] nouies in vno anno infeſtis ſignis cum Danis pugnauit, regemque vnum cum quinque Comitibus, populumque infinitum occidit, *vt nec ante* (inquit Ethelwerd l. 4. c. 2.) *nec poſt, tanta*

ruina

[e] *ruina audita eſt, ex quo gens Saxonum bello obtinuerat Britanniam.* Polydorus, l. 5. ait quòd erat *Vir domi placidus atque humanus, tam pace, quam bello clarus, qui rerum geſtarum fama, adeo nomen ſuum celebrauit, vt immatura morte nihil damni feciſſe viſus ſit.* Harpesfield. ſæculo 9. c. 3. *Vir ſumma ſpei virtutiſque* Baronius Anno. 872. *Rex maximè pius.* Gordonus, in Chron. Anno, 866. *Ethelredus, ſpatio quinque annorum, quibus regnauit, victoriam nomes reportaſſe dicitur aduerſus Danos.* Ioannes, P. 8. Epiſt. 65. ad Ethelredum Archiepiſcopum Cantuarienſem, quæ (vt ait Baronius) ſcripta eſt, Anno, 877. ſub ſequente rege, vocat Prædeceſſores eius, *Piiſsimos reges*, aitque *eos fuiſſe obedientes ac deuotos Eccleſiæ.* Ex Proteſtantibus; Camden. in ſua Britannia, p. 158. aliàs, 183 *Princeps longe optimus.* Coperus, Anno, 863. *Erat erga ſubditos mitis, & affabilis, erga hoſtes fortis, & acer.* Spedus in Dorceſtria, p. 17. *Princeps ſummis virtutibus præditus.* Romano-Catholica huius incliti regis religio, manifeſta eſt, tum ex laudibus, quas illi, & Prædeceſſoribus eius tribuit Ioannes Papa 8. in literis prædictis. tum ex ſubſcriptione eius Diplomati Beonredi Regis Merciorum apud Ingulfum in ſua hiſtor. p. 864. in quo rex *confirmat dona Fidelium præteritorum ac præſentium Monaſterio Croilandenſi, in Eleemoſinam animæ ſuæ, & in remiſsionem criminum ſuorum.* Godvin. in Epiſcopis Exonienſibus, p. 451. ait, quod Exoniæ erat Monaſterium, *Monachis, vti creditur, ab Ethelredo Ethelwolfi filio conſtructum, circa annum Chriſti, 868.* Idem habet Foxus in Actis, p. 127. licet vocet *Collegium Canonicorum*, at in margine *Abbatiam.* Sed ea adhuc magis patebit ex pietate ſua erga ſacroſanctum ſacrificium Miſſæ, de quâ mox ſermonem faciemus.

[e] Malmeſbur l. 2. Reg. 13 Howed. An. 872.

Laudatur à Proteſtantibus Howed. 1631.

Ethelredus R. Catholicus.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA tempore Regis. Eshelredi primi.

1. HVius regis tempore vixit, atque obijt celeberrimus Eaſt-Anglorũ[a] S. Edmundus, Anno, 870. aut 869. quem Malmeſbur. l. 2. Pontif. p. 239. vocat *quaſi regem & principem Compatriotarum ſanctorum*, & p. 240. inquit: *Ipſi reges, aliorum Domini, ſeruos ſe illius gloriantur, & coronam et regiam miſsitant, magno, ſi vti volunt, redimentes commercio.* Camden. in ſua Britannia, p. 346 vocat eum, *Sanctiſsimũ regem* Cæſus etiam fuit vna cum ipſo, Epiſcopus eius [b] Hamundus ſeu Humber. S. Edmundi frater, ac hæres, Edwaldus, relicto regno, eremiticam poſtea vitam duxit, de quo ita Malmesbur. l. 2. Pontificum, p. 250. [c] *Edwaldus frater Edmundi regis, & martyris, vitam Eremiticam, ſolo pane cibario & aqua triuit, pertæſus, vt fama eſt, mundi delitiarum, poſt religioſe actam vitam magna ſanctitatis opinione ibi* (Cernellæ) *ſepultus.* Idemque fatetur Foxus in actis, p. 127. vbi bis vocat S. Edmundum, *Beatum virum, ac cæſum, quod nollet Chriſtum, eiuſque leges abnegare.* Sic etiam Holinshed, l. 6. c. 12. & Stous in Chron. p. 76. qui addit, quod dum à Danis torqueretur, *continuo inuocabat nomen Ieſu.* Camdenus, in ſua Britan. p. 407. vocat eum, *Chriſtianiſsimum regem.* Et p. 414. ait, quod *Haxan, martyrio Edmundi regis nobilitatur, ibi enim Chriſtianiſsimum regem, quòd Chriſto non renunciaret, immaniſsimi Dani ad arborem religatum, toto corpore ſagittarum telis confodiunt.*

S. EDMVNDVS R.

[a] Aſſerius in Alfredo Ethelwerd. l. 4. c. 2. Ingulfus p 866. Florent An 870 Houeden An. 870. Huntington l. 5 Baronius An. 870 Camden p 315. 340.

[b] Baronius An 870. Gualterus ſ c 9 Ferrarius 22. Martij.

Capgrauius in eius vita Harpesfeld ſæc. 9 c. 22. Ferrarius 28. Nouemb. Magdeburg Cent. 9. c. 7. Bromton in Chron Spedus [c] Capgrauius l. 7. c. 11.

2. Claruit etiam hoc tempore iuxta quoſdam, S. [d] Fremundus, de quo egimus libro ſuperiore, cuius vitam deſcribit Capgrauius: ſed de eo ita Baleus, Centuria, 2. c. 22. ſuo more: *Burchardus poſt literarum ſtudia, ſilentij, & quietis appetens, in Eremi ſolitudine quadam, manſionem quandam quæſiuit, ac tandem inuenit, cuius fucatæ ſanctitatis, fama pellectus Fremundus quidam, Algari Occidentalium Anglorum Ducis filius, virenti ætate iuuenis florentiſsimus, Chriſtianæ reipublicæ gubernaculum*

[d] Harpesfeld ſæc 9 c. 12. Camden. p 500. Capgrauius

reliquit, vt eius ſequeretur inutile otium. Eademque habent Magdeburgenſes, Centur. 9. ca. 11. A Pariſio Anno, 1257. recenſetur inter ſanctos canonizatos. Idemque teſtatur Molanus, 11. Maij, ibique Ferrarius. Huius etiam regis tempore accidit illud memorabile facinus S.[e] Ebbæ, Abbatiſſæ Coldingamiæ, quæ ſororibus ſuis, & verbo, & facto perſuaſit, vt ad ſeruandam pudicitiam ſuam à Danis, & naſum, & labia ſibi præciderent, ob quod à Danis, vnà cum Monaſterio flammis abſumptæ ſunt, quas Baronius, Anno, 870. aſſerit fuiſſe *Chriſtianæ fortitudinis exemplum incomparabile, & eſſe inter Martyres receptas, & cultu Martyrum ab Eccleſia celebratas.* Additque *Angliam eſſe fertilem agrum Martyrum, & nobilem Eccleſiam Anglicanam fœcundam martyribus.* Hoc S. Ebbæ facinus refert ex Proteſtantibus, Baxerus in Ethelredo, & Stous, Anno, 870. qui eam vocat *ſanctam.* Eſt quidem modò Coldingamia ſub dominio Scotorum, at tunc temporis erat ſub Anglis, & (vt ſuo tempore ſcribebat Capgrauius in vita S. Ebbæ) *A Monachis*[f] *Dunelmenſis Eccleſiæ inhabitatur.* Nam (vt refert Weſtmonaſt. Anno, 975.) *Edgarus dedit Kinedo regi Scotorum, terram totam quæ*[g] *Laudian patria lingua nuncupatur, hac conditione, vt annis ſingulis in feſtiuitatibus præcipuis, quando Rex, & eius ſucceſſores Diadema portarent, venirent ad Curiam, & cum cæteris regni Principibus feſtum cum lætitia celebrarent.* Coldingamia autem eſt in Laudonia. Ingulfus etiam in hiſtor. Croilandiæ, p. 867. meminit Toreti ac Tiſæ, qui hoc tempore viuebant, quos ait fuiſſe *Anachoretas ſanctiſſimos deuotiſſimoſque.* Edgarus Rex in ſuo Diplomate meminit *Tancredi, & Torbredi*, quos ait fuiſſe *Duos præcipuæ ſanctitatis germanos antiſtites, & alterum martyrij, alterum confeſſionis gloria migraſſe ad Chriſtum*, Itemque *Tonæ ſororis ipſorum, imitatione virtutum, & charitatis repagulo connexa, omnes eremitas*, qui forte ſub hoc tempus vixerunt.

[*Margin:* S. EBBA e Weſtmon. An. 870. Spondanus An. 1268. Boſ. ur. l. 22. c. 3. Gualterus ſec 9 Terra rum 21. Auguſti Camden. in Scotia Harpsf. ſec 9 c 14.]

[*Margin:* f Vide Maſtere l. 1 c 9. Laudian quando dicta Scotis. g Camden in Britan p 378 379.]

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA,
tempore Regis Ethelredi primi.

1. QVod ſpectat ad viros claros eruditione ſub hoc rege, cum eius regnum fuerit breuiſſimum, ac omnia cæde, & incendijs à Danis inuoluerentur, parum otij literis aut ſtudijs ſuppetebat. Nihilominus Ingulfus in ſua hiſtoria, p. 867. meminit Birſtani Monachi, quem ait fuiſſe *Muſicum peritiſſimum, & poetam facundiſſimum.* Et ibidem ſcribit, quod *Croilandiæ, ſanctorum librorum ingens Bibliotheca combuſta eſt à Paganis.* Et Malmesbur. l. 2. Regum, c. 4. refert ex Alfredo rege, quòd *Eccleſiæ in quibus numeroſæ à priſco Bibliothecæ continebantur, cum libris à Danis incenſæ ſunt: propterea in tota inſula ſtudia literarum abolita, quod quiſque magis vereretur capitis periculum, quam ſequeretur librorum exercitium.* Addit tamen ibi Malmesburienſis, quòd Ethelwardum, huius Alfredi filium, *literatiſſimum fuiſſe perhibent.* Et Godwinus in vita Friſtani Epiſcopi Wintonienſis, n. 23. ait. *Hic vir tam doctrina, quàm ſanctitate clarus.*

[*Margin:* Bibliotheca numeroſa]

SECTIO

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA IN ANGLIA TEMPORE Regis Ethelredi primi.

1. CEleberrimum editum eſt miraculum ſub hoc Rege, & Angliæ ſaluberrimum, quod tradunt omnes antiqui hiſtorici noſtri, & fatentur ipſi Proteſtantes, quod verbis Aſſerij Epiſcopi in vita Regis Alfredi qui tunc vixit, & Alfredo, qui prælio interfuit, à ſacellis fuit, referam. Ita igitur ille, Anno, 871. *Erat adhuc Ethelredus Rex in tentorio in oratione poſitus, audiens Miſſam, & nimium affirmans, ſe inde viuum non diſceſſurum, antequam Sacerdos Miſſam finiret, & diuinum pro humano nolle deſerere ſeruitium, & ita fecit: Quæ Regis Chriſtiani fides, multum apud Dominum valuit.* Et addit, cæſum ab eo ex hoſtibus regem vnum, quinque Comites, & exercitum eorum fugatum vſque ad noctem, & ſequentem diem. Idem Ingulfus in hiſtoria, p. 868. Houeden, Anno, 871. Huntington. l. 5. Weſtmonaſter. Anno, 871. Harpesfeild ſec. 9. c. 8. Et ex Proteſtantibus, Holinshed, l. 6. c. 12. Stous, Anno, 871. Iſacſon, Anno, 866. Foxus in ſuis Actis, p. 127. Et addit Foxus, quod *per gratiam Dei, & piam fortitudinem, rex, à ſacro veniens, victoriam recuperauit.* Ne tamen lector ſciret, quantum Anglia debeat Miſſæ, pro *Miſſa* Stous habet,[a] *preces*, & Foxus [b]*Sacrum, ſeu cultum diuinum.* Audis [Proteſtans Angle] illuſtrem victoriam dè crudeliſſimis hoſtibus partam *per gratiam Dei, & pietatem Regis erga ſacrum:* Quod autem hoc ſacrum, fuerit Miſſa, celebrata per ſacerdotem, teſtatur Aſſerius, qui tunc vixit, ac Regi Alfredo (qui huic prælio interfuit) à ſacello fuit; & [c] alij hiſtorici antiqui. Addit Malmesburienſis l. 2. Regum, c. 3. *Iam acies Anglorum declinabant, & vrgentibus ex alto Aduerſarijs, fugam meditabantur, quod iniquo Chriſtianis loco pugnaretur, cum ille* (Ethelredus) *cruce Dei conſignatus, ex inſpirato aduolat, hoſtem pro turbans, ciuem in arma ciens, cuius virtute, ſimul & Dei miraculo, Dani territi, pedibus ſalutem committentes, fugêre: Caſus ibi Rex* [d] *Oſeg, & Comites quinque, vulgus innumerum.* Iſacſon, Anno, 866. ait Thyram vxorem Gormonis regis Daniæ, fuiſſe filiam huius Ethelredi regis quæ (ait Saxo, libr. 9.) erat [e] *grauitate atque induſtria, ante alios praſtans,* eamque vocat *Danicæ maieſtatis caput, & cùm moreretur, Dani publicam patriæ fortunam expiraſſe crediderunt.* Crantius in Dania, l. 4. c. 18. aſſerit quod fuit *puella ſingulari prudentia, & Chriſtianiſmi amantiſſima.*

Virtus Miſſæ.

Malmesbur. l. 2. c. 3. Florent An. 871. Baronius. An. 871. Gualter in Chronico. Simeon Dunel. An. 871 Brompton. col. 809. a Ipsdar l. 7. c. 33. Bonfin p. 72. b Holinshed l. 6. c. 12. c Houeden An. 871. Florentius An. 871. Simeon Dunel. An. 871 Brompton. col. 808. Weſtmon. An. 872. d Aſſerius in Dan. a l

An. 871. Simeon Dunel. An. 870. & 872. Thyra regina Daniæ Boſſunil. 21. c. 8 Reuſnerus in Geneal. Crantſius 4. c. 18. & 20.

2. De [f] miraculis S. Edmundi Regis, & Martyris, multa legi poſſunt in eius vita apud Surium, tom. 6. & apud Malmeſburienſem, l. 2. Regum, c. vlt. p. 88. & l. 2. Pontif. p. 239. Et ex Proteſtantibus, ipſi Magdeburgenſes, Centur. 9. c. 12. col. 599. ſcribunt, quod *Edmundus Rex Angliæ, ob defenſionem* [g] *Chriſtianæ fidei, contra Danos bella gerens, ab ipſis tandem victus, & martyrio affectus eſt. Caput eius inter fruteta occultatum, quærentes, ad ſe vocauit.* Foxus tamen in actis ſuis, p. 137. Vocat miracula S. Edmundi, *fictitia*, ſed nullo alio argumento nixus, quàm ſua ſolita ferrea incredulitate. Credit enim quæ vult, & quæ non vult, non credit, ac propterea non hiſtoricis, ſed ſibi ipſi credit.

f Ingulfus p. 868. Huntington l. 5. Weſtmon An. 870. Harpesf ſec. 9. c. 8. g Holinshed l. 6. c. 15. Camden p. 340. al. 414

CAPVT SEXTVM.

ALFREDVS COGNOMENTO MAGNVS, REX *Chriſtianus Angliæ, decimus-octauus.*

SECTIO PRIMA.

Ælfredus cognomento Magnus. Ælfredus coronatus à Papa

1. MOrtuo Ethelredo, ſucceſſit ei frater ſuus Alfredus, ſeu Aluredus, ſeu potius Ælfredus; vt ex lapide refert Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p 251. & ex ipſo Camdenus in ſua Britan. p. 181. idque conſtat ex numiſmate eius. apud Spedum l.7.c,36. Atque is poſtremus Ethelvolfi ſupra dicti Regis filius; regnare cæpit Anno, 872. vſque ad Annum, 901. Hic ſolus ex omnibus Angliæ Regibus, Diadema, & inaugurationem ſumpſit [a] à Romano Pontifice, vt agnoſſcunt Proteſtantes, Baleus Centur. 2. c. 26. Parkerus in vita Celnothi Archiepiſcopi, Foxus in actis, p. 127. Stous in Chron: Atque vt intelligamus, quantis beneficijs eum ornauit Deus, quem ſuus Vicarius coronauit, hic ſolus ex omnibus regibus Anglis, ob res maximas in bello, & pace geſtas, *Magni* cognomen, idque iure optimo, adeptus eſt. Laudes, quas in omni genere, tum Catholici, tum Proteſtantici ſcriptores ei attribuunt, mea quidem ſententia, excedunt laudes, quæ cuiuis regi hactenus tributæ ſunt. Aſſerius Epiſcopus, qui cum eo familiariter vixit, vocat eum; *nobiliſſimum, prudentem, religioſum, & ſapientiſſimum.* Edgarus Rex in orat: apud Spelman. de Concilijs, p. 477. ait, *Sanctæ memoriæ; Atauus meus Aluredus,* Ethel-erdus, l. 4. c. 3. ita eum diſcribit: *Magnanimus Rex Æfridus, immobilis Occidentalium poſtis, vir iuſtitia plenus, acer in armis, ſermone doctus, diuinis ſuper omnia documentis imbutus.* Ordericus Vitalis, l. 4. *Probitate & liberalitate; laudabilique prouidentia, omnes Angliæ reges præcedentes, & ſubſequentes vt reor, excellit.* Marianus. An. 900 & poſt eum alij tradūt fuiſſe *famoſum, bellicoſum, viduarum, pupillorum, orphanorum, pauperumque prouiſorem ſtudioſum, poetarum Saxonicorum peritiſſimum, ſuæ genti chariſſimum, affabil in hominibus, liberaliſſimum, prudentia, fortitudine, iuſtitia, temperantia præditum, in infirmitate, qua aſſiduè laborabat, patientiſſimum, in exequendis iudicijs indagatorem diſcretiſſimum, in ſeruitio Dei vigilantiſſimum & deuotiſſimum.* S. Ealredus de Genelogia regum Angliæ. *Anglorum decus, regum gemma, virtutum exemplar Alredus,* Huntington, l. 5. *De Alfredo nihil breuiter dici poteſt, quia multa fecit, & miranda.* Camden. in ſua Britan. p. 267. aliàs 331. refert hæc verba ex veteribus Annalibus Wintonienſibus: *Præſente glorioſiſſimo, & inuictiſſimo Rege Alfredo, cuius in omni ore, quaſi mel, dulcorabitur memoria.* Polydorus l. 5. *Erat Aluredus, tam rebus externis laudandus, quam domeſticis inſtitutis admirandus.* Item, *Summo ingenio, ſumma que prudentia —— Maximis bellis atque laboribus perfunctus, primum de Chriſtiana religione; deinde de liberalium omnium artium diſciplinis: poſtremo, de republica, boniſque hominum moribus bene mereri maximè ſtuduit —— Nullo non virtutis genere claruit, clariſſimus item omnium Regum bellicis artibus.* Baronius Anno, 888. *Rex maximè pius.* Et Anno, 878. *Magnus, meritò nuncupatus.* * Harpsfeld. ſec. 9. c. 4. *De quo* (Alfredo) *ſi pro meritis, & dignitate viri dicerem, iuſtum, res illius opus, prolixumque poſtularent.* Weſtmonaſterienſis, Anno 868. *Alfredus iuuenis admirandæ probitatis.* Et Anno 871. *Erat cunctis fratribus ſuis forma decentior, vultu ſerenior, verbis & moribus gratioſior, omnibus amabilis, & affabilis.* Nauclerus, Generat. 30. *Alfredus pietate, munificentia, & literarum amore, celebris.* Trithemius in Chron. Hirſaugienſi, *Elfredus Rex Anglorum, vir in omni conuerſatione ſua Chriſtianiſſimus, prudentia, & eruditione ſcripturarum quoque celeberrimus.* Leſleus, l. 5. Hiſtoriæ Scot. c. 74. *Aluredus Anglorum Rex, optimus princeps.* Idem Boëtius, lib. 10. Hiſtor. Scot. Gordon. Anno, 901. ita ſcribit: *Iam Angliæ regnum ab Heptarchia in Monarchiam, præſertim per Aluredum reductum, florebat, atque inter præcipua Europæ regna numerabatur*: Thornus col. 1777. ait quod fuit *primus rex Angliæ, qui inunctus eſt.*

a Malmesbur l. 2. Reg c. 4. Ingulf. p. 869. Houeden An 851. Huntington l. 5. weſtm. An. 854.

Ingentes laudes Ælfredi Regis. Simeon Dunel. l. 2. c. 15. Piiſſimus Rex, *Vide eum in Hiſtoria S. Cutberti p. 72. b Florent. An 871. Fox p. 131*

† Vide eum ib. c. 6. Extant leges Alfredi apud Bremton. in Chron.

Angliæ ex p a... Regni Europa.

2. Ex Proteſtantibus; Camdenus in ſua Britan. p. 203. aliàs, 243 vocat Alfredum, *clariſſimum Regem*. Et p. 167. aliàs, 331. *Pientiſſimum regem*. Spelman. in Concilijs, p. 619. ait, *Rex eximius Aluredus magnus*. P. 167. *Rex celeberrimus*. P. 353. *Rex fortiſſimus Aluredus, tanquam Leo rugiens*. P. 319. *Inſignis princeps*. P. 378. *Virtute & rebus geſtis Magnus ab authoribus appellatus. Puerum adhuc à patre Romam delegatum Leo Papa quartus, Prophetico velut ductus ſpiritu, in Anglorum futurum aliquando regem vnxit, dum tres ſui fratres omnes, qui paterno prius, fruebantur diademate, ſuperſtites floruere & incolumes*. Et in Gloſſario V. lex. *Pius, inclitus, felix, imo inter perpetuas ærumnarum acerbitates victor, triumphator, nunquam ſatis laudatus Aluredus*. Et plura ibidem cum ſumma admiratione Aluredi. Selden. l. 2. Analectorum, c. 5. *Rex* (Alfredus) *Falix ſeculum, verè philoſophabatur*. Vſſerius in Indice Chronologico, Anno, 849. *Aluredus nobilis ille Anglorum rex, naſcitur*. Reuſnerus in Genealog. *Vir ſummo ingenio, ſummaque prudentiæ, bellicis item artibus longe clariſſimus*. Lelandus apud Baleum Centur. 10. c. 30. *Incomparabilis Alfredus*. Spedus in deſcrip. Britan. c. 2. *Alfredus ille verè Regum exemplar, & ſpecimen*. Baleus, Centur. 2. c. 26. *Alfredus Magnus egregiæ indolis, & formæ adoleſcens, ad literas, & virtutes natus*. Twinus de Antiq. Oxonienſ. l. 2. Sect. 195. *Inclitus Rex, de cælo lapſus*. Daniel, l. 1. hiſtor. *Alfredus, ſpeculum regum*. Parkerus, in præfatione ad Aſſerium: *Prudentiſſimus rex ſummo ſplendore, & tanta, quantam illa perraro vidit ætas, dignitate, qui non pacis ſolum laudibus floruit, ſed belli quoque gloria circumfluxit, omnem curam, induſtriam, cogitationes denique omnes, in diſciplinarum ſtudium conſumpſit. Quis vnquam illo aut pacis amantior eſt habitus, aut belli laude illuſtrior?* Foxus in Actis, p. 127. *Inter omnes Saxonicos reges hucuſque nullus repertus eſt, qui præferri, aut penè conferri poſſet cum Alfredo, ob maximas & eximias illius dotes, dignas ſumma celebritate, ſiue intueamur eius fortia facta, ac multiplices labores pro patria ſuſceptos, ſiue pias & inſignes virtutes, iunctas cum pia & tenera cura reipublicæ, ſiue conſideremus præclaram eius in bonis literis eruditionem, cum ardenti ſtudio eam promouendi in toto regno ſuo*. Et p. 129. ſummas ei laudes tribuit ob continentiam, fortitudinem, doctrinam, ac tandem concludit: *Hic fortis, pius, ac doctus rex Chriſtianè regnum ſuum rexit*. Ac multo plura ibidem habet cum ſumma admiratione huius regis. Similia habent Stous, & Coperus in Chronicis. Holinshed, l. 6. c. 15. & 16. & alij Proteſtantes. Spedus, l. 7. c. 36. vocat eum, *Speculum principum*, *Et incomparabilem principem*. Et in deſcrip. Britan. c. 7. *inclitiſſimum regem*. Goduin. in Epiſcopis Wintonienſibus, n. 21. *inclitum regem*. [a Houeden p. 410.]

3. Sed miſſis his generalibus Elogijs, ſingulares eius virtutes videamus. De eius eruditione, (quæ rara eſt in regibus) ita Aſſerius, qui eum nouit: *Fere omnium librorum* [c] *notitiam habebat*. Ethelwerdus, l. 3. c. 3. *Sermone doctus, diuinis ſuper omnia documentis imbutus*. Ab Houedeno, p. 414. cognominatur, *literatus*. Ingulfus, in ſua hiſtoria, p. 912. *Omnibus literis apprimè inſtructus erat*. Et p. 870. *Vſque ad profundam omnium liberalium artium ſcientiam penetrauit*. Marianus, Anno, 844. [d] *Librorum omnium notitiam habebat*. Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 4. *Liberales artes totis medullis imbibit, in tantum, vt nullus Anglorum fuerit vel intelligendo* [e] *acutior, vel interpretando elegantior. Plurimam partem Romanæ Bibliothecæ, Anglorum auribus dedit*. Weſtmonaſterienſis, Anno, 871. *In arte venatoria, aucupatoria, atque omnium peritia, & felicitate incomparabilis, ſicut & in alijs donis fuit*. Idemque aſſerit Aſſerius in vita eius, Anno, 866. & Florentius, Anno, 871. Ex Proteſtantibus, Baleus, Centur. 2. c. 26. *Ita doctus euaſit, vt Grammaticus, Philoſophus, Rhetor, hiſtoricus, Muſicus, & Poeta non vulgaris haberetur: imo Architectus, & Geometer perfectiſſimus*. Camden. in ſua Britan. p. 89. *Alfredus Rex Oroſii hiſtoriam in Anglicam linguam tranſtulit*. Atque hoc mirabilius in Alfredo, quòd non ſolum continuis bellis, ſed etiam (vt idem Malmesburienſis tradit) *valetudinis* [f] *aduerſæ fuit, vt qui ſemper, vel fico, vel aliquo interraneorum morbo agitaretur*. Neque ſolum ipſe doctus fuit, ſed & vndique doctos accerſiuit, vt [g] Plegmundum ex Mercia, Aſſerium ex Wallia, Grimbaldum ex Belgio, atque Oxonienſis Acadamiæ vel [h] fundator, vel (vt alijs placet) [i] reſtitutor, & Inſtaurator fuit.

[b] Erud. tio Alfredi m. [c] Florent. An. 871. & in Catal. Epiſcop. p. 551.

[d] Weſtmon. An. 870. [e] Foxus in Actis p. 130.

[f] Aſſerius An. 887. Florent. An. 871. 879. Camden p.

[g] Ingulfus p. 870. [h] Gordon. 878. Baleus ſupra 179. Twinus l. 2 ſec. 179. 194. Spedus c. 7. [i] Aſſerius An. 886. 111. Holinshed. l. 6. c. 30.

4. De eius pietate, ita Aſſerius eius familiaris, Anno, 884. [k] *Curſum diurnum, id eſt, celebrationes horarum, ac deinde Pſalmos quoſdam, & orationes multas, quas in vno libro congregatas, in ſinu ſuo, die noctuque (ſicut ipſi vidimus) ſecum inſeparabiliter, orationis gratia, inter omnia vitæ præſentis curricula, vbique circumferebat. Erat ſedulus ſanctorum locorum viſitator, etiam ab infantia orandi, & eleemoſynam dandi gratia, diu in oratione tacita proſtratus; ſæpiſſime Galli cantu, & Matutinis horis conſurgens, clam Eccleſias, & reliquias ſanctorum orandi cauſa, viſitabat, ibique diu proſtratus orabat. Diuina quoque miniſteria, & Miſſam ſcilicet, quotidie audire, pſalmos quoſdam, & orationes, & horas diurnas, & nocturnas celebrare, & Eccleſias nocturno tempore (vt diximus) orandi cauſa clam à ſuis adire ſolebat, & frequentabat.* Quibus etiam addit, quod *Sanctorum reliquiæ eum vbique comitabantur.* Eadem refert Marianus, Anno, 893. Florentius Anno, 871. qui etiam addit, Anno, 901. quod erat, *in ſeruitio Dei vigilantiſſimus, & deuotiſſimus.* Item, Weſtmonaſterienſis, Anno, 871. ac Malmesburienſis, l. 2. c. 4. Tria conſtruxit Monaſteria celeberrima. vnum [l] Sheptoniæ, alterum Ethelingiæ, tertium Wintoniæ, in qua [m] Canonicos poſuit; de quo poſtremo, ita ſcribit Camdenus, in ſua Britannia, p. 192. *Nouum Monaſterium Aluredus fundauit, & ad conſtruendum eius officinas, mercatus ab Epiſcopo terræ ſpatium, ad vnumquemque pedem, Marcam pondere publico penſitauit.* Vnde Edgarus Rex in [n] oratione ſua: *ſanctæ memoriæ Atauus meus Aluredus, vt Eccleſiam ditaret, non theſauris ſuis, non patrimonio, non ſumptibus, non redditibus parcendum putauit.* Proteſtantes etiam (vt iam retulimus) vocant eum, *pium, & pientiſſimum regem. Eleemoſinis* (inquit Malmesburienſis, l. 2. c. 4. cit.) *intentus, priuilegia Eccleſiarum, ſicut pater ſtatuerat, roborauit, & trans mare, Romam, & ad S.* [o] *Thomam in Indiam multa munera miſit. Dimidiam portionem omnium cenſuum iuſtè dumtaxat acquiſitorum, monaſterijs delegauit.* [p] *Cunctos præterea reditus in æquas duas partes diuidebat, rurſuſque primam in tres, quarum primam miniſtris ſuis Curialibus, ſecundam, operatoribus, tertiam, Aduenis. Secunda pars redituum ita diuidebatur, vt prima portio daretur pauperibus regionis ſuæ; Secunda, Monaſterijs; Tertia, Scholaſticis; quarta, tranſmarinis Eccleſiis.* Ibidem, [q] *Viginti quatuor horas, quæ inter diem, & noctem, iugiter voluuntur, ita diuidebat, vt octo horas, in ſcribendo, & legendo, & orando: octo, in cura corporis: octo in expediendo regni negotio tranſigeret.* Eademque habet Aſſerius, Itemque Ingulfus, in ſua hiſtoria, p. 870 qui ibidem addit; *ſanctorum pedibus accliuis, & ſubditus, S. Neotum, & S. VVerfredum Epiſcopum in ſumma veneratione habebat.* Ex Proteſtantibus, Stous in Chron. vocat eum: *Vigilantiſſimum, & deuotiſſimum Principem in cultu Dei.* Camden. in Reſiduis, p. 366. *Pium, prudentem, & bellicoſum Regem.* Spedus in Deſcriptione Britanniæ, l. 1. c. 23. *Eruditum, & religioſum Monarcham.*

G: a torno ſec 9. S. Antonin. tit. 16. c. 2. Raulerus General. 30. Stous in Chron. Holinshed l. 6. c. 26. Spedus l. 7. c. 16.

5. De eius iuſtitia in adminiſtratione regni, ita Malmesburienſis, l. 2. Regum c. 4. cit. [r] *Pacem infudit Prouinciæ, vt etiam per publicos aggeres, vbi ſemitæ in quadriuium finduntur, armillas aureas iuberet ſuſpendi, quæ viantium auiditatem riderent, dum non eſſent, qui eas abriperent.* [s] *Iudiciorum à ſuis hominibus factorum inquiſitor, perperam actorum, aſperrimus corrector.* Twinus, l. 2. Antiq. Oxon. ſec. 208. *ſcientia politica inclytus Aluredus, in legibus ferendis pollebat.* Lambertus in ſua Archaionomia exiſtimat, *mirabiles vtilitates reipublicæ allaturum, ſi ſolidas Aluredianarum* [*] *legum imagines teneremus.* Videndæ ſunt leges eius apud Spelman. in Concilijs p. 354. & ſequentibus. Ingulfus, p. 908. ait, quod *Rotulum edidit, in quo totam terram Angliæ per Comitatus, centurias, & decurias deſcripſit.* Somner in Gloſſario v. Equilocus. *Ab æquitate, & iuſtitia longe lateque, fuit celeberrimus.*

887. Houeden. An 888. [†] *Caius de antiq. Cant. p. 328.*

6. Tantæ bellicæ fortitudinis erat (vt teſte Malmesbur. l. 2. Regum, c. 4. cit.) *Cum Alfredo etiam victo, etiam iacente, luctandum eſſet. Rex ipſe impigrè in omnibus actionibus aderat, nota virtutis ſuæ ſpecie, alienos territans, ſuos corroborans, ſolus aduerſum pectus hoſtibus inferre, ſolus inclinatam aciem reſtituere, ſponte inimicos inſultantes adoriens. Plerumque poſt fugam importabilis, & memoria repulſæ circumſpectior, & ardore* vindictæ,

Marginal notes: [k] Ingulfus p. 870 Floren. An. 871 — Miſſam audiebat quotidie. — [l] Aſſerius An. 889 Weſtmon. An. 900. — [m] Malmesbur. l. 2. Pont. Harpsfeld ſec. 9. c. 10. Polidorus l. 5. — [n] Parker in vita S. Dunſtan. Spelman in Concil. p. 4?7 Harpsfeld ſec. 10. c. 5 — [o] Huntington l. 5 Goduin in Epiſc. ſurà ... — [p] Aſſerius An. 889. Ingulfus p. 870 Floren. An. 887 Weſtmon An. 887 Trithem. in Chron. Hirſaug. Selden l. 2 Analect. c. 5. — [q] Aſſerius An. 889. Genebrard ſec. 9. — [r] Ingulfus l. 2 Alfredi m. — [s] Ingulfus p. 870. VVeſtmon An. 892. Camdē p. 114. 118 Stous in Chron. Foxus in actis p. 129. Harpsfeld ſec. 9. c. 5 — [t] Aſſerius An 889. Marianus An 913. Florent. An 887. Bellicæ virtus Alfredi. — [*] Aſſerius An. 883.

vindictæ, audacior. Colmanus antiquus hiſtoricus apud Baleum Centur. 3. c. 43. ait, quòd *quinquaginta ſex vicibus terra, mar que cum Danis conflixit.* Et, vt habet Spelman. in Concilijs, p. 379 *ſexies ſupra quinquaginta vicibus, terra marique aduerſus Danos dimicaſſe fertur.* Vnde Aſſerius ita de ipſo cecinit.

Quinquaginta ſex vicibus pugnauit Cæſar 52. vicibus Solin

[t] *Cui veſtis ſudore iugi, cui ſica cruore*
Tincta iugi.

[t] *Huntington l. 5.*

Ac tandem ſic Danos deuicit, vt ita Camden in ſua Britannia p. 367. aliàs, 444. ex antiquo ſcriptore: *Aluredus Rex ſic* [u] *Danos contudit, vt dabant ad libitum, obſides, quod terra exirent, vel Chriſtianitatem reciperent. Quod & factum eſt. Nam Rex eorum* [x] *Guthrum cum triginta proceribus, & omni pene populo baptizatus, in filium ab Aluredo ſuſceptus, impoſito ſibi nomine, Athelſtano.* Idemque confirmat, p. 163. 189. & 213. Aſſerius refert, quod octies in vno anno pugnauerit cum Danis, *in quibus* [y] *octo prælijs, vnus Rex, nouem duces, cum innumeris cohortibus periere, exceptis quotidianis & nocturnis irruptionibus.* Habuit etiam bellicoſiſſimam filiam [z] Elfledam, Dominam Merciorum, quæ multa prælia geſſit, multas vrbes, & caſtella, partim extruxit, partim muniuit, & in qua nihil fortiſſimi viri præter ſexum, deſiderares: ita vt à quibuſdam (prout refert Huntington, l. 5.) *non ſolum domina vel regina, ſed etiam rex vocaretur, ad laudem, & excellentiam mirificationis ſui. Et vt æſtimatum & dictum eſt, niſi fatis velocitate præcepta fuiſſet, viros virtute tranſiſſet vniuerſos.* Tantæ etiam caſtitatis, vt (quod tradit Malmesburienſis, l. 2. Regum c. 5.) *experta primi partus difficultate, perpetuò viri horruerit complexus, proteſtans, non conuenire regis filiæ, vt illi ſe voluptati innecteret, quam tale incommodum poſt tempus vrgeret.*

[u] *Ingulfus p. 870 Malmesbur. l. 2. reg c. 4.* [x] *Malmesb. l. 2. reg c. 4. Huntingt. l. 5. VVeſtmon An. 878 Genebrard. An. 874 Spelman p. 372.* [y] *VVeſtmon An. 822.* [z] *Ingulfus p. 871 Camden p. 482.*

Tantæ autem celebritatis fuit Alfredus, vt quod tradit Aſſerius in eius vita Anno, 887. & alij) *De Hieruſalem ab Abel Patriarcha literas, & dona illi directas vidimus, & legimus. Franci multi, Friſones, Galli, Pagani, Britones, & Scoti, Armorici, ſponte ſe ſuo dominio ſubdiderant; Nobiles ſcilicet, & ignobiles. Quos omnes ſicut propriam gentem ſecundum ſuam dignitatem regebat, diligebat, honorabat, pecunia & poteſtate ditabat.* Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 4. ſcribit, quod Ethelſwida eius filia nupſit Balduino Comiti Flandriæ, cui peperit Ernulfum; *Ex quo* (inquit) *ſunt hodie Comites Flandriæ*: Eiuſque Epitaphium refert Antonius Sanderus, l. 4. de rebus Gundauenſium, eaque obijt, Anno, 929. Spelman. admirabundus ita ſcribit de Alfredo; *Zachei æſtuans ardoribus, dimidiam partem cenſus ſui annui, in pios erogauit vſus, temporiſque partem tertiam, hoc eſt, dierum ſingulorum naturalium horas octo, ſtudijs ſacris, & orationibus deſtinauit. O ſtuporem omnium ætatum Aluredum! Cuius dum religionem intuemur, nunquam exiſſe videatur Monaſterio, dum bella & militiam, nullibi verſatus eſſe niſi in caſtris, 52. enim fertur dimicaſſe prælijs; dum ſcripta eius, & lucubrationes, vitam tranſegiſſe in Academia: Et dum regni populique ſui adminiſtrationem nihilo vnquam ſtuduiſſe, niſi in foro & ſenatu iuſtitiæ promouendæ, legibuſque bonis faciendis. Liceret vtinam ſigillatim omnia enarraſſe.* Proh! quando Proteſtantica religio talem regem proferet? His omnibus Alfredi laudibus adde, quod à nullo ſcriptore vllius vitij notatur.

Florent An. 871 Alias Elfleda. Spedus l. 7. c. 13 16. Tidlet in vita Philippi. Aug.

Alfredus Itaper omnia a iatum

8. Romano-Catholica autem huius inclyti, & admirabilis Regis religio, manifeſta eſt, tum quia bis Romam profectus eſt, ibique à Romano Pontifice vnctus, & in Regem coronatus. Tum quia tria Monaſteria conſtruxit, in quorum vno filiam ſuam Ethelgeofam Monialem poſuit. Tum quia Sanctus Eduardus Rex in Charta Weſtmonaſt. ait, ſe ibi collocaſſe reliquias, quas Martinus Papa & Leo (qui Alfredum coronauit) dederunt Alfredo Regi. Tum quia *totam terram inter Were fluuium, & Tinam S. Cuthberto & in eius Eccleſia miniſtrantibus, largitus eſt.* Spelman. in Concilijs, p. 354. notat, quod in legibus Alfredi, *omittitur* (inquit) *ſecundum præceptum, de non fingendis imaginibus, neque quod ſciam* (addit) *in vllo vſquam Saxonico exemplari reperitur.* Sed male ait illud eſſe ſecundum, cum ſit duntaxat particula, ſeu amplior explicatio primi, per quod omne genus Ido-

Alfredus in Romano-Catholicus, 1. Malmesbur. l. 2. reg. c. 4. Florent. An 887. VVeſtmon. An 887 3. Spelman in Concil p. 619 Parker. & Goduin in vita Plegmundi 3. Houeden.

An 882. Capgrauius in Cutberto Camden in Brit p. 661. Holinshed l. 6 c. 16 Goduin in Epiſ Dunel num. 15. Simeon Dunelm. l. 2. c. 13. Proteſt. diuiſio mandatorum nunquam in Anglia Vide Copum dial. 4 c 20. 4 In præfat. Paſtoralis S. Gregorij.

Vide Catholicas leges Alfredi in Harpsfeild ſec 9 c.5.

lolatriæ prohibetur, tum demum, quia (vt ait Weſtmonaſt. Anno, 871.) *Miſſam quotidie cum horis diurnis curabat audire*, & (vt ipſemet 4. profitetur,) *Pontificem Romanum Chriſti Vicarium agnouit*, Harpesfeildus ſec. 9. c. 12. ponit hoc eius Diploma: *Ego rex Alfredus, in honore Dei, & S. Virginis, & omnium ſanctorum, dono & concedo viuens, & in proſperitate adhuc vigens, Septonienſi Eccleſiæ, centum hidas terræ, cum hominibus, & aliis pertinentiis, quemadmodum modò ſe habent, & Ailenam filiam meam cum eiſdem.* Et claudit Donationem cum his verbis: *Quicunque hæc auerterit, ſit à Deo, & S. Maria Virgine, & omnibus ſanctis, maledictus in æternum. Amen.* In alio Diplomate apud, Rainerium in Diſceptat. Hiſtorica, p. 132. profitetur; ſe dare terras Monaſterio Ethlingenſi, *pro remedio animæ ſuæ, & criminum ſuorum abſolutione.*

9. Ex his patet, qua fronte ſcripſerit Humfredus in pręfat. ſua *ad praxim Romanæ Eccleſiæ: Noſter erat Alfredus, qui Oxonium vndique doctiſsimos homines euocauit.* Sed (vt rectè ait Auguſtinus) *Hæreticorum frons non eſt frons, ſi non membrum corporis, quod fecit Deus, ſed pudorem intelligas.* Eundemque vendicat Pouellus in præfat. libri de Antichriſto. Scilicet, Proteſtantes ſolent bis Romam adire religionis ergo; Romam & in Indiam Eleemoſynas mittere, à Pontifice Romano Sacramentum Confirmationis ſuſcipere, eundem, Chriſti Vicarium agnoſcere, quotidie Miſſam audire, preces diurnas & nocturnas recitare, noctu Eccleſias frequentare, Monachis præceptoribus vti, Sanctorum auxilium implorare, Monaſteria extruere. Adde quod Holinshed, l. 6. c. 16. vocet, hæc tempora, *palpabilis cæcitatis, & nebuloſe ſuperſtitionis.*

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA *tempore Alfredi Magni.*

B ALFREDVS M. a Spelman in Conc. l. p. 477. Ferrarius 28 Octobris b Harpesfeild ſec 9. c. 6. B ALFGIVA R. Ferrarius 10. Iulij & Ealredus de Genealogia regum Angliæ col. 356 Simeon Dun An. 9?? * Ealred in Geneal. col. 356. c Howeden An 887 Florent An 871. Aſſerius An 880 Ferrarius 9 Decemb S mob Dunel. An 887. 8 NEOTVS. d Harpesfeild ſec 9. c. 12.

1. IN primis, ipſe Rex pietate claruit, vt patet ex iis quæ de ipſo retulimus. Sed multa alia, eaque admiranda habet Aſſerius in eius vita Anno, 885. Quibus addimus, quod Rex Edgarus in [a] orat. apud Harpesfeild. ſec. 10. ca. 3. vocat eum, *Sanctæ memoriæ atauum ſuum.* Baronius, Anno. 901. *Alfredum piiſsimum regem.* qui [vt ſcribit Malmesburienſis, l. 2. Regum c. 4. Marianus, Anno, 893. Florentius, Anno, 871. & fatetur Foxus, in actis ſuis, p. 130.] *Precibus à Deo exegit vt* [b] *incommodorum admonitus, ſegnius illecebras mundanas amplecteretur.* Camden. in ſua Britannia, p. 267. aliàs, 331. vocat eum, *pientiſsimum regem.* Sanctitate etiam claruit, Alfgiua, aliàs, Alfwida, vxor eius, de qua ita Camdenus in ſua Britan. p 192. aliàs, 233. *VVintoniæ Virginum Monaſterium Alfwida Alfredi Regis vxor poſuit, quod longè celeberrimum fuit, vt reliquiæ iam oſtendunt.* Eamque Florentius & Hoeden, Anno. 903. weſtmonaſt Anno 904. vocant *religioſam Chriſti famulam.* Wion l. 4 c 15. ait, poſt mariti obitum factam Monialem, * *Sanctiſsimè vitam concluſiſſe.* Idemque par eſt credere de filia ſua c Ethelgita, quæ Sceptoniæ vitam Monaſticam profeſſa eſt Claruit etiam tunc S. Neotus cuius eximias virtutes, ac miracula deſcribit Capgrauius, de eo ita Molanus, 31 Iulij; *In Anglia beati Neoti ſacerdotis, meritis ac miraculis inſignis.* Item Ferrarius ibidem, Camdenus, in ſua Britannia, p. 366. aliàs, 442. [d] *Neotus, vir cum doctus, tum ſanctus, qui in propaganda Chriſti religione, omne vitæ ſtudium conſumpſit.* Et p. 138. *Vir eximia ſanctitate, & doctrina.* Et Baleus, Cent. 2. c. 23. *Neotus, Chriſtianè eruditus, per vniuerſam regionem diuinorum dogmatum pocula ſitienti populo propinauit, ſcientia, & moribus magnus, conſilio probus, ac lingua diſertus, vnde ob non vulgarem eruditionem Alfredo Magno tam familiaris, & gratus fuit, vt eo commonitore Oxonii Gymnaſium inſtitueret, quò multi doctrina clari docendi gratia confluxerunt.* Vitam eius deſcribit Capgrauius, vbi air,

ait, quod fuit *regali proſapia ortus.* Aſſerius, Anno, 878. ait, quod erat cognatus Regis Alfredi Harpesfeil, ſæc. 9. c. 12. *Celebris fuit hoc ſæculo Neotus, vir ex illuſtri proſapia, magis tamen ex literarum, & virtutum omnium ornamentis nobilitatus.* Polidorus, l. 5. *Aluredus Neotum inprimis Monaſtica profeſſionis virum ſanctiſsimum, ob eximiam eruditionem miro amore complexus eſt.*

S. GRIMBALDVS. Ferrarius 8. Iulij Simeon Dunel. An. 905.

2. Claruit etiam tunc S. Grimbaldus, quem Rex Alfredus ex Belgio accerſiuit, vt Oxonij prælegeret; de quo ita ſcribit Malmeſburienſis, l. 2. Pontif. p. 246. *Grimbaldus ibidem* (Wintoniæ) *humatus, ſanctus prædicatur, & creditur.* Ingulfus, p. 870. vocat eum *Monachum ſanctiſsimum.* Houeden Anno, 901. *Sanctum Presbyterum.* Et Aſſerius, *Omnibus bonis moribus ornatum.* Weſtmonaſterienſis, Anno, 904. *Sanctus Presbyter Grimbaldus, & vnus magiſtrorum Alfredi Regis, gaudia conſcendit regni cæleſtis.* Capgrauius in eius vita refert, quod fuit *Eleemoſinis deditus, orationibus deuotus, vigilijs aſſiduus, & omnibus bonis exemplis plenus.* Eum olim Catholica Eeeleſia Anglicana publicè inuocabat in ſuis Litanijs, vt liqnet ex Breuiario Sarum. Et de eo, ita Molanus, 8. Iulij: *Wintoniæ ciuitate, depoſitio beati Grimbaldi Abbatis.* Item in Indiculo ſanctorum Belgij. Claruit etiam tunç, S. Guericus, de quo ita Camdenus in ſua Britan. p. 138. *In Eccleſia S. Guerici (vt ſcribit Aſſerius) rex Alfredus in oratione proſtratus conualuit.* Et Weſtmonaſterienſis, Anno, 871. *Cum Alfredus ad Eccleſiam quandam orandi gratia diuertiſſet, in qua S. Guericus, ſanctuſque Neotus degebant, diu tacita in oratione proſtratus, Dei clementiam precabatur.* Item Werthfrethus Epiſcopus Wigornienſis, quem Houeden, Anno, 909. vocat *Virum magnæ ſanctitatis, & ſcientiæ* Et Anno, 872. *Virum in diuinis ſcripturis doctiſsimum.* Harpsfeildus ſæc. 11. c. 24. *Fuit Cœnobium ibidē* (Glocеſtriæ) *ab Ethelredo, & coniuge Elfreda, regis Elfredi filia, Nigri (vt appellant) ordinis Canonicorum, quo & dicti Oſualdi reliquias tulere.* Vt autem agnoſcit Rainerus in Appendice Apoſtolatus p. 76. Canonici S. Auguſtini *vocabantur per excellentiam, Canonici nigri,* Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 2. Col. 17. referunt, quod Fronto rex Danorum, ſub hoc tempus in Anglia ad Chriſtum conuerſus, & baptizatus eſt: Itemque Gormo ſeu Gormundus eius filius, cum triginta proceribus, & maxima turba ſatellitum. Molanus in Chronico ſanctorum Belgij, c. 12. ſcribit; quòd *Sanctus Meingoldus Huij occiſus eſt, circa Annum nongenteſimum;* quem in Martyrologio 9. Februarij ait fuiſſe *Ducem & Martyrem, regis Hugonis Anglorum filium.* De Meingoldo videndus eſt Raderus in ſua Bauaria ſancta, p. 141. Meminit illius Ferrarius in ſuo Catalogo ſanctorum, 5. & 18. Februarij, vbi ait, eum vixiſſe Anno, 1100.

S. GVERICVS Ferrarius 4. Aprilis.

Canonici regulares in Anglia.

S. MEINGOLDVS.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA, tempore Alfredi Magni.

ALFREDVS M. ETHELVARDVS

1. IN primis eruditione claruit ipſe rex Alfredus, de cuius inſigni eruditione iam ante diximus, itemque filius eius Ethelvardus quem (inquit Malmesbur. l. 2. Regum, c. 4.) *literatiſsimum perhibent.* Baleus, Centur. 10. c. 33. *Malmesburienſis hunc inter eruditiſsimos ponere non dubitauit, cuius authoritatem, & alij multi ſecuti, eundem inter literatorum proceres numerant.* S. Neotus ſupradictus, fuit (vt aiebat Camdenus) *eximia doctrina.* (vt Baleus) *ſcientia magnus,* & (vt ſcribit Spedus in ſua Brit. l. 1. c. 23. *Vir ſummæ eruditionis, quo authore, in hac ſua præclara fundatione* (Academiæ Oxonienſis) *Rex Alfredus vſus eſt.* Claruit etiam tune temporis, S. Grimbaldus prædictus: de quo ita Aſſerius: *Grimbaldus Cantor optimus, omnimode in Eccleſiaſticis diſciplinis & in diuina ſcriptura eruditiſsimus.* Idemque habet Florentius, Anno, 872. & Ingulfus, p. 870. Ex Proteſtantibus, Twinus, l. 2. de Antiq. Oxon. ſec. 172. *Grimbaldus, vir liberalibus ſcientijs ad plenum eruditus.*

S. NEOTVS Magdeburg. Cent 9 c. 10. Pitſeus 131.

S. GRIMBALDVS Harpſfeld. ſæc 9 c. 0. Camden p. 33.

Baleus, Centur. 2. c. 26. *Alfredus in Conſiliarios, ac præceptores accerſebat viros doctiſ-ſimos, Neotum, Ioannem Erigenam, Werfridum*[b], *Plegmundum*, [a] *Aſſerium, Ethelſanum,*[a] *Grimbaldum, VVerwolfum, Dunwolfum, & ſimiles.* Alfredus ipſe in præfat. Paſtoralis, S. Gregorij, ait *Incertum eſt, quamdiu futuri ſunt tales eruditi præſules, quales nunc, honor Deo, vbique ſunt.* Florentius, Anno, 872. *Vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus* b *VVerfrithus Epiſcopus*, Et Anno, 915. *VVerferthus magnæ ſcientiæ, & ſanctitatis vir. Ethelſanus, & VVerulfus ſacerdotes quàm optimè literis inſtructi.*

2. Claruit etiam eodem tẽpore. Plegmundus Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui (vt refert Florentius, Anno, 889.) erat literis *inſigniter inſtructus.* Et (vt fatentur c Parker & Godwin. in eius vita) *literarum ſacrarum ſcientia reliquos ſui temporis præſtabat.* Ingulfus, p. 870. vocat. *Plegmundum, & Aſſerium, Doctores celeberrimos.* Weſtmonaſterienſis, Anno, 872. vocat, *Plegmundum, Ethelſanum, & VVerbertum Epiſcopos, viros optimè literatos.*

3. Claruit etiam tunc Ioannes ex [d] *antiqua Saxonia* [inquit Malmeſbur. l. 2. Regum, c. 4.] *oriundus, quem Alfredus conſtituit Abbatem in Monaſterio ſuo Ethlingenſi. Eodem tempore* (inquit idem Author) *creditur fuiſſe Ioannes Scottus, vir perſpicacis ingenij, & multæ facundiæ, qui in aliquibus à* [e] *Latinorum tramite deuiauit.* Aſſerius in vita Alfredi, Anno, 885. ait fuiſſe *virum acerrimi ingenij, & in omnibus diſciplinis literatoriæ artis erudītiſſimum.* Baleus, Cent. 2. c. 24. refert, quòd [f] *peregrinationem Athenas vſque ſuſcepit, annoſque complures literis Græcis, Chaldaicis, & Arabicis inſudauit: ob inſignem eruditionem Carolo Caluo, & Ludouico Balbo acceptus fuit.* De hoc Ioanne, Nicolaus Papa in [g] Epiſtola ad Carolum apud Houeden, Anno 883. ait, quod fuit *Scotus genere, & quòd licet multæ ſcientiæ eſſe prædicetur, olim non* * *ſanè ſapere in quibuſdam, frequenti rumore dicatur.* Et quibus Nicolai Papæ verbis, Gordonus, l. de Euchariſtia, c. 2. non male colligit, hunc Ioannem reſipuiſſe ab eo, quod *olim male ſapuit.* Vnde Anaſtaſius præfat. in Hierarchiam S. Dioniſij (qui vocat eum, Ioannem Scotigenam) ait fuiſſe *virum, quem auditu comperi, per omnia ſanctum.* Et Malmesbur. l. 2. Regum, c. 4. Weſtmonaſterienſis, Anno, 883. & alij complures ſcribunt, quod cum Malmesburiæ occiſus eſſet à pueris [h] Gallis, pro martyre habitus eſt, & miraculis illuſtratus; eiuſque nomen in [i] Martyrologio Romano reponebatur, donec illud Baronius curauit expungi. k *Martyr* [inquit Malmesburienſis) *æſtimatus eſt, quod ſub ambiguo, ad iniuriam ſanctæ animæ, non dixerim, cùm celebrem eius memoriam, ſepulchrum in ſiniſtro latere Altaris, & Epitaphij prodant verſus, in quibus vocatur ſanctus & Martyr.* Molanus in Appendice lit. I. *Ioannes Scotus Martyr, inter Chriſti martyres, Pontificum authoritate numeratus.* Idem habet Boëtius, l. 10. Hiſtoriæ Scotorum. Leſleus. l. 5. Camerarius, l. 3. & alij. Vide de eo Fizſimonem, in Catalogo ſanctorum Hiberniæ; & Trithemium, l. 3. de viris illuſtribus, c. 212. Et Weſtmonaſterienſis Anno cit. ait, *Iacuit aliquandiu in humili ſepultura, ſed vbi diuinitus cecidit ſuper eius ſepulturam,* [l] *radius ignis cæleſtis. Monachi, ad ſiniſtram Altaris partem, honorabiliter locauerunt.* Author Vindiciarum pro Hibernia refert, quod Richardus à S. Victore ſcribit, *eum non ſolùm fuiſſe Martyrem, ſed etiam Theologiæ inuentorem.* Neque eius ſanctitati repugnat, quòd *olim non ſanè in quibuſdam ſapuit.* Nam pænitentia deleuit errorem, non enim veriſimile eſt [m] Alfredum voluiſſe hæreticum hominem ex Gallia in Angliam allicere. Adde quòd Ingulfus, p. 870. vocet *Ioannem Scotum, Monachum ſanctiſſimum.* Perperam autem quidam aſſerunt hunc Ioannem Scotum fuiſſe diſcipulum Bedæ, cum Beda ex omnium ſententia non exceſſerit annum, 776. & hic Scotus attigerit ad annum 900. Probabilius id quidam aſſerunt de alio Ioanne Scoto, qui claruit tempore Caroli magni. Harpsfeildus, ſec. 9. c. 14. refert, quòd S. Moduena, beneficio Regis Aluredi, Strenhalcenſe Monaſterium reparaſſe traditur, & aliquandiu incoluiſſe: Ibidem, refert ſanctos aliquot in Monaſterio Lindisfarnenſi, & miracula per eos edita. Magdeburgenſes, Centur. 8. c 7. col. 307. *Inter ſcholas, celebratur hoc tempore Oxonienſis, quam Alfredus de conſilio Neoti Abbatis aperuit.* Parkerus in vita Athelredi: *VVerfridi eruditio tanta celebratur, vt cum fælicitſſimus Princeps Alfredus, excellentis doctrinæ viros in ſua Regia curia foueret, &*

adoret,

Margin notes:
- a Piſſeus ætata 10. n. 136
- b Aſſerius An. 885. Piſſeus æta: 10. n. 115
- PLEGMVNDVS
- c Magdeburg Cent. 10. c. 10.
- IOANNES ELDSAXO
- d Aſſerius in Alfredo Houeden An. 887. Harpsfeld ſec. 9. c. 12. Simeon Dunel. A. 858.
- IOANNES SCOTVS
- e alias à Eldſacone.
- f Houeden An. 887. Baronius An 887. Piſſeus An 883.
- g Piſſeus æt. 10. n. 131.
- * Weſtmon. An 883.
- h Simeon Dunel. An 884. Et à ſcholaſticis putatus eſt
- i Aſſerius in Alfredo Harpsfeld. ſec. 9. c. 12.
- l An 1581. 1586.
- k Supplem. Chron. l. 11. S. Antonin. 2. part. tit. 16. c. 2. § 3. Boetius l. 10. Ferrarius 10.
- Non. Poſſeuin in Apparatu Simeon Dunel An. 884.
- l VVeſtmõ. An 883.
- m Aſſerius in Alfredo Houeden. An 881.
- Academia Oxonienſis floret. VVerfredus Simeon Dun. An 872. & 784.

aleret, inter hos in aulam vocatus VVerfridus, tanquam anteſignanus præluceret. De quinque primis magiſtris Academiæ Oxonienſis, nempe S. Neoto, S. Grimbaldo, Aſſerio, Ioanne Meneuenſi, & Ioanne collega S. Grimbaldi, vide Camdenum in ſua Britannia, p. 267. aliàs, 331. qui omnes fuerunt viri doctiſſimi, Twinus l. 3. ſec. 249. *Nulla vnquam ætate, tam barbaris ſtudijs deditum fuiſſe Oxonium comperies, quin tanquam fœcundiſſima meliorum diſciplinarum linguarumque parens viros ſemper, vt cætera taceam, Græcè & Hebraicè doctiſſimos habuerit.* Vide eum li. 2. ſec. 177.

Quinque primi magiſtri Oxonienſes. Harpsfeld ſæc. 9 c. 5.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA IN ANGLIA TEMPORE Alfredi Magni.

1. CApgrauius in vita S. Neoti refert, quòd ab obſeſſis corporibus dæmones fugabat, languidis debilibuſque medelam ſalutis conferebat. De S. Guerico ita Camden in ſua Britannia in folio, p. 138. *In eius Eccleſia (vt ſcribit [a] Aſſerius) Rex Alfredus, in oratione proſtratus, conualuit.* De S. Cuthberto, ita ſcribit [b] Malmesburienſis, lib. 3. Pontif. p. 276. *Cuthbertus per totam Angliam vagabatur miraculis, quorum vnum ſi retulero, non abs re, vt æſtimo, fecero, eò inſignius, quo illud in clariſſima perſona oſtenſum, totius Angliæ libertatem reduxit, ſeruitutem exuit. Erat Rex Elfredus Barbarorum infeſtatione ad hoc redactus inopiæ, vt in Inſula quadam paruiſſima quæ vocatur Adeleget, lateret inglorius. Ibi ergo quadam die, cum domi ſoporatus iaceret (dolor enim animi ſomnum impetrauerat) ſocijs per oram fluminis diſperſis, Ecce Beatus Cuthbertus dormiturum alloquitur. Ego ſum Cuthbertus, Lindiſfarnenſis quondam Antiſtes: Miſit me Deus, vt proſpera tibi annunciem: Quia enim Anglia iamdudum peccatorum pœnas enormiter luit, modo tandem Indigenarum ſanctorum meritis ſuper eam miſericordiæ ſuæ oculo reſpexit: Tu quoque tam miſerabiliter regno exſortis glorioſè poſt paucum tempus in ſolio reponeris: Atque adeo ſignum eximium tibi dabo: venient hodiè piſcatores tui, magnam vim grandium piſcium corbibus euehentes; quod eò erit mirabilius, quia his diebus, gelante aqua, ſtagnum aſperatum nihil tale ſperari permittet. Super hæc, gelido rore ſtillans aër omnium piſcantium artem eludit: verum tu fortunæ ſecunda verè compos, regaliter feceris, ſi [*] Adiutorem tuum Deum, & me eius Nuncium, competenti deuotione demerueris. Hæc dicens ſanctus, Regem ſoporatum ſolicitudinibus exuit, [*] matremque propè cubantem, eiſdem Nuncij lætitia confortauit. Experrecti ambo, vnum & idem ſe ſomniaſſe frequenti recurſu verborum iterabant, cum piſcatores ingreſſi copia innumerabili piſcium, fidem ſomnio fecere: Nec multò poſt, regnum & regni gloriam ſuſcepit, vt latius in geſtis diximus.* Idem habet, l. 2. Regum, c. 4. vbi addit, *Ipſe contractis vndecunque auxilijs, barbaros repentè adortus, incredibili ſtrage cecidit: reſidui cum rege ſuo dederunt obſides, quod Chriſtianitatem ſuſciperent, vel ab Anglia diſcederent: quod factum eſt.* Idem [c] tradunt Ingulfus in hiſtoria Croilandenſi, p. 869. Houeden Anno, 877. Weſtmonaſterienſis. Anno, 878. Polidorus, l. 5. Harpsfeild, ſec. 7. c. 34. ſec. 9. c. 4. Baronius, Anno, 878. quibus Foxus in Actis, p. 128. addit Huntingtonum, Polichronicon, & Iornalenſem. Et ex Proteſtantibus, ita ſcribit Holinshed, l. 6. c. 14. *Prout dicitur, S. Cuthbertus apparuit ei dormienti prædicens, quod regnum ſuum recuperaturus eſſet, & vt certiorem eum hac de re faceret, aſſeruit, quod famuli eius capturi eſſent magnam piſcium copiam, licet tempus illis aduerſaretur. Mater etiam eius ſomno correpta, eodem tempore eandem viſionem vidit, & prout ſomniarunt, ita accidit.* Idem referunt Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 13. col. 609. nec ei fidem abrogant. Et nihilominus Foxus, l. cit. ſola ſua incredulitate nixus, fabulam hanc vocat. At quæ vnquam Relatio fidem humanam merebitur, ſi hæc non meretur, quã tot graues Hiſtorici tradunt, quàm tantus, ac tam pius rex *ſolebat* (vt loquitur Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 4.) *iucunda, hilarique comitate familiaribus expo-*

Miracula S. NEOTI.
a GVERIGI G. a An 884.
S. CVTHBERTI
b Hunt. Pont p. 255. & l. 2. reg. c. 4. Baronius An. 878 Simeon Dunelm l. 2 c 19 & in Hiſtoria ſancti Cuthberti p. 71. item An. 877 Ealredus de Geneal. reg. Angliæ p 352. Bromton in Chron col. 811.
Angliæ ſeruata meritis ſanctorũ indigenarũ
** Vxorem Simeon in Hiſtoria S Cuthberti col 72.*
c Belnacen. ſis l. 24. c. 40 S Antonin. tit. 16 c 2. Bramptoni An. 877.

nere, quam tam miraculoſa captura piſcium, & victoria de hoſtibus confirmat, & cui ſola hæretici, omnis rationis expers pertinacia, repugnat? Neque hoc ſolo tempore S. Cuthbertus Anglis opem in bellis tulit, ſed (vt ſcribit Iouius in deſcript. Britanniæ) *Dunelmum, eſt ab D. Cuthberti vexillo ſacro, memorabilis. Id enim aduerſus Scotos cum bellum ingruit, ſolenni ſacrorum pompâ ad non dubiam victoriam profertur.* Vnde, Angliæ Reges (vt[d] infrà referemus) deuotiſſimi erant erga Sanctum Cuthbertum.

d In Ethelſtano. Reg. ſec. 1. & hic ſup. a ſec. 1.

CAPVT SEPTIMVM.

EDVARDVS PRIMVS, COGNOMENTO FORTIS dictus Senior, Chriſtianus Rex Angliæ, decimus nonus.

SECTIO PRIMA.

Laudes Edwardi R. cog. fortis.

1. ALfredo Magno, ſucceſſit filius eius Eduardus, dictus Senior, Anno Chriſti, 901. ac regnum tenuit vſque ad Annum 924. *Literarum ſcientia multum inferior Patre* (vt inquit Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 5.) *ſed regni*[a] *poteſtate incomparabiliter glorioſior — Mercios omnifariam, mox Occidentales, & Orientales Anglos, & Northumbros, (qui cum Danis in vnam gentem coaluerant, & Scotos, qui Aquilonarem Inſulæ partem inhabitant, Britones omnes, (quos nos Wallenſes dicimus) bellis profligatos, ſuæ ditioni ſubegit, nec vnquam in aliquâ pugnâ humiliorem manum habuit.* Ingulfus in Hiſtoria, p. 871. *Merciam, in manus ſuas ſumens, etiam Northfolciam, Northumbriam,* [b] *Scotiam, VValliam bellando ſubegit, & Paganos* (Danos) *de omnibus, vrbibus & Caſtellis muratis eijciens, Chriſtianos introduxit.* Eadem habent Florentius, Anno, 901. Weſtmonaſt, Anno, 901. 907. 921. 924. Huntington, l. 5. Houeden, Anno, 899. Quibus Polidorus, l. 6. addit, quod *fuit formâ eximia, & per omnes ætatis gradus decentiſsima.* Huntington, l. 5. ſcribit, quod *in vno prælio occidit duos reges Danorum, & decem Duces, ſeu Comites.* Ethelwerd, l. 4. c. 4. ſcribit, quod in diuerſis prælijs, interfecit quatuor reges Danorum. A Baronio, Anno, 901. vocatur *Pius filius piiſsimi Regis.* Ab Houedeno, Anno, 912. & Florentio, Anno, 905. *Rex inuictiſsimus.* Ab Ingulfo, p. 871. *Inclitus rex*; & p. 876. *prudentiſsimus.*

a Florent. An. 901. 911. Houeden p. 421. Harpeſf. ſec. 10 c. 1. Simeon Dunel. An 879. Ealredus de Geneal. reg. Semper inuictus. b Florent. An 901. 911. Bromton in Chron.

Laudatur à Proteſt.

2. Ex Proteſtantibus, Foxus in Actis, p. 132. ſcribit quod *Eduardus fortiſsimè, & nobiliſsimè regnum adminiſtrauit Annis viginti quatuor, quòd in duobus prælijs occidit duos reges Danorum, duos Comites, & multa millia Danorum, quodque multa oppida, & caſtra extruxit.* Eadem habent Holinshed, l. 6. c. 17. Stous, & Coperus, Anno, 901. Et Selden in Analectis, l. 2. ca. 5. ait *Eduardum multarum palmis victoriarum virtus, & fama ſimul nobilitarunt* Spedus, l. 7. ca. 37. *Virtutes eius erant multæ, & regiæ.*

Eius Catholica religio.

3. Huius fortiſſimi regis Romano-Catholica religio manifeſta eſt; primò, quia vt ſcribit Camdenus in ſuâ Britan. p. 169. aliàs, 198. poſt Malmesbur. l. 2. Regum, c. 9. & [c] alios: *Cum Romanus Pontifex Eduardum ſacris interdixiſſet, quod politia Eccleſiaſtica in occidua hac regni plaga apertè nutaret, ille qui ſe Eccleſiæ Nutricium eſſe nouit, tres nouos erexit Epiſcopatus.* Et (vt ait Selden, l. 2. Analect. c. 5.) *Inuictiſſimum gladio Regem, terruerunt D. Petri claues.* Secundò, quia plures eius liberi (vt infra referemus) Monachalem amplexi ſunt vitam. Tertiò, cum Ethelwaldus Patruelis eius, rapuiſſet Monialem ex Monaſterio Winburna, [d] *Eduardus ſaiſiuit* (inquit Huntington, l. 5.) *vxorem eius, quæ ſacrata fuerat in Sanctimonialem.* Quartò plura Monaſteria fundauit, vnum [e] Wiltoniæ, alterum [f] Rumſeiæ; & [g] Wintoniæ, *portionem terræ ſatis amplam pro officinis Monaſterij VVintonienſis extruendis, data pro quolibet pede marca auri, coemit. Stupenda* (inquit Malmesburienſis l. 2. Regum, c. 3.) *profectò regis abſtinentia, vt tanta ſe pateretur emungi pecunia, nolens ſcilicet de rapina pauperum, offerre Deo ſacrificium.* Vnde Rex Edgarus in [h] oratione ſuâ ita

c Polidorus l. 6. Baronius An. 894. Holinshed l. 6. c 18. God. win in vita Plegmundi d Florent. An. 901. Baron. An 901. Holinshed l 6 c 17 e Camden p 214.

f Parker in Dunſtano g Parker in Odone, Vide Seldin in notis ad Edmerum p 129 h Harpesfeld ſec 10 c 3. Spelman in Concil. p. 477 Ealred. in Genealog regum Anglorum

loquitur

loquitur: *Auus meus, ſenior Eduardus, quanta contulerit Eccleſiis, paternitatem veſtram non latet.* Camdenus, in ſua Britannia, p 256. ex Mapæo refert de hoc rege, quod ait eſſe *memoria ſanè dignum: Eduardus ſenior ad Auſtcliue, Leolinus Walliæ regulus ad Betheſleg egerunt, & cum ad colloquia Leolinus minime deſcenderet, nec Sabrinam traijceret, Eduardus ad Leolinum tranſiit. Videns autem ipſum, & agnoſcens Leolinus, protecto pallio ſolenni (nam ſe foro parauerat) vſque ad pectus ingreſſus eſt aquam, & cymbam amplectens, ait; ſapientiſsime Rex, tua humilitas meam vicit ſuperbiam, & ſapientia tua triumphauit ineptiam, collum aſcende quod contra te fatuus erexi, & ſic intrabis terram, quam tibi hodiè tua fecit benignitas, acceptumque humeris, ſuper pallium ſuum ſedere fecit, & iunctis manibus ſibi fecit hominium.*

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA tempore Regis Edwardi Senioris.

1. IN primis ſanctitate enituit regina Edgita, regis Euardi vxor, *omni religionis laude* (inquit Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 244.) *orbi Britannico nota.* Osbernus in vita S. Dunſtani: *Regina omnis bonitatis titulo inſignis.* Claruere etiam duæ eius filiæ, [a] Edfleda, & Ethelhilda, *cælibatum* (ait idem Malmesbur. l. 2. Regum, c. 5.) *Deo vouentes, illa in ſacrato, hæc in Laico regimine, terrenarum nuptiarum voluptatem faſtidiere, ambæ Wintoniæ iuxta matrem tumulatæ.* Sed cæteris præluxit alia eiuſdem filia Edburga, de qua ita ſcribit idem [b] Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 246. *Edburga, cùm vix trima eſſet, ſpectabile futuræ ſanctitatis dedit periculum: explorare volebat pater, vtrum ad Deum, an ad ſeculum declinatura eſſet puſiola, poſuerat que in Triclinio diuerſarum profeſſionum ornamenta; hinc calicem, & Euangelia, inde armillas, & monilia — Illuc virguncula, à nutrice allata, genibus parentis aſſedit, iuſſaque, vtrum vellet eligere, toruo aſpectu ſecularia deſpuens, prompte manibus repens, Euangelium & calicem puellari adornauit innocentia: Exclamat cœtus aſſidentium, auſpicia futuræ ſanctitatis exoſculatus in puella Pater ipſe, arctioribus baſijs dignatus ſobolem; vade* (inquit) *quo te vocat diuinitas, ſequere fauſto pede quem elegiſti Sponſum: ita ſanctimonialium habitu induta; creſcebat cum ætate ſanctitas, adoleſcebat cum adulta humilitas, in tantum, vt ſingularum* (Monialium) *ſoccos noctu ſurriperet, & diligenter lotos, & iunctos lectis rurſus reponeret. Deuotionem ergo pectoris eius, & integritatem corporis, miracula in vita, & poſt mortem commendant plurima.* Hanc Houeden, Anno, 901. vocat, *Deo deuotiſsimam virginem.* De hac Baleus, Centur. 2. c. 27. *Edburga omnibus contemptis, Euangelium elegit.* Claruit etiam Editha, alia huius regis filia, nupta poſtea Othoni primo Imperatori, ſanctitate, & miraculis illuſtris. Item, alia filia [c] Edgitha, nupta Sithrico, Northumbrorum regi, de quibus infra dicemus. Claruit etiam Gregorius eiuſdem regis filius, de quo etiam inferius agemus. Floruit etiam hoc tempore, Friſtanus Epiſcopus Wintonienſis, de quo ita Godwinus in eius vita: *Hic vir, tam doctrina, quàm ſanctitate clarus.* Weſtmonaſterienſis, Anno, 931. vocat eum, *virum eximiæ ſanctitatis.* Itemque Florentius, Anno, 932. qui etiam Anno, 903. ait, *Sanctus Presbyter Grimbaldus, magnæ vir ſanctitatis gaudia ſcandit regni cæleſtis.* Et Anno, 905. *Religioſa Chriſti famula Ealswitha regina, mater regis Eduardi, vita deceſsit.* De ſanctis filiabus huius regis, ita ſcribit Bakerus Proteſtans in vita eiuſdem: *Eius filia natu maxima Editha, nupſit Sithrico Danico, regi Northumbriæ; eoque mortuo, ingreſſa eſt Cænobium, quod ipſa inceperat Tamworthæ, ibique obijt. Secunda eius filia,* [e] *Elfelda, profeſſa eſt virginitatem in Monaſterio Rumſeiæ, vbi mortua, & ſepulta eſt. Tertia filia Edgina, nupſit Carolo ſimplici Regi Galliæ. Quarta Ethelhilda, Monacha fuit Wil oniæ, vt videre* (inquit) *poſſimus in his primis religionis temporibus, cum eſſet minima ſcientia* (imo nulla Poteſtàtica) fuiſſe *maximam deuotionem.* Frodoardus in Chronico refert, quòd *Anglorum Romam proficiſcentium plurimi, inter anguſtias Alpium à Saracenis intercepti, lapidibus obruti ſunt.*

B. EDGIFA. R
a Harpesfeld ſec. 10. c. 12. Ferrarius 13. Aprilis.
B. EDBVRGA.
b Et l. 2. Reg. c. 13. Beluacenſis l. 25. c. 13. Ferrarius 15 Iunij. Spedus l. 7. c. 37. Harpesfeld. ſec. 10. c. 8.
c Hoſwitha de geſtis Othonum ait eam natam de ſtirpe S. Oſualdi regis
S. FRISTANVS.
Ferrarius 9. Aprilis.
B. EALSWITHAR.
Ferrarius 20 Iulij.
d Spedus l. 7. c. 17.
e Ferrarius 11. Aprilis.
Magna deuotio Catholicis temporibus.

Quibus hæc addit Baronius, Anno, 921. *verùm nec his ingruentibus malis cohiberi potuit Anglorum pietas, quin more ſolito, magno cœtu frequentarent limina Apoſtolorum, nam maiori fidei ardore ex Anglia Romam proficiſcentes, rurſus poſt ſequentem annum, in idem incidere diſcrimen, ab eiſdem cæſi ſunt Saracenis, vt idem Frodoardus eo anno teſtatur.*

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA tempore Regis Eduardi Senioris.

1. PLerique ex viris doctis, qui claruerunt ſub Alfredo Magno, ſuperſtites etiam fuerunt ſub Eduardo; & nominatim Grimbaldus, qui obijt ſub hoc Rege, Anno. 904. Nec dubium eſt, quin in Academia Oxonienſi inſtituta, aut reſtituta ab Alfredo, aliqui ad inſignem eruditionem peruenerint. Refert etiam Harpsfeildus, ſec. 10. c. 2. quòd *Eduardus, vt legibus ſaluberrimè promulgandis prudentē ſe principem præſtitit: ita & literarum ſtudijs fouendis, promouendiſque reipublicæ, Chriſtianæ maximè profuit. Nam* [a] *Cantabrigienſem Academiam, à Danis paulò antè vnà cum oppido flammis abſumptam, ad priſtinam gloriam reſtituit: Aulas enim (vt vocant) ſtudioſorum, iterum erexit, Doctorum, Magiſtrorumque Cathedras, atque ſedes repoſuit, ac nonnullos, qui liberales artes ac Theologiam profiterentur, Oxonio (vt refert Ioannes Roſſens) euocari curauit, nec vetera ſolum deceſſorum ſuorum priuilegia Academiæ Cantabrigienſi ſarta tecta ſeruauit, ſed & noua ipſe conceſsit.* Ibidem refert, quòd Eduardi filius, Ethelwaldus, *egregiè eruditus fuiſſe traditur, & quaſi viuam Aluredi Aui effigiem, tam vultu, quam moribus, & cognitione repræſentaſſe.* Hunc Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 5. vocat Ethelwardum, ac dicit fuiſſe *Literis apprimè inſtitutum, multumque Elfredum Auum vultu, & moribus prætuliſſe.* Idem habet Baleus, Centur. 10. c. 34. & Foxus in Actis ſuis, p. 133. ait, quod *fuit excellenter doctus in omni genere ſcientiæ.* Houeden, Anno, 911 inquit: *Werferthus Epiſcopus magnæ ſanctitatis, & ſcientiæ obijt* Baleus, Centur. 10. c. 29. *Hiſtorici, Werfridum præcipuè collaudant ob eruditionem. Cumque fœliciſsimus Princeps Alfredus, Academiam Oxonienſem inſtituiſſet, excellentis doctrinæ viros in ſuo Palatio nutriebat; inter hos Werfridus tanquam Anteſignanus præniruit.* Capgrauius in vita S. Odonis ait, quòd *Græcæ, ac Latinæ linguæ, pleriſque tunc temporis in gente Anglorum, vſus erat.*

Academia Cantabrigienſis reſtituta.

a Lelandus ex Hedgeno & Roſſo. apud Baleū Cent. 10. c. 31. Twinus l. de Antiq. fol 138

SECTIO QVARTA

QVÆDAM MIRACVLA IN ANGLIA TEMPORE Regis Eduardi Senioris.

Miracula S. Edburg.

1. MAlmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 246. ait, quòd S. Edburgam, filiam Eduardi, & in vita, & poſt mortem Miracula plurima commendant: Et addit, l. 4. Pontif. p. 285. *Perſcoræ habentur aliquanta fœlicis Edburgæ oſſa, celebranturque inſtanti reuerentia, quòd ibi frequentiora, quàm aliàs miraculorum meruit gloria.* Weſtmonaſterienſis, Anno, 923. *Sanguis Domini venit in Angliam, qui fluxit de imagine Chriſti, cùm ſecundo in imagine ſua à Iudæis pateretur.* Idem habet Sigebertus eodem Anno.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

ETHELSTANVS REX CHRISTIANVS ANGLIÆ viceſimus.

SECTIO PRIMA.

1. ANno Domini, 924. Ethelſtanus filius, & primogenitus (ait Ingulfus, p. 870.) Edvardi, ex vxore ſua [a] Eguina, (vti ait Spedus, l. 7. c. 37.) regnare cæpit, regnauitque annos ſeptemdecim, ad annum, 940. Edgarus Rex in Diplomate apud Spelman. in Concilijs, p. 432. ait, quod *Ethelſtanus primus regum Anglorum, omnes nationes, quæ Britanniam incolunt, ſibi armis ſubegit. Hic* (ait Malmesb. l. 2. Regum, c. 6.) *omnes Anteceſſores, deuotione mentis, omnes eorum adoreas, triumphorum ſuorum ſplendore obſcurauit. —— Ludwallum regem omnium Wallentium, & Conſtantinũ Regem Scotorũ cedere regnis compulit. Quos tamen non multò poſt, in antiquum ſtatum, ſub ſe regnaturos conſtituit. —— Nemo legalius, vel literatius rempublicam adminiſtrauit, omnem omnino Angliam ſolo nominis terrore ſubiugauit. ——* [b] *Wallos nomine Vectigalis, annuatim viginti libras auri, trecentas argenti, boues 25. & quot liberet canes venaticos, pendere coegit.* [c] *Conſtantinum Scotorum regem, & alios reges quinque, Comites duodecim, omnemque fere Barbarorum congeriem ingenti prælio apud Brumford occidit, Deo famulantibus pronus, & dulcis, Laïcis iucundus, & comis, magnatibus pro contuitu Maieſtatis ſerius, Minoribus affabiliter ſobrius, ciuibus admiratione fortitudinis, & humilitatis, percharus, rebellibus inuictâ conſtantia fulminens. Tota Europa laudes eius prædicabat, virtutem in cælum ferebat, fælices ſe reges Alienigenæ non falsò putabant, ſi vel affinitate, vel muneribus eius amicitiam mercarentur.* Et deinde recenſet ingentia munera ei miſſa, & nuptias ſororum ſuarum cum ſummis Europæ Principibus, ac tandem concludit: *Vir, qui parum ætati vixit, multum gloriæ.* Similia de illo ſcribunt omnes noſtri hiſtorici, vt Ingulfus in Hiſtor. p. 871. 877. Houeden Anno, 920. 921. Huntington, l. 5. Ethelverdus, l. 4. c. 5. Florentius, Anno, 926. Polidorus, l. 6. Harpsfeild. ſec. 10. c. 2. vbi dicit, *Inter præſtantiſſimos principes, & dum viueret, & ſemper poſtea, ab omni hominum memoria habitus eſt*, & plura ibidem in laudem ejus. Et ex exteris, Gemeticenſis de ducibus Norman. l. 2. ca. 6. *Rex Anglorum Chriſtianiſſimus Adelſtanus, omnium bonorum titulis exornatus Sacro-ſanctæ Eccleſiæ perdignus Aduocatus.* Et c. 8. *Rex Chriſtianiſſimus, omnium regum probitate præcellentiſſimus.* Gordon, Anno, 924. *Ethelſtanus bonus princeps, literarum non ignarus.* Et Anno, 929. *Northumbria venit in poteſtatem Adelſtani Angli Regis, victis pulſiſque inde Scotis.*

a Boſſius l. 1149. Reuſnerus in Geneal. Radulfus An. 900. vocat Alfredam. Laudes Ethelſtani. Regis in Conſilijs Cantuar. Col 1110, vocat ſeipſum, Regem & Monarcham totius Britanniæ. b Camden. p. 461. Spedus l. 7. c. 13. c Ingulfus p 871. Florent. An. 937. Huntington l 5. Houeden. p. 937. Extant leges Ethelſtani apud Bromton.

2. Nec diſſentiunt Proteſtantes; Nam ita Baleus, Cent. 2. c. 27. *Poſt initum regnum profligatis mox Analapho, & Gothfredo, Sithrici principis Dani filijs, Northumbros in fidem recepit: Cumbros, defectionem molientes, vicit, & Conſtantinum Scotorum regem in eius verba iurare coactum, in poteſtatem redegit. Bonus hic Princeps erat, atque à literis laudandus, omneque ſtudium habens ad religionem, & pacem.* Foxus in Actis ſuis, p. 133. *Erat Princeps digna memoriæ, prudens, & fortis in omnibus actis.* Additque victorias eius de Wallis, Danis, & Scotis. Selden, l. 2. Analect. c. 6. *Cuius eximiæ fortitudinis, tota, quam in ſuum redegit imperium, Britanniæ Inſula, præbuit teſtimonium.* Daniel, l. 1. hiſtoriæ; *Ethelſtanus præſtitit omnes partes religionis, iuſtitiæ, & magnanimitatis.* Stous, p. 107. *Erat princeps memorabilis, fortis & prudens in omnibus actis ſuis.* Camden, in Britan. p. 102. aliàs, 109. *Adelſtanus, pleno ad victorias gradu, multa Danorum cæde Northumbriam debellauit. Daniſque tanto terrore inſtitit, vt vel è regno exceſſerint, vel ſe dediderint. Horum Principum* (Alfredi, Eduardi, Adelſtani) *virtute, è calamitatum gurgite emerſit Anglia.* Et p. 632. *Cawood caſtrum, Athelſtanus Eccleſiæ Eboracenſi donauit.* Reuſner. in Geneal. *Rex potens ac fælix.* Hunc Ethelſtanum, Maior. li. 3. Hiſtor. cap. 1. aſſerit occiſum à Hungo rege Pictorum in

Laudatur à Proteſtantibus.

Laudonia, *quem tamen, toto poſt extinctum Pictorum Regnum* (quod contigit Anno, 839. aut 840.) *ſæculo*, [d] *Glocestriæ vitam finiſſe conſtat*, vt rectè aſſerit Vſſerius in Antiq. Britan. ca. 15. p. 715. vbi etiam addit, victoriam hanc Hungi de Ethelſtano, non conuenire cum tempore mortis vllius Ethelſtani regis in Anglia. Vnde Gordonus, in Chronico, Anno, 818. ſcribit: *Scoti aduerſus Northumbros victoriam referunt, oſtenſa illis diuinitus cruce S. Andreæ.* At nec Ethelſtanum, nec alium Anglorum regem nominat: Imo, Anno, 828. ait, quòd tunc Egbertus occupauit regnum Northumbrorũ. Et 930. *Northumbria venit in poteſtatem Adelſtani Angli regis, victis pulſiſque inde Scotis.* Vide eundem Anno, 738. Et 940. ait: *In Anglia, diem clauſit rex Athelſtanus.* Sanè in Anglia tres tantùm fuere reges Ethelſtani: primus, filius [e] Etheluolfi, Secundus, Danus, cui Alfredus indidit nomen Ethelſtani; & tertius, de quo loquimur, quorum nullus natus fuerat ante annum, 818. quo anno hæc victoria accidiſſe dicitur. Vide * Vſſerium loco citato. Et cuicunque Ethelſtano acciderit, certiſſimum eſt, quod huic Ethelſtano clades hæc non acciderit. Buchananus, l. 6. Hiſtoriæ accuſat hunc Ethelſtanum Parricidij in patrem, & duos fratres, Edredum, & Edvinum. *Ac de patris* (inquit) *morte violenta ſuſpicionem auget fama, quod eum quidam Eduardum Martyrem appellant.* At quis ita hoſpes eſt in hiſtoria Anglica, vt non diſtinguat Eduardum Martyrem, ab Eduardo ſeniore, patre Ethelſtani, cum ille pronepos huius fuerit? aut quis ignorat Edredum, ſecundo poſt Ethelſtanum loco, ſucceſſiſſe in regnum? Fama quidem eſt, eum fuiſſe cauſam mortis [f] Edvini fratris ſui, qui inſidiarum in ipſum inſimulatus eſt, ſed *quod* (inquit Malmesbur. l. 2. Regum, c. 6.) *magis cantilenis, quàm libris didicerim, quodque minùs corroboro, quò mirabilem ſuæ pietatis diligentiam in reliquos fratres intenderit.* Et Harpsfeildus, ſec. 10. c. 2. *Cædes Eduini fratris, magis à fama, & cantilenis vulgaris, quàm à probata certaque hiſtoriæ fide pendet.* Adde quod [g] ij ipſi qui Ethelſtanum faciunt reum mortis Eduini, & hunc referunt [h] inſimulatum fuiſſe inſidiarum in illum & Ethelſtanum [i] ſeptennem pœnitentiam egiſſe, & [k] Michelnenſe Monaſterium ad crimen eluendum conſtruxiſſe, teſtantur Ferreolus in Chron. Belg. *Magna donaria dedit cœnobio Bertinaco, quia ſepelierat Eduinum.*

3. [l] Buchananus, l. 6. Hiſtoriæ Scoticæ, grauatè fert dici ab Anglis, *Ethelſtanum totius Britanniæ vnicum fuiſſe regem, cæteros, qui intra Albion, regium nomen vſurparunt, precario regnaſſe, ac Beneficiarios eius fuiſſe, eique ſacramentum ceu ſupremo Domino ſolitos dicere: Teſteſque eius ſententiæ laudans multoſque ſcriptores Anglos ignobiles, nec animaduertum apud Bedam, Marianum, Gulielmum, Malmesburienſem, & Galfridum Monumethenſem, Britanniam plerunque vocari eam partem, cui Britones imperarunt, hoc eſt, quæ eſt intra vallum Adriani, aut cum longiùs eius fines protendunt, intra vallum Seueri: Quod igitur apud illos eſt, Anglos toti Britanniæ imperaſſe aliquando, id iſti ita accipiunt, ac ſi diceretur, totam Britanniam, id eſt, Albionem.*

4. Cæterum certum in primis eſt, quod Beda nomine *Britanniæ*, complexus eſt totam Inſulam, ſeu Albionem: Id enim euidens eſt ex l. 1. initio & c. 11. & 12. l. 3. c. 6. l. 5. c. 23. & alibi, idque agnoſcit Boëtius Scotus, l. 10. his verbis, *Beda, Britanniam, totam Inſulam* [*Romanorum ſecutus morem*] *vocat.* Certum etiam eſt, quod non tantum ignobiles, ſed etiam nobiliſſimi ſcriptores Angli, atque etiam exteri teſtantur, non ſolùm Ethelſtanum, ſed nonnullos alios Angliæ Reges imperaſſe Scotis. Id enim de S. [m] Oſualdo expreſſe teſtatur Beda, l. 3. c. 6. & Huntington, l. 3. Author primæ vitæ S. Columbæ, item S. Adamannus. De rege Eduino teſtatur Malmesburienſis, l. 1. Regum, c. 3. De Oſwino rege, Huntington, l. 2. De * Eduardo primo, dicto ſeniore, teſtatur idem Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 5. & Marianus Scotus, (iudicio Buchanani) *illuſtris Author*, Anno, 901 921. 924 946. Ingulfus in hiſtoria Croilanden. p. 871. Houeden Anno, 917. 919. 899. Idem de Rege Ethelſtano, teſtatur idem Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 6. Ethelwerdus, l. 4. c. 5. Florentius, in Genealogiâ Regum, p. 580. Edgarus Rex in Charta ſua apud Spelman. in Concilijs, p. 432.

Margin notes: d Malmesbur. l. 2. c. 6. Florent. An. 940. Houeden An. 940. Ingulf. p. 871. Simeon Dunel. An. 940. Brompton. in Chron. — e Aſſerius An. 851. Houeden. p. 411. VVeſtmon. An. 837. Ethelwerd. l. 3. c. 3. Thornus co. 2018. — * Camden. p. 648. Simeon An. 812. — Buchanani error. — f Vide Hon. ... l. 5. Bothinum l. 11. — g Malmesbur. l. 2. c. 6. — h Holinshed l. 6. c. 20. — i Harpsfeild. ... c. 2. — VVeſtm. ... An. 934. — k VVeſtmon. An. 939. Camden. p. 110. 162. Fox. p. 134. Baker in Ethelſtano. Brompton. col. 838. — l Vide Selden. l. 2. Anulect. c. 5. Holinshed An. 1296. Kinghton l. 3. c. 2. & Epiſtolam Eduardi regis ad Bonifacium P. 8. ap. d. Eundem l. 3. c. 4. — m Baronius An. 634. — * ROYALDVS. R. EDVINVS. R. EDVARDVS. — * Simeon Dunel. An. 899. & 911. 914. — * ETHELSTANVS. Camden. p. 639. 701. Simeon Dunelm. l. 2. c. 10. & 17.

Idem,

Idem, de Edredo Rege teſtatur Malmeſburienſis, l. 2. Regum, c. 7. & Huntingtonus, l. 5. Idem de Edgaro Rege, teſtatur idem Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 8. Huntingtonus, l. 2. & 5. & (vt infra videbimus) ipſe Rex Scotorum Kinadus, & alij ſex Reguli, in fidem eius adacti Edgarum in triumphali Nauicula, ad proram ſedentem, quaſi Remiges, remis incumbentes, per Deuan fluuium deduxerunt; [n] Extantque multa eius Diplomata in quibus ſe inſcribit *totius Albionis Baſilea*; quorum vni ſubſcribit, Kinadns Rex Scotiæ. Spedus, l. 5. c. 2. p. 158. refert hoc diploma Regis Edgari, pro fundatione Abbatiæ Elienſis: *Ego Edgarus baſileus dilectæ Inſulæ Albionis, ſubditis nobis ſceptris Scotorum, Cumbrorum, & omnium circum circa regionum, quieta pace fruens, &c.* Ingulfus etiam p. 884. hoc recitat: *Ego Edgarus totius Albionis baſileus, nec non maritimorum ſeu inſulanorum regum, &c.* Idem de Canuto rege tradit Huntingtonus, l. 6. p. 364. Idem de Gulielmo primo tradit Huntington, l. 6. p. 369. & de Henricô primo, l. 7. p. 373. De Henrico Secundo, ſcribit Petrus Bleſenſis, Epiſt. ad Archiepiſcopum Panormitanum, quod *regnum Scotiæ, regnum Hiberniæ, regnum Walliæ, paternæ magnificentiæ addidit.* Et Abbas Montenſis, Anno, 1176. Houeden, 1175. Neubrigenſis, l. 2. c. 37. (eiuſdem temporis authores) teſtantur, quòd Gulielmus Rex Scotiæ, & Principes Nobilitatis Scoticæ *in verba Henrici iurarunt, & regnum Scotiæ, in fidem ac clientelam eius dederunt.* Ac Houeden in Annalibus, p. 647. refert literas Clementis tertij, ad hunc regem Henricum, in hæc verba: *Willielmum Regem Scotorum moneas attentius, & inducas, & ſi neceſſe fuerit, diſtrictione regali, quâ ei præeminês, & conceſſâ ſibi à regiæ celſitudini poteſtate, compellas, vt &c.* Et ibidem, p. 662. *Pro quieta clemantia fidelitatis, & ligantiæ de regno Scotiæ, & pro Charta Richardi Regis Angliæ inde habenda, Willielmus Rex Scotorum dedit Richardo Regi Angliæ decem millia Marcarum Eſterlingarum.* Emilius, l. 9. ſcribit: *Dauidem Regem Scotorum, ab Eduardo tertio victum ac captum, iureiurando adactum, ſe apud ſuos omni ſtudio elaboraturum, vt regnum Scotorum Beneficiarium Anglorum ſit.* Idque agnoſcunt Scoti, vt Maier. l. 5. c. 25. Leſleus, l. 7. c. 98. Gordon, Anno, 1357 Spondanus, Anno, 1217. refert Honorium tertium per literas *Arguiſſe Alexandrum regem Scotiæ, quod à fidelitate Domini ſui naturalis Regis Angliæ, & à deuotione Eccleſiæ Romanæ recedens, adhæreret Ludouico Francorum Regi, contra Henricum Angliæ Regem.* Et Bzouius, Anno, 1234. ita ſcribit: *Apud Anglos, diuturna conſuetudo obtinuerat, vt Scotorum Reges & Proceres, Regi Anglo iuramentum ſeu homagium præſtarent. Iſtud, cùm aliqui Scoti recuſarent, Rex autem ex vi iuramenti, ad illud; & præſtandum, & compellendum teneretur, admonuit eum Gregorius nonus Pontifex, ne quicquam contra iuſiurandum admitteret.* Et Anno, 1236. *Regem Scotiæ admonuit* (Gregorius nonus) *ne quid contra iuſiurandum, Regibus Angliæ, ex more recepto, datum, moliretur, neue proterès ab iuramento Ligio Anglo. præſtito ſeduceret.* Plura de hac re legi poſſunt apud Walſingamum, Anno, 1292. 1297. 1301. Pariſium, Anno, 1244. Holinſhedum, 1291. 1296. Ego hæc pauca notaui, ad conſeruandum honorem Catholicorum Regum Angliæ: verba autem dictorum teſtium, breuitatis gratiâ, omiſi. Denique de Gulielmo primo ita ſcribit Ingulfus, p. 908. † *Scotiam ſibi ſubegit, & Malcolmum* (Malcolmum) *Regem eius ſibi hominium facere, & fidelitatem iurare, apud Abernithi coegit.* Et quos ſcriptores Anglos, his nobiliores, requiret Buchananus.

5. Quanti fecerint Chriſtiani principes, Ethelſtanum, his verbis refert Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 6. cit. *Haroldus Rex Noricorum miſit ei nauem, roſtra aurea, & velum purpureum habentem. Henricus Imperator ſororem eius filio* [o] *Othoni expoſtulauit. Tertiam, ſortitus eſt comparem, Ludouicus Aquitanorum princeps, de genere Caroli Magni ſuperſtes. Quartam, in qua omne coagulum pulchritudinis naturaliter confluxerat, Hugo Rex Francorum expetijt: qui ei miſit gemmas rariſſimas, enſem Conſtantini, in cuius capulo, vnus ex clauis Chriſti affixus erat: Lanceam Caroli Magni, Vexillum S. Mauritij; particulam Sanctæ Crucis; particulam Coronæ Spineæ.* De his nuptijs vide S. Martham in Genealogijs, l. 1. Gaguinum, l. 5. c. 8. Belforeſtum, l. 2. c. 85. Serres, In vita Hugonis Caperi, Tilletum in Collection. in Hugone Capeto. Præterea, reſtituit nepotem ſuum Ludouicum tranſmarinum in regnum ſuum

Weſmon. An. 90. Ealredus de Geneol. Reg.

R. EDREDVS.
R. EDGARVS.
Ealredus in Genealogia regum.
[n] *Ingulfus p. 882. 884. 885. Malmesbur. l. 2. c. 8. Spelman p. 432. 482. 485. Camden p. 762. Spedus l. 5. c. 2. Selden in notis ad Edmerū p. 145.*
R. CANVTVS.
R. GVLIELMVS I.
Simeon An. 1072.
R. HENRICVS I.
R. HENRICVS II.
Vide Buchananum vita 3 hurſtani.
† *Polidorus l. 9. Rodulfus de Diceto An. 1089.*
Celebritas Regis Ethelſtani.
[o] *Sigebertus An. 914. Lu ſuprà l. 4. c. 7. Buichinus de Monaſter. Ferdenardus S. Antonius 16. c. 3. Ingulfus p. 877.*

Galliæ. Seldenus, l. 2. Analectorum, c. 6. ſcribit de regnis trium præcedentium regum; *Saturnia ferè, ſi quo premimur, graui noſtro componentur æuo, merentur hæc regna dici, & aurea, ſaltem certè argentea.*

R ETHELSTANI'S. Romano Catholicus Fundat Monaſteria pro redemptione peccatorum.

6. Huius clariſſimi Regis Romano-Catholica religio clariſſima eſt: Nam vt fatetur Foxus in Actis, p. 134. *Duo extruxit Monaſteria, Middletonenſe, & Michelnenſe, pro anima fratris ſui: Quo conſtat* (inquit) *præcipuam cauſam condendi Monaſteria illis temporibus, fuiſſe redemptionem peccatorum, tum mortuorum, cum viuorum. Quod quo modo conſiſtat cum veritate Euangelij Chriſti,* (diceret, Lutheri) *iudicet Chriſtianus lector.* Imò (vt ſcribit Malmesburienſis, l. 2. c. 6.) *Nona Monaſteria, quot & quanta fecerit, ſcribere diſsimulo.* [p] *Illud non tranſiliam, quòd vix aliquod vetuſtum fuerit, quod non vel ædificijs, vel ornamentis, vel libris, aut prædijs decorauerit.* Idemque habet Ingulfus, p. 871. & agnoſcit Parkerus in vita Odonis Archiepiſcopi. Addit Malmesburienſis: *In talibus,* (emendis ſanctorum [q] reliquiis) *patris theſauros, quos ille diu coacernatos, & intactos reliquerat, conſumpſit.* Præterea iturus ad periculoſiſſimum Brumfordenſe prælium, *cum multa deuotione* (inquit Ingulfus p. 871.) *dictum ſanctum* (Ioannem Beuerlacenſem) [r] *viſitans, offerens etiam cultellum ſuum ſancto ſuper Altare, promiſit ſe rediens ſuo, ſi Dominus ei daret victoriam de inimicis, dictum cultellum digno pretio redempturum; Quod, & factum eſt: Nam Domino ſibi largiente victoriam, cultellum ſuum immunitate quam nunc obtinet ille locus, Rex redemit, & ad honorem Dei, cum multis alijs donarijs in immenſum ditauit.* Vnde Camden. in Britan. p. 577. al. 936. *Huius* (Ioannes Beuerlacenſis) *memoriam adeo ſanctam habuerunt reges, & præcipuè Ethelſtanus, qui illum vt ſanctum* [s] *Tutelarem, ita coluit, poſt quàm Danos fudiſſet, vt multis, & magnis immunitatibus locum dicauerint, & Aſylis ius conceſſerint.* Idem fecit ad Feretrum S. Cuthberti: Nam ita Houeden Anno, 925. *Cum multo exercitu Scotiam tendens, ad ſepulcrum S. Cuthberti venit, illiuſque patrocinio, ſe ſuumque iter commendauit: multa & diuerſa* * *dona ei obtulit, nec non, & terras.* Demum Camdenus in ſua Britan. p. 177. aliàs, 210. [t] *Aldelmum iam defunctum, in tutelarem ſanctum ſibi aſciuit Athelſtanus ille Magnus, qui eo nomine oppidum hoc* (Malmesburiam) *maximis immunitatibus donauit, Monaſterium ampliſsimis donarijs ditauit, & in eo ſepulchrum ſibi delegit, eiuſque monumentum etiam num oſtendunt incolæ.* Ac, p. 577. *Athelſtanus, Ioannem Beuerlacenſem, vt Sanctum tutelarem coluit.* Et (vt refert Malmesburienſis, l. 2. c. 6.) *In prælio Brumfordenſi, dum in magno periculo verſaretur, Deum & ſanctum Aldelmum inuocauit.* Aldelmus autem (vt [u] ſupra vidimus) adeò Romano-Catholicus fuit, vt ſcripſerit *nullam ſalutem eſſe extra Romanam Eccleſiam.* Adde, quod (vt ſcribit Parkerus in vita S. Odonis Archiepiſcopi Cantuarienſis) *Ethelſtanus, Odonem ſingulari amore complexus eſt.* Idque teſtatur Malmesbur. l. 1. Pont. p. 200. Odonem autem Papiſtam fuiſſe, alibi oſtenſum eſt. Et Ethelſtanus ipſe in legibus ſuis apud Spelman, p. 397. profitetur, quod *ſermone admonemur diuino terrenis cæleſtia, & caducis his noſtris, æterna illa promereri.* Et quod *ex Wulfelmi & aliorum Epiſcoporum conſilio ad expianda peccata ſua, ſtatuat, vt præfectorum quiſque Anglum vnum, ſi quidem eiuſmodi quis inter eos fuerit, cibo ſuſtentet:* Vide eius diploma datum S. Cutberto apud Simeonem Duncl. in Hiſtoria S. Cuthberti p. 75.

p S. Antonin tit 16. c. 2. Harpsfeld ſec 10. c. 2. Holinshed. l. 6. c. 10.
q Vide vitam S. Beruulfi apud Surium to 2.
r Houeden. An 925. Capgrauius in vita S. Ioan. Harpsfeld ſec. 8. c. 22. Holinshed l. 6. c. 10. Stedu 17. c. 38. Twinus Antiq Oxon l. 2. ſec 141. Simeon Dunel. l. 2. c. 18.
s Venet Mon p 141
* Vide de ijs Simeon Dun. in Hiſtor S. Cutberti p 75. & 25.
t Speedus l. 7. c. 38
Inuocat S. Aldelmum.
u l 2 1 7
Credit in vita Et ſatisfactionem pro peccatis.

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Ethelſtani Regis.

1. SAnctitate claruerunt tres eius ſorores; nempè, S. Edburga, de qua ſupra dictum eſt. S. Editha, de qua infra dicemus, & Edgytha, quæ (inquit Weſtmonaſt. Anno, 925.) *nupta Sithrico Dano, Northumbriæ regi, quo poſt modicum tempus mortuo, ſancta puella virginitate ſibi reſernata, apud Pallesbiriam, in ieiuniis, & vigiliis, in orationibus, & eleemoſinarum ſtudiis vſque ad finem vitæ bonis pollens operibus perſeuerauit: Tranſiit autem, poſt laudabilis vitæ curſum, ex hoc mundo idibus Iulij, vbi vſq; hodie diuinæ miracula non deſinunt celebrari* Idemque refert Holinshed, l. 6. ca. 19. Vixit etiam tunc (inquit idem Weſtmonaſteriensis, Anno, 929.) *Nobilis matrona, nomine Elfleda, neptis eiuſdem regis, quæ marito defuncto, vidualem ducere vitam exoptans, ad occidentalem Cœnobij Glaſconienſis plagam elegerat manſionem.* Pergitq, narrare miraculum ab ipſa factum in multiplicatione Medonis, cum ad eam Ethelſtanus cum comitatu ſuo diuerteret. Idem refert Oſbernus in vita S. Dunſtani, Itemque Harpsfeild, ſec. 10. c. 9. qui addit: *Cui morituræ, cœleſtes etiam ſpiritus videre, datum eſt.* Sed eam vocat, Elsgiſam. S. EDGITHA. Ferrarius 15. Iulij. S. ELFLEDA.

2. Vixit etiam tunc, S. Odo Cantuarienſis Archiepiſcopus, de quo in Archiepiſcopis ſermonem facimus, qui (vt ſcribit Parkerus, in eius vita) *cum*[a] *regibus, Eduardo, Ethelſtano, Edmundo, Edredo, intima familiaritate ſe coniunxerit: munificentiſſimi enim in Monaſteria erant, quidam etiam ſummi Monachorum patroni.* De quo ita Molanus, 7. Februarij; *In Anglia, S. Odonis, Epiſcopi, & Confeſſoris: Eius vitam compoſuit Osbernus.* S. ODO. a Goduin in vita Odonis Ferrarius 4. Iulij

3. Vixit etiam tunc temporis, S. Birnſtanus, Epiſcopus Wintonienſis: *Illum* (inquit Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 242.) *puriſſimæ ſanctitatis fuiſſe accepimus, quotidie non intermiſſa* [b] *ſeuilitate, Miſſam pro defunctorum requie cantaſſe, noctibus depulſa formidine ſolum circuire ſolitum, pro animarum ſalute pſalmos frequentaſſe Diuini exempli ardentiſſimus executor, pedes egenis omni die, ſemotis arbitris, lauabat, menſam & cibos apponens, nec minùs, pro diſciplina famulantium, reliquias abſtergens; obſequio conſummato, pauperibus omiſsis, ad multas ibi remanebat horas, orationibus (vt creditur) vacans. Quadam ergo die pro conſuetudine ingreſſus, nulla antea interpellatus moleſtia ægritudinis ſubito clam omnibus ſpiritu vitali caruit.* Eademque recitat Godwinus in vita Birnſtani, n. 24. præterquam de celebratione Miſſæ, & oratione pro defunctis. Houeden, Anno, 923. *Vir eximiæ ſanctitatis* [c] *Frithſtanus Epiſcopus Wintonienſis recedit, & Anno ſequenti tranſiuit ad Dominum.* S. BIRNSTANVS. b VVeſtmon A 932 934. Florent. An. 932. Ferrarius 22. Aprilis; ſeſſon in Epiſ p 426. Radulfus de Diceto A. 6 932 Brompton. vol. 838. c Genebrand. An 937. Ferrarius 9. Aprilis.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, tempore Regis Ethelſtani.

1. POlidorus, l. 6. *Ea tempeſtate fuerunt viri doctrina, & ſanctitate clari,* [a] *Frithſtanus Wintonienſis Epiſcopus, cui ſucceſſit Birnſtanus; Item, Wulſhelnus Wellenſis Epiſcopus; ac Wulſtanus Eboracenſis Archiepiſcopus, quem rex Ethelſtanus, ob ſingularem eius animi virtutem, vitæque ſplendorem, vnicè amauit.* Ciaconus in vita Stephani, P. 9. *Giſelbertus Anglus, Monachus, vir doctiſsimus, claret Anno, 940.* a Magdeb. Cent. 10. c. 10. GISELBERTVS.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA tempore Ethelſtani Regis.

1. SVpra iam vidimus, quod S. Edburga, & Edgytha ſorores regis Ethelſtani, itemque neptis eius Elfleda, miraculis claruere De S. Birnſtano præfato, ita ſcribit Malmesbur. l. citato. *Hoc* (Pſalmos noctu cantaret pro animarum ſalute) *cùm quadam vice faceret, & expletis omnibus, ſubiungeret: Requieſcant in pace; voces quaſi exercitus infiniti à ſepulchris audiuit reſpondentium: Amen.* Idem refert Florentius, Anno, 932. Weſtmonaſt Anno, 932. & (vt teſtatur Foxus in Actis, p. 134.) Polichronicon, Houeden, Iornalenſis; Et Godwin, l. cit. *De his tribus Epiſcopis* [Firſtano, Birſtano, Elphego] *Monachi noſtri, multa narrant miracula.* Sed illud celeberrimum, & Anglis ſaluberrimum fuit miraculum, quo rex Ethelſtanus inuocato Deo, ac S. Aldelmo, de innumeris, & ferociſſimis hoſtibus, in prælio Brumfordenſi triumphauit, quod his verbis narrat Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 6. *Cum ſtratis excuſſus, ſuos quantum per id noctis poterat, ad bellum acueret, gladius eius fortuito vagina excidit: Quocirca cum omnia formidinis, & cæci tumultus plena eſſent, inclamato Deo, & S.ª Aldelmo (erat enim ex antiquis Progenitoribus conſanguineus) reductaque ad vaginam manu, inuenit enſem, qui hodieque pro miraculo in b theſauro Regum ſeruatur, & ſanè [vt aiunt] vna parte ſectilis, nec vnquam auri, vel argenti receptibilis: hoc dono Dei fretus, ſimulque quia dies illuceſcebat, Noricum adorſus tota die vſque ad veſperam indefeſſus, fugauit eum exercitu. Cecidit ibi rex Scotorum Conſtantinus, alijque reges quinque. Comites duodecim, omniſque ferè Barbarorum congeries.* His addit, l. 1. Pontif. p. 200. quod S. Odo (poſtea Archiepiſcopus Cantuarienſis) qui tunc cum rege aderat, *primus, porrectis in cælum precibus, intuitus, vidit gladium, cæleſte ſcilicet munus, vaginæ regiæ illapſum diuinitus.* Weſtmonaſter. Anno, 937. ait, in hoc prælio Ethelſtanum, quinque c Regulos, & ſeptem duces peremiſſe, tantumque ſanguinis fudiſſe, quantum in nullo Angliæ prælio eatenus auditum fuerat. Rex Eduardus quartus dictus primus in literis ad Bonifacium Papam VIII. apud Walſingam in Ypodigmate, Anno, 1301. ſcribit: quòd *Ethelſtanus intercedente S. Ioanne de * Beuerlaco, quondam Archiepiſcopo Eborac. Scotos rebellantes ei deuicit.* De hoc miraculo, ita ſcribit Holinshed. Proteſtans, l. 6. hiſtoriæ, c. 20. *Inuocante rege Deum, & S. Aldelmum, gladius eius, vaginæ ſuæ reſtitutus eſt. Rex hoc miraculo animatus, &c.* Foxus in Actis ſuis, p. 134. ſola ſua ſolita incredulitate nixus, ait, quòd hoc miraculum, *non eſt veriſimile*, ſcilicet quia approbat inuocationem ſanctorum: At meminiſſe velim, Anglos, Gentiles meos, quo modo iam quarto à crudeliſſimis hoſtibus liberati ſunt per actum Catholicæ religionis: Primò à Britonibus, ſub S. Oſwaldo: Secundò, à Danis, ſub rege Ethelredo primo. Tertio, ab ijſdem, ſub rege Alfredo magno: Quarto, à Noricis, Scotis, Hibernis, ſub rege Ethelſtano: An ſalus veſtra, vobis cordi eſt? an victoria de hoſtibus, lætitiæ? Quo modo Catholica pietas, quæ eas peperit, odio vobis eſſe poterit?

Miracula S. Brnſtani

Anglia ſeruata per inuocationē ſanctorum Bromton in Chron.

a Holinshed l. 6 c. 20. b Polidor l. 6 Ingulfus p. 871 Bolaconſ. l. 24. c. 64 S. Antonin. tit 16 c. 2. Boethius l. 11. Leslæus l. 5 c. 75 Caluiſius An. 929 Simeon Dunel. l. 2. c. 18 Bromton col. 863 c Huntington l. 5 Houeden. An. 937. Parker in Odone Speed l. 7. c. 38. Iſacſon An. 929.

* De miraculis S. Ioannis Beuerlac. hoc tempore vide S. Ealredum de Genealogia regum Anglia.

Anglia quater ſeruata per actum Catholicæ religionis.

CAPVT NONVM.

EDMVNDVS PRIMVS, COGNOMENTO PIVS, REX Chriſtianus Angliæ Vigeſimus-primus, ab Anno 940. ad 946.

SECTIO PRIMA.

1. EThelſtano ſucceſſit frater eius Edmundus, Anno, 940. mortemque obijt, Anno 946. Hic à Canuto rege in Diplomate ſuo apud Malmesburienſem, l. 2. Regum, c. 11. & Spelman. in Concilijs, p. 537, vocatur *Glorioſiſſimus Edmundus*. S. Odo, qui tunc viuebat, in literis apud Malmesburienſem l. 1. Pontif. p. 201. vocat eum, *Regem Auguſtiſſimum*. Huntington, l. 5. *Fortiſſimum, & inuictum*. Polidorus, l. 6. ait, quod eum *à ſummis laudibus, vitæ breuitas abduxit*. Huntington, l. 5. cit. ita de eo ſcribit: *Belli ſorte Danos vicit, & quinque vrbes victorioſus cepit, & Northumbriam, primus regum Weſtſaxonum, in dominio proprio tenuit. Cumbriam contriuit, & commendauit eam Malcolmo regi Scotiæ, hoc pacto, quòd in auxilio ſibi foret terra, & mari*. Idem habet Houeden, Anno, 945. vbi eum vocat: *Magnificum Regem*; Item, Annis, 941. 943. 946. Vide S. Ealredum de Genealogia regum p. 358. *Laudes re. Edmundi Cog. Pij.*

2. Ex Proteſtantibus, Spelman. in Concilijs, p. 419. vocat Edmundum, *pium regem, & eximium*. Stous, Anno, 940. ait, quòd *natura compoſitus erat ad nobilitatem & iuſtitiam*. Holinshed, l. 6. c. 2. inquit, *In eo apparuerunt multa manifeſta indicia inſignis excellentiæ*. Foxus in Actis, p. 135. *Per eum pulſi ſunt Dani, Scoti, Normanni, & omnes hoſtes externi è regno, & poſuit totum ſtudium ſuum in reformando, & tuendo ſtatu Eccleſiæ*. Reuſnerus, in Genealog. *Eum à ſummis laudibus, vitæ breuitas abduxit*. Similia habet Coperus An. 940. *Laudatur à Proteſtantibus.*

3. Catholica huius incliti Regis religio, manifeſta eſt, ex hoc eius [a] Diplomate apud Malmesburienſem, l. 2. Regum, c. 7. *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti; Ego Edmundus rex Anglorum cæterarumque gentium Gubernator & Rector, cum conſilio, & conſenſu optimatum meorum, pro æternæ retributionis ſpe, & relaxatione peccaminum meorum concedo Eccleſiæ S. Dei Genetricis Mariæ Glaſconiæ, & venerabili viro Dunſtano, quem ibidẽ Abb item conſtitui, libertatem, & poteſtatem, &c.* Vides, vt Rex & Optimates eius, crediderint bona facienda *pro relaxatione Peccatorum*: quòd manifeſtè oppoſitum eſt ipſi fundamento Proteſtantiſmi. Et idem Malmesb. l. 2. Pontificum, p. 254. *Dunſtanus eo loci* (Glaſconiæ) *vitam ſolitariam Monachus actitarat, poſt modò verò liberalitate regis Edmundi, omnia quondam appendítia, & ijs multò plura nactus, Abbatiam compoſuit, qualis nuſquam in Anglia, ſit fueritue. Tanta eſt diffuſio, & opportunitas fundorum, tanta librorum pulchritudo, & antiquitas exuberat*. Houeden, Anno, 942. *Hic* (Edmundus) *Dei ſeruo* [b] *Dunſtano ſummus, & eius conſilijs glorioſus*. Et Parkerus in vita Dunſtani. *Edmundus Dunſtanum Spelunca ſua eduxit, & cum Proceribus ſtatuit*. Atque ita eum facit alloquentem Dunſtanum. *Sit inter nos deinceps perfecta familiaritas, ſit in diſponendis in palatio, & regno rebus, libera tibi ſemper facultas*. Et ibidem in [c] oratione Edgari regis ita Edmundus alloquitur Dunſtanum: *O Pater patrum Dunſtane, tu mihi adiutor in omnibus, & cooperator extitiſti: te quaſi paſtorem, patrem, & Epiſcopum animæ meæ elegi Quando tibi non parui?* Nec minùs coluit S. Odonem Archiepiſcopum: Nam ita Parkerus in eius vita, *Edmundus pari amore Odonem ſibi conciliauit, eumque ad Archiepiſcopatum elegit, & detrectantem impellit*. Atqui SS. Odo & Dunſtanus notiſſimi Papiſtæ erant. Et Mortonus, l de authoritate Principum, c. 6. *Quamprimum rex Edmundus regni faſtigium eſt conſequutus, Archiepiſcopum Dunſtanum ad ſe accerſi iubet, eius prudentiæ atque fidei Regni gubernacula demandat*. Spedus in Hiſtor. l. 7. c. 39. *Dedit oppidum integrum S. Edmundi, illi martyri, ac Monachis, illic ſeruientibus altari*. Simeon in Hiſtoria S. Cuthberti p. 75. *Ad oratorium*

Eius Catholica religio.
[a] *Spelman. in Concilijs, p. 427.*
[b] *Florent. An 942 VVeſtmon. An 940. Capgrauius in Dunſtano.*
[c] *Harpesfeld ſec 10. c. 3. Spelman in Concil p 477 Ealredus in Genealog. reg.*

S. Guthberti, diuertit, ante ſepulchrum eius genua flexit, preces fudit ſe & ſuos Deo & S. Confeſſori commendauit.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Edmundi Regis.

1. IN primis, Sanctitate claruit vxor regis Edmundi regina Elgiua, quam Houeden Anno, 943. vocat [a] *ſanctam.* Exhelſterd. l. 4. c. 6. *Obyt regina Elfguia, Edmundi regis coniux poſtque ſanctificatur. In cuius Mauſoleo, cooperante Deo, vſque ad præſens innumeroſa equidem miracula fiunt in Cœnobio quod vulgò Shafſtburiæ nuncupatur.* [b] Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 251. ita ſcribit de ea: *Elgiſa vxor Edmundi, mulier bonis operibus ſemper intenta, pietate, & dulcedine prædita, & vt reos quos triſtis ſententia Iudicum palam damnauerat, ipſa occultè redimeret; pretioſus amictus illi erat ſupellex munificentiæ, vt quamlibet charam veſtem, conſpecto ſtatim largiretur pauperi, ſpeciem corporis, & artificium manuum, in ea quoque liuor laudaret, cum nihil reprehendere poſſet.* Osbernus in vita Dunſtani, eam vocat, *tutum Angliæ auctricem, & Nobilitatricem, Eccleſiarum conſolatricem, & ſuſtentatricem oppreſſorum, & inopum.* Eadem habet Harpsfeild, ſec. 10. c. 9. Camden (etſi Proteſtans) in ſua Britannia, p. 157. appellat eam; *Mulierem pientiſſimam*: aitque eam *poſuiſſe Monaſterium ſanctimonialium ad Shafſtburiè.* [c] Spedus, l. 8. c. 3. vocat eam, *Sanctam Alfginam*, atque ſequentes reginas ab ea nominatas fuiſſe Alfgiuas.

B. ELGIVA

a Florent An. 950. & Antonin. tit. 16. c. 6. Baronius. An 959. Ferrarius 5. Maij Simeon Dunel. An 943.

b Item l. 2. reg. c. 8.

c Item l. 7. c. 39.

2. Claruit etiam Edmundi Regis ſoror, Editha, & Eduardi regis filia, Ottonis primi vxor, de qua ita Baronius, Anno, 947. *Hoc anno, 7. Calend. February moritur Ottonis Primi coniux, Editha Regina, ſanctitate præclara, quam & poſt obitum miraculis claruiſſe, Dietmarus eius temporis ſcriptor teſtatur.* Idemque habet Lupoldus Bebenburgius, l. de zelo vet. Germaniæ. Et Trithemius, in Chron. Hirſtau. Gordonus, Anno, 947. Benedictus Gononus, l. 4. de vitis Patrum Occidentis, ait quòd S. Clarus Anglus vixit tempore Edmundi Regis; quòd fuit Anachoreta in Gallia, ibique occiſus iuſſu nobilis fœminæ, quod noluiſſet cum ea commiſceri; quod decollatus portauit caput ſuum, quodque viuus ſuſcitauit mortuum, & mortuus illuminauit cæcum. Buſchius, de Monaſterijs Germaniæ, fol. 74. *Ad hunc Eberhardum venit, elapſis annis aliquot, Gregorius quidam, Eduardi, Regis Angliæ filius, Dominæ Edithæ Imperatricis, quæ fuit Magni Ottonis prima coniux, germanus frater, vir per omnia religioſiſſimus.* Trithemius in Chron. Hirſtaugienſ. Anno, 954. ſcribit, quod fuit *Præsbyter, qui cum eſſet filius Regis, patrem, regnum, patriam, & omnem pompam ſæculi, amore cæleſtis regni contemnens, clamque aufugiens, vſque ad mortem in præfato loco* (Nigra Siluâ) *Domino magna ſanctitate hominibus manſit incognitus.* Eumque vocat *Eremitam ſanctiſſimum.* Et l. 3. de viris illuſtribus, c. 225. ait, fuiſſe, *virum magnæ ſanctitatis.* De eo ita ſcribit Baleus. Cent. 13. ca. 67. *Gregorius, Eduardi Anglorum regis, cognomine Senioris filius, & Edithæ Imperatricis Germanus frater, cùm ipſa in Germaniam, circa Annum Domini, 930. venit; Cum autem plura in Heluetiorum terris colluſtraſſet loca, in denſiſſimam quandam Eremum, contemptis tandem Aulæ delicijs, religionis gratia conceſſit, vbi homo per omnia religioſiſſimus, Eberhardum quendam Eremiticæ vitæ ſtudioſum inuenit. Apud hunc per aliquot Annos Gregorius remanſit, ſanctis contemplationibus, & diuinæ Philoſophiæ ſtudijs ſe totum commendans.* Ita videmus regem Eduardum quatuor habuiſſe liberos, ſanctitate præclaros, nempè Editham Imperatricem, Edgitham reginam Northumbriæ, S. Edburgam ad infantia ſanctimonialem, & Gregorium Eremitam; & tres reges egregios, ſuos filios & ſucceſſores; Ethelſtanum, & Edmundum, de quibus iam diximus; & Edredum. de quo mox dicemus. Ingulfus, p. 871. ait, quod S. Dunſtanus Abbas factus Glaſconiæ, *fratres ſui ſtemmatis accipiens, ſanctiſſimum in breui Collegium adunauit*: Et (vt refert Osbernus in eius vita) *vidit animam vnius eorum,*

S. EDITHA.

S. CLARVS Capgrauius in vita S. Clari. Ferrarius 18 Iuly.

S. GREGORIVS Surius tom. 5 in vita S. Vuolfgangi. Boſsius l. 12. c. 3. §. 30. Ferrarius 25. Decemb.

Egregij liberi regis Eduardi.

quem

quem ipſe à puero Glaſconiæ in ſancta conuerſatione nutriuerat, multis Angelorum fultam agminibus, in cælum deferri.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA tempore Edmundi Regis

1. ERuditione claruit ſub hoc rege, S. Odo, Cantuarienſis Archiepiſcopus, de cuius eruditione, Catholicorum teſtimonia, & Proteſtantium confeſſiones alibi retulimus. Claruit etiam Sanctus Dunſtanus adhuc Abbas Glaſconienſis, quem non ſolùm Catholici ſcriptores, ſed & Proteſtantici agnoſcunt *incubuiſſe cognitioni ſcripturæ, & fuiſſe verè doctum.* Nec ipſe ſolum doctus erat, verùm & Glaſconiæ, vbi tunc Abbas erat, videtur hominum doctorum ſeminarium inſtituiſſe, Nam ita ſcribit Osbernus in vita eius: *Inde* (ex Glaſconia) *ad Epiſcopatus, & Abbatias, ad quæque officia Eccleſiaſtica perſonæ eligebantur, accipiebantur, & ad eruditionem aliarum Eccleſiarum conſtituebantur.* Et (vt ſcribit Malmesburienſis, l. 2. Regum c. 8.) *Dunſtanus erat artium liberalium in tota inſula, poſt regem Alfredum excitator mirificus.* Et l. 1. Pontificum p. 202. ait, quod *tempore Dunſtani, Monachi habebant rectores, vita religioſos, ſcientia claros.* Harpsfeild. ſæc. 10. c. 6 aſſerit, quòd *ex Glaſconia, magno numero prodierunt viri, omni pietate & doctrina ornati.* Nec dubium eſſe poteſt, quin Academia Oxonienſis, ab Alfredo Magno inſtituta, his diebus protulerit homines doctiſſimos: Idemque ſentire par eſt de Academia Cantabrigienſi, ab Eduardo rege fundata.

S. ODO. Piſeus n. 141.
S. DVNSTANVS. Piſeus n. 151.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA tempore Edmundi Regis.

1. EDitham Imperatricem, ac Edgitham reginam Northumbriæ, itemque Edburgam ſanctimonialem, tres ſorores Edmundi regis, miraculis elauiſſe ſupra retulimus: De Elgifę vxoris Edmundi regis miraculis, ita ſcribit Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 251. [a] *Nonnullis paſſa annis morborum moleſtiam, defæcatam, & excoctam Deo dedit animam: Functas ergo vitæ fato, beatas exuuias, infinitis clemens ſignis illuſtrabat deitas: Inops viſus, & auditus, ſi adorant tumultum, ſanitati reſtituti, probant Sanctæ meritum, rectum greſſum refert domum, qui acceſſit loripes, mente captus, redit ſanus, boni ſenſus locuples.* Harpsfeild, ſæc. 10. c. 9. ait, quòd *nec viua prædictionum, nec poſt obitum ægrotos multoſque mirabiliter ſanandi dote, deſtituta eſt.* Illuſtre autem miraculum factum eſt in ipſo rege Edmundo: Nam eum falsâ delatione æmulorum, è Curia ſuâ, S. Dunſtanum eieciſſet, die tertia (ait Osbernus in vita S. Dunſtani) rex in ſiluam venatum iuit: [b] *Silua autem montem magnæ altitudinis occupat; qui mons in ſummitate ſui interruptus, ingens præcipitium, & horridam abiſſum ſpectantibus offert: Cum ergo fugitantem ceruum huc illucque rex inſequeretur, ceruus ad præruptum montis hiatum perueniens, introrſum ruit in partes diſciſſus, interijt, inſectantes canes par ruina inuoluit: equus, quem Rex ſedebat, ruptis habenis effrænis effectus, obſtinato curſu regem poſt beſtiam portans, ad vltimam ſortem, præceps petens barathrum, intentat: Ille trepidat, & anguſtiatur: occurrit interim animo eius, iniuria Dunſtano illata: Ingemit, & ſe quàm citiſſimè illam multiplici emendatione correcturum, ſolummodò imminentem ſibi mortem eius meritis, ad horam Deus auertat, Deo celeri mentis ſponſione promittit: Cuius cordis præparationem auris Dei è veſtigio audiens, illius miſertus eſt: Equus*

Miracula Reginæ Elgifæ.
a Foxus p. 141
b Malmesbur. l. 1 Pontif. p. 200. Capgrauius in Dunſtano. Harpsfeild. ſæc. 10. c. 1. Baronius An. 940. Iſaſon. An. 960.

uamque illico ſubſtitit, & regem à periculo mortis liberatum, valdè gratioſum Deo reddidit.
Inde ad hoſpitium rex reuerſus, adunatis principibus ſuis, rei, quæ acciderat, ordinem pan-
Rex pœnitens.
dit, & Dunſtanum cum honore, ac reuerentia adduci præcepit, actaque coram eo pœniten-
tia pro iniurijs, quas ei intulerat, veniam ab eo cum humilitate poſtulat. Idem refert
c Malmesb. l. 1. Pont. p. 202. Houeden. An. 941. Harpsfeld. ſæc. 9. c. 2. Baronius An. 940.
Weſtmonaſt. Anno, 940. Qui, etiam Anno, 941. ait, quòd Analafus, rex c Nor-
thumbriæ, Danus, *dum vaſtaret Eccleſiam, S. Balteri, & Tinningham igne cremaret,*
mox Dei iudicio correptus, vitam miſerabiliter terminauit.

CAPVT DECIMVM.

EDREDVS COGNOMENTO PIISSIMVS, REX *Chriſtianus Angliæ, vigeſimus ſecundus.*

SECTIO PRIMA.

Laudes Edredi Regis cog. Piiſſimi

1. EDmundo ſucceſſit Edredus, frater eius, ac tertius filius Regis Edwardi
præfati, Anno, 946. obijt Anno, 955. Hunc Sanctus Eduardus Confeſſor,
in Diplomate ſuo apud Ingulfum, p. 869. vocat *Piiſſimum regem.* Et Rex Edga-
rus apud eundem p. 880. *Inclitum & piiſſimum regem.* S. Dunſtanus, & alij Epiſcopi
ibidem p. 882. *Piiſſimum regem.* Canutus Rex apud eundem, p. 893. vocat *Incli-*
tum regem Edredum. Gulielmus primus apud eundem, p. 921. *Egregium regem.* Et
ipſe Ingulfus, p. 868. *Inclitum & piiſſimum regem.* Et p. 873. ait fuiſſe *præcunctis re-*
gibus prædeceſſoribus ſuis, puriſſimæ conſcientiæ. Huntington. l. 5. *Eximius & inuictus*
rex. Weſtmonaſt. Anno, 955. *Rex potentiſſimus.* Houeden, Anno, 947. *Egregius*
rex. 952. *Inclitus Rex.* Oſbernus in vita Dunſtani, *Edredus vir quidem egregius, &*
ad exercenda, quæ Dei ſunt, feruido mentis affectu ſubnixus. Malmesbur. l. 1. Pontif. p.
260. *Edmundus, & Edredus, nihil in moribus prætenderent, in quod, rigor Epiſcopalis*
inteutari deberet. Simeon Dunelm. l. 2. c. 20. *vir pietatis cultor & iuſtitiæ.* Polido-
rus, l. 6. *Edredus, pacatis vbique locorum rebus, in augenda religione ſe exercuit.* Ibidem
Erat innocentiæ fautor, omniſque impiorum hominum generis longè inimiciſſimus; item, mi-
litaris diſciplinæ peritiſſimus. Harpsfeld, ſæc. 9. c. 6. *Edredus, princeps ſanè egregius, &*
qui mirificè Dunſtanum coluit. Capgrauius in vita S. Dunſtani: *Cultor iuſtitiæ & pie-*
tatis, Deum valdè diligens. Malmesbur. l. 2. Regum, c. 7. ita de eo ſcribit: *Eius*
magnanimitas à patre & fratribus non degenerans, hanc ſummam dedit: Northumbros, &
Et vt Aldu-ſt ad Sa-cramentum fidelitatis.
[a] *Scotos facilè ad Sacramentum ſuæ fidelitatis adductos, mox fœdifragos penè ex hominibus*
deleuit: ipſe ſanctorum pedibus acclinis, Deo & Dunſtano vitam deuouerat, cuius monitis,
tortiones crebras corporis patienter ferre, orationes continuare, prorſus palatium ſuum Gym-
[a] Huntington. l. 5. Florent. An. 946 Bromton. in Chron.
naſium virtutis facere: diſceſſit magno luctu hominum, ſed gaudio Angelorum proſecutus.
Similia habent Huntington, l. 5. Houeden, Anno, 946. Ethelwerd. l. 4. ca. 6.
Weſtmonaſt. Anno, 946. & Baronius, Anno, 955. vocat eum *Optimum regem.*

C 1 a ſan-cta.

2. Ex Proteſtantibus, Selden in Analectis, l. 2. c. 6. *Edredus, Maiorum, ſuis,*
haud degener, virtutes exæquauit. Stous in Chronico, Anno, 946. *Edredus ſummus*
fautor plebis, magnus Protector æquitatis, valdè abhorruit nequam, & improbos, maluum
S Edredus de Geneal. regum. Laudatur à Proteſtantibus.
laudatur ob peritiam bellicam, per quam ſedauit, ac ſub obſequio ſuo tenuit Scotos ac Nor-
thumbros, atque expulit Danos: multum ædificauit Abindoniæ, contulit magnos fundos,
confirmauit immunitates eorum ſigillis aureis. Spedus, Hiſtor. l. 7. c. 37. *tantæ virtutis*
ac fortitudinis. Et c. 40. *laudatur ob lenitatem erga pios, ob iuſtitiam erga improbos, & ob*
exercitia pietatis. Reuſnerus, in Genealog. *Militaris diſciplinæ apud omnes peritiſſi-*
mus eſt habitus: qua de cauſa, Scotos prius ab Adelſtano in fidem receptos, ſine armis facilè
in officio continuit.

3. Romano-Catholica huius piiſſimi, & egregij regis religio, manifeſta eſt:
Eius Catholica religio.
Nam (vt tradit Malmesbur, l. 1. Pontif p. 200) *Dunſtanus non imparis amicitiæ*
apud Edmundum, & Edredum, gratiam tenuit, quàm apud Ethelſtanum. Et (vt habet
Parkerus

Parkerus in vita Dunſtani) b *Dunſtanum proceribus ſuis, omnique humano generi prætulit, ſupellectilem ſuam præcipuam, regalis hæreditatis atque iuris inſtrumenta, regni theſauros, & à ſe acquiſitas gazas, in Dunſtani Monaſteriolo locauit, & condidit, regnum denique, corpus, animamque adeo ſuam, Dunſtano commiſit.* Foxus in ſuis Actis, p. 137. *Edredus conſilio Dunſtani, multum regebatur, eique nimis addictus erat, adeò vt ſcribatur, eum ſubijſſe multam c pænitentiam inflictam ſibi à Dunſtano. Eiuſmodi pia deuotio inerat tunc temporis in regibus* Osbernus, in vita S. Dunſtani. *Edredus, totum regnum ſuum in illius prouidentia, & diſpoſitione poſuerat.* Et Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 252. [d] *Rex Edredus, tantum amoris aſſumpſit in Eccleſiam* (Abindonienſem) *vt per ſe, loca ædificiorum metaretur, & fundamenta iactaret, meditans ibi celeberrimæ famæ Monaſterium conſtruere, feciſſetque voluntati ſatis, ſi non eum fata de medio properè repuliſſent.* Ingulfus, in Hiſtoria Croiland. p. 874. refert hoc illius Diploma datum Monaſterio prædicto: *Ego Edredus Rex terrenus, ſub imperiali potentia regis ſeculorum, æternique principis. Magnæ Britanniæ temporale gerens imperium; vniuerſis Chriſtianis tam præſentibus, quàm poſteris, ſalutem beneficium in Authore ſalutis: Vobis liqueat omnibus, quod per deuotam ſuggeſtionem, & frequentem prouocationem dilecti Clerici, & cognati mei Turketuli mihi factam, ſuper reparatione reſtauratione, ac libertate Sacroſanctæ Eccleſiæ, & Monaſterij Croilandenſis, in quo recondita ſunt reliquia S. Guthlaci Confeſſoris, & Anachoritæ, non modicum condolui, & compaſſus ſum tam pro depopulatione S. Matris Eccleſiæ, quàm pro minoratione beneficiorum ſpiritualium pro animabus Progenitorum meorum, per opera miſericordiæ multipliciter, & frequenter impenſorum.* Et poſt recenſita dona ac priuilegia, quæ illi Monaſterio concedit, ſubdit; *Iſta donaria, licet, minima, ad laudem ſummæ Trinitatis, & in pretium redemptionis animæ meæ, prædictis Monachis deuoteus, perpetuaui, & ſtabiliui, in Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, Nongenteſimo quadrageſimo octauo, in præſentia Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Procerum Regni mei ſubſcriptorum:* Et ſubſcribunt ambo Archiepiſcopi, multi Epiſcopi, Abbates, Duces, Comites. Ex quo patet, Regem, Epiſcopos & Proceres Angliæ coluiſſe reliquias ſanctorum; crediidiſſe animas defunctorũ iuuari ſuffragijs viuorum, & per bona opera redimi peccata. Camden in ſua Britannia, p. 237. refert, quòd Edredus dederit Reculuer oppidum, Eccleſiæ Chriſti Cantuariæ.

b Spedus l. 7 c. 40 Holinshed. l. 6. c. 22. Simeo Dunel. An. 942.
c Spedus l. 7 c. 40.
d Spedus loc. cit.
Pro redemptione animæ ſuæ.

S E C T I O S E C V N D A

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Edredi Regis.

1. IN primis, ipſemet Edredus Rex, quem (vt vidimus) S. [a] Eduardus Confeſſor vocat: *Piiſſimum regum.* Ingulfus, *Præ cunctis regibus Prædeceſſoribus ſuis puriſſimæ conſcientiæ.* Quique (vt ait Malmesbur.) *palatium ſuum ſtudebat facere Gymnaſium virtutum, animamque ſuam Deo, ac ſanctiſſimo Dunſtano deuouerat.* Et (vt idem tradit, l. cit. nec non Osbernus in vita Dunſtani; ac fatetur Parkerus ibidem) eo mortuo, Dunſtanus abſens, b *vocem deſuper tonantem audiuit: Modo Rex Edredus obdormiuit in Domino.* Et cum veniſſet ad Regem [ait Weſtmonaſt.] *reperit regem ſub eodem tempore defunctum, quo illi angelus in itinere nunciauit.* Harpsfield. ſæc. 10. c. 2. *Vt piè vixit, piè etiam obijt.* Claruit etiam tunc, S. Elphegus, cognomine Caluus, Epiſcopus Wintonienſis, de quo ita Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 243. *Ad cæterarum virtutum cumulum, quibus tam laudabiliter, quam abunde pollebat, etiam c Prophetia clarus fuit.* Osbernus in vita Dunſtani: *Elphegus Epiſcopus, magnæ in Chriſto religionis, & apud omnes, id locorum conuerſantes, magni nominis.* Claruit etiam tunc temporis, Turketulus Angliæ Cancellarius, & regi Edredo arcta propinquitate iunctus, nempè Ciluardi, ſeu potius Ethelwardi, patrui Edredi, filius, qui relictis maximis opibus, Monaſterium Croilandenſe reſtaurauit, ibique habitu religionis accepto, ſancto fine quieuit, prout fuſius proſequitur

a Tup. ſ. c. 9. Curia ſancta.
b Florent. An 955. Weſtmon. An. 955 Capgrauius in Dunſtano Harpesfeld. ſæc. 10 c 2 Holinshed l. 6. c. 22. Edored. de Genealogia Bromton in Chron Simeon An. 955.
§ ELPHEGVS

Ferrarius 1. Septemb. Bromton. col. 839. a. weſtmon. An 934. 947. Houed'n. An 951. Baronius An 947.

Ingulfus. Claruerunt etiam eodem tempore prædicti S. Odo, & S. Dunſtanus; Itemque SS. Ethelwoldus, & Oſualdus Epiſcopi, de quibus infra plura dicturi ſumus. Sub hoc rege (niſi ſit mendum in numero annorum) contigit id quod
S. SIGFRIDVS. ſcribit Olaus magnus in additione ad vitam Stephani Pontificis Vpſalenſis: *Per regem Olaum Scobcong, paganum, petitus, & à rege Anglorum Elredo miſſus, venit S. Sigfridus Archiepiſcopus Eboracenſis in Sueciam, vbi regem, reginam, & maximum populum circa annum Domini XC. LIV. ad fidem Catholicam conuertit & baptizauit. De quo ſanctiſsimo Pontifice, regionum aquilonarium Apoſtolo, in hiſtoria noſtra, l. 17. c. 16. extenſius pro plantatione fidei mentionem feci.* Et in præfatione ad Ioannis Magni hiſtoriam Eccleſiæ Vpſalenſis: *Opera Ludouici Pij, cooperante authoritate, & monitione Sedis Apoſtolicæ, Sueonum Gothorumque gens, idolorum cultu protecto, fidei documenta ſuſcepit, ſed demum Sathanicis illuſa præſtigijs recidiuans euolutis ferè 140. annis, iterum ſuccurrente Elredo Anglorum rege, & S. Sigfrido Archiep. Eboracenſe, ad integritatem fidei reuocabatur, tamque beatis operibus, Apoſtolica doctrina creſcente illuſtrata, vt inter cæteras Deo acceptabiles virtutes, cunctas in circuitu nationes, gratuita, & liberali hoſpitalitate ſuperaret.* Sed potius reor hæc contigiſſe ſub Ethelredo ſecundo, de quo infra agemus.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA tempore Edredi Regis Angliæ.

1. SVb hoc rege clareſcere cæpit S. Ethelwoldus Abbas Abindonienſis, de quo
S. ETHELVVOLDVS. ita ſcribit Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 244. *Neſcires quid in eo magis laudares, ſanctitatis ſtudium, an doctrinarum exercitium.* Et Trithemius in Chron. Hirſaug. *Adelbaldus, tam vita, quàm eruditione inſignis,* Item [a] Oſketellus Archiepiſcopus
OSKETELLVS. Eboracenſis, *Vir bonus* (ait Weſtmonaſt. Anno, 954.) *Et in rebus diuinis ad plenum eruditus.* Item Bruno, & Aio Monachi Croilandenſes, *Viri literatiſsimi* (inquit Ingulfus, p. 873.) *ac moribus multum honeſti, & religioſi.*

[a] Godwin. in Archiep. Eborac. n. 17.

BRVNO AIO

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, tempore Edredi Regis.

1. SVb hoc Rege, nempè circa Annum 950. factum eſt illuſtre illud miraculum à S. Odone Archiepiſcopo Cantuarienſi, pro confirmanda veritate carnis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia; *Plurimoſque* [ait Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 201.) *de veritate Dominici corporis* (in Sacramento) *dubitantes ita roborauit, vt panem altaris verſum in carnem, & vinum calicis in ſanguinem, pro pa-*
Miraculum pro reali præſentia. *lam oſtenderet, & demum in genuinam ſpeciem retorta, vſui humano conducibilia faceret.* Eadem referunt Osbernus Capgrauius; Edmerus; Chronica Eccleſiæ Cantuarienſis Harpsfeild, ſæc. 10. c. 5 Et ex Proteſtantibus, Parkerus in vita Odonis; Baleus, Centuar. 2. ca. 30. Foxus in Actis ſuis, p. 139. al. 136. Fuiſſe autem hanc verè miraculoſam actionem, ex multis conſtat. Primò, ex authoritate, &
1. ſanctitate ipſius Odonis. Secundò, ex multorum grauium authorum teſtimonio.
2. Tertiò, ex medio, quo facta eſt, nempè per preces Deò factas, quibus (vt ait
3. Parkerus) *Odo cum gemitu, & lachrimis, diuinum auxilium implorabat.* Quartò, ex
4. conuerſione eorum, qui de veritate Dominici corporis in Euchariſtia dubitabant, qui (vt ait Parkerus) *miraculi nouitate perterriti alta voce clamant: O te inter*

bant,

homines felicißimum! &c. Quintò, partim expreſsâ, partim tacitâ confeſſione ip-
ſius Parkeri: Nam ait, quod *Illi nouitate miraculi perterrefacti, alta voce clamabant.*
Et addit: *Huius rei veritatem lectori ſtudioſo liberam relinquimus.* Sextò, irrationabili 5.
negatione Foxi, & aliorum Proteſtantiũ, qui ſine omni authoritate, aut ratione, 6.
ſola ſua incredulitate nixi, negant hoc miraculum. Demum exemplis [a] aliorum 7.
ſimilium miraculorum, vt videre eſt apud Ioannem Diaconum, l. 2. vitæ S.
Gregorij, c. 4. & Cyrum Prodromum in Epigrammate S. Baſilij, vnde Paſcha-
ſius, l. de Corpore Chriſti, c. 14. *Nemo, qui ſanctorum vitas, & exempla legerit, poteſt
ignorare, quòd ſæpe hæc myſteria corporis, & ſanguinis Chriſti, aut propter dubios, aut prop-
ter ardentius amantes Chriſtum, viſibili ſpecie in Agni forma, aut in carnis, & ſanguinis
colore monſtrata ſint* —— vt quod latebat in myſterio, *pateſieret adhuc dubitantibus
de miraculo.* Vide Magdeburgens. Cent. 6. c. 10 col. 678. & c. 13. col. 621. Ne-
que refert, Fueritne hæc conuerſio in veram carnem, aut tantum in ſpeciem
carnis: ſatis enim eſt, quòd fuerit miraculoſa conuerſio, adeòque idonea con-
firmatio realis præſentiæ carnis Chriſti in Euchariſtia. Quod autem [b] quidam
obijcit: Deum nunquàm ſolam ſpeciem rerum efficere, falſum eſt; Nam Deus
Pater aſſumpſit ſolam ſpeciem Senis: Danielis, 7. Spiritus Sanctus, ſolam ſpeciem
Columbæ: Matthæi, c. 3. Angeli ſolas ſpecies hominum; Geneſ. 18. Imò ipſemet
Mortonus, l. 4. de Miſſa, c. 4. ſec. 5. ait quod, Apparitiones Chriſti, factæ
Stephano, & Paulo *potius erant ſolummodo viſiones quàm perſonales apparitiones.* Idem
que aſſerit, de apparitionibus Sanctorum in diuerſis locis ſimul factis, c. 5. ſec.
3. Non illudit vnquam Deus falsâ ſpecie rei, vt ſolet Diabolus; ſed aut veram
rem, aut veram ſpeciem rei exhibet, & vtrauis, cùm ſupernaturaliter fit, eſt
miraculoſa, & idoneum teſtimonium veritatis diuinæ, quia verum miraculum
non niſi à Deo fieri poteſt, ñet ab illo, niſi ad veritatem confirmandam: quod
illi Proteſtantes agnoſcunt qui huius facti veritatem negant, nulla autho-
ritate, aut ratione, niſi inaniſſi ma nixi nimirum, quia aduerſatur eorum
errori, quòd Euchariſtia non ſit vera caro, & ſanguis Chriſti: At cum● vident
eam incredulitatem pugnare cum teſtimonijs antiquiſſimorum, grauiſſimorum,
& (ipſorum etiam iudicio) veraciſſimorum authorum, de re facti, visâ, & per-
ſpecta à quàm plurimis, qui olim eadem incredulitate laborabant, eam menda-
cem eſſe, certiſſimè ſcire poſſunt, cum nec veritas diuina cum veracitate huma-
na pugnet, nec fides Dei fidem hominum deſtruat.

[a] Lanfr. con. Bereng. Robert. Montenſ. An. 1181. Malmesbur. l. reg. p. 114. Boſsius l. 14. 67. Bellarm. de Euchar. l. 3. c. 8. Caluiſsius An. 1198. Copus dial. 2. c. 26.
[b] Morton. l. 4. de Miſſa c. 4.

2. Circa hoc tempus claruit Wulfilda, de qua ita ſcribit Malmesburienſis, l.
2. Pontificum, p. 238. *Wulfilda, paucis annis Edgari tempore prælucens, quæ vetuſtatem
cæterarum, ſanctitatis gratia compenſat, & ferè dixerim, anticipat. Nihil orator irritum
rogat, modò credulitate non careat.* Et author vitæ S. Ethelwoldi apud Surium, tom.
4. ita ſcribit de Elſtano Monacho, *qui iuſſus à S. Ethelwoldo carnem ex imo Cacabi
bullientem, manu extrahere, confeſtim paruit, & non fuit læſus: Ceſsitque* (inquit Mal-
mesbur. l. 2. Pontif. p. 249.) *indomitus feruor audaci fidei, nihilque eſt læſus Monachus
eundem fratrem poſtea Abbatem vidimus, qui etiam deinde Pontificali honore ſublimatus,
ſancto fine quieuit in Domino.* Baronius, Anno, 951. ita habet: *Quo anno, Analaphus
tyrannus in Anglia, cum adeò inualuiſſet vt eius regni partem dimidiam poſsideret, alteram
Edredus legitimus rex teneret, vbi aggreſſus eſt incendio tradere Eccleſiam S. [c] Balteri, mox
numine vindice, repentina morte percutitur: ſicque abſque armis factum, vt vniuerſa Anglia
Monarchia idem plus rex potiretur Edredus.*

WVLFILDA.
ELSTANVS. Harpsfeld. ſæc. 10. c. 9.
[c] Vide Houeden. An. 756. Simeon Dunel. An. 941.

CAPVT VNDECIMVM.

EDWINVS COG. PANCALVS REX CHRISTIANVS Angliæ vigeſimus tertius.

SECTIO PRIMA.

1. ANno Chriſti, 955. ſucceſſit in regni ſolium Edwinus, regis Edmundi, & S. [a] Algiuæ reginæ filius, atque obijt Anno, 959. *Qui* (vt ſcribit Ethelwerdus, l. 4. c. 8.) *præ nimia pulchritudine*, b *Panchalis ſortitus eſt nomen*; ſed pulchritudine ſua in libidinibus, initio regni, abuſus eſt; poſtea autem pœnituit. Nam idem Ethelwerd. ait, quod *fuerit per regnum amandus*. Et Hunting. l. 5. quòd *non illaudabiliter regni inſulam tenuit: & anno regni ſui quinto, cùm in principio regni eius decentiſſimè floreret, proſpera & lætabunda exordia, mors immatura perrupit*. Harpsfeildus. ſęc. 11. c. 6. recenſet Edwinum inter reges, *qui Cœnobio Hidenſi poſſeſſiones donauerant*. Et Baronius, Anno, 959. ait; *Edwinus fuit non omninò malus, natus ex regina ſancta, cuius precibus factum, vt in fine, ſuorum ſcelerum* † *pænitens, ex hac vita diſceſſerit*. Malmesbur. l. 2. Regum, c. 7. ſcribit, quòd c *anima eius iamdudum in requie collocata per Dunſtani interuentum*. Idque repetit, l. 1. Pontif. p. 202. Romano-Catholica autem religio huius regis indubitata eſt, tum quia Diademate inſignitus eſt à S. Odone Archiepiſcopo, tum etiam, quia (vt teſtatur Malmesbur. l. 2. Regum, c. 7.) *dedit S. Aldelmo, cuius corpus ſuo tempore repertum eſt, prædium, amplitudine, & vicinitate peropportunum*. Et Collegio Burienſi (vbi iacuit corpus S. Edmundi regis) villam Beglis & alia multa, vti refert Regiſtrum illius Monaſterij; Et quanquam aliquando Monachos perſecutus ſit, id tamen non fecit, quia improbabat eorum vitæ inſtitutum, ſed quia ſuæ d laſciuiæ aduerſabantur, eumque palam ac publicè redarguebant, quod reges ferrè non ſolent.

a VVeſtmõ An 955. b Selden l. 2. Analect c. 6. * Ealredus in eius vita. c Capgrauius in Dunſtano Brixacenſ l. 2. 6. 77. Magdeburg. Cent 10. c. 14. Bromtõ in Chron. Ealredus in vita Eduini Bromton col. 863. Spedus l. 7. c. 23 Holinshed l. 6. c. 23. d Goduin in vita Dunſtani.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Regis Edwini

1. OBijt ſub hoc rege, nempè, Anno, 958. ſæpè dictus S. Odo, Archiepiſcopus Cantuarienſis, [a] *vir* (inquit Weſtmonaſt. Anno, cit.) *ingenio clarus, virtute laudabilis, & Spiritu Prophetiæ pollens*. Item Coenualdus Epiſcopus Wigornienſis, *vir* (ait Florentius, Anno, 957.) b *magnæ humilitatis, & Monaſtica profeſſionis*: vel (vt ait Godwin in Epiſcopis Wigornienſibus, n. 16.) *Kinewoldus, vir humilis, & magnæ pietatis*. Et Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 248. *Wilſinus Epiſcopus, cum iam proximè mortis ianuas vrgeret, apertis mentis oculis exclamauit in cantum: Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei. Quo cantu ſine titubantiâ expreſſo inter cantandum defungitur, ſancta & venerabilis anima*. Eadem Godwinus in Epiſcopis Saliſburienſibus, n. 17.

2. Sanctitate etiam claruerunt SS. Ethelwoldus, & Oſwaldus Epiſcopi, de quibus in ſequentibus regibus dicturi ſumus.

S. ODO. a Simeon Dunel. An 9.8 Meda nus 7. Febr Ferrarius 6. ſæc B. COENVALDVS. b Howeden. An 957. Simeon. ib. B WILSINVS. Capgrauius in Catal. Harpesfeld ſæc. 11. c. 16. & ſæc. 10. c. 9 Mirabilis mors.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, tempore Edwini Regis.

1. HOc adhuc tempore vixit S. Dunſtanus, qui non ſolùm fuit verè doctus, vt Proteſtantes faſſi ſunt [a] ſuprà, ſed etiam *Liberalium artium in tota Inſula, excitator mirificus.* Elfricus Grammaticus apud Spelman. in Concilijs, p. 618. ait, quòd *Dunſtanus, & Ethelwoldus, in Monaſterijs reſuſcitarunt cognitionem.* Neque fieri poteſt, quin etiam Oxonij fuerint hoc tempore viri doctiſſimi. Claruit etiam tunc, S. Ethelvoldus ſupra dictus; Itemque Oſvaldus, qui (vt refert Malmesbur. l. 3. Pontif. p. 270.) *in Angliam venit, nuncio ægri iam decumbentis auunculi ſui* (S. Odonis) *perculſus, & literis excellentes viros in Angliam euocatos, munificenter curabat, ne illo bono fraudaret patriam, ſine quo cætera bona pene mihi videntur inania: quorum vnus fuit Abbo Floriacenſis Monachus, qui multam ſcientiæ frugem Angliæ inuexit.* Baleus, Centur. 13. ca. 11. ſcribit, hunc Abbonem veniſſe in Angliam cum Oſvaldo, quod contigit, Edvino adhuc regente, & ait: *Vir erat Abbo in omnibus Ethnicorum ſcientijs, valdè eruditus, linguaque & ingenio ad omnem ratiocinandi formam promptus: Rameſiæ, igitur, primum, deinde Eboraci, Burtæ ad Edmundi fanum, Cantuariæ, & alibi, per multa Anglorum Cœnobia publicas aperuit Scholas.* De ipſo S. Oſualdo ita Trithemius, l. 4. de viris illuſtr. c. 150. *Oſualdus Epiſcopus, vir doctiſsimus.*

a In Edmundo R. ſec. 3.

S. Oſualdus adduxit doctos in Angliam.

ABBO FLORIACENSIS.

Magdebur. Cent. 10. c. 10.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA tempore Edwini Regis.

1. SVb hoc tempus S. Dunſtanus ruentem [a] trabem, ſigno crucis oppoſito, tenuit, ac in locum deſignatum eleuauit; aliaque miracula fecit, quæ videri poſſunt apud Osbernum in vita eius: tom. 3. Surij: & quidem Harpsfeildus, ſæc. 10. c. 6. inquit: *Si alia ſtupenda miracula quæ per Dunſtanum, vel in carne manentem, vel carne exutum Deus deſignauit, narrare velim, longum ea ſola narratio tractatum prolixumque librum deſideraret.* Recitat tamen c. ſequen. quædam eius miracula, *à duobus* (inquit) *authoribus fide digniſsimis, oculatis nimirum, maxima ex parte teſtibus. E quibus, primus quinque mulieres, virum vnum, lumen: alios pedum aliarumque corporis partium, quæ inutiles, & mutilæ erant, firmitatem: alium loquelam ad beati viri ſepulchrum recuperaſſe tradit.* Quæ videri poſſunt apud ipſum, aut Osbernum in vita Dunſtani apud Surium, tomo tertio.

a Malmesb. l. Pont. p. 202.

procurare, ac ſaluti, & quieti vel paci conſulere. Caſabonus, Epiſtola dedicatoria exercitat. Selden, li. cit. Parkerus, & alij quidam Proteſtantes contendunt, quod ſubdat. *De quorum omnium moribus, ad nos ſpectat examen, ſi vixerint continenter, ſi honeſtè ſe habeant ad eos qui foris ſunt, ſi diminiuſſicus ſoluiti, &c.* Atque aſſerunt ita haberi in Manuſcripto Codice, & inde inferunt Edgarum arrogaſſe ſibi eandem authoritatem in rebus Eccleſiaſticis, quam arrogauit Henricus VIII. eiuſque ſucceſſores. Cæterum etſi non negauerim in aliquo corrupto Codice manuſcripto haberi: *Ad nos ſpectat*, &c. Tamen haberi alibi, *ad Vos ſpectat*, certiſſimum eſſe debet: Etenim Harpesfeildus, fide digniſſimus Author, ita ſcribit, ſæc. 10. c. 3. *Orationem habuit Edgarus ad Epiſcopos, Cænobiorumque præfectos, quæ cum rara ſit, nec quod ſcio, alicubi impreſſa, & quæ legatur oppido digna, ſubyciam eam lectori, non meis, ſed illis, quæ reperi apud Authorem meum, verbis.* Et habet; *De quorum omnium moribus, ad vos ſpectat examen.* Et in margine ait: *Extat hæc oratio apud * Aluredum Rieual. de Regibus Angliæ.* Habuit ergo proculdubio manuſcriptum exemplar Aluredi, in quo ſcriptum erat: *Ad vos ſpectat.* * Stous etiam Proteſtans, & (vt ait Camden. in ſua Britan, p. 734.) *Sedulus Antiquarius*, in ſuo Chronico Anglico, Anno, 969. habet; *The examining of whoſe manners, belongeth to you.* Eodemque modo legit Weuer in ſuis monumentis, p. 67. Et in margine citat manuſcriptum Aluredi Rieuallenſis in Bibliotheca Cottoniana: Quare, iſti legerunt, *Ad vos ſpectat*, cum Harpesfeildo, atque ita omnino legendum eſt: Nam poſtquã dixerat Edgarus, *De quorum omnium moribus ad vos ſpectat examen, &c.* Subdit: *Pace veſtra loquor, Reuerendi Patres, ſi iſta ſolerti ſcrutinio curaſſetis, non tam horrenda, & abominanda ad aures noſtras de Clericis perueniſſent.* Quibus verbis Epiſcopos reprehendit, quod non curarint mores Clericorum, quorum mores antè dixerat ab ijs eſſe examinandos. Et poſtea addit: *Vos parcitis, vos diſsimulatis; vbi gladius Leui, & zelus Simeonis? Æmulamini, O! ſacerdotes, æmulamini vias Domini, & iuſtitias Dei noſtri: Tempus faciendi contra eos, qui diſsipauerunt legem Dei. Ego Conſtantini, vos Petri gladium habetis in manibus: iungamus dextras, gladium gladio copulemus, vt eijciantur extra caſtra leproſi.* Quomodo autem tam acriter reprehenderet Epiſcopos, quod non correxiſſent Clericorum mores, ſi eorum examen ad ſeipſum ſpectaret? Tota enim ſua redargutio Epiſcoporum, fundatur ſuper illa verba; *Ad vos*, ſeu, *Ad nos ſpectat examen.* Quæ autem conſequentia eſt: *Ad nos ſpectat examen morum Clericorum*, ergo vos eſtis redarguendi, quod non correxeritis mores eorum? optima autem conſequentia eſt: *Ad vos ſpectat examen morum Clericorum*: ergò vos eſtis reprehenſione digni, quod eorum mores non correxeritis. Quare, proculdubio vitioſa, & corrupta ſunt Aluredi exemplaria, ſi quæ habent, *Ad Nos* pro, *Ad vos*? Et facilis erat lapſus ſcribæ ab u. in n. Non ignorabat Edgarus, quòd antè docuerat Alcuinus Epiſtola 29. *Epiſcoporum eſt, Monaſteria corrigere, ſeruorum Dei vitam diſponere, populo verbum Dei prædicare; Laicorum eſt, obedire prædicationi.* Nec ignorabat, quòd ante eum ſtatuerat rex Withredus in Concilio Becanſeldenſi apud Spelman. in Concilijs, p. 192. *Neque de hac re aliquid pertineat ad regis ſecularis imperium, quia illius perſonæ eſt, principes, præfectos, ſeu duces ſeculares ſtatuere. Metropolitani vero, Archiepiſcopi eſt, Eccleſias Dei regere, gubernare atque Abbates, Abbatiſſas, Præsbyteros, Diaconos eligere, ſtatuere, & ſanctificare, & amouere, ne quis de ouibus Chriſti ſcilicet, æterni Paſtoris, aberret.* En vt Rex iſte apertè dicat, non eſſe Regis, ſed Metropolitani Archiepiſcopi, perſonas Eccleſiaſticas eligere, ſtatuere, & amouere: Neque alia proculdubio fuit mens Regis Edgari. Imo hoc anno 1655. Proteſtantes Angli ediderunt hanc orationum Edgari ex duobus M. S. cum *Ad Vos ſpectat examen.*

Legendum Ad vos.

* *Editus eſt hoc Anno 1652 à Reo.*

* *Item Reuſus p. 84.*

Alcuinus de officio regum.

Rex Vithredus.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, *tempore Regis Edgari.*

1. IN primis, ſanctitate claruit ipſe Rex Edgarus: Nam etſi cum Dauide ſcelera aliqua commiſerit, egit tamen admirabilem & in Rege inauditam[a] pœnitentiam, quam recitat Osbernus in vita S. Dunſtani; & ex ipſo Baronius, Anno, 970. ſed ipſam fuſius refert Capgrauius in vita eiuſdem Dunſtani. Ealredus in Genealogia *Edgarus cunctis prædeceſſoribus ſuis fœlicior, nulli ſanctitate inferior.* Atque ab Henrico 2. itemque Ingulfo (vt ſupra vidimus) vocatur *Sanctus Edgarus.* Ab Authore vitæ S. Eduardi martyris; *Piſſimus Rex*, Itemque ab Ingulfo, p. 883. Et Malmesbur. ſupra; *Nihil eius vita ſanctius fuit.* Et l. 1. Pontif. p. 204. *Quid vnquam Edgaro in probitate comparabile habuit Anglia?* Qui etiam, l. 2. Regum, c. 8. refert, quòd *Corpus eius inuentum eſt Anno, 1152. nullius* [b]*labis conſcium, & cum ferro temeraretur, continuo ſanguis vndatim effluxit: Ita Regium corpus in ſcriniio ſuper Altare locatum eſt, cum capite S. Apollinaris, & reliquijs Vincentij Martyris. Temeratorem ſacri corporis mox animus reliquit, nec multò poſt, Eccleſia egreſſum, fracta ceruice mors inuenit: nec in his hæſit regiæ ſanctitatis oſtenſio, ſed in vlteriora proceſſit, ſanato ibi furioſo & cæco.* Et ibidem, loquens de matre eius S. Elgifa, & ipſo, ait, *Conſiderari debet parentis, & prolis indubitata ſanctitas.* Hæc Malmesbur. l 2. Regum, c. 8. vbi de aliorum hoc tempore ſanctitate ita loquitur: *Eo tempore micuère per Angliam ſanctorum virorum lumina, vt crederes è cælo arridere ſidera.* Et nominat S. Dunſtanum, S. Ethelwoldum, & S. Oſwaldum, de quibus infrà agemus; Et addit: *His tribus viris agentibus, quaſi triformi lumine Angliam ſerenaute, denſæ vitiorum tenebræ euanuerunt.* Claruit tunc S. Editha, ipſius Edgari filia, quæ (vt inquit Eccleſia in Martyrologio, 16. Septemb.) *in Monaſterio à teneris annis Deo dicata, ſæculum hoc ignorauit, potiùs quàm reliquit.* In vita S. Eduardi, to. 2. Surij, dicitur, *Virgo eximia, & pietatis ac prudentiæ laude præſtans.* A. Baronio Anno, 984. *Sanctiſſima virgo.* A Twino Proteſtante, l. 2. Antiq. Oxon. ſect. 253. *Fœmina laudatiſſima.* Et Camden. in ſua Britannia, p. 439. aliàs, 521. inquit: *Editha, Edgari Regis filia, nuptias auerſata,* [c] *caſtitatis opinione, in ſanctorum catalogum inſcripta.* Eius vita habetur apud Surium, tom. 5.[d] eamque perſtringit Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 252. vbi etiam, ait; *Habetur in plurimis locis* [e] *Angliæ, feſtum eius venerabile, quod nemo impunè temerare præſumat.* Et Holloix, in vita S. Dioniſij, c. 27. *Candidiſſimus ille, puritatis, & pietatis Anglicanæ flos, beatiſſima Editha.* Et addit Malmesbur. p. 252. quod eius mater wilfritda Sancta pro vero aſſeritur, & celebratur. Eamque Houeden, & Florentius, Anno, 964. vocant,[f] *Sanctam.* Et Harpesfeild. ſæc. 10. c. 10. inquit *Wilfrida mater Edithæ tam ſeuerè atque ſanctè vitam apud virgines ſacras Wiltoniæ, quibus & præfuit, traduxit, vt inter cœleſtiũ choros poſt obitum ab omni poſteritate aſcripta cenſeatur.* Author vitæ S. Edithæ meminit alterius S. Edithę, amitę huius, & Germanæ ſororis Regis Edgari, quæ (inquit) *In Monaſterio Palleſworthenſi in Prouincia Warnicenſi, meritorum ſignis, perinde vt iſta Wiltoniæ clarebat.* Sed fortè hæc fuit filia Egberti de qua ſupra in Egberto Rege. Claruit etiam tunc S. Merwenna, quam in Monaſterio Rumſeiæ, Edgarus Rex *Abbatiſſam ordinauit*, vt tradit Weſtmonaſt. Anno, 967. quæ ſubſcripſit Diplomati Edgari Regis apud Ingulfum, p. 881.

2. Claruit etiam tunc S. Elfleda virgo, & diſcipula S. Merwennæ, cuius vitam deſcribit Capgrauius. Malmesbur. l. 2. Pont. p. 247. ait: *Apud Rumſeiam noui iacere duarum virginum corpora, Merwinnæ & Elfledæ, quarum geſta, quòd neſcio, non tam prætereo, quàm ad maiorem ſcribendi diligentiam reſerno ſi forte cognouero.* Qui etiam, p. 246. meminit Edilrithæ Abbatiſſæ wintoniæ, quam ait: *Multa Prophetaſſe.* Harpesfeild ſæc. 10. c. 11. refert; Reſcriptum Edgari regis, vbi mentio fit de Tancredo,

R. EDGARVS.
a Bellarm. de officio Principis c. 6.
Ferrarius 24. Martij
Edgari corpus incorruptum.
b Beluacenſ. l. 25. c. 31. S. Antonin. tit. 16. c. 6. Knigton. l. 1. c. 1. Brompton. col. 870.
Multi Sancti in Anglia.
S. EDITHA.
c Speed. l. 7. c. 42
d Baron. An. 978.
e Breuiarium Sarum
Ferrarius 14. Maij.
B. WILFRIDA.
f Florent. An. 986.
Ferrarius 22 Iulij
S. meon Dunel. An. 964
Bromton. col. 867.
S. MERVVENNA
Capgrauius in vita S. Elfleda.
Simeon Dunel. An. 967
S. ELFLEDA
Ferrarius 12. Decemb.

credo, & Theorkenedo, qui *Anachoreticam vitam Thorneiæ traduxerant, quorum alterū confeſsionis, alterum Martyrij gloria, inſignem facit.* De Toua etiam eorum ſorore, quæ *ſolitariam eodem loci vitam tranſegerat.* Sed de his ſupra egimus. Polidorus, l. 6. *Id temporis. Epiſcopi, non plus opum, at plus doctrinæ, plus ſanctitatis, plus prudentiæ, quàm alij habebant.* Houeden, Anno, 967. ſcribit, quòd *Rex Edgarus in Monaſterio Rumſeiæ ſanctimoniales collocauit, ſanctamque Merwinam ſuper eas Abbatiſſam conſtituit.* Et Anno, 969. quod S. Oſualdus *Wiuſinum magnæ religionis virum, Vigorniæ, loco Decani præfecit.* Florentius, Anno, 675. *Bertingæ extitit Wulfledis abbatiſſa Edgari regis tempore.* Camden. in ſua Britannia, p. 438. *Wulfruna pientiſsima fœmina, oppidum Hampton prius dictum Monaſterio auxit.* Claruit etiam ſub Edgaro rege S. Wulfildis virgo, cuius vitam deſcribit Capgrauius in ſuo Catalogo ſanctorum Angliæ. *S. WVLFRVNA.*

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA tempore Edgari Regis.

ABBO. Baron An. 970. Genebrard. An 992.

1. ERuditione claruit in primis prædictus Abbo, quem Author vitæ S. Oſwaldi apud Surium, tom. 5. ait: *S. Oſwaldus Ramſeiæ degere voluit, morum ſanctitate præclarum, & literis egregiè eruditum, vt Monachos doceret, ſcholis præeſſet.* Ingulfus, in hiſtor. p. 880. *Reinfredus ſacerdos, vir multæ literaturæ, ac ingentis honeſtatis.* Malmesbur. l. 2. Regum, c. 8. *Wulſtanus diſcipulus Ethelwoldi, eruditus Anglus, homo vitæ bonæ, & eloquentiæ caſtigatæ.* Et l. 2. Pontif. p. 270. *Oſwaldus Floriaci multis annis religioni, & literis ſeruijt.* Baleus, Centur. 2. c. 31. ait, quod [a] Serlo claruit ſub Edgaro rege; & *ob inſignem eruditionem in ſummo fuit pretio.* Et c. 32. b Fridegodus, *Carminibus claruit, & Græcè eruditus fuit.* De hoc meminit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 200. Qui heroico metro vitam S. Wilfridi texit, ex mandato S. Odonis. Ciaconus in vita Ioannis P. 12. *Smaragdus, Serlo, Frigegodus, Angli Monachi Theologi illuſtres.* Ingulfus, p. 889. ſcribit: *Abbas Egelricus dedit communi Bibliothecæ clauſtralium Monachorum (Croilandiæ) magna volumina diuerſorum Doctorum originalia, numero, 40. minora verò volumina, de diuerſis tractatibus & hiſtorijs, quæ numerum centenarium excedebant.*

RENFREDVS. VVLSTANVS. OSVVALDVS. SERLO. a Magdebur cent. 10. c. 10. Piſeus n. 141. FRIDEGODVS. Magdebur. Cent. 10. c. 10. b Malmesb. l. 1. Pont. p. 200. Piſeus n. 142. SMARAGDVS.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA IN ANGLIA, TEMPORE Edgari Regis.

1. EDgarus Rex in Charta apud Spelman. in Concilijs, p. 443. meminit S. Edotij, cuius (ait) *reliquiæ inibi (Wintoniæ) miraculis clareſcunt.* Abbo in vita S. Edmundi regis: *Tantæ virtutes ibi (Buriæ) fiunt, & factæ eſſe referuntur, quantas hac tempeſtate apud Anglos, nuſquam alibi audiuimus.* Gotzelinus, in vita S. Swithuni; *Cum Ethelwoldus Epiſcopus, corpus beati viri (Swithuni) è terra leuaret, mira odoris fragrantia omnes peruaſit, mulier cæca viſum recepit, & multi diuerſis ægritudinibus, eius meritis curati ſunt.* Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 244. *Tanta miraculorum copia in omni genere valetudinum exhibita eſt, quantam nulla memoria hominum alibi factam attingere poteſt.* Et addit, ſe ſuo tempore vidiſſe hominem, cui reſtituti fuerant oculi euulſi, & abiecti. Ingulfus in hiſtor. p. 883. *In qua translatione (S. Swithuni) innumeri infirmi ſanitatem ſunt adepti.* Sed nec ipſe Ethelwoldus (inquit Malmesbur. loco citato) *otiabatur, videbaturque æmulus viui & mortui, ſanctorum pietas.* Ibique refert nonnulla eius miracula, de quibus etiam legi poteſt Wulſtanus in vita eius, apud Surium, tom. 3.

Miracula S. Edotij. S Edmundi. S Swithuni.

2. Hoc tempore factum eſt illud inſigne miraculum, quod refert Osbernus in Dunſtani vitâ, his verbis: *Inter Sacro-ſancta Miſſarum ſolennia, viuea columba multis intuentibus de cælo deſcendit, & donec ſacrificium conſumptum eſſet, ſuper caput eius, expanſis alis, & quaſi immobilis ſub ſilentio manſit; ſed excellit* (inquit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 203.) *omnia, præiuit vniuerſa, quòd Dominam, Domini matrem præſenti miraculo, & vigilanti oculo conſpicatus eſt, ſocias pudoris inter quas, & eiuſdem Pontificis matrem, ad Chriſti laudem inuitare. Mirum eſt, prorſùs, mirum omninò, quod dicitur, nec tamen à ſtabilitate veritatis alienum, vt ipſe lutea compâge circundatus, oculis caperet, auribus hauriret; & credo equidem, nec vana fides, quod etiam Angelorum cantum audierit, Kyrie Eleiſon pſallentium, quod nunc libenter Eccleſia diſcunt, & docent Anglorum.* Weſtmonaſter. etiam Anno, 974. ſcribir, quod ſub his diebus reuelatum eſt cælitus corpus Ælfgiuæ, matris Edgari, in loco, qui Sceponia dicitur.

Malmesbur. 1 Pont. p. 203.

Geruaſius Cant. col. 1126 Thornus col. 1768. 1780 1785.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SANCTVS EDVARDVS SECVNDVS COGNOMENTO Martyr, Rex Angliæ Chriſtianus, vigeſimus quintus.

SECTIO PRIMA.

1. EDgaro, Anno, 975. ſuccedit eius filius, S. Eduardus, tenuitque regnum annis tribus, & dimidio: *Is* (ait Malmesbur. l. 2. Regum, c. 9.) *paternæ religionis veſtigia rimari, bonis conſilijs aurem, & animum accommodare.* Ingulfus in hiſtoria, p. 889 *Simplex, & ſanctiſſimus adoleſcens, & multum in moribus patrizans.* Edmerus hiſtor. l. 1. *Regnum quo tempore vixit, ſtrenuiſſimè rexit.* Polidorus, l. 6. *Nequaquam animi dotibus patri inferior, ſummæ ſanctitatis, & frugi; ea modeſtia principatum tenuit, vt omnibus chariſſimus eſſet, quippe qui [a] paternas virtutes nauiter æmulabatur.* Supplementum Chronicorum, l. 12. *Eduardus ſanctitate vitæ clariſſimus, martyrij palmam adeptus, miraculis claruit multis.* Et Baronius, Anno, 978. *Innocentiſſimus rex, miraculis coruſcans.* Ex Proteſtantibus, Selden, in Analectis, l. 2. c. 6. *Eduardus optimæ ſpei iuuenis, regni ſimul ac morum* (Edgari) *hæres.* Spelman. in Concilijs, p. 493. *Eduardus rex martyrio coronatur.* Spedus, l. 7. c. 42. *Deditus omni virtuti.* Irem, c. 43. Srous, in Chronico; *Rectè comparari poteſt cum patre ob modeſtiam & comitatem, ita vt iure coleretur ab omnibus præterquam à Nouerca ſua.* Reuſnerus, in Genealogia; *Adoleſcens frugi, & ſanctus.* Foxus in actis, p. 143. *Scriptores tradunt, Eduardum fuiſſe pium, & mitem principem, valdè miſericordem, & beneficum erga pauperes.* Et poſtea ipſemet vocat eum, *Pium Principem.* Contendit tamen eum fuiſſe ſpurium, & genitum ex virgine velata; pro quo inter alios citat Osbernum, qui tamen in vita S. Dunſtani ait: *Edgarus legitimam vxorem habebat Elfledam, Cognomento Candidam, de qua & S. Eduardum genuerat.* Houeden, Anno, 975. p. 608. *Eduardus, de vxore legitima natus.* Author vitæ S. Eduardi apud Surium, tom. 2. *Edgarus habuit ex [b] altera coniuge Ethelredum:* Ergo, Elfleda fuerat ei coniux. Weſtmonaſt. Anno, 963. *Edgarus duas fertur ſucceſſiuè habuiſſe * reginas: ex prima, ſcilicet Elfleda, Eduardum genuit, poſtea regem & Martyrem.* Holinshed, l. 6. c. 24. *Edgarus * duas vxores habuit, Egelfledam ſiue Elfredam, cognomento Candidam, ex qua genuit Eduardum.* Spedus, l. 7. c. 42 *Eduardus, filius natu maximus Edgari, & Ethelfledæ reginæ, primæ vxoris ſuæ.* Et c. 43. air, quòd S. Dunſtanus aſſerebat eum fuiſſe legitimè natum. Et Reuſnerus, in Genealog: *Ex Elfreda vxore legitima.* Ipſe rex Ethelredus in Diplomate ſuo infra referendo, vocat eum, *Germanum ſuum*, quod non videtur facturus, ſi fuiſſet ſpurius. Et ipſe rex Eduardus in [c] Diplomate Patris ſui Edgari, apud Spelman. in Concilijs, p. 483. ſubſcribit, *Eduardus Clito.* Et in alio eiuſdem Diplomate, apud Reinerum in Appendice Apoſtolatus, p. 48. ita habetur, *Signum Edowardi eiuſdem regis* (Edgari) *filij. Signum Aelthelredi fratris eius.*

Laudes S. Eduardi regis & Martyris.

a Harpſf. ſæc. 10. c. 4.

Laudatur à Proteſtantibus. Houſtet p. 36. Coperus An. 975. S. Eduardus legitime genitus.

b Baron. An. 975. Selden l. 2. Analect. c. 6.

** Bromton. in Chron. Knighton l. 1. c. 1.*

† Harpſf. ſæc. 10 c. 4. & ait eſſe infam. ant. quod fuerit nothus.

c Selden in notis ad Edmerum

eius. Polidorus, l. 6. *Interea Regina Elfreda moritur, ex qua rex, Eduardum filium ſuſceperat.* Camden. in Britannia, p. 221. & 235. nominat duas vxores Edgari, quarum vnam vocat Alfrithain, quæ erat Nouercæ Eduardi, & alteram Athelfledam. Neque Malmesbur. contrarium aſſerit, tantùm enim ait, quòd Edgarus poſt coitum cum quadam puella, *integram lecti perſeruauit fidem, quoad legitimam vxorem accepit Elfridam.* Quod non eſt negare Edgarum habuiſſe prius aliam vxórem legitimam, ſed Edgarum ſeruaſſe fidem illi puellæ, ex quo eam cognouerat, donec Elfridam duceret. Et Capgrauius in vita Dunſtani ait; quod *Malmesburienſis, l. 2. Pontif. & etiam hiſtoriæ nonnullæ, aſſerunt, Edgarum ex prima vxore genuiſſe Eduardum; ex ſecunda, Ethelredum, & tandem de Wilfritha, genuiſſe Editham.* Ratio autem, quare aliqui dixerint, matrem Eduardi, non fuiſſe legitimam vxorem Edgari, erat, quia (vt ait Osbernus in vita Dunſtani). *Matrem eius licet legaliter nuptam, in regnum tamen non magis, quàm patrem eius, dum genuit, ſacratam eſſe ſciebant.* Legaliter igitur erat nupta, ſed non coronata, quando Eduardum peperit, prout nec Edgarus tunc temporis coronatus fuerat. *Mater S. Eduardi legaliter nupta.*

2. Romano-Catholica huius ſancti Regis religio, notiſſima eſt, tum quia (vt ait Malmesbur. citatus) *Paternæ religionis veſtigia rimabatur*, tum quia (vt idem ait) *Illum Dunſtanus, & cæteri Epiſcopi conſectanei, regali culmine ſublimarunt, contra voluntatem quorundam (vt aiunt) Optimatum, & Nouercæ.* Idemque ait Author vitæ eius apud Surium tom. 2. Qui addit: *Sancti Pontificis Dunſtani monitis obtemperabat, & ex illius, aliorumque Religioſorum, & ſpectatæ integritatis virorum conſilio, in iudicijs ſententiam promebat*: tum quia (vt omnes conſentiunt) adhæſit ſancto Dunſtano in tuendis Monachis, & eijciendis Presbyteris coniugatis. *Romano-Catholicus.* *Houeden. An. 975.*

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA,

tempore Sancti Eduardi ſecundi Regis.

1. IN primis, ſanctitate claruit ipſe S. Eduardus, de quo ita Martyrologium Romanum, 18. Martij, *In Britannia S. Eduardi Regis, qui de dolo Nouercæ necatus, multis miraculis claruit.* Item S. Editha virgo, eius ſoror, de qua ſupra diximus, quæ fratre mortuo, elegit potiùs in Monaſterio perſeuerare, quam ipſi in regno, quod ſibi offerebatur, ſuccedere. Quanta autem deuotione hunc S. Eduardum, eiuſque ſororem S. Editham Angli olim coluerint, conſtat ex legibus Canuti Regis apud Spelman. in Concil. p. 547. vbi ita habetur: *Sanè quidem, Annua Diuorum Eduardi, & Dunſtani feſta; ab Anglis celebranda, ſapientes inſtituerunt.* Et p. 564. Ipſe Canutus ait: *S. Regis Eduardi glorioſum paſſionis diem per totam Angliam volumus celebrari, 15. Kalend. Aprilis, & S. Dunſtani 14. Kal. Iunij.* Et ſupra retulimus ex Malmesbur. *Habetur in plurimis locis Angliæ feſtum eius* [S. Edithæ] *venerabile, quod nemo impunè temerare præſumat.* Vixerunt etiam ſub hoc rege clariſſima illa ſanctitatis lumina, S. Dunſtanus, S. Ethelwoldus, & S. Oſualdus, de quibus dicemus in ſequenti rege, ſub quo in cælos recepti ſunt. *S. EDVARDVS. Rex.* *S. EDITHA.*

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, tempore Sancti Eduardi ſecundi Regis.

EGELRICVS. BRIDFERTHVS. a Magdeburg. Cent. 10. c. 10. Piſeus p. 149. ETHELWOLDVS. Piſeus n. 150.

1. Claruit hoc tempore Egelricus, *vir* (inquit Ingulfus, p. 887.) *Scholaſticus, & omnium literarum ſcientia profundiſsima imbutus.* Vixit etiam tunc [a] Bridfertus (ait Baleus, Cent. 2. p. 35.) *Doctor, & Monachus, Abboni Floriacenſi, etiam doctiſsimo, familiaris: In commentarijs Bedæ multa tradit, & erudite quidem de Circulo Paſcali, de Abaco, de Aſſe, & eius partibus.* Lamfridus etiam, qui (vt idem ait, c. 37.) *ob eruditionem, à ſuis appellatur, Doctor eximius.* Et c. 36. ſcribit S. Ethelwoldum fuiſſe *literarum profanarum peritum.* Idemque aſſerunt Magdeburgenſes, Cent. 10. c. 10.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA IN ANGLIA FACTA tempore Sancti Eduardi 2. Regis.

Miracula S. Eduardi. Holinshed l. 6. c. 25. Simeon An. 979 Knigh. l. 1. c. 1. Bromton col. 884. Huntington l. 5. Baleus l. 24. c. 89. S. Antoninus ... 16 c. 3. Baron. An. 978. Bromton in Chron. Coſperus An. 977. Multiplicia miracula.

1. Miraculis hæc tempora illuſtrauit ipſe Rex S. Eduardus: *Nam ad corpus eius* (ait Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 9.) *De cœlo oſtenſa lumina, ibi claudus greſſum compoſuit, ibi mutus organum reſumpſit, ibi prorſus omnis inualetudo ſanitati locum fecit.* Eadem repetit l. 2. Pontif. p. 251. vbi addit: *Miraculo ſanè oſtentatur pulmo, toto dudum conſumpto corpore, adhuc integra viriditate palpitans;* quod ipſe vocat *cæleſte miraculum, quod nullius hominis tergiuerſationi poſſet eſſe obnoxium.* Florentius, Houeden, & Weſtmonaſt. Anno, 979 tradunt, quòd cum corpus eius è tumulo leuatum eſſet, *ſanum, & incolume ab omni contagione inuentum eſt, & multa miracula facta.* Item author vitæ eius, apud Surium tom. 2. Polidorus l. 6. & Harpsfeild. ſæc. 10 c. 4. qui ait; *Miracula certè iſta adeò certa, & ſolida illis ipſis temporibus, non modò ab alijs, ſed ab ipſo rege Ethelredo habita ſunt, vt illum* (Eduardi) *gratia, multis illis præclariſque præſidijs, & ceptonia ornaret.* Et in margine refert hoc eius Diploma: *Ego Ethelredus Rex Anglorum, vt ſupra dicta merear fieri particeps promiſsionis, quoddam Chriſto & ſanctis ſuis, Germano ſcilicet meo Eduardo, quem proprio cruore perfuſum per multiplicia virtutum ſigna, ipſe Dominus noſtris mirificare dignatus eſt temporibus, cum adiacente vndique villa, humili deuotione offero Cœnobium: —— quatenus aduerſus Barbarorum inſidias, ipſa religioſa Congregatio, cum Beati Martyris, cæterorumque ſanctorum reliquijs ibidem Deo ſeruiendi, impetrabile obtineat confugium. Scripta, &c. Anno, 1001.* Hæc rex ipſe Ethelredus quibus obſtruas os Foxi, qui in Actis ſuis, p. 143. contra hæc omnia, & hiſtoricorum, & regis ipſius, teſtimonia, ſola ſua incredulitate nixus, ea vocat in dubium.

Miraculum Crucifixi. Bromton. in Chron. a Harpsfeld ſæc. 10. c. 6. Gordon An. 975. Geraldus Cambrenſis refert ſimile miraculum in Hibernia. S. Antonin. ... 7. c. 4. § ...

2. Contigit etiam regnante S. Eduardo, illuſtre miraculum, quo Monachi præferuntur Presbyteris coniugatis, ſententiam ferente Chriſti Crucifixi ſtatua. *Frequenti Synodo* (inquit Malmesbur. l. 2. Regum, c. 9.) *coacta, primum Wintoniam ventum: Quis fuerit ibi finis certaminis, aliæ literæ docent* [a] *Dominicam imaginem expreſſe locutam, clericos* (coniugatos) *eorumque fautores confudiſſe. Sed adhuc non ſedatis animis,* b *Calnæ concilium indictum, vbi cum in cœnaculo, abſente, propter ætatem, rege, conſidentibus totius Angliæ Senatoribus, magno conflictu & controuerſia res ageretur, ſolarium totum* c *repentè cum axibus, & trabibus diſsiluit, & concidit, omnibus ad terram eliſis, ſolus Dunſtanus ſtans ſuper vnam trabem, quæ ſuperſtes erat, euaſit probè: Reliqui*

a Harpsfeld ſæc. 10. c. 6. Gordon An. 975 Geraldus Cambrenſis refert ſimile miraculum in Hibernia l. 2. c. 44. b Gerua... in vita Dunſtani. Houeden. An. 977 Huntingd. l. 5. c Florent. An. 977 Houeden. An. ... S. Antonin. ... 16 c. 3. Simeon. An. 979. Camden 177. Selden. Analect. l. 2. c. 6. Parker in Dunſtano. Holinshed l. 6. c. 5. Speed. l. 7. c. 41. § ... Duuel An. 977. Bromton in Chron. Geruaſius in vita Dunſtan.

vel

vel exanimati, vel perpetui languoris compede tenti. Hoc miraculum exhibuit Archiepiſcopo pacem de Clericis, omnibus Anglis tunc & deinceps in eius ſententiam concedentibus. Prius miraculum de locutione Crucifixi, teſtantur Oſbernus in vita Dunſtani, Capgrauius, in vita eiuſdem, qui aſſerit ſe vidiſſe eam imaginem, & verba dicta à Crucifixo, ſcripta ſuper caput imaginis. Harpsfeild ſæc. 10. c. 6, Baronius, Anno. 975. Et ipſe Holinshed. l. 6. c. 25. (licet Proteſtans) vtrumque miraculum agnoſcit. Imo Camdenus in ſua Britan. p. 232. cal. 138. ait: *Coniugati Presbyteri miraculo Crucis loquentis, & eorum inſtitutum improbantis, à Dunſtano exturbati ſunt.* Malmesbur. l. 2. Regum, c. 10. ait, Elferium, *occidiſſe regem* Eduardum, & c. 9. quod *poſt annum vermibus, quos pediculos dicimus, conſumptus eſt.*

2. Alfritha autem Nouerca eius, Autrix cædis; vbi ex tot ac tantis miraculis factis ad corpus S. Eduardi, quàm ſanctum, ac Deo charum regem, occidi curaſſet, ad veram, & in reginâ nunquam antea auditam, pœnitentiam conuerſa eſt, *adeò vt multis annis apud* [d] *Werwellam, carnem in delicijs nutritam, cilicio connòlueret, noctibus ſolo ſtrata, ſine ceruicali, ſomnum hauriret, cruces præterea, quaſcunque poſſet, corpori comminiſcens,* ait Malmesb. l. 2. Regum, c. 9. Præterea, Werwellæ & Ameſburiæ Cænobia ſacrarum virginum, ad expiationem ſceleris huius, conſtruxit.

Camden. p. 155 al. 221. Holinshed. l. 6 c. 25 Speded l. 7. c. 43. Iſac-ſon. An 977.

Vindicta in Regicidam.
Inſignis pœnitentia reginæ.
[d] Weſtmon. An. 978. Capgrau in S. Eduardo Polidor. l. 6. Harpsfild. ſæc. 10. c. 48. Baron An. 978.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

ETHELREDVS SECVNDVS, REX CHRISTIANVS Angliæ, vigeſimus Sextus ab anno 958. ad 1016.

SECTIO PRIMA.

1. S. Eduardo Martyri, ſucceſſit frater eius & filius regis Edgari, Ethelredus ſecundus, decennis puer, Anno, 978. aut ſequenti, regnauitque annis, 37. ad Annum, 1016. Erat abnepos magni regis Offæ, de quo ſupra diximus, prout ipſemet aſſerit in Diplomate ſuo apud Pariſium in Additamentis, p. 241. Alfricus Cantuarienſis Archiepiſcopus, in ſubſcriptione Diplomatis apud Spelman. in Concilijs, p. 507. vocat eum *Bonum Regem*, Et ita eum deſcribit. Houeden, Anno. 978. *Ethelredus Cliro egregius,* [a] *moribus elegans, pulcher vultu, decorus aſpectu.* Idemque habet Florentius, Anno, 979. & Weſtmonaſt. Ibidem; qui etiam addit, quòd fuerit *procerus corporis ſtatura.* Holinshed, l. 7. c. 8. adiungit, quòd *fortitudine par fuerit cuiuis ſuorum Deceſſorum.* S. Ealredus in Genealogia regum vocat eum *ſtrenuiſsimum regem,* & ait quod *laborioſiſsime & ſtrenuiſſime regnauit.* Et (vt ſcribit Malmesbur. l. 2. Regum, c. 10. licet ei parum beneuolus) *vt à maioribus accepimus, neque multum fatuus, neque multum ignauus.* Accuſatur tamen à nonnullis negligentiæ, ſeu ignauiæ, ob clades, quas, eo regnante, Angli à Danis pertulerunt. Nihilominus, ipſe Malmesburienſis, loc. cit. p. 63. 69. 71 cauſam illarum cladium agnoſcit fuiſſe [b] *ducum defectionem.* Nec mirum: Nam duces eius, *Frana, Fritheslus, Godwinus,* (vt tradunt Florentius, Houeden, & Weſtmonaſt. Anno, 993. & Ealredus in vita S. Eduardi) *ex Danica progenie nati fuerant.* Et ipſe [c] Malmesbur. l. cit. inducit Ethelredum querentem, quòd *ſuorum ducum perfidia, extorris ſit auito regno,* ac profitentem, quod mallet in Anglia glorioſè occumbere, quàm alibi ignominioſè viuere. Florentius, & Weſtmonaſt. Anno, 1013. ſcribunt, quòd *viriliter defendit Londoniam.* Houeden, Anno [*] 1606. *Fortiter cum Danis dimicare ſtatuit.* Huntington, l. 5. *Vicit Dacos bello maximo.* Bakerus in Ethelredo; *Ita fortiter aggreſſus eſt Danos, vt coegerit Canutum redire in Daniam vacuum omni ſpe quicquam boni agendi in Anglia, ac certiſsimè impoſuiſſet* [d] *finem huic certamini, ſi impius* [e] *Edricus non ſuaſiſſet ei abſtinere à prælio.* Camdenus in ſua Britannia,

Laudes Ethelredi regis.
[a] Sped. l. 7. c. 42. & 44. Simeon Dunel. An. 97. Bromton col. 870 Capgrau. An. 978
[b] Huntington l. 5. & 6 Ealredus Emma Houedon p 428 Ealredus in S. Eduardo Walsing. an in Ypodigmate p 437 Capgrauius in S. Elfego Sped. l. 7. c. 42 Holinshed l. 6. Houeden

c. 3 Simeon An 993 1003. 1010 c Vide l. 2. Reg p 89 Polidor l. 7 * Simeon Dunel ib & 1013 d Huntington. l. 6. An 1007. e De Edrico vide Huntington l. 6. Ingulf p. 891. Camden p. 330 Somner. p 471. Simeon. An. 1007.

p. 405. aliàs, 480. *Ethelredus è Normannia redux, Canutum fortiter hinc* (ex Lincolnia) *exturbauit, Angliamque amiſſam præter ſpem recuperauit.* Ac tum Houeden Anno, 1008. tum *Florentius, Anno, 992. 999. 1006. 1008. & 1009. multis referunt, quot & quanta ad bellum terra marique gerendum præparauerit: Ac Spelman. in Concilijs, p. 513. ait, *Multa ad Eccleſiæ politiam, nonnulla ad ſalutem regis, defenſionemque regni, & reipublicæ, ſtatuuntur ab Ethelredo in Concilio Anhemenſi.* Iure igitur mihi videtur ſcripſiſſe Daniel, l. 1. hiſtoriæ in Ethelredo: [f] *Tot tamque periculoſa prælia, quæ geſſit, bonæ leges pro regimine, prouiſiones ad omnia opportuna ſupplenda, oſtendunt, quod non multò inferior fuerit optimis Principibus, præterquam in fortuna.* In qua inferior fuit etiam filius eius & ſucceſſor Edmundus, quantumuis vir fortiſſimus: Nam (iuxta [g] vaticinium S. Dunſtani) Ethelredo & poſteris eius, luendum erat peccatum matris ſuæ in occidendo ſanctiſſimo Rege Eduardo: vnde ita Malmesbur. l. 2. Regum, c. 9. *Creditum & celebriter vulgatum quod propter eius* [Matris Ethelredi] *in Eduardum inſolentiam multo poſt tempore, tota patria ſeruitutem infremuiſſet barbaricam.* Idemque habet Houeden, p. 434. Innocens nihilominus ipſemet erat à dicta cæde. Nam ita Author vitæ S. Eduardi apud Surium, tom 2. *Ethelredus adeo mærebat ob crudelem fratris ſui cædem, vt neque lachrimas cohibere, neque vllam poſſet conſolationem admittere.* Idemque refert Malmesbur. l. 2. Regum, c. 10. Beluacenſis, l. 24. c. 90. S. Antoninus, tit. 16. c. 3. Holinshed, l. 7. c. 1. Spedus, l. 7. c. 42. 44.

2. Pietas eius colligitur ex verbis eius in Diplomate apud Spelman. in Concilijs, p. 504. vbi ait: *Venerandus Archiepiſcopus Alfricus, de ſua ſapientia & cura paſtorali, me circa, præcepta Dei ſæpius occupatum reddidit: & ego ipſe, quicquid præceptorum Dei, quicquid doctrinæ ſacræ neceſſarium fuerit, ſedulo mihi ediſcendum ſtatuo.* Et ex hac lege eius apud eundem ibid. p. 526. *Sacerdotes ſiue præsbyteros ſummopere obſecramus, vt caſtè & continenter Domino iugiter ſeruientes, à connubijs ſe fœmineis omnino abſtineant, ſicque iram Dei deuitent.* p. 58. *Quaque die veneris ieiunandum eſt, niſi feſtum ſit.* Item; *Ieiunia quatuor temporum quæ imbrem vocant, obſeruantur.* Et 31. *In omni conuentu Monachorum, celebret omnis præsbyter, ſigillatim 30. Miſſas pro rege, & omni populo.* Vnde Spelman. ibid. p. 532. ita ait: *Poſt tot lugubria diſcrimina, diuinam appellat miſericordiam, fletu, oratione, ieiunio, confeſſione, & reſipiſcentia, crebris eleemoſinis, & operibus pietatis in Eccleſiam Chriſti, atque pauperes erogatis.* Malmesbur. l. 2. Regum, ca. 11. ſcribit, quòd Canutus, *omnes leges ab antiquis regibus, & maximè ab Anteceſſore ſuo Ethelredo latas, ſub interminatione regiæ mulctæ perpetuis temporibus obſeruari præcepit, in quarum cuſtodia etiam nunc tempore bonorum, ſub nomine Regis Eduardi, iuratur, non quod ille ſtatuerit, ſed quod obſeruauerit.* Et Polidorus, l. 7. *Tulit vel optimas leges.* Somner. in deſcript. Cantuariæ, p. 155. *Dedit portum Sanduitum Eccleſiæ Cantuarienſi.*

3. Romano-Catholica Ethelredi religio, tum ex ſuprà dictis patet, tum etiam, quia (vt tradit Houeden, Anno, 978.) *à ſanctis Archiepiſcopis Dunſtano, & Oſualdo, & decem Epiſcopis in Kingſton, ad regni faſtigium eſt conſecratus.* In Diplomate fundationis Monaſterij Warwellenſis apud Apoſtolatum Benedictin. p. 127. profitetur, ſe illud fundare, *pro anima patris ſui Edgari, & matris Ealfridæ.* Et in alio apud Auctuarium Additamentorum Pariſij, Conceſſo Monaſterio S. Albani: *Quatenus eiuſdem beati Martyris intercedentibus meritis, ſiue in præſenti, ſiue in futura, ſiue in vtraque vita, Chriſto pro nobis virtutem faciente, victoriam quandoque de inimicis noſtris, voti compotes, adipiſci mereamur.* Olaus magnus l. 2. c. 2. vocat eum: *Optimum regem & in Chriſtiana fide propaganda ſtudioſiſſimum,* & quod *ambo reges* (Suetiæ & Noruegiæ, *cooperatione eius, Baptiſmatis Sacramento abluti fuerunt.*

* Malmesb. l. 2. reg. c. 10. Simeon An. 1008.
Laudatur à Proteſtantibus.
f Spedus l. 7. c. 41. 44.
g Ealred in Genealogia [illegible] p. 359. Edmerus l. 2. Hiſtor. Huntingdon l. 5. Capgrauius in Dunſtan. Baron. An. 979 [illegible] Selden. Analect. l. 2. c. 6. VVenir [illegible] Malmesb. l. 2. reg. c. 10.
Cauſa infortunij Ethelredi.
Sed ipſe Innocens. Knighton. l. 1. c. 2. Bromton col. 874.
[illegible]
Segnis, ſed pius. [illegible] die veneris.
Bonæ leges Ethelredi extant apud Bromtonum in Chron. col. 895.
Ethelredus Romano-Catholicus. V. de eius [illegible] Cantuar. col. 2221.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA

tempore Ethelredi ſecundi Regis.

1. REgnante Ethelredo ſecundo, plurima ſanctitatis lucida ſidera ex Anglia in cælum aſſumpta ſunt, vt [a] S. Ethelvoldus Epiſcopus Wintonienſis, Anno, 984. S. [b] Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis, Anno, 988. quem Gordon. eodem Anno, iure vocat, *virum admiranda virtutis*, Polidorus, l. 6. *virum ſanctiſſimum Item*, S. [c] Oſvaldus Archiepiſcopus Eboracenſis, *vit.e* (inquit Baronius Anno, 970.) *ac mortis admiranda vir. Anno, 991.* S. [d] Elphegus Archiepiſcopus Cantuarienſis, Anno, 1011. S. [e] Editha prædicta, circa Annum, 986. De admirabili tranſitu S. Dunſtani referunt Malmesbur. l. 2. Pontif. Osbernus in eius vita, & alij, quod à choro Angelorum ad cælos inuitatus ſit; quod facies eius ita ſplenduerit, quod nemo poſſet eam intueri; quòd lectus, in quo iacebat, ter ad culmen cubiculi ſublatum ſit. De S. [f] Oswaldo, ita idem Malmesbur. l. 3. Pontif. p. 270. *Pridie quàm excederet, Vigornia pra foribus adſtans, du ſuſpexit cælum, lætabiliter illachrimatus; percontantibus, qui aderant, quid ita irreuerberato lumine aſpectaret, reſpondit: ſinite me fratres aſpicere, quo intendo pergere; velox eſt depoſitio corporis mei: Poſtero die cum pro more, lotis pauperum pedibus, diceret hymnum: Gloria Patri, &c. in ipſa genuflexione, vitali ſpiritu priuatus eſt. Poſt 12. annos ſignis diuinitus oſtenſis, elatus eſt.* Eadem, Wulſtanus in vita ſua Houeden, Anno, 992. Baronius, Anno, 991. Godvin. in eius vita, weuerus in ſuis Monumentis, p. 253. ait, tunc claruiſſe wulfricum Epiſcopum Shireburnenſem *virum magna ſanctitatis.* Simeon Dunel. An. 1037. *Magna religionis Auicus Eueshamenſis decanus obijt*, & l. 2. c. 20. *Aldunus Epiſcopus vir eximia religionis proſapia nobilis, ſed placita Deo conuerſatione multo nobilior.* Baronius, Anno, 984. refert eo Anno, obijſſe (Alfſtanum) *Roffenſem Epiſcopum, pietate inſignem.* Sed nec in Anglia tantùm, Angli ſanctitate claruerunt, ſed etiam alibi. Nam ita ſcribit Adam Bremenſis, hiſtor. c. 27. *Olaph Thruſconis filius, à Noruegia expulſus, venit in Angliam, ibique ſuſcepit Chriſtianitatem, quam ipſe primus in patriam reuexit. Alij dicunt, & olim, & tunc ab Anglia quoſdam Epiſcopos, vel Presbyteros, Euangelizandi gratia egreſſos à Domino, & ab illis Olaph baptizatum, & cæteros, quorum præcipuus erat Ioannes Epiſcopus quidam; & alij, de quibus poſtea dicemus.* Et c. 241. *In Nordmanniam* (Noruegiam) *primus ab Anglia venit quidam Ioannes Epiſcopus, qui Regem cum populo conuerſum baptizauit; cui ſucceſſit Grimkil Epiſcopus. Tertio loco venit* [g] *Sigfridus, qui & apud Suedos, & Normannos iuxta prædicauit, uſque durans uſque ad noſtram ætatem, cum alijs æque non obſcurioribus illa gente ſacerdotibus.* Et Saxo Grammaticus, l. 10. *Nec minus Noruegia, Bernardi ex Anglia profecti, ſaluberrima admonitione profecit*, aitque eum baptizaſſe regem Olauum. Ibid. *Conſimili eiuſdem Pontificis induſtria, Swetiæ regem Olauum in Chriſtiana ſacra perductum, Iacobi nomine venuſtauit, morum profectui decus vocabuli tribuens, —— Bernardi corpus Lundenſe Hypogeum tenet.* Hæc Saxo: Olaus etiam Magnus in hiſtoria l. 2. c. 21. mentionem facit Sigefridi, eiuſque trium nepotum, qui hoc tempore prædicarunt in Suetia ibique martyrio occubuerunt. Magdeburgenſes, Centur. 10. c. 3. ita referunt ex eodem Olauuo. *Tres Sigefridi nepotes, dum latiùs conantur diffundere Euangelium Chriſti, à proceribus quibuſdam regni* (Suetiæ) *partim odio veræ religionis, partim prædæ cupiditate, crudeliter occiduntur.* Iſacſon etiam, Anno, 1016. ait: *Gunhild, & Bernardus, Angli, propagant Euangelium in Noruegia.* Martyrio etiam occubuit hoc tempore S. Elfegus Archiepiſcopus. De quo plura libro 6. c. 27.

[a] Martyrol. Rom. 1 Aug. Malmesb. l. 2. Pont. p. 244. [b] Martyrol. Rom. 20. Maij. [c] Molanus 15. Octob. [d] Martyrol. Rom. 19. Aprilis. [e] Baron. An. 984. [f] Capgrauius in vita ſua Surius tom. 5. Houeden. An. 992. Baron. An. 992. Harpsf. ſæc. 10. c. 12. Mors admiranda S. Oſualdi.

Noruegia rex conuerſus per Anglos. Olaus magnus l. 2. c. 21.

[g] Ferrarius 15 Febr. Boſius l. 22. c. 1. Magdeburg Cent. 10. c. 10. Mornan. in theatro. Olaus Magnus l. 2. c. 21. S. BERNARDVS. Suetiæ rex conuerſus per Anglos. S. Elfegus Archiepiſcopus.

& magna contulit; perſtat hodieque donorum eius amplitudo integra, quod locus ille infra ſe aſpiciat, Angliæ nonnulla Monaſteria. Idem tradit Ordericus Vitalis l. 1. & 4. Ioannes Sariſburien. in Policratico, l. 8. c 21. Florentius, Anno 1014. Harpsfeild. ſæc. 10. c. 4. Baronius, Anno, 1014. Gordonus Anno, 1014. Et ex Proteſtantibus, Bakerus in Ethelredo, Holinshed, l. 7. c. 7. Foxus, in Actis, p. 145. ita ſcribit: *Swanus ingreſſus territorium S. Edmundi, vaſtauit prouinciam, ſpernens B. Martyrem, minatus ſepulchro illius, vnde homines illius regionis, confugerunt ad preces, & ieiunia, at breui poſt 3 Swanus ſubito obijt, clamans & eiulans inter milites ſuos. Quidam ſcribunt, quod percuſſus ſit gladio S. Edmundi; ob cuius metum, Canutus filius eius conceſſit immunitates terræ illi:* Et Camden, in ſua Britannia, p. 335. b *Canutus Rex, vt patris Swani ſacrilegam in hanc Eccleſiam impietatem expiaret; nouo opere inſtaurauit, opibus referſit, coronam ſuam S. Martyri obtulit, Monachos cum ſuo Abbate induxit, prædia multa & magna, & inter alia, ipſum oppidum integrum donauit.* Et p. 408. ait, quòd, *Authore VVeſtmonaſterienſe, fuit ab incerto quopiam confoſſus Swanus.*

Polidorus l. 7.

b Bakerus in regibus Eſtangliæ. Weuer in Mon p. 721.

2. De miraculis S. Ethelwoldi, ita ſcribit Wulſtanus in eius vita: *Admirandis virtutibus, multis poſt obitum annis fulſit, & miraculis.* Nonnulla S. Dunſtani miracula referunt Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 102. & ſequenti. Et Osbernus in vita eius apud Surium, tom. 3. Harpsfeild, ſæc. 10. c. 7. (vt ſupra diximus) relaturus quædam miracula S. Dunſtani, ita præfatur: *Quæ nos à duobus authoribus fide digniſſimis, oculatis nimirum, maxima ex parte, teſtibus, mutuabimur: E quibus primus, quinque mulieres & virum vnum, lumen; alios, pedum, aliarumque corporis partium, quæ inutiles, & mutilæ erant, firmitatem: alium, loquelam, ad B. viri ſepulchrum recuperaſſe.* Et ſæc. 9. c. 8. ſcribit quòd cum hoc tempore S. Edmundi corpus ob metum Danorum Londinum deferretur, c *ab ea porta, quæ Eaſtgate dicitur, ad Eccleſiam D. Gregorij, octodecim, deſideratam ſanitatem recuperauerunt.* Author vitæ S. Oſwaldi in Surio, tom. 5. ſcribit, quòd *aqua, qua Oſſa eius abluta erant, cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, & quibuſcunque morbidis, ſanitatem reſtituit. Sub Ethelredo, nempe Anno, 1001.* (vt habet Florentius) *inuentum eſt, ipſo reuelante, corpus S. Iuonis Epiſcopi. Nec poteſt* (inquit Malmesbur. l. 4. Pontif. p. 292.) d *numero, æſtimari, nedum ſcripto comprehendi multitudo per B. illum virum ſanatorum.* De miraculis S. e Elphegi, Archiepiſcopi Cantuar. legi poteſt Osbernus in eius vita, Itemque Capgrauius, qui ait, quod per eius merita, *ſalus languidis innouatur, cæci illuminantur, ſurdi audiunt, muti loquuntur, claudi greſſui reſtituuntur, authoreſque cædis illius grauiſſimè puniuntur, & corpus eius poſt decem Annos ſepulturæ, incorruptum inuenitur.* Huntington l. 5. ita ſcribit: *Aulaf & Swain* (Dani) *Londoniam impetierunt cum nonaginta quatuor nauibus in natiuitate Sanctæ Mariæ; Cuius glorioſæ Virginis auxilio, liberati ſunt Chriſtiani à Paganis.* De inſigni miraculo per S. Editham patrato, legi poteſt Harpesfeldus ſæc. 10. c. 10.

Miracula S. Ethelwoldi Harpsf. ſæc 10. c. 8. S. Dunſtani.

c Edmundi. c Stowe An. 1010 Hous ſeap 90 S. Oſwaldi Godwin in Arch. Ebor. n. 19. S Iuonis. d Harpsfeld. ſæc. 11 c 22. Bromton in Chron. e Baron An 1006

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

EDMVNDVS SECVNDVS, COGNOMENTO,

ferreum Latus, Rex Chriſtianus Angliæ, vigeſimus Septimus.

1. ANno Chriſti, 1016. Ethelredo ſucceſſit filius eius, *per* [a] *primam vxorem* (ait Stous) Edmundus, cognomento, *pro ſua fortitudine* (ait Ingulfus, p. 892. *Ferreum Latus. Prædicandæ* [inquit Malmesbur. l. 2. Regum, c. 10.] *indolis iuuenis, magni roboris animo & corpore; & propter hoc, ab Anglis Ironſide id eſt, Ferreum Latus, nuncupatus.* Huntington, l. 6. *Edmundus iuuenum fortiſſimus;* Ealredus, in vita S. Eduardi: *Rex inuictiſſimus.* Adam Bremenſis, c. 90. *Vir bellicoſus.* Hoveden, p 608. *Regnauit ferè nouem menſibus, in quibus* b *viriliter contra Danorum Regem Canutum quinquies dimicauit.* Nec tamen meliori ſucceſſu, quàm Pater eius; Nam

Laudes Edmundi ſecundi, regis. a Diploma Ethelredi in Additam. Pariſij p. 242. Gloſſarium VVarcſi p. 279. Holinshed l 7 c 3 8.

Huntington An' 283 Spedus l. 7 c 44 Houſeap 91. Camden p. 210 Harpſf ſæc. 10 c. 4 ſæc. 11. c. 3. Polidorus l. 7 b Camden. 231. 264 367 Malmesb l. 2. reg c 10 p. 72. Coperus An. 1016.

intrà nouem menſes extinctus eſt; *ambiguum* (ait Malmesbur. l. cit.) *quo caſu, Fama Edricum infamat.* Simeon Dunelmenſis tamen, apud Twinum, lib. Antiq. Oxon. p. 208. ait, *naturali fato functum*: idque [c] indicat Houeden, Anno, 1017. p. 436. vbi ait, quod *Londoniæ deceſsit.* Romano-Catholica autem eius religio, ex ijs quæ de patre eius diximus, ſatis perſpicua eſt: Sub eius tempore ſignatur Martyrium S. Eſchili Epiſcopi Angli, in Suetia, ob Chriſti fidem lapidibus obruti: videndus eſt Olaus l. 18. hiſtor. c. 11. Sub hoc rege, nempe, Anno, 1016. obijt S. vir Wolſtanus, regiæ ſtirpis, cuius ſanctitatem ac miracula refert Capgrauius in eius vita, vbi inquit, quòd ad eius ſepulchrum, *paralitici curantur, cæci vident, ſurdi audiunt, muti loquuntur, claudi ambulant, euadunt febricitantes, arrepti à dæmonio liberantur.* Hic Edmundus rex, fuit [d] auus S. Margaritæ reginæ, de qua, rectâ lineâ, deſcendit modernus Ser rex Angliæ, Carolus. De eo ita ſcribit S. Ealredus in Genealogia regum. *Quo nemo fortior, ſed quo nemo ſuauior, quo nullus audacior, ſed quo nemo cautior: quo in aduerſis nemo ſerior, ſed quo in proſperis, nemo temperatior.*

c Florent. An 1016. Encomium Emmæ Gerdes An 1017. Simeon Dunel An. 1016. Bremton. in Chron. Ferrarius 10. Aprilis. Miraculis. S. Wolſtani. d Pariſius An 1135.

CAPVT DECIMVM SEXTVM

CANVTVS PRIMVS DICTVS MAGNVS REX Chriſtianus Angliæ vigeſimus octauus.

SECTIO PRIMA.

Laudes Canuti regis. a Baron. An 1016. b Paſſim An. 1019 eſt autem gloria l. 4 Encomii Emmæ Harpsfeld ſæc. 11 c. 2 Genebrard l. 4 Selden l. 2. Anal. c. 6. Stout. d Adam Brem c. 89 cum miſſis naubus. e Ordericus vitalis l. 1.

1. Edmundo Rege mortuo, Canutus, Anno, 1017. regnum Angliæ occupat, vſque ad Annum, 1038. partim vi, partim pacto inter ipſum, & Edmundum inito, vt vter ipſorum alteri ſuperuiueret, toti Angliæ imperaret; & poſt mortem Eduardi, [a] communi electione, ſeu conſilio magnatum Anglorum; vt tradit Florentius, Anno, 1016. Ibique Houeden. hiſtoria Danorum Erici Regis, impreſſa vnà cum Adamo Bremenſi, Anno, 1028. ait, quòd fuit *omnium regum pulcherrimus, ſtrenniſsimus, & largiſsimus.* Malmesburien. l. 2. Regum, c. 11. *Canutus iniuſtè regnum ingreſſus, ſed magna* [b] *ciuilitate, & fortitudine vitam componens, ingenti ſtudio Anglos ſibi conciliare nitebatur, Swecos vicit, Regnum Noricorum ſubegit,* [c] *Scotiam rebellantem, regemque Malcolmum, expeditione illuc ducta, paruo ſubegit negotio.* Gemeticenſis, l. 4. Ducum Norman. c. 8. ſcribit; quòd ad [d] expugnandam Angliam, ſecum duxit [e] Lacimam Sweuorum, & Olauum Noricorum reges. Baronius, Anno, 1016. ait, quod fuit *valdè pius.* Author Encomij Emmæ: *Indicibili prudentia pollens.* Pariſius in vita Alfrici Abbatis; *Rex magnanimus.* Simeon Dunel. l. 3. c. 8. *Pius & religioſus rex.* Thornus An. 1017. *Cum religioſiſsima deuotione cuncta Angliæ Cœnobia Regali munificentia venerabatur.* Et à Bellarmino in Chronico, recenſetur, *inter reges eo tempore ſanctitate florentes.* A Polidoro, l. 7. vocatur, *Iuuenis optimæ indolis, ac Chriſtiana pietate inſignis.* Totius Angliæ redditum in vnâ * Cruce conficienda, quam Eccleſiæ Wintonienſi contulit, abſumpſit, vt ex antiquis ſchedis refert Camdenus, in ſua Britannia, p. 192. aliàs, 233. De qua cruce, vide Malmesburienſem, l. 2. Hiſtoriæ nouellæ, p. 190. Edmerus, l. 2. Hiſtor. refert Emmam reginam eius, *quam pluribus argenti libris emiſſe brachium S. Bartholomei Apoſtoli.* Et addit: *Illis diebus hic mos Anglis erat, patrocinia ſanctorum, omnibus ſæculi rebus anteferre.* Filiam ſuam Gunildam, Henrico Imperatori deſpondit, vt refert Saxo, l. 10. Ordericus, l. 1. & alij, de qua infra verba faciemus.

** Vide Geruaſium An. 1141.*

Laudatur à Proteſtantibus.

2. A Proteſtantibus, Spelman. in Concilijs, p. 569. dicitur *Princeps optimus,* Ibidem; *Leges pietatis & iuſtitiæ plenas edidit,* quæ apud ipſum legi poſſunt; à Twino, l. 2. Antiq. Oxon. ſæc. 234. *Eximius literatorum Mecænas*; à Baleo. Cent. 2. c. 4. *Canutus iuuenis optimæ indolis, altitudineque animi, & Chriſtiana modeſtia inſignis.* Holinshed, l. 7. c. 13. *In ſenectute valdè deditus fuit pietati: reparauit multas Eccleſias, Abbatias, ſed præcipuè Monaſterium S. Edmundi.* Spedus in fine ſui Chronici (*Potens, religioſus,*

Caperus An. 1018. 1027.

religioſus, prudens, ac iuſtus. Magdeburgenſes, Cent. 11. c. 16. *Regnum, legibus, humanitate, & munificentia, adminiſtrauit.* Selden, l. 2. Analect. c. 6. *Monaſteriorum, Eccleſiarumque laudatiſſimus inſtaurator.*

3. Romano-Catholica huius potentiſſimi Regis religio, manifeſtiſſima eſt: Nam (vt ſcribit Malmesbur, l. cit.) *Monaſteria per Angliam, ſuis & patris excurſionibus partim fœdata, partim eruta reparauit, loca omnia in quibus pugnauerat, & præcipuè Aſhendun Eccleſiis inſigniuit, miniſtros inſtituit, qui per ſuccidua ſæculorum volumina, Deo ſupplicarent pro animabus ibi occiſorum, Corpus S. Elphegi, ipſe ſuis*[f] *manibus leuauit; omnia, quæ ipſe & Anteceſſores ſui deliquerant, corrigere ſatagens, prioris iniuſtitiæ næuum apud Deum fortaſsis, apud homines certè abſterſit.* Et ibidem refert duo diplomata Canuti, in quorum altero profitetur, quod[g] Romam iuerit *oratum pro redemptione peccaminum ſuorum.* Et in altero, dat immunitates Monaſterio Glaſconienſi, *cum conſenſu Optimatum ſuorum, ob amorem cæleſtis Regni, & indulgentiam criminum ſuorum, & relaxationem peccaminum fratris ſui Regis Edmundi.* Vnde liquet, & regem, & cunctos Angliæ Optimates ſenſiſſe bona eſſe facienda, ob mercedem cæleſtem, & ob remiſſionem peccatorum, tam viuorum, quàm mortuorum.

[Canutus, rex Catholicus]
[f Spedus l. 8. c. 3.]
[g Baron. An. 1027. Spedus l. 8. c. 3.]

4 Spelman. in Conciliis, p. 543. & 592. refert leges Canuti contra[h] cohabitationem ſacerdotum cum mulieribus, p. 546 *de ieiunandis omnibus feſtis B. Virginis, & Apoſtolorum, præterquam Philippi, & Iacobi.* Et p. 604. refert Capitula tunc ſancita *de deprecandis ſanctis, de ſignando ſe ſigno Crucis & confitendis peccatis ſacerdotibus hebdomada antè Quadrageſimam.* Et p. 537. notat, quod tunc erant Litaniæ cum inuocatione B. Virginis & ſanctorum; *more hodierno in Romana Eccleſia.* Camden, in Britan. p. 360. ait, quod *Canutus fuit deuotiſsimus S.*[i] *Edmundi Martyris cultor.* Et p. 600. aliàs, 661 quod[k] *nudis pedibus ad tumulum S. Cutberti acceſsit.* Et p. 189. aliàs, 228. refert illud memorabile Canuti factum, quo *aſſentatorem, qui omnia ad regis nutum conuerti aſſerebat, repreſsit. Sedile enim* (ait Huntington) *in littore maris, cum aſcenderet, ſtatui iuſsit: dixit autem mari aſcendenti Tu meæ ditionis es, & terra in qua ſedes, mea eſt, nec fuit, qui impunè meo reſiſteret imperio. Impero igitur tibi, ne in terram meam aſcendas, nec veſtes, nec membra Dominatoris tui madefacias. Mare verò de more conſcendens, pedes regis ſine reuerentia madefecit: ille igitur reſiliens, ait: Sciant omnes habitantes orbem, vanam, & friuolam regum eſſe potentiam, nec regis quempiam nomine dignum, præter eum, cuius nutui cælum, terra, mare, legibus obediunt æternis; nec vnquam coronam ſibi impoſuit, ſed ſuper*[l] *Imaginem Domini, quæ Cruci affixa erat, poſuit eam in æternum in laudem Dei Regis Magni.* Ita Huntington, l. 6. Weſtmonaſt. Anno, 1038. Polidorus, l. 7. Harpsfeild, ſæc. 11. c. 2. Et ex Proteſtantibus Stous in Canuto; Foxus, in Actis, p. 148. Baleus, Centur. 2. c. 45. Holinshed, l. 7. c. 12. Bakerus, in Canuto.

[h Harpsfeil. ſæc. 11 c 2. Selden l. 2. Anal c. 7. Bromton Chron col. 919.]
[i Spedus l. 8. c. 3.]
[k Harpsfeil. ſæc. 11. c. 28.]
[Modeſtiſſimum factũ Canuti regis:]
[l Aliam coronam dedit Eccleſiæ Cantuar. Somner in deſcrip. Cantuar.]

Rudulfus de Diceto. An. 1027. Knighton. l. 2. c. 5. Bromton. col. 912. Stous An. 1141. Spedus l. 8. c. 3. l. 6. ca 9 Camdem in Reſiduis p. 239.

5. Sed audi (Lector) in quam partem hoc potentiſſimi regis modeſtiſſimum factum interpretetur Baleus, l. cit. *Wintoniam profectus, coronam, quam geſtabat, capiti Crucifixi ſimulachri impoſuit: quo ſignificauit, eius temporis reges, non reges eſſe, ſed ſolum regum ſimulachra, & imagines Beſtiæ.* Ita iſte, vera beſtia. Parkerus in vita Agelnothi, n. 29. *Canutus, ad ſcelera ſua expianda*[m] *Romam profectus, dona quidem in Papam contulit ingentia atque regia.* Canden. p. 601. *Canutus rex, Raby, Eccleſiæ Dunelmenſi, vnà cum circumuicino agro & Stamphor liberè, in perpetuum poſſidentia donauit.*

[m Florent. An. 1031.]

Abbas Rameſienſis. Hic bonis artibus ſtudio quodam incredibili noctes atque dies inuigilabat, & operæ pretium ingens inde reſultit. Sed de eo ſupra locuti ſumus.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA IN ANGLIA FACTA, tempore Canuti Regis.

1. HAc tempeſtate ſingularem S. Petri fauorem experta eſt Anglia: Nam cum Brithwoldus Epiſcopus, de quo ſupra meminimus, *quadam vice cæleſtibus* (inquit Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 249. & 2. Regum, c. vltimo) *apud Glaſconiam, vt ſæpè faciebat, intentus excubijs, diuinam viſionem expertus eſt. Cum enim ſubijſſet eum cogitatio, quæ frequenter animum angebat de Anglorum regia ſtirpe penè deleta, hoc meditanti, ſopor irrepſit, & ecce in ſuperna raptus, vidit Apoſtolorum Principem Petrum, manu tenentem Eduardum filium regis Ethelredi, qui tunc in Normannia exulabat, & in regem conſecrare, cælibe deſignata vita, & certo 24. annorum numero computato, quo Regni metam terminaret: eique de poſteritate conquirenti, reſpondiſſe; Regnum Anglorum Dei eſt, poſt te prouidit regem ad placitum ſuum.* Eadem habet Ealredus, vir grauiſſimus in vita S. Eduardi, apud Surium, tom. 1. Weſtmonaſt. Anno. 1056. Capgrauius, in vita S. Eduardi, Polidorus, l. 8. Harpsfeild, ſæc. 11. c. 19. Baronius, Anno, 1043. Et ex Proteſtantibus, Holinshed, l. 7. c. 15. Godwinus, in vita Brithwoldi Wintonienſis Epiſcopi, Iſacſon Anno, 909. Camden. in Reſiduis, p. 5. ſed Parkerum audiamus in vita Stigandi, n. 32. *Hoc Normannorum imperium, multis ante Eduardum annis, tacitè, & quaſi diuino oraculo prænunciatum legimus: Canuto enim rege, Brithwoldum quendam, tunc Wentanum Epiſcopum, cum in nocturnis excubijs, & lucubrationibus ſubijſſet ſibi de ſtirpe regia, quæ propè extincta ac deleta fuerat, cogitatio, altus compreſſit ſomnus, in quo ſibi viſus eſt videre Petrum Apoſtolum conſecrare Eduardum in regem in Normannia tunc exulantem, cælibi vita, ac viginti quatuor annis regnaturum — Ac ſanè, vt nec concedendum, ſic nec detrahendum nimium ſomnijs: Nam huius vaticinationis, quæ peruetuſtos authores habet teſtes, euentus ipſe certius eſt: Quod admonet Propheta: oraculi inſtar eſſe diuini. Cur igitur de huius regis, aut illius Epiſcopi ſomnij veritate dubitamus?* At hoc Vaticinium, ſeu [vt loqueris] *quaſi diuinum oraculum,* probat interceſſionem ſanctorum, ac nominatim S. Petri pro Anglia.

Mirabilis prædictio S. Petri de Anglia.

Bromton. in Chron. col. 909. 951.

2. Harpsfeild. ſæc. 11. c. 9. refert tranſlationem S. Elphegi per Canutum, & ait: *Eo loci, quo humatus erat, cæcis viſus, ſurdis auditus, infirmis ſanitas, claudis pedum firmitas, aliaque id genus beneficia conferebantur. Fuit verò corpus eius omnino integrum & incorruptum, quod ita centum poſtea annis perduraſſe, quaſi rem certam, narrat Malmesburienſis.* Hæc ille.

Miracula Elphegi.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

HAROLDVS PRIMVS, COGNOMENTO LEVIPES, Rex Angliæ Christianus, vigeſimus nonus.

SECTIO PRIMA.

Weſmon. An. 1017. 1015. a Erat cognomen reginarum. Vide ſupra c. 9 ſec. 1. n. 1.

1. HOueden, Anno, 1035. ſcribit quod *Canutus, Haroldum ex Hantunenſi Elſgiuâ procreatum, regem Anglorum conſtituit.* Hanc Elſgiuam aliqui Concubinam, Canuti, alij vxorem eſſe contendunt. Certè. Weuerus in ſuis Monumentis, p. 722. refert Diploma Canuti datum cænobio Burienſi, cui poſt Canutum ita ſubſcribit: *Ego* [a] *Aelſgifa regina omni alacritate mentis hoc confirmaui.* Regnâuit autem Haroldus annis quatuor, & menſibus totidem; nempe ab anno, 1038. ad 1041.

2. Romano-Catholica eius religio, tum ex dictis de patre eius, tum ex ſuis factis, elucet: Nam (vt ſcribit Ingulfus, p. 895.) *Ipſe dedit Monaſterio noſtro Chlamidem Coronationis ſuæ de ſerico, aureiſque floribus intextam; pluraque nobis bona feciſſet, niſi eum adhuc in tannis regni reptantem, cita mors præpoſtere ſuſtuliſſet.*

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Regis Haroldi primi.

S. Auicus. S. wulſtanus.

1. SVb Haroldo, nempè, Anno, 1037. vt ſcribit Houeden: *Magna religionis vir, Auicus, Eueshamenſis Decanus obijt.* Idem Florentius ibidem. Floruit etiam tunc temporis S. Wulſtanus Monachus, poſtea Epiſcopus, de quo plura infra dicturi ſumus.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA, tempore Haroldi primi, Regis Angliæ.

HVCARIVS. IOA. GARLANDIVS. Piſſeus. n. 161.

1. BAleus, Cent. 2. c. 47. ſcribit, quod *Hucarius Leuita, quantum ad Theologiæ cognitionem pertinet, famâ non leuis fuit, partim concionando, partim ſcribendo, inſignem ſibi apud cunctos gloriam comparauit.* Et c. 48. *Ioannes Garlandius, ſcientias liberales ore pleno hauriebat ad vnam omnes; qui cum illo ſtudebat, facile diſcebat, facile vicit, vt indè eximium gloriæ nomen ſibi comparauerit.* Et recitat eius opuſcula.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA, TEMPORE Haroldi Regis.

1. AD *S. Oſwaldi* (Epiſcopi) *tumulum* (inquit Harpsfeild, ſæc. 10. c. 12.) *cum varia indies miracula crebreſcerent, duodecimo poſt anno, ab* [a] *Ardulpho eius ſucceſſore leuatum eſt corpus, pretioſaque in theca & ſublimi. repoſitum.* Author Encomij Emmæ ſcribit de Alfredo R. Ethelredi & Emmæ filio, occiſo ſub Haroldo: *In loco ſepulchri eius, multa fiunt miracula, vt quidam aiunt, qui & ſe hæc vidiſſe ſæpiſsimè dicunt.* b Pictauenſis ait, quod hic Alfredus, erat *formoſiſsimus iuuenis & laudatiſsimus bonitate, Regis proles, & Regum nepos.* *Miracula S. Oſwaldi.* a *Houeden. An.* 1002. b *In geſtis Gulielmi ducis.*

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

CANVTVS SECVNDVS, COGNOMENTO, Audax, Angliæ Rex Chriſtianus, trigeſimus.

SECTIO PRIMA.

1. ANno, 1041. Angliæ ſolium conſcendit Canutus ſecundus, Cognomento Audax, filius Canuti Magni ex vxore ſua Emma, quæ priùs fuerat coniux Ethelredi Regis, qui obijt, Anno, 1042. De illo ita Malmesbur. l. 2. Regum c. 12. *Iuuenis, qui egregiam pietatem animi in fratrem & ſororem oſtenderit,* [a] *Germanum enim Eduardum, annoſæ peregrinationis tædio, & ſpe fraternæ neceſsitudinis, natale ſolum reuiſentem, obuijs (vt aiunt) manibus excipiens, indulgentiſsime retinuit. Gunildam ſororem, filiam Canuti ex Emmâ, ſpectatiſsimæ ſpeciei puellam à multis procis, tempore patris ſuſpiratam, nec impetratam;* b *Henrico Imperatori Alemannorum nuptum miſit; Celebris illa pompa nuptialis fuit, & noſtro adhuc ſæculo, etiam in Triuijs, cantitata.* Huntington ait, l. 6. quòd *clara indolis & benignæ iuuentutis fuerat ſuis.* Polidorus l. 8. *tam mitis, quàm liberalis.* Gulielmus Pictauenſis: *Ob morbos, quos frequenter patiebatur, plus Deum in oculis habebat, & vitæ humanæ breuitatem.* Hæc Catholici. Holinshed l. 7. c. 15. ait fuiſſe, *comem ac mitem.* Romano-Catholica eius religio indè conſtat quod (vt refert Harpsfeild, ſæc. 11. c. 17.) *confirmauit & auxit patris munificentiam* (erga Monaſterium Burienſe) *Diplomati regio, Epiſcopi, & proceres cum Emmâ matre ſubſcripſere.* Idemque habet Spelman. in Concilijs Angliæ, p. 534. Bromton in Chron. col. 934. ait quod *per totum tempus quo regnauit, regni Scotiæ ſubiectionem pacificè habuit.* a *Houeden. An.* 1041. b *Sigebert. An.* 1036. *Houeden An* 1017. *Marian. An.* 1107.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA tempore Canuti Audacis.

1. CLaruit hoc tempore B. Edſius, vel Edſinus Archiepiſcopus Cantuarienſis, de quo ſermonem facimus in Archiepiſcopis: Gunilda etiam, huius Canuti ſoror germana, & Henrici ſecundi Imperatoris vxor, *relicto marito* (inquit Malmesbur. l. 2. Regum, c. 12.) *velum ſanctimonialium arripiens, in Dei ſeruitio,* B. EDSIVS.

placido conſenuit otio. Cauſa [vt ipſe refert] hæc erat, quòd adulterij accuſata, & Pugilis cuiuſdam ſingulari certamine, innocentiam ſuam tueri coacta, cum cæteri omnes ob metum vel Imperatoris, vel Pugilis ab eo electi Giganteæ molis Imperatricis cauſam defendere recuſarent, Pueruhis quidam, Canuti Alumnus, quem ſecum ex Anglia duxerat, ſuſcepta defenſione Imperatricis, cum Gigante congreſſus, eum proſtrauit: *Gunildis autem inſperato triumpho læta, viro repudium dedit, nec vllis vel blandirijs, vel minis adduci potuit, vt thalamo illius conſentiret, ſed velum ſanctimonialium arripiens, in Dei ſeruitio placido conſenuit otio.* Eadem refert. S. Antoninus tit. 16. c. 4. §. 3. Weſtmonaſt. Anno, 1041. Et ex Proteſtantibus, Foxus in Actis ſuis, p. 147 Spedus, l. 8. c. 3. ait, eam factam monialem Brugis in Flandria, & vſque hodie extare eius tumulum in Eccleſia S. Donatiani. Claruit etiam tunc Alfwoldus Epiſcopus Sariſburienſis, *Vir* (inquit Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 248.) *reuerendiſsimæ vitæ.* Claruit etiam tunc S. Gulielmus Anglus, Epiſcopus Roſchildenſis in Dania, de quo ita Saxo, l. 11. *Sufficitur Gulielmus, quo, Canutus Maior, & ſcriba & Sacerdote vſus fuerat, genere quidem Anglus, ſed omnium virtutum partibus ac meritis abunde inſtructus, idemq; Pontificalium ſacrorum apprimè peritus.* Ac refert pulcherrimum exemplum Eccleſiaſticæ ſeueritatis huius Epiſcopi erga regem Suenonem, & obedientiæ in rege ipſo, & quod rege mortuo, Deum rogauerit, ne ſuperuiueret, & quòd occurrens Regis cadaueri, ſubito in precibus expirauerit.

Beluacenſ. l. 25. c. 17. Bromton Chron. col. 931. ALFWOLDUS. S. GULIELMUS. Baronius An. 1017. Crantzius in Daniæ. l. 4. c. 3.

CAPVT DECIMVM NONVM.

SANCTVS EDVARDVS COGNOMENTO CONFESSOR, & Rex Chriſtianus Angliæ trigeſimus primus. Ab anno 1042. ad 1066.

SECTIO PRIMA.

Laudes S. Eduardi Regis Confeſſoris.

1. ANno Dominicæ Incarnationis, 1042. S. Eduardus filius Ethelredi Regis, ſuſcepit regnum, *manſitque ineo* (ait Malmesbur. l. 2. Regum, c. 13.) *viginti quatuor annis non plenis, vir Deo deuotus, ideoque ab eo directus, denique, eo regnante nullus in motus domeſticus, qui non citò comprimeretur; nullum bellum forinſecus; omnia domi foriſque quieta; omnia tranquilla, quod eò magis ſtupendum, quia ita ſe manſuete ageret, vt nec viles homunculos verbo lædere nollet. Erat diſcretæ proceritatis; barba & capillis cigneus, facie roſeus, toto corpore lacteus; membrorum habitudine commoda peridoneus.* Houeden, Anno, 1066. *Anglorum decus, Pacificus Rex Eduardus, Egelredi regis filius moriens obijt Londoniæ, ab omnibus qui tunc affuère, non ſinè lachrimis plangebatur amariſsimè.* Weſtmonaſt. Anno, 1066. *Eduardus Anglorum decus, Rex beatiſsimus.* Pariſius, anno 1066. *Eduardus Anglorum decus, rex beatiſsimus: ſanctiſsimus rex.* Gulielmus Rufus in Diplomate Batellenſi, *Glorioſiſsimus rex Eduardus.* Magnum Chronicon Belgij, *Rex adeò manſuetus, vt nec viles homines verbo læderet.* Gulielmus Pictauienſis in Geſtis Gulielmi Regis: *Eduardus, homo ſancta vita ad cæleſtia tendens.* Halloix in vita S. Dionijſij, c. 27. *Haud equidem ſcio, an quidquam aliquando tulerit terra Anglia, nomine tuo* (Eduardæ) *vel maius vel ſanctius,* Gemeticenſis, l. 6. Ducum Norman. c. 9. *Eduardus rex, vir bonus erat, mitis & humilis, iucundus, & longanimis, clemens pauperum tutor multoties diuina myſteria vidit, & vaticinia, quæ rerum euentu poſtmodum comprobata ſunt, deprompſit.* A Nicolao Papa ſecundo in Bulla apud Spelman. in Concilijs, p. 653. vocatur, *Glorioſiſsimus ac piiſsimus, omnique honore digniſsimus, ſpiritualis filius.* Eius ſanctiſſimam vitam deſcripſit Ealredus Author grauiſſimus, quique (vt ait Tokerus Proteſtans) *potuit cognoſcere veritatem, & fere attigit illam ætatem.* Extatque apud Surium, tom. 1. Ipſe in Charta ſua apud Spelman. in Concilijs, p. 628. ait de ſemetipſo: *Sicut amabilis Deo Salomon, tanta pace, & rerum opulentia abundaui, vt nullus antecedentium Regum ſimilis mei fuerit in gloria & diuitijs.* Adam Bremenſis, ca. 57. aliàs, 113. *Eduardus, vir magnus, ac timens Deum,* c. 169.

Harpſfeld ſæc. 11. c. 4.

Rex

Rex ſanctiſsimus. Ingulfus, p. 896. *Piiſsimus Rex.*

2. Ex Proteſtantibus, Spelman. in Concilijs, p. 636. *Rex piiſsimus Eduardus Confeſſor* Camden. in ſua Britannia, p. 266. aliàs, 530. *Eduardum ob pietatem & continentiam, Confeſſoru nomine dignati ſunt maiores.* Parketus in vita Stigandi Archiepiſcopi: *Rex leniſsimus & ſanctiſsimus princeps ob vitæ integritatem, in regnando iuſtitiam & continentiam, legumque * à ſe latarum, ſiue ex veteribus ſumptarum, æquitatem, in ſanctos relatus eſt.* Præfatus Camden. in Reſiduis, p. 367. *Hic pius & bonus Rex, obiit VVeſtmonaſterij: Cubiculum in quo obijt, adhuc ſupereſt.* Stous in Chronico: *Ob inſignem ſanctitatem vſque hodie dicitur, S. Eduardus.* Weuetus, in Monumentis, p. 452. *Ob eximiam pietatem, recenſetur inter Confeſſores.* Vbi etiam recitat hoc eius Epitaphium, *omnibus inſignis virtutum laudibus heros. Sanctus Eduardus Confeſſor, rex venerandus* Et p. 453. *Abſque dubio, ob ſanctitatem vitæ & ſuauitatem conuictus, excelluit omnes alios principes.* Foxus in Actis, p. 148. *Caſtitatem perpetuò coluit, regnum magna cum prudentia & iuſtitia rexit; A quo tanquam ex fonte multum pietatis, miſericordiæ, liberalitatis in pauperes, comitatis & iuſtitiæ erga omnes, profluxit.* Et p. 149. *Pius & benedictus, Rex.* Tokerus, l. de curatione ſtrumæ, p. 63. *Calebs, & celebris, & miraculorum gloria clarus.* Et p. 84. *Narrat Polydorus, multas & admirandas virtutes regis Eduardi, Deo longè chariſsimi.* Baleus, Centur. 14. c. 42. vocat eum, *Diuum Eduardum.* Et Centur. 2. c. 52. *Erat ei mite ingenium, & iniuriarum facilè obliuiſcens. Ex immenſa legum congerie meliora quæque ſelegit, atque in vnam redegit, quam vocari decreuit, legem communem.* Angelocrator in Chron. Anno, 1040. *Eduardus, Angliæ Rex ſanctiſsimus habetur.* Buchananus, l. 7. hiſtor. Scot. *Eduardus, regnum in Anglia ſanctiſsimè geſsit.* Spedus, l. 8. c 6. *Regnauit cum tanta iuſtitia ac pietate, vt obtinuerit venerabile nomen, Sancti.* Watſus, in Gloſſario Pariſij, p. 283. *Adhuc in S. Eduardi Confeſſoris & Regis, Dalmatica & Manipulo, inaugurari reges noſtrates, ſcio.* Idemque habet Camden. in ſuis Reſiduis, p. 193.

Laudatur à Proteſtantibus

** Coperunt An. 1043. 1065.*

Houſus p. 92.

3. Romano-Catholica hujus ſanctiſſimi Regis religio, notior eſt, quàm vt probatione egeat. Nam Primatum Pontificis Rom. agnouit. Ita enim ſcribit ad Nicolaum Papam ſecundum. *Summo vniuerſali Eccleſiæ Patri Nicolao, Eduardus gratia Dei, Anglorum Rex, debitam ſubiectionem, & omnimodum ſeruitium — Iuſtum iudicamus, apud vos, velut ſolidam Petram, accurrere, & probare omnes bonas intentiones noſtras.* Cui reſcribens Nicolaus, ait *Omnipotenti Deo referimus grates, qui veſtram prudentiſſimam Excellentiam in omnibus ornauit, & decorauit erga B. Petrum Apoſtolorum Principem, & nobiſcum habere dilectionem, & in omnibus Apoſtolicis conſentire cenſuris. Clares enim Anglorum reges, pro reuerentia, & deuotione quam exhibuerunt B. Petro, gloria, & honore floruiſſe, ac ipſius patrocinio, famoſos triumphos obtinuiſſe.* Item, *Vobis verò & poſteris veſtris, regibus, committimus aduocationem, & tuitionem eiuſdem loci* (Weſtmonaſterij) *& omnium totius Angliæ Eccleſiarum, & vice noſtra, cum conſilio Epiſcoporum & Abbatum, conſtituatis vbique quæ iuſta ſunt.* Vnde Baleus, Centur. 2. c. 52. ait, *Sub Nicolao ſecundo facti ſunt Angliæ Reges Papæ Vicarij.* Addit Rex: *Sciant omnes futuræ generationes, me pro voti [a] prædicti abſolutione, peccatorumque meorum omnium remiſsione, & æternæ vitæ remuneratione, & pro animabus regum tam ſucceſſorum, quam prædeceſſorum meorum, & omnium parentum meorum, & pro pace & ſtabilitate regni mei, & proſperitate totius Anglorum populi, loco illi* (Weſtmonaſterio) *omnimodam libertatem quantum ad poteſtatem terrenam conceſsiſſe, & quod illi de Eccleſiaſtica, hoc regia liberalitate ſtatuo.* Atque huic Monaſterio dedit totam Prouinciam *Rutlandiæ cum communibus ad ſe pertinentibus.* Vt ex eius teſtamento refert Camden. in ſua Britan. p. 470. Prætetea Miſſam colebat, cui cum intereſſet, vidit in ſpiritu regem parantem ſibi bellum inferre, ſubito ſubmerſum; Et alia vice, viſibiliter vidit Chriſtum ſibi benedicentem. Ealredus in eius vita; *Frequentare Eccleſiam dulce habuit, crebrius orationibus incumbere, ſacris Miſſarum intereſſe ſolemnijs.* Baleus, Cent. 2. c. 52. *Sub Nicolao ſecundo Rom. Pontifice, facti ſunt Anglorum Reges Papæ Vicarij, & Realitas in Sacramento confirmabatur.*

Spedus l. 9. c. 19 addit & Corona.

Romano Catholicus. Eared in vita eius Baron. An. 1060. Spelman. p. 612. Baronius An. 1050.

Rex Angliæ vicarius Papæ a weſtmon: An. 1049.

Manifeſtatio S. Eduardi.

rat. In vita S. Wulſtani apud Surium, tom. 1. dicitur, *Wulſinus vir Dei.* Ealredus in vita S. Eduardi refert, quod hoc tempore erat *vir in Anglia, Deo & hominibus dilectus, in ſpecu ſubterraneo multo tempore incluſus, cui S. Petrus apparens, teſtatur Weſt-monaſterium olim a ſeipſo conſecratum, ac iubet vt Eduardus id reſarciret.* Ferrarius, 1. Martij meminit, *S. Gulielmi presbyteri in Anglia*, quem ait vixiſſe circa Annum 1100. Vſſerius in Indice Chronol. Anno, 1055. *Wulſinus Monachus incluſus, ſanctitatis opinione in Anglia claruit.*

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA, tempore Sancti Eduardi Regis.

1. FLoruiſſe tunc temporis Academiam Oxonienſem colligi poteſt ex ijs, quæ Ingulfus in Hiſtor. p. 903. ſcribit, quòd *Oxonienſi ſtudio traditus erat, & in Ariſtotele arripiendo, ſuprà multos coætaneos ſuos proficiebat.* Et quòd p. 895. ſcribit de prædicta regina Egitha, quod *literis apprimè erudita, ſæpius de grammatica ſoliditate, ad Logicam leuitatem, qua callebat, declinans, ipſum argumentorum ſubtili ligamine concluſit.* Addit Malmesbur. l. 2 Regum, c. 13. quòd *in eius* (Egithæ) *pectore, omnium liberalium artium erat* [a] *Gymnaſium, quam cum videres, literas ſtuperes.* Eadem Baleus, Centur. 10. c. 38 Si autem fæmina, & regina, ita Grammaticam, ac logicam callebat, par eſt credere, non defuiſſe tunc viros [b] doctiſſimos. Harpsfeild. ſæc. 11. c. 19. [c] *Siuardus Monachus literis tam profanis quàm ſacris apprimè eruditus.* Et c. 13. *Haymo, Doctoris Pariſijs inſignia accepit, quibus quàm dignus fuerit, preclari illius in maximam ſacræ ſcripturæ partem commentarij & opera planè demonſtrant.* Baleus, Centuria, 2. c. 49. ait, quòd *Haymo ſub præceptoribus bonis, ſuam iuuentutem literis humanis & diuinis adornabat ſplendidè.* Et Magdeburgenſes, Centur. 11. c. 10. *Haymonis Angli optimis diſciplinis imbuti, nomen fuit celebre.* Ciaconus in vita Leonis P. 9. *Haymo Anglicus, theologus egregius.* Et idem Baleus, Centur. 10. c. 37. ita refert ex Lelando, *Kenulphus Abbas, flos literalis diſciplinæ, & torrens eloquentiæ, tum decus ac norma diuinarum rerum ac ſæcularium: Claruit Anno gratiæ, 1050. ſub Eduardo rege.* Idemque repetunt Magdeburgenſes, Centur. 11. c. 10. Godwinus in Epiſcopis Exonienſibus: *Leofricus primus Epiſcopus Exonienſis vir nobili proſapia, in Burgundia natus, nec minùs eruditione ac prudentia, quàm nobilitate clarus, Eduardo Confeſſor ab Arcanis.*

a Weſtmon. An. 1066. b Camden. p. 268. c Magdeburg. cent. 11. c. 10. Weuer mon. p. 478. HAYMO. Pitſeus pag. 161. KENVLFVS. LEOFRICVS.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA tempore Sancti Eduardi Regis.

1. HOc etiam tempore per deuotionem regis ſui erga Miſſam, Anglia à graui periculo liberata eſt; Nam (vt ſcribit Ealredus in vita huius regis) *Quadam die Pentecoſtes dum ſacris intereſſet Myſterijs, reuelatum ei eſt, quòd dum Rex* [a] *Daniæ, magna parata claſſe, Angliam conaretur inuadere, de vna naui in aliam tranſiret, ſubito in mare decidiſſe, ac ſubmerſum eſſe. Mittuntur in Daniam nuntij de omnibus diligenter inquirunt, inueniuntque ſic omnia eadem hora accidiſſe, quæ Regi fuerant reuelata.* Idem refert. Houeden. An. 1066. Polidorus l. 8. Pariſius in vita Alfrici Abbatis.

2 Realis etiam præſentia Chriſti in Euchariſtia, hoc tempore miraculo comprobata eſt, cum S. Eduardus & Leofricus Comes pijſſimus, viſibiliter viderunt Chriſtum in Euchariſtiâ, prout [a] refert idem Ealredus. Sed celeberrimum eſt illud ad noſtram vſque ætatem in ſucceſſoribus ſuis perpetuatum diuinæ virtu-

a Maior l. 3. c. 3. Hiſtoria gentis Danorum Bromton col. 949. Harpſf. ſæc. 11 c. 9. a Brompt. col. 949.

tis donum, quo, tactu manus, ſtrumam curabat *Multoties* (inquit Malmesbur. l. 2. Regum, c. 13.) *eum in Normannia hanc peſtem ſedaſſe ferunt, qui interiùs eius vitam nouerunt: vnde noſtro tempore, quidam falſam inſumunt operam, qui aſſeuerant iſtius mali curationem, non ex ſanctitate, ſed ex regalis proſapiæ hæreditate fluxiſſe.* Quæ verba indicant Reges Angliæ, etiam antè S. Eduardum, hunc morbum curaſſe. Delrius, l. 1. Diſquiſit. Magic. c. 3. q. 4. ait; *Quis non immeritò dubitet, hoc donum, Eduardi ſucceſſoribus collatum?* Atqui eius dubium, tum grauiſſimi authores, tum experientia continua refellunt: Nam ita Petrus Bleſenſis, Epiſt. 150. *Fateor quidem, quia ſanctum eſt Domino Regi,* (Henrico ſecundo) *aſſiſtere; ſanctus enim, & Chriſtus Domini eſt, nec in vacuum ſumpſit vnctionis regiæ Sacramentum, cuius efficacia, ſi neſcitur, aut in dubium venit, fidem eius pleniſſimam faciet, defectus inguinariæ peſtis, & curatio ſcrophularum.* In quem locum ita Buſeus; *Loquitur de ſtrumis, ab Angliæ & Franciæ regibus iam olim ſanari ſolitis.* Idemque proculdubio ſentiebant illi, qui curationem ſtrumarum ab Eduardo, non eius ſanctitati, ſed eius regali proſapiæ Anglicanæ tribuebant. Brompton col. 950. *Ex Eduardo quaſi iure hæreditario reges Angliæ dicuntur habere vt ipſi genus morbi quam verroem, ſiue modo morbum regium vulgariter dicunt, ſolo eactu curent.* Polidorus, libro octauo *ſolebat Rex Eduardus ſolo tactu ſanare ſtrumoſos: Quod quidem immortale munus iure quaſi hæreditario, ad poſteriores reges manauit: Nam reges Angliæ etiam nunc, tactu ac quibuſdam hymnis, non ſine cæremoniis prius recitatis, ſtrumoſos ſanant.* Alanus Copus Dialogo 3. c. 28. *Polidorum nihil à veritate alienum literis mandaſſe, præter antiqua, multa etiam noſtræ memoriæ, tam recentia, tam manifeſta teſtantur exempla, vt nemo ea infitiari poſſet. Etenim vt reges prætermittam, non modò ſanctiſſimæ memoriæ reginam* (Mariam) *ſed & quæ hodie regni habenas moderatur, ſereniſſimam reginam* (Elizabetham) *multos, qui etiamnum viuunt, hac labe infectos, ſanitati reſtituiſſe, conſtat.* Genebrardus Chron. l. 4. *S. Eduardus Rex Angliæ fuit clarus miraculis, ſolo tactu morbum ſtrumæ, ſiue Schrophulæ ſanabat: quod diuinum munus ad poſteriores aliquot Angliæ reges manauit, ſed prius recitatis quibuſdam hymnis, nec ſine ſacris cæremoniis,* Salmeron, in 1. Corint. 11. Diſput. 20. *Reges Galliæ & Angliæ peculiari chariſmate ad ſanandum morbum, qui collum hominis inuadit, nempe ſtrumas, præditi ſunt: & ex omnibus locis ad eos conuenitur ad huius doni effectum obtinendum.* Bozius, l. 15. de ſignis Eccleſiæ, ſigno 59. c. 3. & l. 21. c. 9. l. 7. c. 1. l. 8. c. 1. *Eandem poteſtatem* (curandi ſtrumas) *tranſmiſit ad ſuos ſucceſſores Angliæ Rex Eduardus, vir ſanctiſſimus, quibus & illud amplius eſt datum, vt annuli quidam certis ritibus conſecrati, mirificè valeant aduerſum morbum Comitialem.* Harpsfeild. ſæc. 11. c. 3. *Quam ſtrumoſos ſanandi admirabilem dotem, in poſteros ſuos Angliæ reges, ad noſtra vſque tempora transfudiſſe & perpetuaſſe* (Eduardus) *meritò creditur. Quin &* [b] *Annulus ille, de quo diximus, magna in Weſtmonaſterienſi Londini Cænobio poſtea reuerentia reſeruatus, aduerſus* [c] *Comitialem morbum multis profuit, indeque etiam ortum, vt ad ſacram Paraſceuen, reges Angliæ certos annulos, ſtatis quibuſdam cæremoniis & precibus conſecrare conſueuerint, aduerſus eundem morbum ſalutares. Quæ conſuetudo, & ad noſtra vſque tempora perducta eſt, multique huiuſmodi annulorum beneficium, noſtra etiam ætate ſenſerunt.* Idemque habet Polidorus; Itemque Copus l. cit. *cuius rei* (inquit) *præter multos, qui hodie viuunt, grauiſſimus teſtis eſt, Stephanus Winton. nuper Epiſcopus.* Atque ego ipſe penes me habeo annulum aureum, à pia regina Maria ſacratum; ac nonnullos Catholicos fide digniſſimos audiui, qui ſanctè aſſerunt, ſe nouiſſe quoſdam à ſtrumis curatos eſſe per reginam Elizabetham: Qua in re, magna Dei bonitas, magna S. Eduardi gratia elucet, quod nec in indigna hærede hæc gratia defecerit: Neque alio nomine hic morbus innoteſcit apud Anglos, quàm *morbi Regii*, nempè quia à rege curatur. Vnde idem Harpsfeild, ſæc. 15. cap. 5. *Antea diximus ſolenne eſſe, & quaſi hæreditarium noſtris regibus, ſuo contactu, regio* (quem vocant) *morbo implicatos liberare.*

3. Atque hoc miraculum, ex [d] Proteſtantibus agnoſcit Stous in Chron. in vita S. Eduardi; & Tokerus, qui de hac re, integrum librum conſcripſit, atque contendit probare, Pſeudo-Eccleſiam Anglicanam, eſſe veram Eccleſiam, quia in ea fit hoc miraculum: Sed fruſtra; Nam, primo (vt ſupra vidimus):

S. Eduardus curat ſtrumas, & Reges Angliæ poſt ipſum.

S. Ealred. in vita S. Eduardi.

Petrus Bleſenſis. Henr. eius ſecundus curabat ſtrumas. Buſeus. V. de Biſſolâ tom. 2. horarum ſubſiſ. l. 4. c. 20. Brompton. Polidorus. Alanus Copus.

Genebrardus. Salmeron. Morton. in Appel. p. 428. Bozius.

Harpsfeldius.

[b] *Holinshed l. 8. c. 7. VVatſon in notis ad Pariſium.*

[c] *Copus dial. 3. c. 28. Bozius l. 8. c. 1. l. 15. c. 3. Mathæus in Theophrastro p. 1714. 1716. Bromton Chron. col. 954. Ealredus in vita Eduardi.*

[d] *VVeuer mon p. 451. Camden in Reſidenc. p. 4. Manſus p. 98. Holinshed. l. 8. c. 7. Spedus l. 8. c. 6. Spelman. in Gloſſario. Gulteria Iſacſon. An. 1056. VVatſon in notis ad Pariſium.*

[e] Proteſtantes

[e] Proteſtantes negant etiam vera miracula eſſe ſufficiens teſtimonium veritatis doctrinæ; & aiunt, hæreticos poſſe vera miracula facere, ad confirmandos ſuos errores. Deinde, licet hæretici non poſſent facere vera miracula, aut ſua virtute, aut ſua interceſſione, aut opere aliquo illis proprio, & peculiari; aut etiam ad conciliandam ſibi exiſtimationem veræ ſanctitatis, aut legitimæ Miſſionis, aut ad confirmandum vllum errorem ſuum, poſſunt tamen facere miracula, aut in nomine Chriſti, quo modo alienus à Chriſto, in nomine eius, eijciebat dæmonia; Marci, 9. aut in virtute ſigni Crucis, quo modo Iulianus, etſi Apoſtata, ſigno crucis fugauit dæmones, [Et [f] Tokerus fatetur, quòd Elizabetha faciebat ſignum crucis ſuper partem morbidam, quam curabat] aut virtute Sacramenti, quod adminiſtrant; quo modo contigit miraculum, dum [g] Nouatianus baptizabat, & ad confirmandum aliquod dogma fidei Chriſti, aut comprobandam pietatem alicuius Sancti: Elizabetha autem ſtrumas curabat non virtute propria, aut ad teſtandam ſuam, aut ſuæ religionis pietatem, ſed virtute ſigni Crucis, & ad teſtandam pietatem S. Eduardi, cui ſuccedebat in Throno Angliæ. Camden. in Reſiduis, p. 367. refert miraculum de Luſcinijs non canentibus in Silua Haueringana, vbi interturbabant preces S. Eduardi, & de [h] annulo dato S. Ioanni Euangeliſtæ, & ad eundem remiſſio, de quo fuſius agitur in vita S. Eduardi apud Surium, tom. primo.

e Whitaker cont. 2. q. 5. c. 1. Lambertus Romae ſect. 13. Montacut. part. poſter. Originum p. 483. Fulcus in Marci. 9. Vide Aug. l. de vnico Bapt. l. 9. l. 1. cont. Donat. c. 14. l. 99. 99. q. 10. Stapleton lib. 9. v. 31. Maldonat. Math. 7. f P. 96. Crucis ſignum qua parte morbus eſt facit 647. VVatſon in notis ad Pariſium

g Socr. Hiſt. l. 7. c. 17. 18. Sozomen. l. 1. 8. c. 14. Sigebert. An. 416. h Camden in Brit. p. 385. 379. VValter in Mon. p. 647. VVatſon in notis ad Pariſium Houeden An. 1066. Maior l. 3. c. 3.

4. Illuſtre etiam miraculum hoc tempore, per interceſſionem S. Swithuni, factum eſt in Emma Regina, matre ipſius S. Eduardi, quod ipſorum Proteſtantium verbis referam. Nam cum ipſa in ſuſpicionem incidiſſet de inceſtu cum Epiſcopo Wintonienſi, adiudicata eſt nouem candentes vomeres nudis pedibus premere. *Nocte præcedente* (inquit Parkerus in vita Roberti Archiepiſcopi, n. 31.) *Regina ad S. Swithuni tumulum vigilans orauit, illum inuocauit, vota ſua ab illo, ſi periculo defungeretur, Redemptionis permulta fecit, tandè poſt multas vigilias, obrepente breui ſomno, vidiſſe in ſomnis dicitur S. Swithunum aſſiſtentem, dicentemque: Conſtans eſto filia; ego ſum Swithunus, quem inuocas; Ego tecum ſum, ne paueas; confundentur, qui te perſequuntur, quia cum tranſieris per ignem, flamma non nocebit tibi; Quod ita poſt accidit* (vt ipſe refert) *cum ſtupore omnium.* Additque ad memoriam facti, ab Epiſcopo & Reginâ, *data nouem maneria Monaſterio Winton. quibus Rex addit alia duo.* Camden. in ſua Britan. p. 176. aliàs, 154. *Cùm Emma Eduardi Regis, & Confeſſoris mater, cuius fama dubia læſa pudicitia cùm Alduino VVinton Præſule, inſimulata, in ſummo VVintoniæ templo nouem ignitos vomeres nudis pedibus illæſa preſſiſſet, ſeque ita expurgaſſet, vt clariorem ad Poſteros tanto [i] miraculo pudicitiam feciſſet, illa in rei memoriam, VVintonienſi Eccleſiæ, nouem prædia, & Eduardus filius hanc inſulam* (Portland) *cum alijs reditibus donauit.* Et in margine citat hiſtoriam Cantuarienſem: Idemque referunt Daniel in Eduardo Confeſſore; item Foxus in Actis, p. 148. nec ei fidem detrahit. Item, Iſacſon, Anno, 1046. & in Epiſcopis Anno, 1045. Holinshed, l. 8. c. 1. Spedus, l. 8. c. 3. & 6. Spelman. in Gloſſario, v. *Iudicium Dei.* Selden in notis ad Edmerum ait eſſe, *notiſſimum*, Magdeburgenſes, Centur. 11. ca. 10. col. 609. 621. Reuſnerus in Genealogijs regum Angliæ, Stous, p. 122. Ex Catholicis, idem refert Polidorus, l. 8. Capgrauius in vita S. Wulſtani, Harpsfeild, ſæc. 11. ca. 4. qui etiam citat Thom. Redburnum, & vetuſtum Chronicon, quod definit ad tempora Stephani Regis. Item, Polichronicon, l. 6. c. 25. & addit, quòd *nouem illi vomeres, in clauſtro VVinton. humo obtecti ſunt.*

Miraculum pro innocentione ſanctorum agnitum à Proteſtantibus.

i Camden agnouit miraculum.

Houſus p. 94. Baker in Eduardo. Bromton Chron col. 942. Knighton l. 1. c. 8.

5. Godwinus etiam, in vita Roberti Archiepiſcopi Anglicè ſcripta, refert hanc hiſtoriam, & vocat liberationem Emmæ; *Miraculoſam*; aitque quod *omnes noſtræ hiſtoriæ eam referunt.* At proficiens in peius, in eiuſdem vita latinè verſâ, vocat eam, *Fabulam Monachalem, ne dicam* (inquit) *anilem, cui fidem conciliauit multitudo tradentium.* Impugnat autem, quia [k] Malmeſbur. Weſtmonaſt. Huntington,

Pluris in hiſtoria quid eſſe ac vnus, quamquid taceant omnium Eliensis Reſponſ. ad Apol. Bellar. c. 6. Maſon de Conſecrat. l. 4. ca. 7.

k Vide 2 Regum p. 10. & Houedin An. 1043. Simeon Dunel. An. 1043. Brompton col. 906. 936. 938.

Houeden, illius non meminerunt, ac ſi nihil verum eſſet. quod ipſi non referunt, aut quod illi id non tetulerint, quia cedebat in dedecus Regis: deinde quia, Ailwinus mortuus eſt, antequam Godwinus exularet, aut profugeret Robertus, & Emma mortua, ante reditum Godwini, aut Roberti exilium. Ac ſi veritas miraculoſæ purgationis Emmæ penderet ab exilio, aut reditu Godwini, ad quam ſufficit, quod Emma, Ailwinus, & Robertus ſimul vixerint, quod certiſſimum eſt, quicquid fuerit de exilio ſeu reditu Godwini; Nam vt conſtat ex [l] Houedeno, & alijs, Ailwinus mortuus eſt Anno, 1047. Emma autem Anno, 1052. & Godwinus Anno, 1053. ac Robertus profugit ex Anglia, Anno, 1052. Bis profugiſſe Robertum ex Anglia, oſtendit Harpsfeild, ſæc. 11. c. 10. Primò, ob calumniam in Emmam, iterum, ob calumniam in [m] Godwinum; nec deinceps redijſſe; atque hanc calumniam in Emmam conflaſſe, cum nondum eſſet reipſa Archiepiſcopus Cantuarienſis; quamuis ab hiſtoricis dictus ſit Archiepiſcopus, quia talis fuit poſtea. Weſtmonaſterienſis, Anno, 1064. ita ſcribit: *Inuenta ſunt oſſa ſanctiſsima regis, & Martyris Oſwy. Corpus ipſius, ad Monaſterium B. Dei Genitricis in oſtio Tini fluminis delatum eſt, vbi propter miraculorum eius frequentiam, per innumera annorum curricula, à populo regionis, locus ſepulturæ illius in tanta reuerentia eſt habitus, vt regem penes eos ſepultum, Dominum & patronum in terris, & defenſorem reputarent in cælis.* Et addit, quod aqua, qua *lotum fuit corpus eius, multis hominibus & beſtijs profuit ad ſalutem.*

l Ingulfus p. 898. Florent An. 1054 De hoc Roberto Vide Malmesbur. l. 1 Pont. p. 204.

m Houeden An. 1052.

S. OSVVII. Miracula.

CAPVT VIGISIMVM.

HAROLDVS SECVNDVS ANGLIÆ REX, Chriſtianus trigeſimus ſecundus.

a Ordericus Vitalis l. 3. Malmesb. l. 2. Reg. c. vlt. Houeden p. 609 Huntington l. 6 Baron. An 1066. Camden. p. 110. Harpesf. ſæc. 11. c. 3.

Laudes Haroldi regis. Boetius l. 12. Scot.

1. MOrtuo S. Eduardo, Diadema Angliæ arripuit Anno, 1066. Haroldus, [a] *nec iure nec natura ſibi debitum* (inquit Ealredus in vita S. Eduardi) cum ſuper eſſet legitimus hæres Edgarus, S. Eduardi pronepos, idque tenuit nouem menſibus. *Erat* (inquit Ordericus Vitalis, Anglus eiuſdem temporis, l. 3.) *magnitudine & elegantia viribuſque corporis, animique audacia, & linguæ facundia, multiſque facetijs & probitatibus admirabilis.* Et Gulielmus Gemeticenſis eiuſdem ætatis Normannus, l. 6. de Ducibus Norman. c. 35. *Multum audax & probus, toto corpore pulcherrimus, eloquentia lepidus, & affabilis omnibus.* Malmesbur. etiam l. 2. Regum ca. vlt. *Vt non celetur veritas, pro perſona quam gerebat, regnum prudentia, & fortitudine gubernaret, ſi legitimè ſuſcepiſſet.* Et l. 3. p. 99. *Fertur vir ille, non paucis virtutibus præditus.* Geruaſius Tilberienſis, in otijs Imperialibus aſſerit; Heraldum fuiſſe, *virtute corporis incomparabilem, moribus ingenuum, militia ſingularem. Cuius tanta erat magnanimitas, quod omnia terrena ſibi ſubijcienda credebat — vt erat audaciſsimus, vix alligatis vulneribus nuper in pugna contractis, occurrit inconſiderate Normannis, exercitu ſuo non expectato.* Camden. in Britan. p. 112. *Benigno alloquio, comitate, liberalitate & militari virtute maximam apud populum iniuit gratiam. Nec enim alter erat in quo plus audaciæ ad pericula compeſcenda, aut plus conſilij inter ipſa pericula. Virtuſque eius & fortuna in VVallico bello quod iam pridem feliciſsimè confecerat, ita emicuit, vt planè omnibus imperatorijs artibus inſtructiſsimus, ad imperium Anglicanum inſtaurandum natus videretur.* Similia habet Spedus in ſua Hiſtoria, l. 8. ca. 7. Pariſius, Anno, 1066. ſcribit, quod *Haroldus extorta fide à Maioribus, ſibi regium Diadema ſine* [b] *Eccleſiaſtica authoritate aſſeruit, vnde Papam & omnes Angliæ Prælatos ſibi creauit inimicos.* Ingulfus tamen, qui tunc vixit, in Hiſtoria Croilandenſi. p. 900. refert. quòd fuit *per Archiepiſcopum Eboracæ,* [c] *Alredum ſolenniter coronatus.* Polidorus l. 8. *Erant in Haroldo, iam indè à pueritia permultæ, tum corporis tum animi dotes, forma per ætatis gra-*

Coperus An 1066.

b Sic Camden p. 112. Selden l. 2. Anal c. 7.

c Ita Floren. An 1066 Houeden. An. 1066. Polidorus l. 8 Spedus l. 8. c. 6. Simeon An. 1066. Stubbeus in Pont. Eborac. Ordericus l. 3. & Pictauienſis, dicunt per Stigandum

dus

dus egregia, & eui non minus dignitatis ineſſet, quàm gratiæ, præcipuum robur, docilitas ad omnes ferè artes, armorum, & equitandi peritia ingens. Huntington, l. 6. ait, quod Haroldus, [d] *genere & viribus fretus Regni Diadema inuaſit*; & quod fuit *bellis acerrimus*. Idque manifeſtum eſt; Nam (vt tradit Malmesbur. l. 2. Regum, ca. vlt.) *Viuente Eduardo, quæcunque contra eum bella incenſa ſunt, virtute ſua compreſſit. Griffinum regem VVallenſium, & prius bello vicit, & poſtmodum multis niſibus reſurgere conantem, capite priuauit.* Et iam Rex ipſe factus, Haroldum Noricorum regem, qui cum [e] 300. nauibus Angliam appulerat, magna hoſtium ſtrage edita, iuſto prælio interfecit: Quod [f] prælium vix nouem diebus ante Gulielmi Normanni aduentum confectum eſt. *Dum autem* (ait Ingulfus, l. cit.) *Haroldus hac victoria contra Noricos gloriaretur, Normannum in Auſtrali parte regni ſolidam terram accepiſſe, indies per nouos nuncios narratur: Rex lætus heſterna victoria, ſibi cum fortuna ſomniat ſuccedere futura prælia: igitur vniuerſos exercet ſtimulos, nec de toto exercitu, præter* [g] *pauciſſimos, eum aliquis comitatur. Perueniens igitur citius Haſtingas collectaque illic popularium aliquali turba, confectaque ex iis acie, adhuc rudi nimis & tenera, exercitum non expectat, ſed fatis vrgentibus, contra Comitem in craſtino dimicat, & fortiſſimè, tota die vſque ad veſperam inuictus perdurans, ac ſæpius, more gregarij militis, manu ad manum congrediens, eum aduerſarijs fortiſſimè digladians, à dextris & à ſiniſtris, corruit tandem in diei crepuſculo eminus ſagittatus.* Hæc Author illius temporis. Malmesbur. l. 2. Regum, c. vlt. *Nullis partibus* [h] *prædæ* (Noricæ) *commilitones dignatus eſt: Quapropter* [i] *multi (quo quiſque poterat) dilapſi, regem ad bellum Haſtingenſe proficiſcentem deſtituere; Nam præter ſtipendiarios & mercenarios milites paucos admodum ex Prouincialibus habuit, vnde cum ſuis quos ductabat, poſt nouem menſes, & aliquot dies accepti regni, aſtutia Gulielmi circumuentus, fuſus eſt; & mihi videntur errare, qui Anglorum numerum accumulant, & fortitudinem extenuant. Imò verò* [k] *pauci, & manu prompriſſimi fuere, qui charitati corporum renunciantes, pro patria animas poſuere.* Et l. 3. p. 100. *Pauciſſimo ſtipatus milite Haſtingas pertendit, præcipitabant eum nimirum fata, vt nec auxilia conuocare vellet, nec ſi vellet, multos parituros inueniret: Ita omnes, illi erant infenſi, quod ſolus manubijs Borealibus incubuerat.* Florentius, Anno, 1066. *Haroldus, licet de tota Anglia* [l] *fortiores quoſque in duobus prælijs benè ſciret iam cecidiſſe, mediamque partem ſui exercitus* [m] *nondum conueniſſe: quam citius tamen potuit, in Southſaxonia ſuis hoſtibus occurrere non formidauit, & priuſquam tertia pars ſui exercitus ordinaretur, cum eis prælium commiſit; ſed quia arcto in loco conſtituti fuerant Angli, de acie ſe multi* [n] *ſubtraxere, & cum eo perpauci conſtantes corde permanſere, ab hora tamen diei tertia vſque noctis crepuſculum ſuis aduerſarijs reſtitere fortiſſimè.* Eadem habet Houeden eodem Anno. Similiter Weſtmonaſterienſis, Anno, 1066. Pariſius eodem Anno, ait, quòd Haroldus, *rariſſimo ſtipatus milite, Haſtingas prætendit. Nam præter ſtipendarios milites, & conductitios ex prouincialibus admodum habebat paucos, vt leui negotio bello poſſent à ſuperuenientibus ſuperari.* Huntington, l. 7. *Haroldus, totam gentem ſuam in vna acie ſtrictiſſimè locauit.* Polidorus, l. 8. *Angli, qui numero pauciores erant, ſeſe aduerſus multitudinem confertim in vnum conſtiparant.* Emilius, l. 3. *Minus pertinaces Angli extitere, neque maximis viribus contenderunt, infenſi regi ſuo Haroldo, quod paucis ante diebus, ſuperiorique de regno bello in hoſtem duxiſſet ſpe iniecta largitionis ingentiumque præmiorum hoſte victo, vix ſolitum æs pependerat, vt facilè appareret, eos non tam dare operam vt vincerent, quam ne vincerentur.*

Econtra verò, Dux Normanniæ habebat, vt teſtatur Gulielmus Gemeticenſis, Author illius temporis, l. 6. c. 34. [o] *tria millia nauium & ingentem exercitum, ex Normannis, Francis, & Britonibus*, vel (vt loquitur Houeden, Anno, 1066.) *innumeram multitudinem de tota Gallia.* Florentius, Anno, 1066. *Innumeram multitudinem equitum, Fundibulariorum, ſagittariorum, peditumque.* Emilius, l. 3. ait, quòd *tranſmiſit in Angliam, cum robore Normannicæ, Franciceæque Nobilitatis.* Et qui minimum numerum referunt, [p] 50. millia fuiſſe aſſerunt, eaque armis optimè inſtructa, quæque aliquot diebus in Anglia requieuerant. Ex quibus conſtat; pri-

[d] Spelman in Concil. p. 637. Weuer. mon. p. 645.
[e] Florent. An 1066 ait 500 Emilius l. 3. Sigebertus. An. 1066. ait 1000 Simeon An. 1066 plus 500
[f] Schafnabur. An 1066 Adā Bremē 109 Sigebertus An. 1066.
[g] Paris in prologo historiæ Huntington l. 7 VVeſtmon. An 1066 Stow An. 1066.
[h] Tantum auri pondus quantum 12. iuuenes ceruicibus ſuis ferre vix poterant. Adam Bremen. apud Camden p 125. 654 176.
[i] VVeſtmon. An 1066
[k] Maior l. 3. c. 6. Houſit p. 99. Knighton. l. 2. c. 1. Ingulfus ſup
[l] Radulfus de Diceto An. 1066 Simeon. An 1066. Gordon. An. 1065 Camden p 111. 125. 176.

Polidorus l. 8. Bromton col. 958. [m] Gernaſius, Exercitu ſuo non expectato [n] Chronicon in tomo 3. Choſnei p. 361.

[o] Stow p. 130. ait 896 ſic Daniel. in Gul. 1. Crantzius in Noruegia l. 5. c. 31
[n] Simeon An. 1066 Radulfus de Diceto An. 1066. Knighton. l. 2. c. 2. [p] Ordericus l. 3. Haroldi temeritas.

mò, inſignem fuiſſe temeritatem Haroldi, qui *paucos, perpaucos, paucisſimos, & varisſimos* Anglos, eoſque etiam longo iam itinere *fatigatos, obijcere voluit, multò pluribus & recentibus Normannis; ſed is (vt ex Annalibus Danorum refert Emilius, l. cit.) *per contemptionem, & quaſi inuictus, temere, cum Normanno congreſſus eſt*. Imò Normannos ita contempſit, vt (quod aſſerit Malmesburienſis, l. 3. Regum, p. 99.) *Profectò niſi Noricorum Regem aduentare didicit, nec militem conuocare, nec aciem dirigere dignatus fuiſſet*. Secundò, conſtat fabuloſum eſſe, quòd quidam referunt de ingenti numero Anglorum, qui hoc in prælio ceciderunt, quem aliqui ad [q] 47. alij ad 60. alij ad [r] 100. ferè millia extendunt. Quo enim modo potuit tunc tantus numerus Anglorum cadere, cum pauci & pauciſſimi fuerint? Propius verò eſt, quod habet Gulielmus Gemeticenſis, l. 6. c. 36. *vt feruntferme* [s] *quindecim millia perierunt*. Vel (vt habet Polidorus, l. 8. & Holinshed. l. 8. c. 11.) *vtrimque ceciderunt, viginti millia*. Omnes conſentiunt ex Normannis cecidiſſe plus minus, [t] ſex millia. Tertiò, conſtat, Auglos illos, fuiſſe fortiſſimos, & (vt loquitur Malmesburienſis) *manu promptisſimos*; qui etſi pauciſſimi, & longo itinere fatigati, tamen tota die, à mane vſque ad veſperam, ita fortiter pugnarunt, vt ſcribant Gulielmus Pictauienſis in vita Gulielmi Ducis, & Ordericus Vitalis, l. 3. *Fortisſimè ſuſtinent, vel propellunt auſos in ſe diſtrictum enſibus impetum facere. Perterriti auertuntur pedites, atque equites Britanni, & quotquot auxiliares erant in ſiniſtro cornu; Cedit ferè cuncta Ducis acies*. Sed quos vera virtute Normanni vincere nequibant, aſtu ſeu ſtratagemate vicerunt. Nam ſimulantes fugam, Anglos ad laxandos ordines pertraxerunt, eoſque ita incompoſitos ſuperarunt. Vnde ita Edmerus, l. 1. hiſtoriæ: & poſt eum Houeden, Anno, 1066. & * alij: *De quo prælio teſtantur adhuc Franci, qui interfuerunt: Quoniam licet varius caſus hinc indè extiterit, tamen tanta ſtrages ac fuga Normannorum fuit, vt victoria, quæ potiti ſunt, verè & abſque dubio ſoli miraculo Dei aſcribenda ſit*. Et Belforeſtus, l. 3. c. 21. *Gulielmus peruenit ad regnum Angliæ, magis permisſione diuina, quam conſilio, aut viribus humanis*. Verum iuxta [u] Vaticinium S. Eduardi Regis, apud Ealredum in eius vita, & alios, Anglorum peccata meruerant, vt exteris ſubderentur. Notat autem Malmesbur. l. 5. in Henrico primo, quod eodem die poſt 40. circiter annos, quo Normanni Angliam appulerant, Angli [x] Normanniam ſubegerint, ſub Henrico primo, *prouido forſan* (inquit ille) *Dei iudicio, vt eo die ſubderetur Angliæ Normannia, quo ad eam ſubiugandam olim venerat Normannorum copia*. Eandemque iterum ſubiugarunt ſub Henrico quinto, Anno, 1418.

Catholica autem Haroldi Religio, manifeſta eſt: Primò, quia [vt retulimus] vnctus eſt in Regem ab Alredo Archiepiſcopo Eboracenſi, qui Pallium acceperat à Nicolao Papa ſecundo, vt refert Florentius, & Houeden, Anno, 1061. Secundò, quia (vt tradit Malmesbur. l. 3. Regum. p. 102. Haroldus apud Waltham, *Eccleſiam ex proprio conſtructam in honore S. Crucis, Canonicis impleuit*. Idemque habet Camden. in ſua Britan. p. 315. aliàs, 384. Qui Canonici, forte erant Regulares: Nam Weuer. in ſuis Monumentis, p. 646. recitat Chartam S. Eduardi, in qua ſtatuit, quod Haroldus, Waltamæ, *caterulam quorundam Fratrum Canonicæ Regulæ ſubiectam conſtituet; plurimaque terra vt donentur in Monaſtery illius vſum, & alimentum ipſius, etiam Haroldi curæ, & fidei commiſi*. Nam *Fratres, Canonicæ regulæ ſubiecti, & in Monaſterio*, non videntur fuiſſe Canonici ſæculares. Tertiò, quia (vt ſcribunt Florentius, Houeden, & Weſtmonaſterienſis, Anno, 1066. *Mox vt regni gubernacula ſuſceperat, leges iniquas deſtruere, æquas cœpit condere, Eccleſiarum ac Monaſteriorum patronus fieri, Epiſcopos, Abbates, Monachos, Clericos colere, ſimul ac venerari*. Quartò, quia (vt refert Ordericus Vitalis, l. 3 hiſtoriæ) *Elfgarus eius frater, Rhemis peregrinus & Monachus venerabiliter obyt*. Et [y] Gunildis eius filia erat ſanctimonialis, vt habetur in vita S. Wulſtani, apud Surium, tom. 1.

Atque ita Catholicam fidem, ac religionem continua ſerie deduximus ab Egberto, primo Angliæ Monarcha, per omnes Angliæ reges vſque ad Haroldum, per annos ducentos ſexaginta: Quoad viros autem ſanctitate (præter ipſum S. Eduardum) & doctrina claros, ijdem ipſi fuerunt qui ſub S. Eduardo floruerunt. Et quanquam non nulli Scriptores multum querantur de defectu pietatis

* Camden in Brit. p. 225.
[q] Annales Norman. apud Emilium l. 3.
[r] Adam Brem. l. 4. c. 14.
[s] Camden. p. 118.
[t] Ordericus l. 3. Ston. An. 1066.
* Baronius An. 1066. Simeon Dunel. An. 1066. Bromton. col. 960.
[u] Malmesb. l. 2. Reg. Westmon. An. 1066.
[x] Houeden An. 1107. Henr. Rex apud Baron. An. 1107. Daniel in Henrico primo.
Haroldus Romano-Catholicus. Stow. An. 1066.
Bromton col. 958.
[y] Sped. l. 8. c. 7.

pietatis Anglorum illius temporis, ob quem cenſent eos Normannis à Deo ſubiectos fuiſſe; tamen non fuiſſe generalem & communem omnibus, conſtat ex ſupra citato teſtimonio Ealredi, grauiſſimi Authoris, & vicini illis temporibus, qui in vita S. Eduardi, ait: *Tunc ſacerdotes ſapientia & ſanctitate fulgebant, Monaſteria omni religione pollebant; Agebat Clerus in officio ſuo, ſtabat populus in gradu ſuo.* Et Malmesbur. l. 3. Regum, p. 102. *Scio Clericos multos tunc temporis ſimplici via ſanctitatis ſemitam triuiſſe; Scio multos laicos omnis generis & conditionis, in hac eadem gente. Neque interim* (inquit Harpsfeildus, ſæc. 11. c. 5.) *dixerim*[a] *Anglis Normannos meliores, imò longè certè deteriores: Nam & Babylonij, Perſæ, Egipty, aliaque Dei in Iudæos caſtigandis flagella, multò tamen illis fuere ſceleratiores. Aucta eſt tamen interim, & valdè amplificata imperij magnitudo, & ſenſim ſuus virtuti, religioni, Eccleſiæque honos; & imperium etiam poſt aliquot annos, veteri & auito Anglorum ſanguini ſimul cum Normannorum coeunti reſtituitur; Efflorueréque deinceps multi excellenti doctrina & pietate homines. Diuinam autem prouidentiam, vt in alijs omnibus, ita & hic admirari, ſuſpicere, & gratis animis amplecti debemus, qui hanc omnem per Normannos Reipublicæ incuſſam tempeſtatem ad ſummam tandem Anglorum gloriam, regnique amplificationem conuertit.* Hæc ille grauiter & verè: ſolummodo non effulſit tanta ſanctitas in Regibus ſequentibus, aut in liberis eorum, quanta emicuit in præcedentibus: vt idem notat ſæc. 11. ca. 3.

[a] Vide Lanfranc. Epist. 22 inter Epiſt S. Anſelmi & VVilelmi ... apud Knighton l. ... c. 6. Vide Epiſt. Alex 2. ad Gulielm. in Ba... An 1068. Vide Ordericum Vitalem l. 4. An. 1070.

Quod ad miracula ſub Haroldo Rege, S. Eduardi corpus ſtatim cæpit clareſcere: Nam (vt refert Ealredus in eius vita) *contractus ad ſepulchrum eius veniens, & orans, curatus eſt; Sex quoque cæci vnum monoculum ſecuti, ad ſepulchrum Regis properantes, Beati meritis & precibus viſum, oculorumque claritatem percipere meruerunt.* Et Harpsfeild, ſæc. 11. c. 3. *Ad ſancti tumulum, tot mox ſanitatum beneficia varijs languentibus, diuerſiſque morborum generibus indulta ſunt, vt ad eorum viſum, auditionemque obſtupeſcerent homines.* Sed illud toti Angliæ ſalutare, quod ita refert idem Ealredus: *Haroldus Rex Noruegiæ, & Toſtius frater Haroldi, cum magna claſſe per Humbriam Eboracum properantes, cum exercitum Northumbrenſium prælio excepiſſent, potiti victoria, magnam de obſtantibus ſtragem dederunt. Apparuit autem tunc S. Eduardus cuidam Alexi, Abbati Rameſiæ, viro religioſo, dicens; vade, & dic Haroldo, vt homines, qui contra ius, & fas, regni huius fines inuadunt, aggrediatur ſecurè: Ego enim ero Dux & Protector exercitus, quoniam iuſtitia gentis huius, deeſſe non poſſum: Rex me enim reportabit vice hac de hoſte triumphum: & ne verbis tuis fidem deroget, ſecretum ei ſui cordis oſtende, vt cum ea, quæ nullo conſcio mente voluebat, edixeris, non hæc tuæ adinuentioni, ſed meæ promiſſioni aſcribat.* — *Quod cum Abbas Haroldo reſeraſſet, ex cœleſti promiſſione factus audacior, in valida manu progrediens apud Stamford-brig occurrit; conſertoque prælio, dux vterque proſternitur; ſcilicet, Rex Noruegiæ, & Frater Haroldi Toſtius, & pene totus eorum exercitus deletus eſt.*

Miracula S. Eduardi.

l. 2. c. 3.

FASCICVLVS FLORVM CONFECTVS ex iјs, qui ab Egberto Monarchâ, ad Haroldi tempus, in Anglia exorti ſunt.

EX Angliæ Regibus his ducentis ſexaginta annis, in Sanctorum Catalogum relati ſunt, S.[a] Eduardus Martyr, & S.[b] Eduardus Confeſſor: Itemque S.[c] Ethelvulfus (vt refert Pariſius) necnon S.[d] Edmundus Eaſt-Anglorum Rex, ac S.[e] Kenelmus Rex Merciorum. Romam peregrinati ſunt quatuor Reges; nempè,[f] Ethelvulfus,[g] Alfredus Magnus,[h] Canutus primus, &[i] Beonredus Rex Merciorum. Idemque vouerat S. Eduardus Confeſſor. Ex Reginis, ſanctitate floruerunt S.[k] Alfgiua vxor Alfredi Magni[l] Elgiua vxor Edmundi Regis;[m] Editha, vxor Othonis Magni Imperatoris;[n] Edgitha vxor Sithrici Regis;[o] Angilperga, Lotharij primi Imperatoris vxor.

Ex Regum filijs, S.[p] Edvoldus, S. Edmundi regis frater, S.[q] Gregorius Eduardi ſenioris regis filius; S.[r] Wiſtanus, duorum regum nepos.

Ex Regum filiabus, S.[ſ] Edburga Eduardi primi Regis filia, S.[t] Editha Edgari Regis filia.

Dedit etiam his ſæculis Anglia, tres inſignes Imperatrices Germaniæ; nempe S.[u] Editham, nuptam Othoni primo:[x] Egilam ſeu Engilpergam vxorem Lotharij primi. Et[y] Gonildam vxorem Henrici ſecundi Imperatoris.

Dedit Galliæ reginam,[a] Edginam vxorem Caroli ſimplicis: prout antea dederat S. Bathildem vxorem Clodouei ſecundi.

Dedit Daniæ inſignem[b] reginam Thiram vxorem Gormonis regis.

Dedit[c] Lumbardiæ, reginam Hermelindam, Miraculis claruerunt S. Edmundus rex, SS. Eduardi reges, S. Dunſtanus, & alij.

Noruegiæ ac Suetiæ Apoſtoli fuerunt[d] Ioannes Epiſcopus, S. Henricus Epiſcopus, Sigfridus Epiſcopus, Bernardus Epiſcopus, S. Henricus Epiſcopus, Wulfredus, S. Eſchilus Epiſcopus.

Alfredus Magnus reſtituit Academiam[e] Oxonienſem. Eiuſque filius Eduardus Senior, Academiam[f] Cantabrigienſem.

a c.13 ſec.2.
b c.19 ſec.2.
c c.2 ſec.2.
d c.4 ſec.2.
e c.1 ſec.2.
f c.2 ſec.7.
g c.6 ſec.1.
h c.16 ſec.1.
i c.2 ſec.2.
k c.6 ſec.2
l c.9 ſec.2.
m c. ſec.2 n c. ſec. o c.1 ſec.
p c.4 ſec.2
q c.9 ſec.2.
r c.1 ſec.2
ſ c.7 ſec.2.
t c.12 ſec.2
u c.9 ſec.2
x c.8 ſec.2
y c.78 ſec.7.
a c.8 ſec.1.
b c ſec.4.
c c.4 ſec.2.
d c.14 ſec.1
e c.6 ſec.3.
f c.7 ſec.3.

LIBER

LIBER QVARTVS
CAPVT PRIMVM.

SECTIO PRIMA.

GVLIELMVS PRIMVS, REX ANGLIÆ
Chriſtianus trigeſimus tertius, ab Anno, 1066. vſque ad Annum. 1087.

1. VICTO, ac in prælio cæſo Haroldo, vſurpatore regni Angliæ ſolium conſcendit Gulielmus 1. Dux Normanniæ, & [a] proxime conſanguineus S. Eduardi regis, partim adoptione ſeu conceſſione S. Eduardi, cuius erat nepos [b] amitinus; partim [c] pactione iurata optimatum Angliæ, partim populi Anglicani approbatione: quibus omnibus acceſſit etiam ſententia [d] Alexandri Papæ 2. qui excommonicabat omnes qui ei reſiſterent; quod eum multum [e] iuuit ad pacandos Anglos, qui (vt ſcribit Weſtmonaſterienſis Anno, 1217.) *ſententiam excommunicationis præ omnibus nationibus formidant.* Quanquam enim ſupereſſet hæres legitimus, nempe Edgarus, ipſius S. Eduardi pronepos, tamen vt ſcribit Ingulphus illius temporis author, in hiſtoria Croilandiæ pag. 899. *Eduardus, cernens Clitonis Eduardi nuper defuncti filium Edgarum, regio ſolio minus idoneum ad cognatum ſuum VVillelmum, Comitem Normanniæ, animum apposuit, & eum ſibi ſuccedere in regno Angliæ, voce ſtabili ſanciuit.* Et Malmesburienſis lib. 2. Regum c. vltimo: *Rex* (Eduardus) *defuncto cognato* (Eduardo exule) *quia ſpes prioris erat ſoluta ſuffragii, Gulielmo Comiti Normanniæ ſucceſſionem Angliæ dedit.* Houeden in Annalibus p 609. aliam addidit cauſam, nempe *Rex Eduardus, vt cognouit nequitiam gentis ſuæ, & præcipue ſuperbiam filiorum Godwini & fratrum ſuorum non poſſe fore ſtabile ratus, quod propoſuerat de Edgaro, adoptauit Gulielmum Ducem Normanniæ.* Potiſſim fortaſſis cauſa erat, quod ex Spiritu Prophetico præuiderat *inſperatum ex Francia aduenturum Angli dominium* vti referunt Ealredus in vita eius, Huntington. l. 6. Malmesb. l. 2. Regum c. vltimo p. 91. & alij.

2. Quamcunque vero ob cauſam S. Eduardus Gulielmo regnum Angliæ donauerit, [g] omnes conſentiunt eum illi donaſſe, atque hunc titulum præcipuè Gulielmo prætendit. Vnde in Charta ſua apud Camdenum in Britan. p. 111. ait ſibi *regnum, Dei prouidentiâ, & beneficio conceſſionis Domini & cognati, glorioſi Regis Eduardi, conceſſum.* Et filius ipſius, ſcilicet Henricus 1. in charta erectionis Abba-

[a] Malmesb. l. 2. Reg. p. 91. [b] Boſſius l. 21. c. 9. Stow An. 1066. [c] Malmesb. l. 3. Reg. p. 103. [d] Ingulfus p. 900. Malmesb in Gulielm 1. Piſtauienſis in Gulielm. Ordericus l. 3. Baronius An. 1066. Parſonus An. 1066. Brompton. col. 958. Selden. l. 2. Anal. c. 7. [e] Camden. in Brit. p. 114. 118. [f] Malmesb. l. 3. Reg. p. 103. *Gulielmus adoptatur à S. Eduardo, & quare.* [g] Gemeticenſis l. 6. c. 31. Piſtauienſis de Gul. Edmerus l. 5. H. [illegible] Ealredus in Geneal. regum Paris An. 1257. Houeden. p. 608. Emilius l. 3. Baronius An. 1066. Camden. in Brit. p. 111. Selden. l. 2. Anal. c. 8.

tiæ Elienſis in Epiſcopatum, in notis Seldeni in Edmerum: *Ego Henricus, Willelmi magni filius, qui Eduardo Regi, hæreditario iure ſucceſſit in regnum,* &c. Malmesburienſis l. 3. Regum, p. 100. *Calumniabatur Gulielmus regnum, eo quòd Rex illi Eduardus concesſerat, conſilio Stigandi Archiepiſcopi, & Godwini, & Siwardi Comitum, eiuſque doni h obſides, filium & nepotem Gadwini, Normanniam miſerat* Ingulfus Hiſtor. Croilandiæ p. 911. *Eduardi, piiſſimi Regis, cognatione & conſanguinitate, inclitus Rex noſter Willelmus, fundat conſcientiam ſuam regnum Angliæ inuadendi.* Spedus in deſcriptione Britanniæ, c. 5. *Gulielmus, regnum Angliæ iure affinitatis, adoptionis, & promiſſi, repetiit.* Et Guitmundus in [i] oratione ad ipſum Gulielmum, aſſerit, quod adeptus ſit regnum, *gratuita largitione omnipotentis Dei, ac amicitia Eduardi, conſanguinei ſui.* Vnde Houeden in Annalibus p. 412. *Normanni, victis, vitam & libertatem, legeſque antiquas, regni iure concesſerunt.* Malmesburienſis. l. 3. Regum p. 102. *Londoniam petit, moxque cum gratulatione, k ciues omnes effuſi, obuiam vadunt prorupit omnibus portis vnda ſalutantium, authoribus magnatibus.* Pariſius Anno 1067. *Londinum adiens in magna exultatione, à clero & populo ſuſceptus ab omnibus Rex acclamatur.* Camden. in Britan. p. 119. aliàs, 100. *Gulielmus Londinum aduolat, magna lætitia & feſtis acclamationibus exceptus, Rex ſalutatur.* Walſingamus in ypodigmate Neuſtriæ p. 416. *ab omnibus, tam Normannorum, quam Anglorum proceribus, electus.*

Optimates Angliæ aſſentiunt. h *Pictauenſis de Geſtis Gul.* Ingulfus l. 15 ... & l. 2 ... *Edmundi* ... *Ordericus* ... *vita. ii. l. 4.*

Populus Angliæ conſentit. k *Camden p. 307. Ingulfus p. 900. Weſtmon. An. 1067.*

3. Ex quibus omnibus patet, iure ſcripſiſſe Danielem in vita Gulielmi primi, eum *nunquam vendicaſſe vllam authoritatem iure belli, ſed vt legitimum principem, ſe ſubmiſiſſe* [l] *legibus regni, licet titulus Conqueſtoris, ex aſſentatione temporis, ei poſtea attributus fuerit.* Baxerus etiam in vita eiuſdem: *Non vſus eſt regno, vt per victoriam adepto; nam neminem ſuis bonis ſpoliauit, niſi qui meriti fuerunt, vt conſtat ex dono facto Warreno Normanno de caſtro Sherburni in Norfolcia. Nam cum Sherburnus certiorem feciſſet regem, quòd caſtrum ſuum erat, quodque nunquam arma tuliſſet contra eum, ſtatim præcepit Warreno tradere illud quiete Sherburno.* Neque peculiare hoc fuit dicto Shirburno, ſed commune omnibus Anglis, qui Gulielmo non fuerant aduerſarii. Nam ita refert eius decretum Spelman. in ſuo Gloſſario Verbo, *Drenches*. p. 227. *Edwinus de Shirburn, & quidam alij, qui eiecti fuerant* (è terris, ſuis) *adierunt ad Conqueſtorem, & dixerunt ei, quod nunquam ante congreſſum, nec in congreſſu ſuo, nec poſt fuerant contra ipſum regem, in conſilio & auxilio, & hoc parati ſunt probare, quo modo ipſe rex vellet ordinare. Per quod idem Rex fecit inquiri per totam Angliam ſi ita fuit; quod quidem probatum fuit. Propter quod, idem rex præcepit, quòd omnes illi qui ſic tenuerunt ſe in pace in forma prædictâ, quòd ipſi rehaberent omnes terras, & dominationes ſuas, adeo integre & in pace, vt vnquam habuerunt vel tenuerunt ante conqueſtum ſuum.* Watſus etiam in notis ad Pariſium, refert hoc reſcriptum Gulielmi. *Volumus, & hoc firmiter præcipimus, & concedimus, vt omnes liberi homines totius Monarchiæ regni noſtri prædicti, habeant & teneant terras ſuas, & poſſeſſiones ſuas, benè & in pace, liberas ab omni exactione iniuſta, & ab omni tallagio, ita quòd nihil ab eis exigatur, vel capiatur, niſi ſeruitium ſuum liberum, quod de iure nobis facere deberent, & facere tenentur, & prout ſtatutum eſt eis, & illis de nobis datum iure hæreditario in perpetuum.* Ac Pictauenſis de geſtis Gulielmi: *Nulli Gallo datum eſt, quod Anglo iniquam fuerit iniuſte ablatum.* Huntington in Prologo lib. 5. ita ſcribit: *Normanni, cito & breuiter ſibi terram ſubdentes, victis, vitam, & libertatem, legeſque antiquas regni iure conceſſerunt.* Idemque habet Houeden pag. 412. qui etiam p. 601. refert leges Gulielmi, in quibus ita loquitur: *Præcipio omnes conſeruare leges Eduardi regis in omnibus rebus, his adiectis, quæ conſtitui ad vtilitatem Anglorum.* Baconus item in vita Henrici ſeptimi ait: *Neque* (Gulielmus) *hoc iure* (victoris) *ſe regnum tenere, vnquam profeſſus eſt.* Weuerus etiam in ſuis monumentis p. 496. inquit. *Hinc apparet error multorum, qui cenſent Gulielmum gladio ſuo deſcidiſſe omnia iura ante ingreſſum ſuum, quandoquidem reuera ne mutauit fundamentales leges aut libertates huius regni, aut cuiuſquam alterius, qui Haraldo non adhæſerat. Etenim verba eius in ſua Magna Charta ſub ſigillo ſuo data in die Coronationis ſuæ, ſunt De-victo rege Haraldo cum ſuis complicibus in ore gladij, in quos* [m] *ſolos victoriam ſuam pronuntiat. Titulus autem eius erat, beneficio conceſſionis beati Regis Eduardi, cognati ſui, atque illud agnoſcit eſſe ius ſuum.* Vide Bromton col. 962. & Camden. p. 245. 350. 393.

Gulielmus non vendicauit coronam Angliæ iure belli. l *Pariſius apud Selden in notis ad Edmerum Florentius An. 1060. T Stubbs in Ald. ed.*

Vide notas Seldeni in Edmerum p. 190.

Selden ſupra Paris in vita Frederici Abbatis.

m *Victo Haraldum, non Angliam La ...re à Cariboltis.*

4. Fuit (ait Polidorus l. 9.) *animi magnitudine & rei militaris ſcientia, præſtans, & fortuna*

& fortuna belli ſecunda fælix, vita continentiſsimus, ac ſine ſuſpicione vllius vitij, ingenio ſagax, & gloria cupidiſsimus, laboris omnis, vigiliarum, frigoris atque æſtus patientiſſimus, ætate præſertim iam decurſa mira in Chriſtianam religionem pietate. Tria condidit cœnobia, vnum ad Bellum, alterum prope Londinum, quod S. Seruatoris nuncupatur, tertium Cadomi. Et de eodem ita Malmesburienſis l. 3. Regum p. 109. *Imprimis Dei famulis humilis, ſubiectis facilis, in rebelles inexorabilis erat: Religionem Chriſtianam quantum ſecularis poterat, ita frequentabat, vt quotidie* [n] *Miſſæ aſsiſteret, veſpertinos & matutinos hymnos audiret.* Et pag. 104. *Inde propoſitum Regis fortaſſe merito excuſabatur, ſi aliquando durior in Anglos fuerit, quod pene nullum eorum fidelem inuenerit: quæ res ita ferocem animum exaſperabat, vt potentiores primùm pecunijs, mox terris, nonnullos etiam vita exueret.* Et in Prologo l. 3. Regum ait. *Cuius cuncta penè, etſi non laudari, excuſari certè poſſunt.* Huntington lib. 6. *Willelmus, omnibus Normanniæ Comitibus fortior fuit, omnibus Anglorum regibus potentior fuit, omnibus prædeceſſoribus laude dignior fuit: Erat ſapiens, ſed aſtutus, locuples, ſed cupidus, glorioſus, ſed famæ deditus: erat humilis Deo ſeruientibus, durus ſibi reſiſtentibus —— Normanniã et hæreditariè peruenerat, Canomaniam armis acquiſierat, Britanniam ſibi acclinem fecerat, ſuper Angliam ſolus totàm regnauerat;* [o] *Scotiam quoque ſibi ſubiugauerat, Walliam reuerendus in ſuam acceperat: pacis autem tantus Author fuit, quod* [p] *puella auro onuſta regnum Angliæ pertranſire poſſet impune.* Geruaſius Tilberienſis in otijs Imperialibus: *Gulielmus, potens bellator, iuſtus princeps, & in omnibus tam modeſtus, quàm ſtrenuus.* Similia de illo ſcribunt hiſtorici noſtri Catholici. Ex exteris, Æmilius in vita Philippi primi vocat eum *inuictiſſimum, Sapientiſsimumque regem.* Belforeſtus l. 3. c. 22. *fortem, audacem, generoſum, iuſtum, & bonum Catholicum* Gregorius 7. l. 7. Epiſtol. 23. vocat eum *Gemmam Principum* l. 9. Epiſt 5. *Cæteris Regibus ſe ſatis probabiliorem, ac magis honorandum oſtendit* Paſchalis 2. in literis apud Edmerum l. 3. p. 75. vocat eum *Egregium.* Ordericus Vitalis l. 4. Anno 1070. *In eligendis Epiſcopis vel Abbatibus, non tam opes ſeu potentiam quàm ſanctitatem & ſcientiam ac ſapientiam perſonarum conſiderabat, probatas virtute perſonas cœnobijs Angliæ præfecit, quorum ſtudio & rigore, Monachatus, qui iam aliquantulum tepuerat, reuixit,* Et lib. 7. *Deum, vt fidelis ſeruus timuerat, ſanctæque Eccleſiæ indefeſſus defenſor extiterat.*

[n] Pariſius & VVeſtmon. An. 1086.

[o] Ingulfus p 908. Brompton. An 10[illegible]. Florentius An. 1072. Stous An. 1072. Seldon. Analect l. 2. c. 〈…〉 Ealred de bello Standa〈…〉 [p] Pariſ. & VVeſtmon. An 1085. Brompton An. 1087 Knighton l. 2. c 3. Baronius. An. 1074.

4. Ex Proteſtantibus, Baleus Cent. 2. c. 56. *Vir, animi magnitudine, ac rei militaris ſcientia, præſtans.* Et c. 52 ait, quòd S. Eduardus, *eius ope adiutus, regnum recuperauit.* Bakerus in vita Gulielmi: *Erat valde deuotus, ac clerum habuit in magna reuerentia* Daniel ibid. *Deuotio & miſericordia eius, ſuper omnes alias virtutes ſuas eminebant* Spedus in Hiſtoria ſua lib. 9. c. 2. *Fuit fortis viribus, ingenio promptus, ſermone diſertus, addictus religioni, Eccleſiam adibat mane ac veſperi.* Similia habet Holinshed in eius vita Anno, 1087. Seldenus l. 2. Analectorum c. 7. fatetur, quòd *Normanni tota nocte* (ante prælium cum Haraldo) *peccatorum confeſſioni vacarunt, communicata ſingulis Euchariſtiâ.* Quod & pietatem & religionem Gulielmi indicat. Reuſnerus in Genealogia *Vir magnus & longè feliciſsimus: Scotorum regem in ſua verba iurare coegit.* Hæc Proteſtantes de Gulielmo primo.

Laudatur à Proteſtantibus.

Pietas militum Gulielmi.

5. Catholica eius religio, manifeſtiſſima eſt, tum ex deuotione eius erga Miſſam, tum ex fundatione Monaſteriorum, tum etiam ex eo quòd duas filias habuerit, quæ factæ ſunt moniales; ſed præcipue ex arcta amicitia, quam habuit cum Romanis, Pontificibus ſui temporis. Nam antequam proficiſceretur in Angliam contra Haroldum, curauit ſententiam ferri pro ſe ab Alexandro ſecundo à quo etiam accepit [q] vexillum in omen victoriæ, eaque parta, miſit ad eum vexillum Haroldi. Gregorius 7. l. 1. Ep. 70. ita ad eum ſcribit. *Abſque dubio credimus te ex corde matri tuæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ adhærere, eamque totis viribus, vt debes, diligere.* Et ipſe, ita reſcribit ad eundem Gregorium. [r] *Orate pro nobis, & pro ſtatu regni noſtri, quia Anteceſſores veſtros dileximus, & vos præ omnibus ſincere diligere & obedientes audire deſideramus.* Gulielmus Archiepiſcopus Senonenſis in Epiſt. ad Alexandrum apud Houeden Anno. 1171. ſcribit, quod *totam terram Anglorum, Romano Pontifici tributariam fecit, nec aliquem in ſua poteſtate aliquid emere, aut vendere permiſit, quem Apoſtolicæ ſedi inobedientem deprehendit.* Ac tandem moriturus, cum *ſumma deuotione oculos ad cælum erexit & ſurſum manibus extenſis dixit,* [s] *Dominæ meæ*

Erat Romano Catholicus

[q] Ingulfus. p 900. Malmesbur l. 1. Reg. Camden. in Brit. p. 214 Seldon. Analect. l. 2. c. 7. [r] Eicardus in Epiſt 85 Anſelmi, Seldon in Notis ad Edmerum

Bertoldus Conſtant. An 1089. [s] Baronius An. 1087. Camden in Brit. Ordericus l. 7. Stous p 174. An 1087. Spedus l 9 c. 2.

Sanctæ Dei Genitrici Mariæ, me commendo, vt ipſa ſuis ſanctis precibus me reconciliet chariſſimo filio ſuo Domino noſtro Ieſu Chriſto. Et his dictis protinus expirauit. Addit Pariſius An. 1087. quod[c] *officio Chriſtiani in confeſſione & Viatico, perfunctus eſt.* Adeoque manifeſte erant Gulielmi tempora, & deinceps, Catholica, vt Foxus in Actis ſuis p. 151. dicat *corruptelam religionis, ante eum, magnam fuiſſe, ſed in ſequentibus temporibus in immenſum excreuiſſe.* Malmesburienſis l. 1. Pontificum. p. 213. inquit *Gulielmus Rex; in omnibus ei (lanfranco) aſſurgebat, adgaudebatque.* Et l. 3. Regum pag. 100. *Eius* (Lanfranci) *Conſilio, Rex pronum ſe fecerat, vt nihil negandum duceret, quod ille faciendum diceret.* Quod vnum Gulielmi religionem manifeſtiſſimam faceret. Otdericus Vitalis lib. 4. *Legatos Pontificis honorabat tanquam Angelos Dei.* Autbor libri de geſtis Epiſcoporum Turonenſium, & Abbatum maioris Monaſterij, ita de eo refert. *Rex Anglorum Gulielmus noſtrum dormitorium inſtituit, prebuit nobis duo meliora candelabra, & calicem aureum 80. vnciarum, & alia multa. Mathildis vxor eiuſdem, fecit noſtrum refectorium, & dedit nobis noſtram Cappam meliorem, & alia plura.* Gulielmus Pictauienſis in vita eius, refert, quòd in die prælij cum Haroldo, *myſterio Miſſæ cum maxima deuotione aſſiſtens, corporis & ſanguinis communione,*[f] *ſuum corpus muniuit, appendit etiam humili collo ſuo reliquias.* Malmesburienſis lib. 3. Regum p. 112. *Eius tempore vltro citroque cænobialis grex excreuit Monaſteria ſurgebant, religione vetera; ædificijs recentia* —— Harpesfeld ſæc. 11. c. 6. *Cum ordinaret ſuprema ſua, ingentem pecuniæ vim Monaſterijs alijſque Eccleſiis egenisque erogandam legauit.*

[c] Malmesb. l. 3. Reg. Florentius An. 1087.

[f] Stow An. 1087.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Gulielmi Regis primi.

S. VVVLSTANVS.

1. Claruit hoc tempore S. Wulſtanus, Epiſcopus ante dictus; de quo ita ſcribit Malmesburienſis, l. 8. Regum p. 110. *Homo, quo nullus vnquam iuſtior, nullus noſtro ſæculo par illi apparuit miraculorum potentia, & Prophetali gratia.* Et de eodem ita Parkerus in vita Lanfranci: *Wulſtanus, vir integerrimus, ne Lanfranco, aut cuiquam pietate ſecundus.* Et Godwinus in eius vita, aſſerit fuiſſe *virum magna animi humilitate, & vitæ morumque ſanctimoniâ præditum.* Claruit etiam tunc S. Oſmundus, poſtea Epiſcopus, *quem* [inquit Camdenus in ſua Britannia p. 184.] *Gulielmus Rex Cancellarium ſuum conſtituit, piam hominis prudentiam, & egregias artes admiratus.* Claruit etiam eodem tempore Liulphus, *Beatiſſimi Cuthberti miniſter, adeo dilectus* (inquit Malmesb. l. 9. Regum p. 110.) *vt ipſe Sanctus coram vigilanti aſſiſtens, placita imperaret.* Claruit etiam tunc [a] filia regis Gulielmi, *Aldefonſo Galliciæ regi* (ait Malmesbur. l. cit. p. 111.) *per nuncios iurata, virgineam mortem impetrauit à Domino, repertus in defunctæ genibus callus, crebrarum eius orationum index fuit.* Eademque habet Baxerus in vita Gulielmi. Hanc aliqui Agatham, alij[b] Eleonoram appellant, Iſacſon, Margaritam, ſic Spedus l. 9. c. 2. Duæ etiam aliæ eius filiæ factæ ſunt Moniales, [a] Cecilia virgo, in Monaſterio Cadomenſi, & Adela. primùm nupta Stephano Bleſenſi Comiti, & poſtea apud Marcemiacum ſanctimonialis. Mathildis regis; vxor (ait Pariſius Anno, 1088.) *Matrona admodum nobilis & religioſa, de cuius largifluâ liberalitate, ſancta lætatur Eccleſia.* Malmesburienſis in Gulielmo 1. aſſerit eam fuiſſe *ſingulare prudentiæ ſpeculum, pudoris culmen.* Claruit etiam tunc S. Margarita, Regina Scotiæ, ſed origine Angla, neptis Edmundi 2. Regis, de qua diecemus in ſequenti rege, itemque ſoror eius[d] Chriſtina, ac mater vtriuſque Agatha, Filia Henrici III. Imperatoris. ambæ ſanctimoniales Rameſiæ. Houeden Annò 1085. *Vir eximiæ probitatis Perſcorentis Abbas, Edmundus, obijt.* Harpesfeild ſæc. 11. c. 24. *Serlo, Monachus, vir ſingulari pietate. Et ibid. Magnæ pietatis ſingularisque in Eccleſiam, pauperes, pupillos, & viduas, propenſionis laude ornatur Comes Agelwinus, qui Pontifice Aldredo Monaſticam poſtea vitã apud Deo orbirſt coluit*

S. OSMVNDVS. Malmesb. l. 2. Pont. S. Antoninus tit. 24. c. 12.

B. LIVLPHVS. Harpesf. ſæc. 11 c. 28. Florent. An. 1102.

a Ordericus l. 5. vocat Agatham. b Stow p. 374. c Malmesb l. 2. Pont. Pariſius An. 1075. Ordericus l. 5. Continuator Gemet. l. 6. Harpesfild. ſæc. 11. c. 6.

S. MARGARITA. d Houeden An. 1086. Ston An. 1186

vbi

vbi & obijt. Refert etiam, quòd *triginta in ſocietatem* * *Alduini Eremitæ, apud Malnerinam ſe contulerunt, auſteram duriſſimamque vitam tranſigentes* Polidorus lib. 9. *Eiſdem temporibus fuerunt viri & ſanctitate & doctrina clari*. Ordericus Vitalis. l. 1. ait de Gulielmo rege, *Sancta Eccleſia eius temporibus creuit, & magnificata eſt, & religioſis viris, bonisque rectoribus educata eſt*. Numeratis autem ſacris ædibus, reperit apud Anglos 45011. Parochialia templa, quod poſt tot & tam diuturna Danorum incendia, pene incredibile videri poſſet, cum modo, dominante hæreſe; non inueniantur tredecim millia. Spelman. in ſuo Gloſſario V. *Feudorum*, refert ex Spotto, quod ſub Gulielmo Normanno, *repertæ fuerint 45011. Eccleſiæ Parochiales, 62480. villatæ, & 60-11. feuda militum, de quibus tenebant religioſi 28115*. Maior l. 3. c. 6. *In Scotorum Annalibus legiſſe me recolo, hunc Gulielmum templa Parochialia in Anglia numeraſſe, & 17. ſupra 45000. inueniſſe*.

* Malmesb. l. 4. Pont. p. 281. Brompton. Col. 953. Anglia olim populoſa. Genebrard. An. 1071. Greg. Toloſan tit. de Repub. c. 2. Magdeburg. Cent. 11. c. 1. Stow An. 1259 Holinshed. in Deſcrip. Angliæ c. 13. Speedus in deſcrip Brit. c. [illegible]

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA tempore Regis Gulielmi primi.

INter doctos huius ſæculi, eminebat Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis, de quo ſatis multa dicemus cum de Archiepiſcopis agemus. S. Oſmundus ſupra dictùs, *multarum* (inquit Baleus.) Cent. 13. c. 14. *Literarum peritus qui bibliothecam nobilem, comparatis in hoc optimis iuxta ac antiquiſſimis illuſtrium Authorum monumentis Sarisberiæ magnis impenſis poſuit*. Addit Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 250. *Clerici vndecunque literis inſignes, non ſolùm libenter retenti* (ab Oſmundo) *ſed & liberaliter coacti vt remanerent. Denique emicabat ibi magis quam alias Canonicorum claritas, cantibus & literatura iuxta nobilium*. Eadem habet Godwinus in eius vita n. 2. Harpesfeildus ſæc. 11. c. 19. *Inter alia à ſe conſcripta opuſcula, fuit primus Author Ordinalis ſecundum vſum ſarum, quo tota pene Anglia poſtea vſa eſt*. Remigius etiam Epiſcopus Lincolnienſis (ait Malmesb. libr. 4. Pontif. pag. 290.) *In honorem Dominæ Matris* (Lincolniæ) *fundatam Eccleſiam Canonicis multis impleuit, & ipſis literarum ſcientia, & diuitiarum affluentia, quas ex ſuo coemerat, eminentibus*. Idem habet Huntington l. 6. Harpesfeld. ſæc 11. c. 22. Godwin. in vita Remigij. Claruit etiam tunc Robertus Herefordienſis Epiſcopus *omnium* [inquit Malmesbur. l. 4. Pontif. pa. 286.] *liberalium artium peritiſſimus. Hic magnam & diffuſiſſimam Mariani Chronicon in arctum contrahens, deflorauit adeo ſplendide, vt magis valere videatur defloratio, quàm illius ingentis voluminis diffuſio*. Similia habet Godwin. in eius vita, & Baleus Centur. 13. c. 13. Item *Godefridus Prior* (inquit Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 246.) *religione & literatura inſignis. Serlo* (ait Baleus Cent. 13. c. 13.) *magni nominis magiſter, quod ſtudioſiſſime ſemper ab ipſa ſua iuuentute, doctas coluiſſet artes*. Bakerus in Gulielmo primo. *Rex fauit viris doctis, & duxit ex Italia Lanfrancum, Anſelmum, Ducanum, Trakernum, & plures alios, celebres eo tempore, ob eruditionem ac pietatem*. Harpesfeild. ſæc. 11. c. 16. *Inter Monachos Weſtmonaſterienſes reperio Sulchardum quendam, eruditione, & hiſtoriis ſcribendis vtcunque clarum, ſed magis tamen celebrem Gilbertum*. Claruit tunc Ingulfus *Hiſtoricus* (inquit Twin l. 1. Antiquit. Oxoniens: ſec 118.) *probatiſſimus*. Et ſect 197. *Vir pius, & doctus*. Et vt ſcribit Seldenus in notis ad Edmerum: *hac in re teſtium non tam facile princeps, dicendus quam ſolus forſan, cui par ſit vt credamus*. Ex quo nos multa deſumpſimus Thomas ſenior Archiep. Eboracenſis: *erat* (inquit Stowus An. 1081.) *vir inſignis prudentia, doctrina, & virtute, ideoque ab omnibus dilectus*. Harpesfeldus de eodem ſæc. 11. c. 27. *Fuit non ſolùm corporis gratia, & venuſtate, ſed & multis animi dotibus, liberalitate, ſingulari doctrina, magnaque pietate nobilitatus*. Et Godwinus in Archiep. Eboracenſibus n. 25. ex Malmesburienſi l. 3 Pont. *Philoſophus, antiquis ſcientia comparandus*. Et addit ipſe, *Eccleſiam à ſe conſtructam libris & Eccleſiaſticis ornamentis abunde inſtruxit, &*

LANFRANCVS. S. OSMVNDVS. CANONICI SARISBERIÆ. Knighton col. 2351. CANONICI LINCOLNIENSES. Paris An. 1085 Stow. An. 1086. ROBERTVS HEREFORD. Chronicon Mariani. GODEFRIDVS. Baleus Cent 2. c. 59. Piſeus n. 175. SERLO. SVLCHARDVS Bale Cent. 2. c. 55 Piſeus n 167. INGVLFVS. Piſeus n. 176. THOMAS ARCHIEP. T Stubbes in eius vita.

magna ſollicitudine doctiſsimos viros vndique conquiſitos in ea collocauit, cum quibus crebros ſermones de rebus literarijs conſerere ſolebat. Oſbernus Cantuarienſis [inquit Baleus Cent. 2. c. 54.] *Teſtimonio Malmesburienſis, Dunſtani vitam Rom. eloquentia compoſuit, nulli noſtro tempore ſermone ſecundus.*

OSBERNVS. Bal ſeus.n. 169.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA ſub Gulielmo primo,

Baronius in Martyrol. 8.Decembris

Feſtum conceptionis primum celebratum in Anglia. Harpsfeld. ſæc. 1. c. 9.

a Ealredus in vita S. Eduardi. Paris An. 1096. Bromton An. 1096 Knighton l. 2. c. 6 Polidorus l. 9. Baronius An 1072. Magdebur. Cent. 11 c. 10 Bakerus in Gul. 1. Hollinshed. in Gul. 1.

SVb gulielmo primo, circa Annum Domini 1070. contigit iſtud miraculum.
Eſlino Abbati nauiganti in Daniam, & tempeſtate periclitanti viſum appa-
ruit, quo admonitus eſt, vt curaret celebrari Conceptionem B. Virginis, quod
cum eſſet pollicitus, tempeſtas ſedata eſt: quod feſtum poſtea S. Anſelmus Can-
tuatienſis primus celebrauit, & celebtandum in ſua Eccleſia conſtituit, vt refert
Vincentius Barralis in Chronologio ſanctorum Lirmenſium, ex antiquis mem-
branis Monaſterij S. Pontij Nicienſis. Edidit hoc tempore S. Wulſtanus illuſtre
miraculum, cum iniuſte eſſet ſpoliandus honore Epiſcopali, quod verbis Mag-
deburgenſium Cent. 11. c. 10. referam. [a] *Wulſtanus ſe inſignia Epiſcopatus, ei cuius*
beneficio accepiſſet, redditurum reſpondens, profectus eſt ad ſepulchrum Eduardi, & exuto
inſigni veſtitu, baculum paſtoralem tam alte monumento lapideo infixit, vt nulla vi inde
extrahi poſſet. Quo miraculo. Rex Gulielmus, & Lanfrancus territi, vt ſuo libere deinceps
fungeretur honore, enixe rogarunt Parkerus in vita Lanfranci vocat hoc *diuulgatum*
miraculum. Godwinus in Epiſcopis Wigornienſibus n. 24. ita ſcribit *Miracula ab eo*
patrata quam plurima apud Florentium Wigornienſem, & Gulielmum Malmesburienſem,
illi fas erit legere, cui talia cordi extiterint. Faſſus miracula ſibi cordi non eſſe, nec
tamen auſus ea negare ob authoritatem teſtium Sed meminiſſe debuit, quòd
ipſemet ſcripſit in Epiſcopis Sariſburienſibus num. 4. *Fidenter aſſerentibus aquum*
eſt aſſentiar, niſi certi aliquid poſſem afferre. Afferat ergo aliquid certi contra hoc
miraculum, aut credat fidenter illud aſſerentibus. Houeden, Anno, 1083 p.
459. refert literas publicas Thomæ Archiepiſcopi Eboracenſis, in quibus pro-
fitetur ſe à febre, quæ eum biennio detinuerat, & cum medici ſpem omnem
ſalutis abiecerant, pernoctantem ad tumbam S. Cuthberti, ab eo per viſum
ſubito curatum. De miraculis factis ad corpus waldeofi Comitis Angli, à culi-
elmo Rege occiſi, legi poteſt Ingulfus in hiſtoria Croilandiæ p. 903. Mal-
mesbut. l. 3. Reg. p. 104. l. 4. Pontif. p. 298. Ordericus Vitales l. 4. An. 1073,
& Walſſingamus in Ypodigmate Neuſtriæ Anno, 1074. Polidorus l. 9. ait S. [b] *Oſ-*
mundi corpus, etiam nunc bene multis claret miraculis Harpesfeld. ſæc. 7. c. 13. *Regnante*
Gulielmo primo, ferale incendium noctu exortum, vrbem Londinum ab occidente ad Orien-
tem, ipſamque Paulinam Eccleſiam miſero ſpectaculo abſumpſit: in quo illud ſtupendum ac
mirum accidit, vt ſepulchrum tantummodo B. Epiſcopi [c] (Erconualdi) *illæſum eſſet, cæteris*
omnibus vndique per flammas abſumptis. Quid, quod pallium ſepulchro inectum, à flammis
vndique incumbentibus, & ſine bacchantibus, nihil detrimenti ſenſerit. Idem ſæc. 9. ca. 7.
A quo tempore B. Martyris (Edmundi) *miracula magis & magis inclaruerunt, idque potiſ-*
ſimum Eduardi Regis & Confeſſoris, & Gulielmi primi temporibus. Quæ res Gulielmum
commouit vt magnificentiorem multo martiry Eccleſiam conſtrueret.

b S. Antonin tit. 24 c. 12 Harpesfeld ſæc. 11. c. 19.

c Capgrauius in eius vita.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

GVLIELMVS SECVNDVS, COGNOMENTO RVFVS, Rex Chriſtianus Angliæ trigeſimus quartus, ab Anno 1087. ad Annum 1100.

SECTIO PRIMA.

1. SVcceſſit Gulielmo primo, Gulielmus ſecundus, eius filius, cognomento Rufus; & regnauit Annis 13. ab Anno 1087. ad Anuum 1100. *incomparabilis* (inquit Malmesburienſis l. 4. Reg. p. 119.) *noſtro tempore Princeps, ſi non eum magnitudo Patris obrueret, nec eius iuuentutem fata præcipitaſſent, ne per ætatem maturiorem aboleret errores, licentia poteſtatis & impetu iuuenili contractos* p. 121. ait quòd *non fuit degener à gloria Magni Alexandri*. Et p. 124. *Profectò, ſi Chriſtianitas noſtra pateretur, ſicut olim anima Euphorbij tranſiſſe dicta eſt in Pythagorem, ita poſſet dici, quod anima* [a] *Iulij Cæſaris tranſierit in Regem Gulielmum*. Et p. 122. *Inter initia* [b], *viuente Lanfranco Archiepiſcopo, ab omni crimine abhorrebat, vt vnicum fore regum ſpeculum ſperaretur; quo defuncto, aliquando ſe varium præſtitit, æquali lance vitiorum atque virtutum; iam verò poſtremis annis bonorum gelante ſtudio, incommodorum ſeges ſuccreſcens incaluit, & erat ita liberalis, quòd prodigus, ita magnanimus quòd ſuperbus, ita ſeuerus, quod ſæuus; parum Deum reuerebatur*, nihil homines ſimilia de eo ſcribunt Huntington l. 7. Edmerus l. 2. Florentius & Houeden in Chron. Polidorus l. 10. Harpesfeld ſec. 11. c. 7. & alij. Poſſeuinus l. 1. Bibliothecæ ſelectæ c. 23 numerat eum inter Reges, *qui à præceptoribus in ſeipſis ſemina conceperunt, vnde ad Chriſtianam rempublicam maturuere fructus pretioſiſſimi*. Sugerius in vita Ludouici Groſſi. *Magnanimus Rex, magnanimioris Gulielmi regis filius, vſui militiæ aptus, laudis auidus, famæque petitor.* Huntington l. 6. p. 371. ſcribit, quòd *mortuo Patre, dedit quibuſdam Eccleſiis decem marcas auri, quibuſdam ſex, & vnicuique Eccleſiæ villæ quinque ſolidos, & miſit in vnumquemque comitatum centum libras, diuiſum pauperibus*. Ex Proteſtantibus Stous in Chron. An. 1089. ait, quòd *quamdiu Lanfrancus vixit, videbatur vitium fugere, & ſpeculum principum eſſe.* Coperus Anno 1088. eum laudat à *militari ſcientia, à labore & fide in promiſſis; ſed tandem* (inquit) *vitia virtutes eius obruerunt*. Sic etiam Holinshed. in eius vita.

2. Religio eius (quam tamen male coluit aliquando) Catholica fuit; primo quia, (vt refert Malmesbur. l. 4. Regum p. 120.) *Lanfrancus eum nutrierat, & militem fecerat, quo* [c] *authore & annuente coronatus fuit.* Secundo quia *pridiè quam excederat è vita, prodigioſo ſomno territus, inclamauit S.* [d] *Mariam* (vt tradit idem Malmesbur. ibid. p. 126.) Tertiò, quia cùm ſemel grauiter ægrotaret, [e] confeſſionem fecit ſancto Anſelmo, eumque nominauit ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem, vtque eum induceret ad ſedem illam acceptandam *vrbem* [f] *Cantuariæ quam Archiepiſcopus Lanfrancus habuerat ex beneficio, illi conceſſit ex ſolido;* vti teſtatur idem Malmesbur l. 1. Pontif. p. 217. 218 Quartò, quia cum eſſet tunc temporis ſchiſma inter Vrbanum ſecundum, & Clementem Pſeudo-Papam, à Rege *promulgatur edictum,* [g] *Vrbanum Apoſtolicum debere dici, & credi* (inquit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 220.) & ab eodem pallium pro Anſelmo impetrauit. Demum, quia confirmauit prædia & immunitates Monaſterij Battellenſis *pro anima* (ex autegrapho loquor) *Patris ſui, & Matris Mathildis piæ memoriæ, pro anima glorioſiſſimi Prædeceſſoris ſui Regis Eduardi, & pro ſua & ſucceſſorum ſuorum ſalute & pro quiete illorum qui illic cæſi fuerunt.* Præterea, extruxit Monaſterium pro monachis Charitatis, vt habet Stous in Chronico Anno 1100. & (vt ſcribit Bakerus in eius vita) *dedit monachis in* [h] *Southwark, Eccleſiam S. Seruatoris in Bermonſea, imo ipſam Bermonſeam: extruxit etiam Eboraci hoſpitale S. Leonardi:* Et (vt addit Cambden. in Britan. p. 589. al. 650.) *Northallertono, Eccleſiæ Dunelmenſi, cum agro adiacente dona-*

Laudatur à Catholicis.

[a] Knighton l. 2 c. 7
[b] Edmerus l. 1. hiſtoria.
Ordericus l. 10. Spedus l. 9. c. 1.
Malmesbur. l. 4. reg. Polidor. l. 10. Gulielmus 2. Roman. Catholicus.
[c] Pariſius An. 1087. Polidor. 10.
[d] Pariſius An. 1100. Weſtmon. An. 1100. Knighton l. 2 c. 7.
[e] Malmesbur l. 1. Pontif. p. 217.
[f] Edmerus l. 1. Radulf. de Dice to An. 1093. Geruaſius in pont. Cant. Camden in Brit. p. 194. 214. Seldenus in notis ad Edmerū. Foxus p. 168.
[g] Edmerus l. 2. hiſtor.
[h] Spedus l. 9. c. 5. Holinshed in Rufo. Howſus p. 134

Simeon Dun. An 1087. Houeden p. 461. Radulf. de Diceto An. 1088. Bromton An. 1088. Stow An 1087. Manifeſtantia Gulielmi ſecundi.

ur. Quibus omnibus Cheſneus in vita Henrici 2. addit, *quòd fundauit monaſterium Moutburgenſe in Normania.* Florentius Anno 1087. refert quod *cruces, altaria, ſcrinia, textos, candelabra, ſitulas, fiſtulas, ac ornamenta varia, gemmis, auro, argento lapidibuſque pretioſis redimita per Eccleſias digniores ac monaſteria iuſſit diuidi.* Præterea (vt refert Harpesfeld ſæc. 11. c. 20. ex ipſo eius diplomate) *pro anima ſua ſalute, & pro ſalute animarum parentum ipſius, & ſucceſſorum ſuorum,* ciuitatem Bathoniam Deo, & B. Petro Apoſtolorum principi, & Ioanni Epiſcopo dedit, cum poteſtate pecuniam cudendi cum redditibus, & penſionibus, quæ regi pendi ſolebant, cumque antiquis omnibus conſuetudinibus, tam denique libere ac fructuoſe, atque vel ipſe, vel Pater eius eam poſſederant, in eleemoſinam atque Epiſcopatus amplificationem. Quæ omnia oſtendunt eum non fuiſſe penitus expertem pietatis, etiamſi (dictis præſertim) nonnunquam contra pietatem peccauerit. Foxus in actis, ait, quod *vita eius eiuſmodi erat, vt vix dici poſſet, vtrum magis laudandus, an vituperandus fuerit.*

Robertus, Dux Normanniæ electus in Hieruſalem.

Huntington l. 7. Houeden An 1095. Florent. An. 1096 Simeon Dun An 1096 Edmer l. 2 hiſtor. Stow An. 1096.

3. Huius Regis tempore facta eſt illa celeberrima expeditio Chriſtianorum in terram ſanctam, pro recuperatione Hieroſolimæ, in qua Robertus frater Regis Gulielmi, & dux Normanniæ, ita præclare egit, vt (quod ſcribit Malmesbur. l. 4. Regum p. 153. *omnium conſenſu, regnum Hieroſolymitanum illi delatum fuerit.* Idemque habet Huntington l. 7. p. 377. 379. Ipſe Henricus primus Rex, apud Pariſium Anno 1005. Pariſius Annis 1099. 1057. 1134. Weſtmonaſterienſis Anno 1099. Polidorus l. 11. Harpesfeld. ſæculo 12. c. 9. Foxus in actis p. 173. Spedus l. 9. c. 4. & ex externis, Æmilius l. 4. Argentreus hiſtor. Britan. l. 4. c. 44. Magdeburgenſes Cent. 11. c. 16. colum. 762. Cheſneus in vita Gulielmi Ruſi, Reuſnerus in Genealogijs principum. Boëthius l. 12. hiſtoriæ Scoticæ; Moreus in Commentario in Scholam Salerni, refert, quòd Chronicon Normanniæ teſtatur regnum Hieroſolymitanum fuiſſe oblatum Duci Roberto, & demum, Geruaſius Tilberienſis in otijs Imperialibus in tomo 3. Cheſnei p 371. Æmilius l. 4. addit, quòd *Robertus Conſtantienſium primum comitatum, ſexcentis pondo argenti addixit, deinde reliquam Normanniam tribus millibus ſexcentis item argenti pondo, alteri fratri Gulielmo, Regi Anglorum oppignorauit.*

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTI IN ANGLIA, TEMPORE Gulielmi Regis ſecundi.

S. VVVLSTANVS. Houeden & Parif. An. 1095.

1. HVius Regis tempore, nempe Anno 1095. ad ſuperos abijt ſæpe dictus S. Wulſtanus. In ſanctitate (inquit Malmesburienſis l. 4. Pontif. p. 279.) *noſtro ſæculo nominatiſſimus,* & dicit eum fuiſſe *ſanctitate, virginitate, prophetia, & miraculis illuſtrem.* Edmerus l. 1. hiſtor. vocat eum *beatæ memoriæ Epiſcopum, & virum in omni religione conſpicuum.* De eodem agunt Marianus, Florentius in Chronicis Anno 1095. & Author vitæ eius apud Surium Tom. 1. Camden. in ſua Britan p. 434. ſcribit, quod fuerit *tam ſimplici, ſine fuco, ſinceritate, & tam ſeuera vitæ auſteritate, vt prauis terrori, boniſque amori fuerit, & poſt mortem in ſanctorum numerum Eccleſia eum retulerit.* Similia de eo ſcribunt Parkerus, & Godwinus, vt ſupra retulimus. Obijt etiam tunc prædictus S. Oſmundus Epiſcopus Sarisberienſis Anno 1099. *Vir* (inquit Malmesburienſis l. 2 Pontif. p. 250.) *Probatiſſimus, caſtitate præeminens, de cuius virtute mentiri erubeſceret famæ volubilitas, ambitionis immunis.* S. Antoninus 3. part. tit. 22. c. 12. *Ne promiſcuis actibus rerum turbarentur officia, ac in diuinis aliqua poſſet vt antea ſuboriri confuſio, librum quendam vtilem ac proficuum, ordinalem, aliàs conſuetudinalem, appellatum, quo ferme vniuerſæ vtuntur Eccleſiæ, nec non ſanctorum vitas pro eorum gloria, & cleri inſtructione compoſuit.* Polidorus l. 9. *Oſmundus, vir ſanctiſſimus, cui nihil antiquius fuit, quàm ſummæ probitatis exempla paſſim edere, quippe qui ſpretis omnibus voluptatibus, ita vixit, vt vſque ad tempora noſtra non facilè*

S. OSMVNDVS. Martyrologium Rom 4. Dec Harpsfeld ſæc. 11. c 19.

facile parem habuerit, ne dum ſuperiorem, vel ſanctitate vitæ, vel diligentia in rebus agendis, vel doctrina ac ſcriptis. Godwinus in eius vita recitat prædicta verba Malmeſburienſ. de ipſo, quibus addit, quòd *ob ſummam prudentiam aſcitus eſt in numerum eorum, qui Gulielmo primo ab arcanis & intimis eſſent conſilijs, & quòd fuit primus Author ordinalis ſecundùm vſum Sarum, & poſt mortem Sanctorum Catalogo aſcriptus.* Martinus in vita Gulielmi primi, *Oſmundus, vir valde pius ac religioſus.* Sub eodem Rege, nempe Anno 1093. ex humanis exceſſit S. Margarita Angla Regina Scotiæ, poſtquam confeſſa, ſacro oleo vncta & diuino viatico munita eſſet, de qua ita Martyrologium Romanum 10. Iunij: *In Scotia S. Margaritæ Reginæ, amore in pauperes, & voluntaria paupertate, celebris.* De eadem agunt Huntington l. 7. Florentius, Houeden anno 1093. Malmesb l. 4. Regum, Ordericus Vitalis l. 8. Polidorus l. 10. *Mulier ſanctiſſima, quam ferunt ob ſanctitatem vitæ, in Sanctorum numerum relatam.* Scripſit eius vitam Turgottus Dunelmenſis, *oculatiſſimus* (ait Baleus Cent. 2. c. 60.) *teſtis virtutum eius*, & (vt ait Twin. l. 2. Antiquit. Oxonienſ. ſect. 158.) *Author ſummæ fide.* Eam habet Surius tom. 2. Vnde eius Catholica fides, & inſignis pietas clariſſimè elucent. *Hæc* (inquit Baronius An. 1047.[a] *Collapſam in Scotia infeliciter Eccleſiaſticam diſciplinam, reſtituendam curauit, adeo vt Scotorum Eccleſiam iam ſilicescentem, defectu culturæ, reddiderit ſpecioſam.* Boethius lib. 12. hiſtoriæ Scotiæ, Vocat eam *ſanctiſſimam mulierem, nullis vnquam præconijs ſatis laudatam:* & addit, quòd *curauit abrogari peſſimam* [b] *conſuetudinem, vt domini præfecturæ in ſuo territorio ſponſarum omnium virginitatem prælibarent, dimidiata argenti marca à præfectorum vxoribus redimente ſponsâ, quod etiamnum pendere coguntur: quodque ab Vrbano Pontifice impetrabat, vt exinde Reges Scotiæ innngerentur.* His addit Maior l. 1. hiſtor. Scot. c. 7. *Nunquam præſtantiores reges, quàm ex Anglicis mulieribus, Scoti habuerunt.* Foxus ipſe in actis p. 168. vocat eam *piam ac deuotam fœminam.* Daniel in Henrico primo, *imbutam omnibus beatis virtutibus mulierem.* Bakerus in Ruſo, *Mulierem tota vita plenam virtutibus* Spedus etiam l. 9. c. 4. vocat eam *ſanctam.* Buchananus l. 7. *ſingulari pietate fœminam.* Per idem tempus claruit etiam in Anglia, Chriſtina, eiuſdem S. Margaritæ ſoror, ac proneptis Edmundi ſecundi regis, *quæ connubij abhorrens, Monacha facta eſt*, Polidorus l. 9. Ferrarius Decemb. 5. Malmesburiênſis l. 2. Regum ait, quòd *Sanctimoniali habitu, apud Rameſiam conſenuit* Buchananus l. 7. ait *Nec Mater* (S. Margarita) *Agatha, & ſoror Christina, in vllo pietatis officio, Reginæ cedebant, nam quoniam tunc Monachatus inter præcipua pietatis habebatur, vtraque relictis humanarum rerum moleſtijs, in virginum Monaſteria ſeſe incluſerunt.* Fabritius l. 1. Originum Saxonicarum refert, quod *Reuſwiges, altera S. Margaritæ ſoror, cum aliquot puellis nobilibus in Turingiam venit, & vt Annales produnt Iſenecenſes, cœnobium Selteleſtadienſe extra muros condidit.*

S. MARGARITA. Marianus An. 1093. Simeon Dunel. An. 1093. Brompton col 990. Maior l. 3. c 8.

a Houeden An. 1070.

b Leſleus l. 2. Gordon An. 1078. Buchanan. l. 7. Polidor. l. 10 Spedus in deſcrip. Scotiæ.

2. Claruit etiam hoc tempore S. Stephanus, Anglus, cognomento Hardingus, *Author* (inquit Malmesburienſis illi æqualis 4. Regum p. 127. *& mediator Ciſtercienſis religionis, Dux facti totius, ſpeciale & inſigne noſtrorum dierum decus.* Henriquez in Monologio Ciſtercienſi Aprilis 17. reprehendit Malmesburienſem, quòd dicat S. Stephanum fuiſſe *Authorem Ciſtercienſium*, & ait quòd S. Robertus Moliſmenſis fuerit *Ciſtercienſis familiæ fundator*, & quod *fuit primus, & vt Dux, Pater, Præſul, cæteros anteibat* Cæterum ni fallor, laborat in æquiuoco, nam ſi per *Ciſtercienſem familiam*, intelligat ipſum [c] *Monaſterium Ciſtercienſe*, dici poteſt S. Robertus illius fundator; tum quia fuit primus Abbas illius Monaſterij; tum etiam quia fundum illius obtinuit ab Odone Duce Burgundiæ; per S. Stephanum tamen, vt liquet ex ipſis literis Ducis. Deinde, quia S. Robertus fuit primus, ſeu præcipuus dignitate, nam Abbas erat, cum cæteri eſſent ſimplices Monachi; quod forte illi volunt, qui dicunt S. Robertum fundatorem fuiſſe Ordinis Ciſtercienſis. Atqui, is nec primus reformationem Ciſtercienſem incepit, nec primus Ciſtertium incoluit, nec ibidem [d] perſeuerauit, nec demum regulas ſeu conſtitutiones Ciſtercienſes condidit: ſed *reformationis* (quæ à loco, vbi primum inclaruit, Ciſtercienſis dicta eſt) *inceptor primus*, fuit Stephanus prędictus, vt narrat Malmesburienſis loco citato, his verbis: *Cum alia et proponerentur obſeruanda, quæ nec in regula legerat, nec vſquam viderat, rationem eorum efflagitans,*

S. STEPHANUS HARDINGUS. Martyrolog. Rom 17. April. Author Ciſtercienſis religionis.

c Baronius An. 1098 Martyrol. Rom. 29 Aprilis Molanus 29 Aprilis

d Malmesb. ſup. a. Beluacenſis. l 25 c 94. Inceptor Reformationis.

gitare cæpit, modeſte ſane & vt Monachum decet — Huiuſmodi ſententia ab vno (vt fit) ſerpens in alios, meritò mouit corda Deum timentium, ne forte in vanum currerent, aut cucurriſſent. Et Gononus de vitis Patrum Occidentis: Cum ei quædam proponerentur obſeruanda, quæ non erant de regula, cæpit rationem eorum inquirere, & tandem de ſuperfluis cum vno & alio diſputauit, vt Abbatem Robertum, & alios 17. in ſententiam ſuam induceret. En, vt Stephanus, & alios, & ipſum etiam S. Robertum, traxerit in ſuam ſententiam de reformatione facienda. Et Author vitæ S. Roberti, apud Surium tom. 2. Audiens B. Robertus ſanctam illorum (S. Stephani & ſociorum) conuerſationem, aſſumptis ſecum viginti, & duobus fratribus, perrexit ad eos, vt ſancti eorum propoſiti eſſet particeps & adiutor. En iterum S. Robertum, non Authorem, ſed participem & adiutorem propoſiti S. Stephani & ſociorum. Ciaconus in vita Vrbani 2. Sexta Monachorũ S. Benedicti congregatio, Ciſterſienſis dicta, Anno 1098. ſub Vrbano 2. originem habuit. Ardingus quidam Anglus Monachus nobiliſsimi Cænobij Moliſmenſis, in diæceſi Lingonenſi vir ſanctiſsimus, cum animaduerteret in eo minime Monaſticam ſuſtentionem ſeruari, Robertum Abbatem ſuum impulit, vt Ciſtertium locum ſuum in Burgundiæ diſtrictu, Cabilonenſis agri, commigraret. Qui aſſumptis ſecum vno & viginti Monachis, eiuſdem propoſiti, communi conſilio, Ciſtercium in vaſta eremo ſitum, profecti ſunt. En vt Hardingus impulerit S. Robertum vt Ciſtercium migraret. Marquez in Introductione ad Annales Ciſtercienſes c. 2. n. 3. Solus Stephanus, Ciſtertium propagauit. Et c. 3 n. 3. hæc refert ex Exordio magno l. 1. c. 10. Cum verbum innouandæ religionis, in eadem domo (Moliſmo) motum fuiſſet, ipſe Stephanus, primus inter primos, feruentiſsimo ſtudio laborauit, ac modis omnibus inſtitit, vt locus & Ordo Ciſtercienſis inſtitueretur. Vnde addit ibid Hinc factum eſt, vt Stephanus à multis viris doctis, Ordinis Ciſtercienſis Author prædicetur, quia nimirum inter primos fuit, qui ad Sanctum opus, motus ipſe à Deo, cæteros mouit. Et An. 1134. c. 5. n 5. Ciſtercienſis inſtituti parentem, multi acclamant, & ſi res perpendatur, non immerito; ordinem condidit. Et ibid. vocat ipſum, ac S. Norbertum, duos inſignes fundatores, duorum Ordinum. Et in ſerie Abbatum Ciſtercienſium p. 471. inquit, S. Stephanus Anglicus, totius Ciſtercienſis reformationis Anthor, promotorque. Ita celebris Annaliſta eiuſdem ordinis. Maiheus in indice Trophearij p. 34. S. Stephanus, congregationis Ciſtercienſis Author. Secundo Quia S. Stephanus prouidit ſcriptum (vt loquitur Sigebertus Anno 1107.) quod appellarunt Chartam Charitatis. Vnde Clemens Papa 4. in bulla apud Henriquez p 75. ait, primi ipſius ordinis architecti, prima quaſi eiuſdem ordinis fundamenta, in Charitate ieceruut — Quibus Charitatis Charta nomen (nec immerito) imponentes &c. En Authorem Chartæ Charitatis, architectum ordinis, Author autem illius Chartæ, erat S Stephanus, Vel vt habet Suarez tomo 4. de Religione l. 2. c. 3. Stephanus conſtitutiones illius Ordinis in formam redegit, & conſummauit, ideoque fundator illius ordinis appellari etiam ſolet. Et Gordon An. 1107. Sigebertus prolixe narrat, egregio de Charitate decreto edito munitam nunc Ciſtercienſem regulam à Stephano Abbate Anglo, approbatam ab Vrbano 2. Vide Sigebertum An. 1107. Tertio, quia regulam ſeu ordinem Ciſtercienſem, primus confirmandam procurauit à ſede Apoſtolica, Genebrardus l. 4. Chron. Ordinem Ciſtercienſem Anno 1098. excitatum in Burgundia ab Ardingo Anglo, vel (vt alij volunt) à Roberto Moliſmenſi, primus confirmauit [c] Vrbanus 2. Alij hoc aiunt factum à Calixto 2.

S. Stephanus impulit Robertū † Situm.

Primus inter primos.

Author ordinis Ciſter.

Parens ordinis Condidit ordinem Fundator. Author.

Primus ordinis Architectus

Fundator ordinis.

c Baronius An 1098.

Harpesfeild ſæc.11 c.19.

3. At, qui fuit Inceptor Reformationis Ciſtercienſis, qui regulam ipſius ſcripſit, aut ſaltem conſtitutiones in formam redegit, & conſummauit, ac procurauit eam à ſede Apoſtolica confirmari, iure optimo dicendus eſt Author illius ordinis. Et quidem ita dicitur S. Stephanus non ſolùm ab Anglis, vt Malmesburienſe loco citato, Ranulfo Higden, Harpesfeild ſæc.11 c.27. Pitſeo Ætate 12. cap. 190. Baleo Cent. 2. c. 62. Holinshed in Gulielmo 2. Foxo in Actis p. 167. Bakero in Henrico 1. ſed etiam ab Italis, Hiſpanis, Gallis, Belgis. Nam ita Caſſaneus in 4. parte Catalogi gloriæ mundi p. 196. Dicit Antoninus, allegans Vincentium in ſpeculo hiſtorico, quòd tempore Gulielmi 2. Regis Angliæ, cæpit religio Ciſtercienſis: Et (vt dicit) pertinet ad gloriam Anglorum quod talem virum Anglia genuit, qui huius religionis Author fuit, & inſtitutor: is autem fuit Ardingus nomine, aliàs Stephanus Suarez ſupra, teſtatur quod S. Stephanus fundator Ordinis Ciſtercienſis appellari ſolet Confectius in ſummario

Bromton. col. 994

Knighton. l 2 c. 7.

priuilegiorum

priuilegiorum ordinum Regularium c. 17. *Ciſtercienſis congregatio ſiue religio ſub D. Benedicti regula, Anno Dom.* 1098. *ſub Vrbano Papa* 2. *in Sancto Christi feruore cæpit. Huius autem ſancti propoſiti primus inſtitutor fuit Ardingus, vir ab ipſa iuuentute diuinis, & humanis literis admodum erudiens, natione Anglicus, qui alio nomine Stephanus appellatus eſt.* Azorius l. 12. Inſtitut. c. 21. *Stephanus, fuit illius ſeceſsionis Author.* Platus de bono Religionis l. 2. c. 22. *Roberti loco, Ciſtertij ſuffectus eſt Stephanus, vir feruens, eiuſque [vt fertur] ſeceſsionis Author.* Idemque ait Myreus l. 2. de Origine Ordin. Monaſt. c. 7. Griſius de Monachorum Ordinibus ſec. 14. n. 34. Gregorius Toloſanus l. 1. de Reſcriptis c. 6. *Ardingus Anglus, & Robertus Moliſmenſis, Ciſtercienſes Monachos excogitarunt.* Vide Beluacenſ. l. 25. c. 94. & S. Antoninum tit. 15. c. 18. Qui diſerte dicunt quòd Stephanus fuit *Anthor Ciſtercienſis ordinis.* Atque huic ſententiæ plurimùm fauet Eccleſia, quæ in Martyrologio Romano 17. Aprilis ait, quòd *Stephanus, primus, eremum Ciſtercienſem incoluit, & S. Bernardum cum ſocijs ad ſe venientem, lætus excepit.* Quæ verba coegerunt Henriquez fateri, quod Stephanus fuit *quaſi primarius Inſtitutor*: at Eccleſia non dicit, quòd *quaſi primus Ciſtertium incoluit,* ſed ſimpliciter, quòd *primus incoluit.* Non igitur ſentit, quòd fuit *quaſi primarius Inſtitutor* ſed *primus inſtitutor.* Fauet etiam Gualterus ſæc. 12. vbi vocat S Stephanum, *primum Ciſtercienſem Abbatem,* quod non aliter verum eſt, quàm quod fuerit primus author illius Ordinis. Certiſſimum enim eſt quod S. Robertus fuerit primus Abbas Ciſtercienſis. Claruit etiam tunc S. Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis, itemque Thomas Archiepiſcopus Eboracenſis, de *S. ANSELMVS.* quorum ſanctitate dicemus, cum de ſequente Rege, ſub quo obierunt. Harpesfeld ſæc. 11. c. 24. *Perſcorenſis cænobij Præſul Edmundus, vir ſingularis pietatis, obijt ad Annum* 1087. Et c. 28. *Vixit Dunelmi ad hæc tempora pius quidam Presbyter, Elfredus, hancque Eccleſiam ſua pietate valdè ornauit.* Cuius plures pietatis actus recenſet. Et ibid. c. 21. *Lanzo, Monachus Cluniacenſis, vir ſingularis pietatis quo præſide inſignibus* *LANZO.* *Monachis cænobium illud Luiſenſe efflorait, quibus ille in omni virtutum genere & Monaſtica diſciplina præluxit.* Et Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 258. *Lanzo, in ſupremo religionis locauit cacumine, adeo vt veraciter aſſeratur, nullum omnino Monaſterium poſſe illud vincere religione ad Monachos, affabilitate ad hoſpites, charitate ad omnes: meritum Lanzonis omne tranſcendit eloquium.* Florentius Anno 1095. *Vir magnæ religionis Herefordienſis Epiſcopus Robertus, ſexto Calendas Iulij feria quarta obijt.* *B. ROBERTVS HEREFORDVS.* *Fuerunt hi Patres (S. VVulſtanus, & Robertus) nimia charitate in Dei dilectione, & ad ſe inuicem coniuncti.* S. Antoninus tit. 17. c. 9. §. 26. ſcribit, quod circa Annum Domini 1099. *Simeon Dunel An 1091.* *Quidam Willelmus, ſacerdos Anglicus, vir charitatiuus, ſanctitate vitæ pollens, ac moribus & officij ſui proſecutor vigilantiſsimus, migrauit ad dominum in proceſsione Rogationum: ad cuius ſepulchrum, tempore mortis eius, multa miracula facta ſunt, cæci illuminati, infirmi ſanati: vnde ex fama mirabilium à plurimis cæpit viſitari corpus eius.* *S. GVILIELMVS SACERDOS.* Et Polidorus lib. 10. *Fuit ea tempeſtate Remigius, Lincolnienſis Epiſcopus ſanctitate & doctrina clarus.* *Ferrarius 10. Maij* *B. REMIGIVS.*

Pariſijs An 1254. *VVeſtmon. An* 1253.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, ſub Gulielmo ſecundo.

S. ANSELMVS. CLaruit doctrina ſub hoc Rege, imprimis S. Anſelmus Cantuarienſis, *qui* (inquit Bellarminus in ſcriptoribus) *fuit ingenio acerrimo, & ſanctitate admiranda, cum maxima prudentia & humilitate coniuncta.* Poſſeuinus in Apparatu V. Anſelmus. *Ingentibus Dei donis, doctrinaque, ac ſanctitate ornatus*: quem Vrbanus 2. (vt tradit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 287.) vocauit *totius Latinitatis Magiſtrum.* Polidorus l. 11. *Paſchalis Papa imprimis ſummum habuit honorem Anſelmo, quippe cuius grauitatem, probitatem, modeſtiam, iampridem nouerat.* HEREBERTVS Pi zeus n. 181. Vixit tunc Herebertus Epiſcopus *diſertitudine & literarum copia* (ait Malmesbur. l. 4. Regum p. 129.) *nec minus ſecularium rerum peritia, Romanæ quoque celſitudini ſuſpiciendus.* Harpesfeld ſæc. 11. c. 17. de eodem, *Nec eloquentia, nec doctrina, nec vlla rerum gerendarum peritia, & prudentia homini defuit.* Eadem repetit Godwin. in vita eiuſdem Anglice. De eodem ita Baleus Centur. 2. c. 62. (*Vir fuit (vt eius habet legenda) omnium literarum tum diuinarum, quum ſecularium ſcientijs imbutus, facundia incomparabilis.* Claruit etiam GOZELINVS. Gozelinus, *inſignis* (ait Malmesbur. l. 4 Regum c. 1.) *literarum & cantuum peritia. Is multo. Epiſcopatus & Abbatias perluſtrans tempore, præclara ſcientiæ multis locis monumenta dedit, in laudibus ſanctorum Angliæ, poſt Bedam ſecundus.* Baleus Cent. 13. c. 17. *Gozelinus in Angliam vocatus ab Anſelmo & alijs, multis non moriturum nomen docendo, & ſcribendo obtinuit.* Harpesfeld ſæc. 12. c. 29. *Turgottus vir magna doctrina & pietate.* Et c. 16. *VVarnerius egregius, & efficax Concionator.* Et c. 28. *Gulielmus Epiſcopus Dunelmenſis, literis tam humanis quam diuinis, eleganter excultus fuit, magna ingenij acrimonia, & ſingulari facundia, memoria ad omnium admirationem tenaciſſima.*

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA ſub Gulielmo ſecundo.

VVeſtmonaſterienſis An. 1095. ita ſcribit; *Obijt vir vitæ venerabilis VVlſtanus Wigornienſ. Epiſcopus ita miraculorum ſignis coruſcauit, vt videretur tempora Apoſtolorum renouari.* Harpesfeild ſæc. 11. c. 24. ſcribit quòd *corpus eius circiter centum annos ab eius obitu, cum ijſdem veſtibus quibus humatum eſt, integrum, & incorruptum prorſus repertum eſt.* Ealredus in vita S. Eduardi, ait, quòd Anno 30. poſt S. Eduardi obitum, (quod accidit ſub Gulielmo 2.) cum corpus eius de terra eleuaretur, integrum, incorruptũ, & flexibile cum veſtibus recentibus repertum eſt. Malmesb. l. 4. Pontif. p. 282. poſtquã retuliſſet ſanctiſſimã S. Wulſtani vitam, ac nonnulla eius miracula ſubdit. *Quis illa quotidiana enumeret, quæ in domeſticis neceſſitatibus homines ſentiunt, dum nullus cum fide affuſus ad tumulum exors redeat votorum: ſuperant illa cuiuſcunque facundiſſimi facultatem eloquij, quæ nec colligi numero, nec queunt ſcripto excipi.* Author vitæ eius apud Surium tom. 1. refert, quod inter multa miracula, mulierem incuruatam erexit, linguam pueri abſciſſam reparauit, cæcos quinque illuminauit, dæmoniacos quinque ſanauit, mutis quatuor loquelam reddidit, mortuos tres reſuſcitauit, leproſos duos ſanauit; infra triduum vice quadam, triginta quinque, varijs morbis oppreſſos, ſanauit, & oculos cuidam effoſſos reſtituit: Sed illud Angliæ ſalutare, quod refert Huntington l. 7. Nam cum quidam rebelles Regi, Prouinciam Wigornienſem vaſtarent, templum & caſtrum inuaderent: *Epiſcopus*

ſanctus

ſanctus Deum compellauit, cuius ope coram altari iacens in oratione paucis militibus emiſsis, quinque millia hoſtium vel occidit vel cepit, cæteros vero mirabiliter fugauit [a] Idem habet Malmesbur l. 4. Pontif. p. 281. Florentius Anno, 1111. al 1088. Polidorus l. 10. walſingamus in Ypodigmate Anno 1088. Et ex Proteſtantibus, Foxus in Actis p. 107. Et Godwin in Epiſcopis Wigornienſibus n. 24. Qui etiam iſta addit: *Quo modo Eccleſiâ VVigornienſe incendio deflagrante, ſepulchrum eius à furore flammæ immune repertum, & diſceſſus eius tempus, Herefordenſi Epiſcopo Roberto intima familiaritate ipſi coniunctiſsimo, per ſomnium fuerit nuntiatum, nec non miracula ab eo viuente patrata quàm plurima, apud Florentium VVigornienſem, & Gulielmum Malmesburienſ. illi fas erit legere, cui talia cordi ſunt.* Edmerus in vita S. Anſelmi, refert, quòd ſub hoc Rege, Anſelmus aqua, qua inter celebrandum miſſam, manus lauerat, leproſum curauit, alium, ægrum aqua benedicta ſanitati reſtituit, ſigno crucis ingens incendium reſtinxit, in altiſſima rupe precibus fontem eduxit, cuius aqua multi diuerſis morbis laborantes curati ſunt, miſſam faciens, ægrotum ſanauit, ſigno crucis amentem mentis compotem reddidit. Malmesb. l. 1. Pontif. p. [b] 216. ait. *Nec interea tacita in eius pectore ſine miraculis viuebat religio, ſed non paucis ſignis Deus viri gloriam exhibebat*: ibique recenſet nonnulla ab ipſo edita, antequam eſſet Archiepiſcopus Cantuarienſis, quæ apud ipſum videri poſſunt. Idem Malmesbur. li. 2. Regum p. 89. & l. 4. Pontif. p. 287. ſcribit, quòd cum his diebus aperta fuiſſet fouea Mauſolei S. Milburgæ, propalam corpus virginis fecit: *Tunc Balſamitici odoris aura per Eccleſiam ſpirante, altius elatum tot miracula præbuit, vt cateruatim eò populorum vndæ confluerent — Nec caſſum euentum res habuit, vt nullus exinde, niſi extincta, vel mitigata valetudine, diſcederet, nonnullos etiam regius morbus, medicis ſane incurabilis, per merita Virginis relinqueret.* De miraculis factis per reliquias S. Edmundi, agit Harpesfeldus ſæc. 11. c. 19. Edmerus l. 2. historiæ refert ſub hoc rege 50. Anglos, falsò accuſatos, ac damnatos ad examen ferri candentis, illud abſque aduſtione manuum contrectaſſe.

a Simeon Dunel Radulf de diceto Brompton.

b Item p. 229.

Miracula S. Milburgæ.

Harpesfeld. ſæc. 11 c. 7.

CAPVT TERTIVM.

HENRICVS PRIMVS, REX CHRISTIANVS *Angliæ trigeſimus quintus, ab Anno 1100. ad Annum 1135.*

SECTIO PRIMA.

1. MOrtuo Gulielmo 2. cognomento Rufo, Regni ſolium conſcendit frater eius Henricus primus, Anno 1100. idque tenuit vſque ad Annum 1135. De quo ita ſcribit Ordericus Vitalis l. 1. *Henricus, pacis & iuſtitia ſtrenuus amator, & fidelis Dei cultor inermis populi protector, Eccleſiaque ſancta feruidus defenſor.* Malmesb. l. 4. *Excellentis ingenij vir.* Et l. 5 p. 155. *Tirocinium rudimentorum in Scholis egit liberalibus, & literarum mella adeo auidus medullis indidit, vt nihil poſtea bellorum tumultus, nulli curarum motus, eas excutere illuſtri animo poſſent.* Et p. 162. *Sapientia nulli vnquam modernorum regum ſecundus, & pene dicam omnium Antecesſorum in Anglia, facile primus, pietatis in Deum profundæ.* Huntington. l. 7. p. 379. *Dedit ei* [a] *tria Dominus munera, ſapientiam, victoriam, diuitias, quibus ad omnia proſperans, omnes ſuos Anteceſſores præceſsit.* Idem ait Houeden Anno 1135. Weſtmonaſterienſis Anno 1100. Polidorus l. 11. Pariſius Anno 1107. S. [b] Hildebertus Epiſcopus Cenomanenſis Epiſt. 56. eum laudat à fortitudine animi, à iuſtitia & ſapientia: Continuator Gemeticenſis l. 7. c. 1. *Non ſolùm honeſtate animi verum etiam corporis probitate, plurimum emicuit — omnibus ſui temporis principibus nobilior habebatur.* Et c. 10. *Henricus, vir pluribus virtutibus præditus, iuſtitiæ ac pacis ſectator, religionis amator, iniquorum & furum ferventiſsimus punitor, inimicorum ſuorum feliciſsimus triumphator.* Sugerius in vita Ludouici Groſſi: *Henricus Rex Anglorum, vir fortiſsimus, pace & bello clarus,*

Laudatur à Catholicis.

Ricardus Hagulſtad. de bello ſtandardi.

a Brompton An. 1100. 1135 Spedus

b Brompton l. 9 c. 4. tol. 998.

cuius admirabilis, & pene per vniuerſum orbem declarata excellentia. Neubrigenſis l. 1. c. 3. *Multis, quæ decerent principem, bonis ornatus.* Chronicon Maurigniacenſe. *Fuit Henricus, & regiminis ſapientia, omnibus pene ſui temporis principibus incomparabilis* Ordericus l. 10. *Inter proſpera & aduerſa regnum ſibi diuinitus commiſſum prudenter & commode moderatus eſt, ac inter præcipuos totius Christianitatis principes, obtentu pacis, & iuſtitiæ fulgens inſignis habitus eſt.* Henricus Epiſc. Wintonien. & legatus Apoſtolicus apud Malmesb. l. 2. Nouellæ p. 189. vocat eum *bonum & incomparabilem regem.* Edmerus l. 4. Hiſtor. *eximium principem.* Paſchalis 2. P. in notis Seldeni p. 211. *Chriſtianiſſimum regem.* Poſſeuinus in Apparatu V. *Henricus: Pius & eruditus.* Ex Proteſtantibus, Parkerus in Archiepiſcopis n. 35. *Henricus Rex, vrbanitate, comitate, affabilitate, lenitate, iuſtitia, & fortitudine, omnes ſui temporis principes anteire putabatur.* Baleus Cent. 10. c. 47. *Henricus Bello clericus, ab ipſis teneris annis, eloquentiæ. & bonis artibus operam dedit.* Similia ſcribunt Coperus, Anno. 1101. Holinshed 1135. Reuſnerus, Martinus in eius vita; Stous An. 1100. Foxus in Actis p. 173. ſic etiam Spedus l. 9. c. 4. & alij.

Laudatur à Proteſtantibus.

2. Catholica eius religio manifeſta eſt, primo, quia ſub initio regni ſui, S.[c] Anſelmum ab exilio reuocauit, ac Vadem dedit promiſſorum, quæ tunc populo fecit, eumque humillime rogauit, vt Deum pro ipſo deprecetur: [d] *Pater venerande* (ait Rex) *Supplex & deuotus genibus tuæ ſanctitatis aduolutus te deprecor* &c. Secundo, quia cum eſſet tunc temporis Shiſma inter Innocentium 2. & Anacletum, Henricus apud Carnotum recepit Innocentium, qui [e] *eius auxilio receptus eſt per totas Gallias.* Tertio quia (vt ſcribit Ordericus Vitalis l. 12. *Calixtus Papa in Neaſtriam venit, magnificus Rex illum honorificè excepit, & eius ad pedes pronus acceſſit, eum reuerenter honorauit, quem vniuerſalis Eccleſia paſtorem agnouit.* Et vt habet Florentius An. 1116. [f] *Anſelmus Roma reuerſus venit Normanniam ad Regem Henricum, literas Apoſtolici deferens, quæ illi vices Apoſtolicas in Anglia adminiſtrare concedebant.* In literis ad Paſchalem Papam apud Foxum in Actis p. 174. vocat eum *ſummum Pontificem &* [g] *vniuerſalem Papam.* Atque adeo ſibi deuinxerat Paſchalem 2. vt is in literis ad Henricum, apud Malmesbur. l. 5. Reg. 163. ita ſcribat. *Cur tibi quicquam negaremus, quod vnquam eſſet mortalium concedendum, cum de te beneficia ampliora ſumpſerimus.* Et addit. [h] *Filium tuum tanta tecum immunentia confouebimus, vt qui te vel illum læſerit Romanam Eccleſiam videatur læſiſſe.* Quarto, ædificauit [i] quatuor Monaſteria vt Redingenſe, & Circeſtrenſe in Angliâ, & *de Prato, & Mortuo mari, in Normannia:* idque vt habet Florentius Anno 1135. *pro remedio animæ ſuæ* aut (vt loquitur Continuator Gerneticenſis. l. 7. c. 32.) *pro redemptione animæ ſuæ.* Denique (vt refert Hugo Archiepiſcopus Rothomagenſis in [k] literis ad Innocentium Papam) Hic fuit pius & Catholicus exitus eius è vita. *Ore proprio ſua fatebatur peccata, emendationem vitæ ſuæ obſeruaturum ſeſe promittebat ſub iſta promiſſione, tertiò eum abſoluimus: Crucem domini adorauit, corpus & ſanguinem Domini deuotus ſuſcepit: & ipſius pia petitione, oleo ſancto eum inunximus: ſic in pace quieuit.* Eademque habet Ordericus Vitalis l. 13. Spedus l. 9. c. 4. ſcribit, quòd ſuo tempore *per ſeipſum, Reginam ſuam, & alias, viginti quatuor, ſi non plures, domus religioſæ erectæ ſunt.* In diplomate ſuo apud Rainerium in Appendice Apoſtolatus ſui p. 206. concedit Monachis de Tyron, terras *pro remiſſione animæ ſuæ, & prædeceſſorum ſuorum.* Et in alio apud Somnerum in deſcriptione Cantuariæ p. 383. inquit, *ſciatis me dediſſe, & conceſſiſſe pro Dei amore, & anima patris & matris meæ Mathildis, & in redemptionem peccatorum meorum.* &c.

Henricus 1. Romano-Catholicus.
c Edmer l. 3. & 4.
d Malmesb. l. 1 Pont p. 224. 225. 227.
e Hunting. ton l. 7. Malmesb l. 1 Nouella Houeden. An. 1132. Pariſius An 1130. Harpsfild. ſæc. 12 c 8. Holinshed An 1132.
g Bernardus Epiſt. 1 8
f Simeon Dun An. 1116. Hoveden An 1116
g Brompton An 1103.
h Edmerus l. 4.
i Camden in Brit p 206. Walſing in ypodigmate Pariſius An 1115. Stous An. 1115
k Malmesb. Nouella p. 178 Baronius An. 1135.

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA ſub Henrico primo.

1. SVb Hoc Rege in cælum aſſumptus eſt, ſæpe dictus S. Anſelmus Anno 1109. Qui (inquit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 229.) *Omnes quos viderimus, ſapientia & religione præſtaret.* Cuius ſanctiſſima vita, ſcripta ab Edmero eius indiuiduo comite, extat apud Surium tom. 2. Obijt etiam Thomas iunior, Archiepiſcopus Eboracenſis *expers* (inquit idem Malmesbur. l. 3. Pontif. p. 274.) *vt credebatur ab Adoleſcentia, fœminarum & obſcænitatum omnium.* Addit Houeden Anno 1114. *Quo ægrotare incipiente, dixerunt* [a] *Medici, quod non conualeſceret, niſi percoitum: quibus ille reſpondit. Væ ægritudini, cui competit medicina luxuriæ, & ſic Virgo electus à Domino vitam finiuit temporalem.* Idem habet Godwinus in vita eius Anglice ſcripta vbi ob id vocat eum *Martyrem*, quamuis in vita S. Oſualdi Eboracenſis, vocauerat interdictum nuptiarum Clericis, doctrinam dæmoniorum. In vita autem eius Anglice edita ait *Prudentia verè ſenili præditus, vt virtutum fama clarus maluit caſtus interire: quàm dignitatis Pontificalis macula tam pudenda, vitam redimere.* Florentius An. 1100. ita de alio Thoma ſcribit. *Venerandæ memoriæ & eximiæ religionis, vir affabilis omnibuſque amabilis, Eboracenſis Archiepiſcopus Thomas* (ſenior) *ex hac vita deceſſit.* Claruit eodem tempore Radulfus Epiſcopus Ciceſtrenſis, de quo multa * egregia refert Malmesbur. l. 2. Pontif. ac demum addit: *Obijt Chriſtianiſſime, omnibus ſuis in vſum pauperum diſtractis, quin & paruulos ſuos vſque ad ſtramen moriens ante ſe iuſſit erogari. Vir æternam Boni memoriam merito adeptus.* Eadem refert Godwin in Epiſcopis Ciceſtrenſibus n. 3. Obijt etiam tunc S. Ailricus eremita, qui S. Godricum ad ſe venientem, proprio nomine ſalutauit, ac viciſſim ab ipſo proprio nomine re ſalutatus eſt, licet nunquam ſe antea vidiſſent, cuiuſque animam ad cælos aſcendentem S. Godricus conſpexit. Capgrauius in vita S. Godrici, Pariſius. Anno 1107. & 1170. Hunc Harpesfeil ſæc. 12. c. 45. videtur vocare Godwinum. Vixit etiam tunc Gulielmus, primus Abbas Rieuallenſis, diſcipulus Sancti Bernardi qui ſcripſit Epiſtolam eius in pluuia ſine pluuia, de cuius doctrina, & ſanctitate, multa habet Gilbertus ſer. 41. in Cantica, eumque non multò poſt inſecutus eſt idem Gilbertus, de quo ita Sixtus ſenenſis in ſua bibliotheca. *Gilbertus pie doctus, eloquio dulcis, ſtilo & ſpiritu vſque adeo Bernardo ſimilis vt eodem viſus ſit ore & lingua eloqui.* Illuſtris etiam ſanctitate fuit Mathildis regina, vxor Henrici Regis S. Margaritæ filia, & S. Eduardi neptis, *Hæc* (vt teſtatur author vitæ S. Margaritæ) [b] *matris veſtigijs puro corde inſiſtebat, &* [c] *leproſorum pedes lauare, lotos extergere, & exterſos vtriſque manibus conſtringere, & deuotiſſime oſculari ſolebat.* Et Malmesb. l. 5. Reg. 164. *Sanctitudinis egregiæ, maternæ pietatis æmula, nihil ſiniſtrum quantum ad ſe moribus admittens cilicio ſub regio cultu conuoluta,* [d] *nudipes diebus quadrageſimæ terebat Eccleſiarum limina, nec horrebat pedes lauare morbidorum, vlcera ſaniem diſtillantia contrectare, oſcula protelare, menſam apponere: erat ei in audiendo ſeruitio Dei voluptas vnica.* Et diſertè vocat eam *Sanctam*, ac innuit eam miraculis poſt mortem illuſtratam, nam addit *Spiritus ſe cælum incolere, non friuolis ſignis oſtendit.* Quod diſerte aſſerit Pariſius An. 1118. inquiens, *Obijt Mathildis Regina, & anima eius ſe cælum poſsidere euidentibus ſignis, & miraculis crebris oſtendit.* Harpesfeld. ſæc 12. c. 3. *Non alio fere illis temporibus quàm optimæ Mathildis nomine appellabatur. & in pietatis teſtificationem ſignis & miraculis poſt mortem enituit.* Polidorus l. 11. *Caſtiſſimis moribus, & vitæ ſanctitate illuſtris.* S. Bernardus Epiſt. 344. vocat eam *dilectiſſimam in Chriſto filiam*: aitque pene omnes noſſe, *quo modo illa Bernardum acceptaret, quanto eum diligeret affectu.* Edmerus l. 5. *Anglia graui damno in morte Reginæ percuſſa eſt.* Plures ſcripſit valdè pias Epiſtolas ad S. Anſelmum, quæ extant inter eius

S ANSELMVS. — a THOMAS. — a Nubrigenſis l. 1. c. 3. Simeon Dun An. 1114. Bromton. col. 1015. Harpsfeld ſæc. 12. c. 40. Magdeburg. Cent 12. c. 10. Baker in Henr. 1. Iſaacſon. An 1110. T. Stubbes in eius vita Simeon. An. 1110. † Harpsf. ſæc 12. c. 21. S AILRICVS. — B GVLIELMVS. Henriquez. 3. Auguſti Marquez An. 1160 c. 6. Baleus Cent 2 c. 92 Ioan Magniſtad. An 1132. 3 mensa Dun An. 1146. B GILBERTVS. Poſſeuin v. Gilbertus Henriquez 17. Septemb. & 25 May Baleus, Cent. 691. Magdebur Cēt. 12 c. 10. S. MATHILDIS. b Gordon. An 1108. c Pariſius An 1105. Auguſti.

d Surius to. 3. in vita S. Margaritæ. Camden in Reſidues wonder Monum p. 454. Magdeburg. Cent. 12 c 6. Ferrarius 7. Auguſti. Edmer. l., Ealred in Genealogia Regum.

Epiſtolas. Paſchalis Papa in literis apud Malmesbur. l. cit. vocat eam *Religioſam, ſpectabilem, & glorioſam coniugem* S. Hildebertus Epiſt. 48. ait, quòd *ei nec ex opulentis diuitijs, nec ex poteſtatis licentia, nihil ex lenocinio ſexus, ad honeſtatis periculum ſubrepſit: in ea prater virtutem nihil virtus inuenit*, Gemeticenſis l. 7. c. 10. *Quanta ſanctitatis & ſcientia tam ſacularis, quàm ſpiritualis, vtraque Regina Margareta ſcilicet fuerit & Mathildis, liber, qui de vita earum ſcriptus eſt, pleno ſermone deſcribit.* Et c. 25. vocat eam *ſanctam Mathildem.* Vide Leſleum l. 6. c. 39. Ex Proteſtantibus, ita de ea Camden. in Britannia p. 192. al. 233. *Malthildis, mulier cum cateris virtutibus, quæ digna regina eſſent, tum vera pietatis incredibili ſtudio flagrans, per quam veterum Anglorum ſtirps regia, Normannica coaluit, vnde in laudes eius vetus illud tetraſticon.*

Malthildis laudatur à proteſtantibus.

Proſpera non latam fecere, nec aſpera triſtem:
Aſpera riſus ei, proſpera, terror erant
Non decor effecit fragilem, non ſceptra ſuperbam
Sola potens humilis, ſola pudica decens.

Hattington l. 7 p. 380. VVeuer. Mon. p. 454. Camd. in Brit. p. 233.

Daniel in Henrico primo: *Mathildis ſecum attulit hareditatem pietatis à benedicta matre.* Weuerus in Monumentis p. 454. *Singulis diebus Quadrageſima, ibat nudis pedibus ad Eccleſiam VVeſtmonaſterienſem, cincta veſte cilicina: ſolebat lauare & oſculari pedes pauperiorum hominum, eiſque largas eleemoſinas largiri.* Similia Bakerus in Hērico 1. Camden in Reſiduis p. 321. *Mathildis mulier rara pietatis.* Buchanus l. 7. *Mathildis, cognomento bona.* Spedus l. 9. c. 4. ſcribit, quòd fuit *celebris, ob eruditionem, ob ſtudiū erga literas, charitatē erga pauperes, & omne genus virtutū.* Hanc aliqui ſcribunt fuiſſe Sanctimonialē antequam nuberet, ſed eos refellit Edmerus, l. 3. hiſtoriæ, aitque ſe interfuiſſe, quando S Anſelm. eā matrimonio iunxit Henrico Regi. Et Harpesfeild ſæc. 1[illegible]. 3. ſcribit, quòd S. Anſelmus *accerſitis teſtibus, cauſaque accurate cognita, totaque veritate explorata, ſcrupulum omnem exemit.* Neque illa à Paſchali Papa, S. Anſelmo, S. Bernardo, S. Hidelberto, adeo dilecta & celebrata fuiſſet, ſi votifraga fuiſſet. Imo non ſolum ipſa Epiſt. 55. inter Epiſtolas Anſelmi, ait ſe ſacratam benedictione Anſelmi *in legitimum matrimonium*: ſed etiam ipſe Anſelmus Epiſt. 57. ei reſpondens ait, *per me celſitudo veſtra in coniugium legitimum deſponſata.* Et Malmesb. l. cit. p. 164. *A teneris annis, inter ſanctimoniales apud VVintoniam, & Rameſiā educata, literis quoque fœmineū pectus exercuit: vnde vt ignobiles nuptias reſpueret, pluſquam ſemel à Patre oblatas, peplum ſancta profeſſionis index, geſtauit. Quapropter cum Rex ſuſciperet eam thalamo, res in diſceptationē venit, nec niſi legitimis productis teſtibus, qui eam iurarent ſine profeſſione, cauſa procorum, velum geſtaſſe, Archiepiſcopus adduci potuit ad conſentiendū.* Nec ſolùm vxor Henrici, ſed etiam filiæ eius pietate claruerunt. Nam Baronius Anno 1117. inter Abbatiſſas Fontis-Ebraldi, quas ait fuiſſe, *tam vita integritate, ac ſanctitate, quàm genere illuſtres*, recenſet filiā Henrici primi Regis Angliæ, quam Ordericus Vitalis l. 12. vocat Iulianam. vbi addit, quod Mathildis, nurus eiuſdem regis, & vxor Gulielmi filij ipſius, ante patrem mortui, in eodem Monaſterio ſanctimonialis extitit. Malmesb. l. 4. Pontif. p. 294. valdè laudat pietatem cænobij Thorneiæ hoc tempore, quod vocat *paradiſi ſimulachrum; vere dixerim* [inquit] *inſulam eſſe ſanctitatis diuerſorium, honeſtatis contubernium, diuinorum Philoſophorum gymnaſium.* Et ſimili præconio l. 2. Regum p. 90. exornat moniales Scheptonienſes S. Bernardus in vita S. Malachiæ meminit Sycari ſacerdotis Eboraci, *Clari* (inquit ille) *Spiritu Prophetiæ, qui multa pradixit S. Malachiæ.* Capgrauius ſcribit vitam aſperrimam S. Henrici Eremitæ, eiuſque miracula, quem ait obijſſe Anno 1127. ideoque ſub Henrico primo. Pariſius, & Weſtmonaſterienſis Anno 1110. *Godericus vitam Eremiticam inchoauit, quam per annos ſeptuaginta laudabiliter compleuit.* Malmesbur. l. 4. Pontif. p. 287. *Rainaldus, Epiſcopus Herefordienſis manſit in Epiſcopatu magna modeſtia, tum virtutibus cateris, tum compunctione timoris Dei, vbique & maxime inter miſſarum agenda, lachrymis irriguus.* Eadem repetit Godwin. in eius vita n. 30. qui eum vocat [e] Rainelmum. Obijt etiam ſub hoc Rege, nempe Anno 1124. S. Carodocus Presbyter & Eremita, in vita & poſt

Non fuit monialis.

Knighton. l. 2. c. 8.

Filia Henrici regis.

Monachi Thorneienſes Moniales Scheptonienſes Sycarus Sacerdos.

B. HENRICVS

S. GODRICVS. RAINELDVS.

e Simeon Dun. An. 1101. Floruit. An. 1115. S. CARADOCVS.

obitum

obitum clarus [f] miraculis, vt tradunt Harpeſfeild. ſæc. 12. c. 46. & Capgrauius in Catalogo ſanctorum Angliæ. Claruit etiam tunc temporis [g] Turgorrus Prior Dunelmenſis, & Confeſſarius S. Margaritæ reginæ, de quo Ferrarius in ſuo Catalogo ſanctorum 23. Octobris.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, ſub Henrico primo.

1. DOctrina clarus fuit ipſemet Rex Henricus, qui proinde cognominatus eſt *Bello-clericus*. Sub eodem etiam vixit atque obijt ſæpe dictus S. Anſelmus, cuius eruditio ſatis nota eſt. Claruit etiam tunc eius vitæ ſcriptor, & indiuiduus comes, Edmerus, *Hiſtoricus* (ait Malmesburienſis l. 4. Regum) *ſinceritate veritatis laudandus*. Seldenus in præfatione ante hiſtoriam ipſius, cum plurimum laudat, ob iudicium, fidem, & ſtilum, & addit, *operis eius ſingularem eſſe præſtantiam*. Vide literas Regis Scotiæ, & Archiepiſcopi Cantuarienſis de Edmero apud ipſum l. 5. Baleus Centuria 13 c. 25. *Thomas Archiepiſcopus Eboracenſis, vir fama ac doctrina clarus*. Godwin in Archiepiſcopis Eboracenſibus n. 26. *Gerardus Eboracenſis, magnæ eruditionis & eloquentiæ admirabilis, imo ſcientiâ, & eloquentia (ſi Stubbeſio credimus) paucis ſui temporis ſecundus*. Ibidem n. 28. [a] *Thurſtanus Archiepiſcopus, magno vir animo, & doctrinâ, per eam ætatem ſingulari, ob prudentiam etiam, induſtriam & in munere paſtorali obeundo ſummam diligentiam, multum laudatur.* Malmesbur. l. 5. Regum p. 173. [*] *Prorſus tunc in Anglia multi ſcientiâ illuſtres, religione celebres.* Idem l. 4. Pontificum p. 291. *Guitmundus, excellentis literaturæ.* Et de eodem Lelandus apud Baleum Cent 10. c. 40. *Gloriam ſibi à literis tum maximè à religione ingentem ſane comparauit*. Sub hoc Rege nempe Anno 1109. obijt ſæpe citatus Ingulfus, *hiſtoricus inſignis*, de quo dicitur in Appendice ad ſuam hiſtoriam: quòd fuit *vir in omni, fere literarum genere verſatus*. Claruit etiam tunc Gilbertus Epiſcopus Londinenſis, *vir* (inquit Huntington l. 7.) *doctiſſimus*: ad quem extat Epiſtola 24. S. Bernardi, in qua eum multum laudat, ob eruditionem, & pietatem. De eo ita Godwin in Epiſcopis Londinenſibus n. 37. *Gilbertus, vir tanta doctrina (inquit Platina) vt ob varietatem diſciplinarum vniuerſalis appellaretur*. Harpeſfeild ſæc. 11. c. 22. *Gilbertus, vniuerſalis dictus, propter Cyclopædiam, cui in doctrina nemo in Europa par fuiſſe tum credebatur*. Et cap. 38. *Inter alios Albanenſis Cœnobij præſides, Nicolaus & Radulphus, ob doctrinam hoc ſæculo celebrantur.* Baleus Cent. 2. c. 64. *Gilbertus, Doctor inſignis*, [b] *Weſtmonaſterienſis Abbas, longa diligentia, & continua veterum ſcriptorum lectione, ad ſcopum exquiſitæ lectionis peruenit. Hic liberales artes omnes à teneris annis didicit, memoriaque magna retinuit: doctrina certe, & ingenio ſummis eo tempore viris æquari poterat.* Idem ibid. c. 66. *Florentius Brauonius, homo vtraque diſciplinâ, humana & diuina opipare præditus, maximum ſibi ex editis opuſculis doctrinæ comparauit nomen: Chronographus enim fuit ſua ætate magnus*, c. 67. *Achardus, ingentem per illos dies à vitæ integritate gloriam aſſequebatur; ſed à variarum literarum notitia multo adhuc maiorem: eruditus Philoſophus erat, ſed longe eruditior Theologus, vt eius ſcripta fatentur*. c. 69. [c] *Aſhelardus, naturalium rerum myſteria, & cauſas omnes diligentia tam vndecunque exquiſita perſcrutatus eſt, vt cum aliquibus veteris ſæculi Philoſophis, non indigne conferri poſſet. Cum Ægiptum & Arabiam peragrans, plura inueniſſet, quæ eius iam deſiderabat animus, cum magno laborum, & literarum lucro in Angliam reuertebatur. Erat certè Philoſophus, aſtronomus, Rhetor, ac poeta non vulgariter eruditus & facundus.* Et c. 72. [d] *Elmerus vir præclare eruditus, & fama celeberrimus.* Et Centur. 10. c. 41. *Alexander, Anſelmi lecturas ac ſermones aſſidue frequentabat, vnde & Theologus ex eo habebatur inſignis* Magdeburgenſes Cent. 12. c. 10. *Gulielmus Petroburgenſis, inter Theologos ſummus ſui temporis habitus eſt.* Daniel in Henrico primo. *Plures viri docti floruerunt eius tempore.* Et Malmesbur. l. 1. Pont. p. 230. refert quòd Epiſcopi col-

f Giraldus in Itin. Cambriæ l. 1. c. 11.
g Baleus Cent. 2. c. 60.
EDMERUS. Pitſeus n. 186 Harpeſf. ſæc. 12. c. 10.
THOMAS ARCH EBORAC.
THVRSTANUS.
a Baleus Cent. 2. c. 71. Magdeburg. Cent. 12. c. 10. Holinshed. in Henr. 1. Pitſeus n. 196
e Pitſeus de ſcrip. n. 179.
INGVLPHVS.
GILBERTVS VNIVERSALIS.
GILBERTVS ABBAS.
b Sixtus Senenſis l. 4. Harpeſf. ſæc. 12. c. 24.
FLORENTIVS. Pitſeus n. 181.
c Harpeſfeld. ſæc. 12. c. 20.
d Harpeſfeld ſæc. 12. c. 20. Pitſeus n. 188.

Angliæ abundabat viris doctis.
e Holinshed. An 1121.
f Harpsfeld ſæc. 12 c. 19 Camden in Brit. p. 433.

lecti ab Henrico Rege pro electione Archiepiſcopi Cantuarienſis, dixerunt *abundare patria lingua viros, qui referant Lanfrancum ſcientia, religione Anſelmum exhibeant.* Et l. 2. p. 237. *Erant ibi* (i. hicæ) *& ſunt, Clerici, literatura inſignes* adeoque hoc tempore literæ florebant, vt l. 5. p. 160. ſcribat, quod Henricus Rex, *adoleſcentulos clariſſimi generis, vt contra* [e] *Cardinales* (cum Calixtus Papa eſſet in Normannia) *de Dialecta diſputarent, ſubornauit: quorum ſortilibus ſophiſmatibus cum pro viuacitate rationum obſiſti nequirent, non puduit Cardinales conſiteri, maiori occiduas plagas florere literarum peritia, quàm ipſi audiſſent, aut putaſſent in patria.* Sub hoc Rege refloreſcere cæpit celebertima Academia [f] Cantabrigienſis, per Monachos Croylandenſes, *quorum doctrina* (vt dicitur in Appendice ad Ingulfum) *videmus nunc lætificatam ciuitatem Dei, & totam Angliam factam frugiferam, per plurimos magiſtros, Doctoreſque de Cantabrigia exeuntes, ad ſimilitudinem ſanctiſſimi Paradiſi.* Et (vt ſcribit Camden. in ſua Britan. p. 268. al. 233. ex Ioanne Roſſo) *Procurante Rege Henrico primo, lecturæ Theologiæ, quæ diu ceſſauerat, Oxonij reflorere cæpit, & nouam Aulam ipſe ædificauit.* De aliis viris doctis in Anglia ſub Henrico 10. videndus eſt Piſeus de ſcriptoribus Angliæ à numero 175. ad 191.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, tempore Henrici primi.

Surius to 2.
a Harpsf. ſæc 11. c. 22.
B empton. col. 883.
Oculatus teſtis.

1. EDmerus in vita S. Anſelmi refert, eum tempore Henrici Regis, ſigno Crucis extinxiſſe incendium; ſigno crucis & aqua benedicta, cæci oculos aperuiſſe, phreneticum benedictione ſanitati reſtituiſſe; & pane benedicto ægrotum ſanaſſe. Pariſius An. 1109. ita de eo ſcribit; *cuius vitam laudabilem, cuius actus eximios, cuius tranſitum ex hac luce cæleſtem ad patriam, crebra eius miracula inſignia perſequuntur.* Plura videri poterunt apud[a] Malmesburienſem l. 1. Pont. p. 229. Sub Henrico primo repertum eſt corpus S. Iuonis Epiſcopi, toto corpore [a] integro & illæſo, quaſi pridie fuiſſet humatus, *ſancto corpore* (inquit Malmeſburienſis l. 4. Pontif. p. 292) *in linteo expoſito, ex ipſis Mauſolei ſinuoſis anfractibus erupit vnda bullis vberrima fugacibus: manat ad hanc diem fons dulcis potus, accommodus omnium valetudini; nec poteſt numero æſtimari, nedum comprehendi ſcripto, multitudo per beatum illum ſanatorum, vt nullus ſit in Anglia Iuone vel exoratu facilior, vel effectu efficacior. Vidi ego, quod dicam: Monachus morbo intercutis aqua languebat: iam turgida pellis in altum creuerat, iam grauis halitus aſtantes ſubmonebat; ipſe ſibi epotaturus totos amnes, exiccaturus plena dolia videbatur. Admonitus in ſomnis, ad S. Iuonem perrexit, ibique tertio potata aqua, vndam ſuperflui humoris ore eiecit, detumuit venter, remarcuerunt crura; & ne plura, totus homo in ſanitatem reuiruit.* Eiuſdem Regis tempore (vt refert idem Malmesb. l. 3. Pontif. p. 278. & l. 5. Regum p. 178.) S Cuthberti corpus è *Mauſoleo leuatum eſt, & cunctis volentibus factum conſpicuum; veſtes quoque omnes recenti ſplendore nitentis calix ſuper pectus eius, cuius ſuperior pars aurea, inferior onichina eſſet.* Ibique refert duo miracula facta in illa tranſlatione. Houeden ait hanc oſtenſionem factam An. 1104. *præſente Alexandro fratre regis Scotiæ, eodem poſtea rege, & ab obitu Cuthberti Annis 418.* Eadem Florentius Anno 1104. qui addit Alexandrum *dediſſe multas marcas auri & argenti pro comparando nouo ſcrinio, in quo corpus reconditum fuit cum nouis veſtibus.* Eodem tempore (ait idem Malmesb. l. 5. Regum p. 173. *virginales exuuiæ beatæ Etheldrithæ integræ viſæ, videntibus ſtupori & plauſui fuere* Sed ſuſpicor loco Withburgæ, nomen Ethelbrithæ irrepſiſſe. Nam ita idem Malmeſburien. l. 4. Pont. p. 293. *Beatam Etheldritham nemo penitus pro veteri fide, præſumpſit attingere, ipſam verò* (S. Withburgam) *vltra mammas detexere, viſaque eſt toto corpore* [b] *integra, dormienti ſimilior quàm mortua, puluillo ſerico ad caput appoſito, velo & totis veſtibus integra nouitate euitentibus, ſerena facie, roſeo rubore ſuauis, dentibus candidis, labijs paululum reductis, papillis admodum*

Simeon. Dunel. An. 1104. Pariſius in vita Rei abbatis Capgrauius Magdeburg. Cent 12 c. 10. Bromton col. 748.

admodum paruula. De S. Milburga ita Harpesfeild. ſæc. 11. c. 26. *Reliquiæ S. Milburgæ, caſu, ad annum milleſimum centeſimum primum repertæ ſunt, & multis miraculis inſignitæ.* Conſpectum etiam tunc videtur fuiſſe corpus S. Elphegi Archiepiſcopi. Nam, ita idem Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 245. *Durat adhuc, & nuperrimè viſa fuit, & ſanguinis nouitas, & corporis integritas.* Quæ multitudo corporum ſanctorum incorruptorum ſub hoc Rege repertorum, in memoriam mihi reducit, quod ſcribit idem Malmesbur. l. 2. Regum. c. 13. p. 87. & poſt eum S. Antoninus tit. 16. c. 6. §. 4. *Nuſquam gentium, (vt opinor) inuenies tot ſanctorum poſt mortem illibata corpora, vt in Anglia, quæ futuræ Reſurrectionis ſpeciem prætendunt: & ſunt quinque omnino quæ nouerim; cæterum plura incolæ prædicant. Hæc autem ſunt Ethelreda, & Wilburga Virgines, Rex Edmundus, Archiepiſcopus Elphegus, Cuthbertus antiquus Pater: omnes in inuiolatis cute & carne, flexibilibus articulis, vitali quodam tepore, ſpeciem dormientium tenent.* Quibus nos poſſumus addere corpora S. Iuonis prædicti, S. Eduardi Regis & Confeſſoris; S. Wulſtani Epiſcopi, S. [e] Guthlaci Eremitæ; & ſanctorum Anglorum extra Angliam mortuorum, [f] S. Edilburgæ Virginis; S. [g] Lulli Archiepiſcopi Moguntini; S. [h] Edmundi Archiepiſcopi Cantuarienſis; Vixit etiam tunc S. Vlricus, ſeu Wulfricus, ſacerdos & Eremita: de cuius miraculis ita ſcribit Harpesfeild. ſæc. 12. c. 29. *Aquam in vinum conuertit, modicum panem à ſe benedictum ita repente auxit, vt multorum famis depellendæ ſufficeret. Aqua à ſe benedicta multorum morbos abegit. Cuidam effoſſos oculos lumenque & aſpectum reddidit. Quæ locis longe à ſe diſſitis gerebantur, perinde vidit, ac ſi ſub eius aſpectu geſta eſſent, & futura non minus quam præſentia nunciauit. Cum quendam qui ſe dæmoni deuouerat, rogaret an ſincere crederet ſubeſſe carnem Chriſti in Euchariſtia; ex animo (inquit) Confiteor: nam etiam Euchariſtiam in carnem transformatam video: cumque mox ad preces Vlrici Euchariſtia ad priorem formam rediſſet, homini illam porrigebat, qui ab eo tempore à iugo illo diabolico liber, & ſolutus viuebat.* Facta etiam tunc temporis miracula Oxonij per S. Fridesvidam colligitur ex his verbis S. Hildeberti Epiſcopi, Epiſt. 14. *Toties rogatus, vt miracula, quæ in Oxonienſi Eccleſia Dominus operari dignatus eſt, iuxta fidem deſtinati mihi exemplaris annotare non taderet.*

Beluacenſis l. 25 c. 31.
d Surius t. 1.
e Surius t. 2.
f Bedal. 3. c. 8. Antoninus 4. c. 9.
g Surius t. 4.
h Surius t. 6. S. Antonius tit. 19. c. 10.
6 Henriques Menolog. 20. Febr.
Geruaſius An. 1146.
Capgrauius in Catalog.

CAPVT QVARTVM.

STEPHANVS REX CHRISTIANVS ANGLIÆ trigeſimus ſextus ab Anno 1135. ad Annum 1155.

SECTIO PRIMA.

1. **M**ortuo Henrico Rege, Stephanus, eius ex ſorore Nepos, diadema Anno 1135. arripuit, & tenuit Annis 19. vſque ad Annum 1155. *vir* (inquit Huntington) *magnæ* [b] *ſtrenuitatis, & audaciæ.* Malmesbur. hiſtor. nouellæ l. 1. p. 178. *Vir quidem impiger, ſed imprudens, armis ſtrenuus, immodici animi, ad quælibet ardua inchoanda, lenis & exorabilis hoſtibus, affabilis omnibus.* Weſtmonaſterienſis & Pariſius Anno 1154. *Miles egregius, & mente piiſſimus.* Geruaſius Tilberienſis in Otijs Imperialibus. *Vir quidem in fide verax, in promiſſis fidelis, militia ſingularis, ſimplicitate pius, omnis cupiditatis, & auaritiæ expers.* Polidorus l. 12. [c] *Bellandi peritia ſumma, clementia & lenitas, & aduerſus omnes liberalitas maxima, Stephano inerant.* Æmilius l. 5. *opibus conſilioque praſtans.* Auctor hiſtoriæ Gaufredi Ducis Normaniæ, *vir magnæ ſtrenuitatis & audaciæ.* Ex Proteſtantibus Godwin. in vita Henrici Eboracenſis Archiepiſcopi n. 29. *Stephanus princeps clementia præditus tam mirabili, vt multorum annorum bello ciuili exagitatis, non legatur tamen procerum ſuorum quenquam capitali ſupplicio affeciſſe.* Similia ſcribunt Spedus l. 9. c. 5. Holinshed. Anno 1154. Coperus & Stous An. 1136. & alij. Reuſnerus in Genealogia. *Fuere in ipſo animi virtutes multæ & egregiæ, bellandi peritia ſumma, lenitas & erga omnes liberalitas maxima.* Sub hoc Rege Anno 1187. geſtum eſt celebre illud prælium, vul-

Stephanus lauaatur à Catholicis.
a Houeden An. 1136.
b Geruaſius An. 1135.
Ricardus Hagulſt. de Geſtis Stephani.
c Neubrigenſis l. 1. c. 6.
Laudatur à Proteſt.

gò de Standardo dictum, in quo Dauid Rex Scotiæ, qui inaudita crudelitate pène in ſolitudinem boreales Angliæ partes redegerat, in fugam coniectus eſt, cæſis vndecim ſuorum millibus, præter eos qui in ſegetibus & ſiluis inuenti & perempti ſunt. Huntington l. 8. Continuator Florentij An. 1138. Houeden Anno cit. Camden in Britannia p. 650. Baker in vita Stephani, Godwin. in vita Thurſtani, Spedus l. 9. c. 5.

Ealred. de bello Standard Brompton col. 1027. Polid. l. 12. Harpesfeld. ſæc. 12. c. 40.

2. Catholica eius religio, multis modis euidentiſſima eſt; primò ex iuramento, quod præſtitit cum diademate redimiretur; quod recitat Malmesbur. hiſt. nouel. l. 1. p. 179. his verbis: *Ego Stephanus Dei gratia aſſenſu Cleri & populi, in Regem Angliæ electus, & à D. Willielmo Archiepiſcopo Cantuariæ, & S. Eccleſiæ Romanæ legato conſecratus & ab* [d] *Innocentio S. Sedis Romanæ Pontifice poſtea confirmatus, &c.* At conſecratus à Legato Papæ, & confirmatus ab ipſo Papa, non potuit non eſſe Papiſta. Secundò, ex eius diplomate, dato anno 2. regni, quod refert Weuer. in monumentis p. 763. ex Seldeno, & ille ex ipſo originali. *Quoniam diuina miſericordia prouidente, cognouimus eſſe diſpoſitum, & longe lateque prædicante Eccleſia, ſonat, omnium auribus diuulgatum, quòd Eleemoſinarum largitione, poſſunt abſolui vincula peccatorum, & acquiri cæleſtium præmia gaudiorum, Ego Stephanus Dei gratia, Anglorum Rex, partem habere volens cum illis, qui felici commercio cæleſtia proterrenis commutant, Dei amore compunctus, & pro ſalute animæ meæ, & Patris mei, Matriſque meæ, & omnium parentum meorum, & Anteceſſorum meorum, concedo Deo, & Eccleſiæ S. Petri de Eia, &c.* Et aliud refert diploma p. 277. *Stephanus Rex Archiepiſcopis, &c. Salutem. Sciatis me pro ſalute animæ meæ, & Mathildis Reginæ, vxoris meæ, & Euſtachij filij mei, & aliorum puerorum meorum, & Anteceſſorum Regum Angliæ, dediſſe Manerium meum de Feuersham, ad fundandam Abbatiam vnam ibidem.* Tertiò, quia fuit coronatus ad Miſſam. Houeden. 1136. Parkerus & Godwin. in vita Gulielmi Archiepiſcopi. Et in die Purificationis B. Virginis, cum eſſet initurus prælium, audiuit [e] Miſſam, & obtulit cereum. Idem Houeden. An. 1141. & Foxus. p. 182 Quartò, quia fundauit tria Monaſteria virorum, Cogshalienſe, Furneſienſe, & Feuershamenſe, & duo fæminarum, vt Caruenſe, & Highamenſe; Huntington l. 8. Stous in vita Stephani. p. 215. Camd. in Brit. p. 292. 386. 682. Weuerus in monumentis p. 616. Et (vt ſcribit Neubrigenſis l. 1. c. 15. [f] *Multo plura ſub breuitate temporis, quo Stephanus regnauit, quàm centum retro Annis, ſeruorum & ancillarum Dei Monaſteria, initium in Anglia ſumpſiſſe, noſcuntur.* Idemque notant Proteſtantes, vt Baxerus & Daniel, in vita Stephani, Weuerus in monumentis p. 278. Holinshed. An. 1154.

Stephanus Romano-Catholicus. d Malmesbur. l. 2. nouel. p. 191. Ioa. Hagulſtad An. 1136. Baronius An. 1135 Spedus l. 9. c. 5.

e Ordericus l. 13. Gernaſius An 1142. Pariſius An. 1140. f Harpesf. ſæc. 12. c. 41.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA *tempore Regis Stephani.*

S. GVLIELMVS ARCHIEPISC.

Io. Hagustad An. 1148. Brompton col. 1041. 1049. Molanus 8. Iunij Ferrarius ib. a Neubrigenſ. l. 1. c. 26. Stubbeus in Epiſc. Eboral. Simeon Dun An 1146. 1148.

1. SAnctitate claruit, regnante Stephano, nepos eius ex ſorore, S. Gulielmus Archiepiſcopus Eboracenſis: qui (vt ſcribit Harpesfeild, ſæc. 12. c. 41.) *virtutum ſuarum & cæleſtium dotum, quibus à Deo ornabatur, illuſtri luce natalium ſplendorem longe ſuperauit.* Polidorus l. 12. *Ornatus eſt eximijs laudibus D. Gulielmus, Eboracenſis Archiepiſcopus, vt pote cuius tam viui, quàm mortui rogatu, miracula edita conſtat.* Capgrauius in eius vita, *Erat vir ſummæ* [a] *manſuetudinis, pietatis & charitatis, — Erat vita eius in ſummo ſilentio, moreſque tranquilli, ne c vox vana, aut otioſus ſermo, eius intentionem à diuina contemplatione impedire potuerunt. — Plenus bonis operibus, eleemoſinis, ieiunijs, & omni ſanctitate Deo placens, à ſæculo ad Deum migrauit.* Et Godwinus in vita Gulielmi Murdach. n. 29. *Vir animi virtutibus, non minus quàm regia cognatione nobilitatus, ciuibus Eboracenſibus propter benignitatem, vitæque ſanctitatem admodum charus.* Camden. in ſua Britan. p. 566. in margine eum vocat *ſanctum Gulielmum.* Sic etiam Godwinus in vita eius, itemque in vita Gulielmi Wicwan

Archiepiſcopi

Archiepiſcopi Eboracenſis. Scripſerat duriùs de hoc ſancto, Baronius Anno 1140. quæ tamen admonitus correxit in Appendice Tomi duodecimi. De Henrico eius prædeceſſore, ita Harpesfeild. lo. cit. *Tradunt* [b] *Henricum munere ſuo præclare tam concionando, tam egregiè, ſincerè, & inculpatæ vitæ exemplo publicè perfunctum, quam priuatam, duram & auſteram, corpus ieiuniis, ciliciòque premens tranſegit.* Et de alio eiuſdem etiam prædeceſſore [c] Thurſtano, ita Malmesbur. l. 3. Pont. p. 275. *Obijt ſanctiſſimè poſt exactum quadriennium mortis Henrici Regis, abrenuncians prius Epiſcopatum, & monachus factus apud Pontem fractum, cellam Cluniaci.* Godwin. in eius vita: *Magno vir animo, & doctrina per eam ætatem ſingulari, ob prudentiam, induſtriam, & in munere Paſtorali obeundo ſummam diligentiam, multum laudatur. Monaſteria vel fundauit de nouo, vel collapſa reſtaurauit octo.* Continuator Florentij Anno 1140. ait quod *corpus eius poſt annum & ſex menſes ſepulturæ ſuæ integrum & odoriferum repertum eſt.* Et addit, quod erat *ſanctarum eleemoſinarum ſedulus executor, & Monaſteriorum circiter octo ſtrenuus fundator, ſeu renouator.* Houeden Anno 1187. Neubrigenſis. l. 1. c. 14. Myræus l. 2. Orig. Monaſteriorum c. 3. Regnante Stephano, vixit, ſuumque ordinem inchoauit, S. [d] Gilbertus de Sempringhan, de quo ita Harpesfeild. ſæc. 12. c. 37. *In victu continentiſſimus, vtpote qui à carnibus omnino, niſi graui ægritudine preſſus, & per totam Quadrageſimam, à piſcibus adeo abſtineret. Olera, legumina, & id genus alia, erant eius deliciæ, quibus tamen & alijs tam parcè vtebatur, vt mirarentur, homines vel viuere quenquam, in tanta parſimonia —— cilicio, quod ab oculis aliorum ſtudioſe tegebat, ſemper vſus eſt. In lecto non iacuit, ſed ſedit, veſtibus nunquam exutus, neque aliquid quod capiti ſuſtineret ſuppoſuit: atque ita cum ſomnus neceſſario inrueret, depreſſit caput, vnde facile excuſſo ſomno, orationi & meditationi ſe dabat. —— Reliquit ſuorum quatuor, nempe virorum, Virginum verò nouem monaſteria; ex illis ad numerum ſeptingentorum; ex iſtis, mille quingentas.* Et addit, quòd ordo eius confirmatus eſt ab Eugenio III. Adriano IV. & Alexandro III. Similia habet Capgrauius in eius vita, & Neubrigenſis l. 1. c. 16. Camden: in Britan: p. 402. al. 475. ait *Sempringham religioſo ordine Gilbertinorum, à Gilberto loci Domino inſtituto, celebre: Ille enim vir planè mirabilis, vt ſcribunt, & in cuſtodia mulierum, grauiæ ſingularis, Anno à Chriſto 1148. Eugenij Romani Pontificis authoritate munitus, ex viris & mulieribus ſectam inſtituit, quæ ita excreuit, vt tredecim cœnobiorum huius ordinis fundamenta iecerit, & Gilbertinos Fratres ſeptingentos, ſorores 1100. in ſuis cœnobijs viuus habuerit.* Quod autem addit ex [e] Satyrico Poëta, de earum dubia pudicitia, refellitur teſtimonio [f] Ealredi viri grauiſſimi, tunc viuentis, qui ſermone 2. in cap. 3. Iſaiæ ita inquit: *Scio in Monaſterijs Virginum, quæ ſub venerabili, & cum ſumma reuerentia nominando, ſancto Patre Gilberto, vberes pudicitiæ fructus tranſmittunt ad cælos.* Et ibidem refert eximiam pudicitiam quarundam illarum. Præterea, Harpesfeild. lib. cit. teſtatur quòd cum Gilbertus à maleuolis quibuſdam accuſatus eſſet apud Alexandrum III. ipſe pro Gilberto ſententiam tulit. Picardus in notis ad Neubrigenſem l. 1. c. 16 recitat literas [g] Gulielmi Epiſcopi Noruicenſis ad Alexandrum III. in quibus ait. *In ſanctimonialibus* (Gilbertinis) *feruet & religionis amor, & caſtitatis diligentiſſima cuſtodia. De Canonicis* (Gilbertinis) *quorum innocentiæ audio apud Clementiam veſtram eſſe detractum, teſtor Deum, & animam meam, quòd nec verbum infamiæ minimum me audiuiſſe —— Acceſſus ad Moniales, ſic eis prohibitus eſt, vt nec Priori quidem eorum, videndi vel loquendi cum aliqua, licentia pateat, & in perceptione Euchariſtiæ, & dans, & accipiens inuicem ignoratur.* Sub hoc etiam rege, nempe Anno 1154. obijt prædictus S. Anachoreta Wulfricus de Haſelberg, *cuius vita & tranſitus ſpeciales exigerent tractatus, migrauit ad Dominum.* Ita Weſtmonaſterienſis & Pariſius Anno cit. vbi Pariſius perſtringit eius [h] vitam auſteriſſimam in ieiunijs, vigilijs, cilicio, & lorica quam geſtabat. Et addit quod in loco vbi ſepultus eſt, *innumera miracula vſque in hodiernum diem fiunt.* Obijt etiam ſub Rege Stephano, nempe 1148. Robertus Epiſcopus Herefordenſis, & Canonicus Regularis. *Vir* (ait Harpesfeild. ſæc. 12. c. 33) *omni pietate cumulatus*, cuius virtutes fuſe proſequitur, ac tandem ait hunc pium Pontificem, *non ſolum vitâ innocenter, & ſancte actâ, ſed & multa, quæ tam viuus, quam poſt obitum miracula edidit, orbi commendarunt.* Eumque laudat Malmesburienſis l. 4 Pont. p. 287. Baronius Anno 1151. ita ſcribit.

[b] Neubrig. l. 1. c. 26. T S ſubbus in Epiſ Ebor. Simeon Dun An. 1146. 1154.

[c] Simeon Dun. An. 1141. Neubrig. l. 1. c. 14 lo Hagulſtab. An. 1141. Brompton col. 1029 Camden in Brit. p. 625.

S. GILBERTVS SEMPRING.

[d] Ealredus de miraculo. Brompton col. 1020. Marques An. 1135.

[e] Ral cent. c. 25.

[f] Et de miraculo. col. 415.

[g] Harpesfeild ſæc 12. c. 37. Vide etiam Gilbertum ſerm. 17. in Cantica. Geruaſius An 1146. Per ... 20 Febr.

[h] Capgrauius in Catal.

S. ROBERTVS. Simeon Dun. An 1149.

S. HENRICVS.

Ferrarius 12. Ian.

Adam Bremenſis. c. 171. Olaus l. 4. c. 18.

Hoc Anno Henricus Finlandiæ Epiſcopus, & totius illius gentis Apoſtolus, vbi eos magna ex parte ad Chriſtianam fidem conuertiſſet, graſſatione impiorum necatus, martyrij coronam eſt conſecutus: cuius præclarum agonem, & Apoſtolicum munus pro Chriſto ſuſceptum, & conſummatum, Ioannes Olaus deſcripſit in ſua Metropoli Vpſalenſi, & in Commentario de rebus Gothicis, vel (vt habet Molanus 19. Ianuarij.) *In Suetia S. Henrici, Archiepiſcopi Vpſalenſis, & Martyris Anno 1151. qui Finlandos conuertit.* De quo Ioannes Magnus Vpſalenſis in vitis Archiepiſcoporum Vpſalenſium: *Suetiam, in fidem nouellam ſolidauit, peccati ſordibus inquinatam, ad pia opera reuocauit, diuinarum & humanarum legum ignaram informauit, S. Ericum, vt ſanctus fieret, adiuuit, leges quibus ad noſtra tempora in pace conſeruata fuerat, cum eodem S. Erico correxit, & vt Finlandia ſub Suetiæ ditionem accederet, laborauit, nihilque tam arduum, difficile, aut inſuperabile videbatur, quod non pro Suetia ornanda, extollenda, & amplianda aggrederetur.* Ibique vocat eum *Apoſtolum* [l] *Finlandiæ, quæ eius ſanguinem abſorbuit; ſed Heretici Sueci eius tumulum diruerunt, & cineres diſperſerunt.* De Monaſterio S. Oſithæ, Canonicorum Regularium, ita Theobaldus Archiepiſcopus apud Ioannem Sariſburienſem Epiſ. 39. *Eccleſia illa, luce bonorum operum, religionis, integritate vitæ, conuerſationis ſanctitate, totam inſulam noſtram irradiat.* Sub hoc Rege, Anno 1146. Iudæi S. Gulielmum puerum Noruicenſem, poſt grauia tormenta, patibulo affixerunt, quem Deus cæleſtibus prodigijs illuſtrauit. Cuius paſſionem refert Capgrauius in vitis ſanctorum Angliæ. Eiuſdem meminit Robertus Montenſis in Additione ad Sigebertum. Anno 1172. & 1146. Weſtmonaſter. An. 1144. Harpesfeldus ſæc. 13. c. 31. Claruit etiam ſub hoc rege S. Wallenus Abbas, S. waldeoſi prædicti Nepos, qui primò fuit Canonicus regularis, poſtea verò Monachus Ciſtercienſis, cuius vitam perſtrinxit Capgrauius, ſed fuſiùs Marques Anno 1136. 1143. 1144 Claruit item S. Simon Monachus, de quo agit S. Ealredus l. 1. ſpec. c. 34. & Marques Anno 1142. qui etiam Anno 1143. agit de S. Gulielmo Abbate Riouallenſe. Watſus refert Pariſium in vita Ganfridi Abbatis, (qui obijt Anno 1146.) multa habere de ſanctitate & actibus Rogeri Eremitæ, nec non S. Euagrij, & S. [k] Chriſtinæ: & ipſe Pariſius in vita Simonis Abbatis meminit tumbæ S. Rogerij Eremitæ in eccleſia S. Albani. Henriques 18. Nouembris, ait *In Anglia, beatus* * *Richardus Abbas Fontanenſis, literarum ſcientiâ, virtutum ſplendore, & miraculorum gloriâ celeberrimus.* Ioannes Magnus l. 18. ita ſcribit. *Neque parum cooperatus eſt ad optimos atque integerrimos huius Ingonis, cæterorumque procerum mores, ſanctiſſimus Pontifex Aeſchilus, qui D. Sigfridum ex Anglia comitatus fuerat, aut poſtea, Sigfrido in ſenium vergente, venerat. Hic enim Aeſchilus vicem veri Chriſti Apoſtoli gerens, infatigabili animo, Chriſti fidem apud Gothos & Sueones, vſque ad vltimum vitæ ſpiritum (quem per inſigne martyrium Chriſto commendauit) prædicabat. Quocirca à Rege Ingone, & omnibus bonis in ſumma veneratione habebatur.* Harpesfeld ſæculo 12. c. 43. *Bellelandiæ cænobio, Rogerius, vir ſummæ pietatis præfuit.*

[l] Magdeburg. Cent. 12. c. 10.

Canonici S. Oſithæ.

S. GVLIELMVS PVER.

Marques An. 1146. & 7. Ferrarius 21 Martij.

S. WALLENVS.

[k] Molanus 26 Iulij

* Richardus Hagulſtad. in Geſtis Stephani p. 325. 329

S. ÆSCHILVS.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, tempore Regis Stephani.

THVRSTANVS.

1. THurſtanus, ſiue Thurſtinus prædictus: *vir* (inquit Polidorus l. 11.) *magno animo & doctrina ſingulari.* Idemque ait Godwin. ſupra. Rogerius Archiepiſcopus Eboracenſis (ait Harpesfeild. ſæc. 12. c. 41.) *Homo magni ingenij, doctrinæ, eloquentiæ, magnique etiam in rebus ciuilibus vſus.* Floruerunt etiam hoc tempore duo celebres hiſtorici, quos ſæpe citauimus, Gulielmus Malmesburienſis, & Henricus Huntingtonienſis: de Malmesburienſi, ita Baronius An. 1207. *inter Authores rerum Anglicarum poſt Bedam, præcipuus.* Et An. 1207. *Malmesburienſis & Ingulfus, ſicut cæteris antiquitate, ita & veritate cum authoritate præſtantes, Antiquitate & veritate præſtant hiſtoricis.* Baleus cent. 2. c. 73. *vir erat ſuo ſæculo in omni genere bonarum literarum*

GVL. MALMESBVRIENSIS.

terrarum planè erudiriſsimus, & in eruendis antiquitatibus, ingenio, diligentia, & induſtria ſingularis, inſignis ſcriptor. Sic etiam Magdeburgenſes Cent. 12. c. 109. Tuinus l. 2. Antiq. ſec. 242. *Inſignis hiſtoricus.* Et l. 1. ſec. 34. *Grauiſsimus author.* Prædictus Baleus Cent. 10. c. 45. *ſcriptor clariſsimus.*

2 De Henrico, ita Poſſeuinus in Apparatu. *Henricus Huntington, vir eruditus & celebris ſuæ ætatis hiſtoricus. Viuebat An. 1148.* Godwin. in vita Archiepiſcopi Roberti, ambos vocat *diligentiſsimos ſcriptores.* Parkerus in Antiquit. p. 82. *vetuſtiſsimus, integerrimus & doctiſsimus inter eos, Antiquitatis ſcriptor Henricus Huntingtonenſis.* Camden. in ſua Britannia p. 306. *preſſæ fidei author.* Baleus Cent. 2. c. 82. *Hiſtoricus egregius, à Polidoro, & probatus author, à Lelando Antiquario, pronunciatur.* Holinshed. An. 1154. *Multi viri docti hoc tempore floruerunt*, quorum complures nominat. HENRICVS HVNTINGTON.

3. Claruit etiam tunc Alfredus Beuerlacenſis: de quo ita Baleus Cent. 2. c. 74. *vtraque literatura, diuina ſcilicet & humanâ non infeliciter exercitatus, ex diſcipulo capit eſſe magiſter, & ex clerico inſignis Doctor.* Magdeburgenſes Cent. 12. c. 10. *Alfredus Beuerlacenſis, hiſtoricus, Philoſophus, & Theologus præclarus euaſit.* Et idem Baleus, ibid. c. 78. ita ſcribit de Osberno Glocestrenſi *In latina lingua elegans, iuxta ac facundus in Philoſophia quoque magna cum facilitate verſatus, tum præterea tam exactus Theologus erat, vt etiam cum veteribus ipſis conferri quodammodo poſsit.* Harpesfeild. ſæc. 12. c. 31. de eodem. *Commendatur ob raram in Theologia eruditionem, quam & libri eius ſpirant.* Claruit tunc Robertus Polenus, aliàs Pullij *vir* (ait Baleus, ibid. c. 81.) *in omni literarum genere inſtructiſsimus, eruditione eximia, & rerum diuinarum ſcientia plurimum per hoc tempus valebat.* Et pergit referre, quo modo Academiam Oxonienſem pene collapſam reſtituerit, ac tandem Romam accerſitus ſit, & creatus Cardinalis. Eadem habet Godwin. in vita eius inter Cardinales Anglos. Camden. in Brit. p. 268. al. 333. *Oxonij refloruerunt literæ, operâ imprimis Roberti Polenij, viri ad rempublicam literariam promouendum nati.* Idem Baleus Cent. 10. c. 55 ait tunc floruiſſe *Simeonem Dunelmenſem monachum, per illam ætatem doctiſsimum*, ibid. c. 48. *Gilbertus Dorcadius, longè doctiſsimus habebatur.* Et c. 45. ait, quòd *Richardus Eboracenſis, Fontes commigrauit duodeno monachorum choro doctiſsimorum comitatus, qui fuere ſuo ſæculo doctrinæ lumina, ſic Lelandus.* Harpesfeild. ſæc. 12. c. 33. refert S Robertum Epiſcopum Herefordienſem prædictum, multa ſcripſiſſe, *ex quibus apparet* (inquit) *quanta fuerit doctrinæ ingeniique in homine magnitudo.* Sixtus Senenſis l. 4. Biblioth. meminit Richardi Victorij Angli, Hugonis de S. Victore diſcipuli, qui floruit Anno 1150. & Maibodi Angli, quem ait fuiſſe *Poëtam ſuorum temporum, & ſacrorum eloquiorum profeſſorem inſignem, & edidiſſe eleganti carmine pulcherrimam expoſitionem in Cantica Salomonis, iuxta triplicem ſenſum.* Trithemius ait eum vixiſſe Anno 1050. alij 1123. aut 1150. De alijs viris doctis in Anglia ſub Stephano rege videndus eſt Pitſeus de ſcriptoribus Angliæ à numero 192. ad 213.

OSBERNVS. ROB. POLENVS. Pitſeus n. 203. Simeon Dun. An. 1147.

Pitſeus n. 207.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA ſub Stephano Rege.

CVm *Gulielmum Archiepiſcopum Eboracenſem* (ait Camdenus in ſua Britannia p. 566.) *Romæ reducem maxima hominum multitudo comitaretur, plurimique in flumen deciderent, Archiepiſcopo vberius flente, & numen diuinum inuocante, ne vnus periit.* Idem miraculum referunt Capgrauius in vita S. Gulielmi, Polidorus l. 12. Harpesf. ſæc 12. c. 41. Capgrauius addit, quòd *poſt obitum eius, puellam à natiuitate cæcam, illuminauit, contractos tres greſsibus reſtituit, ſurdo auditum præbuit, hydropicum ſanauit, paraliticum & leproſum optatæ ſaluti reddidit, mortuum reſuſcitauit, & vſque in hodiernum diem in loco requietionis eius omnipotens Dominus precibus eius & me-*

vitis miracula oſtendit. Polid. l. cit. *vir ſanctiſsimus inter Diuos relatus per cuius preces etiam nunc mortales ſubleuantur.* Harpesf. loc. cit. *admirandis eum dotibus ſupra communem hominum ſortem Deus tam viuum quam defunctum amplificauit.* —— *Magna apud Deum in gratia & gloria conſtitutum teſtantur innumera omnis generis illuſtria apud ſepulchrum eius miſeris, & afflictis hominibus beneficia omnium temporum memoria præſtita & admirabilia, atque ad medicinam ægrotorum ſalutare* [a] *oleum, corpore Beati promanans.* Godvinus etiam in vita eius (licet Proteſtans) refert illud miraculum de hominibus ſeruatis, qui in flumen ciderant, nec illud inficiatur: & addit. *Ipſo inter Diuos relato, multa patrata fuerunt miracula.* Idem repetunt Magdeburgenſes Cent. 12. c. 10. & addunt, *miraculis clarus fuit*: & (vt iam retulimus ex Parisio) in loco, vbi ſepultus eſt S. Wulfricus Eremita, *innumera miracula, vſque in hodiernum diem fiunt.* Continuator Florentij An. 1137. *Apud Southwellam dum in ſepulturam cuiuſdam pararetur foſſa, quorundam reliquiæ ſanctorum, & vitrea ampulla, cum limpidiſsima aqua lateribus ſurrectis, velut à fractura tuentibus eam, reperta eſt. Quæ infirmis data, & guſtata, ſanitati priſtinæ reſtituuntur.* Sub Rege Stephano, nempe Anno 1140. facta eſt translatio corporis S. Erconwaldi Epiſcopi Londinenſis, & per ipſum facta complura miracula, quorum aliqua refert Capgrauius in eius vitâ. Claruit item S. Robertus Herfordenſis Epiſcopus miraculis, quæ videri poſſunt, apud Harpesf. l. cit. Lelandus apud Baleum Cent. 2. c. 94. ait. *claruit miraculis, Gulielmi pueri, à Iudæis crucifixi, ſepulchrum.* Et Baleus, ibid. ait, quòd Thomas Monumethenſis ſcripſit de vita huius Gulielmi libros ſeptem, & de miraculis eiuſdem, librum vnum. Huntington l. 8. p. 393. ſcribit An. 1144. *Miraculum iuſtitia ſua dignum, Dei ſplendor exhibuit, quod* (inquit) *multis & ego ipſe oculis meis conſpexi*, ac narrat, quomodo ſanguis è parietibus Eccleſiæ & Monaſterij, ſacrilegè à quodam occupati ebulliuit; & alius ſacrilegus, dum cum vxore mare tranſiret, nauis immobilis hæſit, vbi autem ipſe cum vxore ſua in ſcapham demiſſus eſt, nauis pergit, ſed ipſe ſubitò à fluctibus abſorbetur: Idemque referunt Houeden An. 1144. Neubrigenſis l. 1. c. 11. Pariſius Anno 1143. Baronius Anno 1144. & alij.

a *Stubbaus in Epiſc. Ebora.*

Brompton col. 1033.

CAPVT QVINTVM.

HENRICVS SECVNDVS, REX CHRISTIANVS Angliæ trigeſimus ſeptimus, ab Anno 1155. ad Annum 1189.

SECTIO PRIMA.

Laudatur à Catholicis.

1. ANno 1155. Angliæ ſolium conſcendit Henricus ſecundus, Henrici primi ex filia ſua Mathilde Imperatrice, nepos, regnauitque Annis 35. vſque ad Annum 1189. Quem Petrus Bleſenſis, qui eum optime nouit, ita deſcribit Epiſt. 66. *Nemo eſt in conſilijs argutior, in eloquentia torrentior, ſecurior in periculis, in proſperis timidior, conſtantior in aduerſis. Quotidiana eius ſchola eſt literatiſsimorum conuerſatio, iugis etiam diſcuſsio quæſtionum, & eleemoſynas eius enarrat omnis Eccleſia ſanctorum.* Patriarcha Antiochenus in literis ad Henricum apud Houeden p. 643. *Et quidem prudentiâ & opinione, & diuitijs, cæteris Regibus occidentalibus præeminetis.* Giraldus Cambrenſis, eiuſdem temporis Author l. 1. de expugnatione Hyberniæ c. 45. teſtatur, quòd *erat literis eruditus, & eloquentiſsimus, affabilis, vrbanus, pietate ſpectabilis, & inter mundi principes, multis naturæ dotibus incomparabilis.* Polid. l. 13. *Ingenio acutiſsimo, memoria longè tenaciſsima, animo magno*: Præſul Carnotenſis apud Camdenum in Britan. p. 206. al. 247. *Rex optimus apud Britannias, Normannorum, & Aquitanorum Dux fœliciſsimus, & primus tam amplitudine rerum, quam ſplendore virtutum: quàm ſtrenuus, quàm magnificus, quàm prudens & modeſtus, ab ipſa (vt dicam) infantia fuerit, nec ipſe liuor ſilere, nec diſsimulare poteſt, cum opera recentia, & manifeſta ſint, & à* [a] *Britannorum finibus ad Hiſpaniæ limites,*

Neubrigenſis l. 3. c. 26.

a *Neubrigen. l. 2. c. 4.*

virtutis

virtutis ſuæ protenderit & continuauerit titulos. Harpesfeild. ſæc. 2. c. 5. *Fuit ille quidem multis magniſque ingenij, corporis, animique dotibus, & præclaris quibuſdam virtutibus, inſignis, erga milites præſertim munificentia, & erga populum, quem raro, & erga Eccleſiam, quam nunquam tributis onerauit, literiſque ornatus.* [b] Lucius Papa III. in literis ad ipſum, apud Pariſium, An. 1185. ſcribit, quòd *cuncti Prædeceſſores eius, præ cæteris terræ principibus, armorum gloria & animi nobilitate longè retrò claruerunt.* Filia eius Eleonora fuit Auia S. Ludouici Regis Galliæ. Baron. An. 1172. *Præſtitit quod regis verè pœnitentis & Chriſtiani eſſet maximè pij parendo in omnibus mandatis vniuerſalis Eccleſiæ Papæ.* Stapleton: in Apologet. pro S. Thoma Cantuar. *Rex. Henricus magni animi princeps & ciuilis iuſtitiæ zelator egregius.* Sugerius in vita Ludouici Groſſi. *Erat Eccleſiarum liberalis ditator, & eleemoſynarum dapſilis diſpenſator.* Ex Proteſtantibus Baleus Cent. 3. c. 26. refert eius laudes ex Petro Bleſenſi, & c. 17. vocat eum *optimum principem.* Parkrus in vita Balduini Archiepiſcopi n. 40. vocat eum *inclitiſſimum regem, & prudentiſſimum principem.* Godwinus in conuerſione Britanniæ c. 3. ait *Regum ſui temporis longè clariſſimus.* Et in vita S. Thomæ Archiepiſcopi, *Monarcha ſui ſæculi potentiſſimus & clariſſimus.* Baxerus in eius vita *fuit inſignis princeps, & ſi in quibuſdam defecerit, meminiſſe oportet, quòd homo erat.* Foxus in Actis p. 212. *Erat eloquens, eruditus, fortis, & audax in rebus bellicis.* Martinus in eius vita, *Fuit doctus, prudens, Politicus, iuſtus & fortis.* Similia Stous An. 1154. Spedus l. 9. c. 6. *vir inſignis prudentiæ, conſtantiæ, & Zeli.* Sic etiam Holinshed An. 1189. vbi addit, quod tempore grauiſſimæ famis, aluit [c] decem millia hominum, ab initio Aprilis vſque ad tempus meſſis. Plura habet Camden. in ſua Britan. p. 206. in folio. Reuſnerus in genealogia Angliæ regum. *Fuit florentiſſimus & potentiſſimus, artis militaris peritiſſimus, in rebus bellicis fortunatiſſimus.* Baconus in vita Henrici 7. *Celeberrimæ memoriæ Rex.*

2. Fuit hic omnium Anteceſſorum ſuorum Regum Angliæ, potentiſſimus. Nam vt ex Giraldo Cambrenſi refert Camdenus in Brit. p. 206. al. 247. *A* [d] *Pyrenæis montibus, vſque ad extremos Borealis Oceani fines, brachium ſuum extendit, Angliam & Normanniam iure hereditario poſſedit, Aquitaniam & Pictauiam iure vxoris adiunxit, Hiberniam domuit, & Scotiam ſibi ſubdidit.* Et Houeden An. 1175. p. 545. recitat formulam homagij, ſeu fidelitatis, quod Eboraci Willielmus Rex Scotiæ illi fecit, *de ipſa* [e] *Scotia, & omnibus alijs terris ſuis.* Ibique apponit nomina teſtium, coram quibus hoc homagium fecit. Weſtmonaſterienſis etiam An. 1175. ait *Gulielmus Rex Scotorum deuenit homo ligius Regis Anglorum, de Regno* [f] *Scotiæ & omnibus terris ſuis. Et homagium ei fecit, vt Domino ſuo ſpeciali: & ſimiliter omnes Epiſcopi, cum Comitibus & Baronibus Scotiæ.* Robertus Montenſis An. 1176. *Rex Scotiæ fecit homagium & ligantiam (Henrico) de omni terra ſua, vt proprio Domino.* Idemque habet Neubrigenſis l. 2. c. vltimo. vt mirum ſit, Gordonum in Chronico negaſſe, Gulielmum agnouiſſe ſe beneficiarium Regis Angliæ, *titulo totius regni Scotiæ, vt aliqui* (inquit) *hallucinantur*, cum Houeden recitans ipſa verba homagij, dicat Gulielmum feciſſe homagium, *de ipſa Scotia, & omnibus alijs terris ſuis*, idemque aſſerat Robertus Montenſis, & Neubrigenſis, illius ætatis authores, itemque Giraldus Cambrenſis verbis iam citatis, ac fateatur ipſe Buchananus Scotus l. 7. vide Walſingamum in Ypodigmate Neuſtriæ An. 1174. & 1301. Epiſtolam etiam Eduardi Regis apud Weſtmonaſterienſem An. 1031. & Harpesfeild. ſæc. 12. c. 5. Quinimo Petrus Bleſenſis Epiſt. 114. ad filium eius ita ſcribit. *Vidimus, & præſentes fuimus, vbi regnum* [g] *Paleſtinæ, regnum etiam Italiæ, patri veſtro, aut vni filiorum ſuorum, quem ad hoc eligeret, ab vtriuſque regni magnatibus & populis eſt oblatum.* His addit idem Houeden An. 1170. *Fecit Rex Pater* [h] *Gulielmum regem Scotorum, & Dauid fratrem ſuum, & comites, & Barones regni, deuenire homines noui Regis* (filij ſui) *& iurare ei fidelitatem contra omnes homines, ſalua fidelitate ſua.* Idque repetit Pariſius An. 1175 p. 131. Tantæque authoritatis inter Principes Chriſtianos erat, vt Caſtellæ & Nauarræ Reges, ad eum tanquam honorarium arbitrum controuerſias ſuas detulerint. Hoc Rege iubente, quæſitum & inuentum eſt corpus incliti Regis Arthuri, cum hac inſcriptione in laminâ plumbeâ. *Hic iacet ſepultus inclitus Rex Arthurus in inſula Aualonia*, [i] cuius cra-

b Neubrig. l. 3. c. 12. Baronius An. 1183.

Laudatur à Proteſtant.

c Radulfus de diceto An. 1176. Stous. in deſcript. Londini. p. 91.

d I Carnot. & Neubrig. ſupra. Brompton col. 1044. Knighton l. 2. c. 11.

e Rad. de Diceto An. 1174. Brompton col. 1105.

f Pariſius An. 1175. Polid. l. 12. Knighton l. 2. c. 12. Holinshed An. 1173. Foxus in Actis 1596. p. 214 ait ſigilla extare in theſauro regis literis in ipſum

g Houeden An. 1174. Pariſ. An. 1174. Vueſtmon An. 1175. Baron. An. 1185 Geruaſ col. 1501.

h Brompton An 1169. Stous An. 1164.

i Houeden An 1171 Pariſ An. 1176.

Corpus Arthuri Regis inuentū.

nium & oſſa ſe vidiſſe & contrectaſſe teſtatur, illius temporis author, Giraldus Cambrenſis Epiſcopus Meneuenſis. Eiuſdem inuentionis meminerunt pene omnes poſteriores ſcriptores Anglici, vt Pariſius & Weſtmonaſterienſis An. 1191. Harpesf. l. 1. c. 24. Camden. in Britan. p 191. al. 166. Vſher. Antiquitat. p. 117. & 380. Stous in Chronico p. 61. 235. & 306. Godwinus in Epiſcopis Wintonienſibus n. 37. & nihilominus Dempſter vocat hoc *Ruderetum confictum.*

Bromptin col. 1152. Knighton l. 2. c. 12. Holinshed l. 5. c. 14. Spedus hiſt. l. 7. c. 12. Vide Vſſerium in Antiq. p. 117. 119. 120. & 910. Henricus rex Roman. Carbonarius k Neubrig. l. 2. c. 4. Sigebertus An. 1163. Pariſ. An. 1175. Gerubard. in Chronico. Baleus Cent. 2. c. 94. Holinshed An. 1163.

3. Catholica huius potentiſſimi Regis religio, teſtatiſſima eſt, 1. quia miſſam audiebat, vt teſtantur Petrus Bleſenſis, & Giraldus Cambrenſis locis citatis. Secundò, quia vnà cum Ludouico Galliæ Rege, [k] officio ſtratoris functus, pedes, frænum Alexandri Papæ tenens, per Tociacum vrbem ad Ligerim vſque eum deduxit, vt ex Roberto Montenſi refert Baronius An. 1162. vbi ait fuiſſe *hoc ſpectaculum, quale hactenus nunquam viſum in orbe.* Et An. 1154. recitat literas Henrici ad Adrianum IV. in quibus ait, *ſe honori eius magnificè collætari*, & vocat *ſe ſpiritualem eius filium.* Anno 1160. recitat literas Alexandri P. III. in quibus, ita ſcribit. *Perſoluimus gratias omnium conditori, laudum præconia referentes, quod magnificum illum & sereniſſimum orbis principem, Henricum Regem Anglorum, audiuimus firmum ac ſtabilem in Catholica vnitate Eccleſia permanere.* Addit Houeden part. 2 Annalium p. 493. Alexandrum conceſſiſſe, vt *Rex ipſe eſſet Legatus totius Angliæ.* Item Anno 1162. refert, quòd Henricus II. obtulit pretioſa munera. Alexandro III. & quòd *poſt pedum illius oſcula, præparatam ſibi ſedem humiliter recuſans, ad pedes Pontificis voluit cum ſuis Baronibus conſidere.* Et S. Thomas in Epiſt. ad ipſum Henricum apud Houeden An. 1165. *Notum eſt fere toti mundo, quàm deuotè, quàm honorificè Dom. Papam receperitis, quantum Eccleſiam Romanam foueritis, & honorraueritis, quantum D. Papa & Eccleſia Romana perſonam veſtram dilexerit, honorauerit, & in quibuſcunque potuerit, vos exaudiuerit.* Et Adrianus Papa IV. (vt ſcribit Ioan. Sariſburienſis Epiſt. 44.) *ſicut mater vnicum amat filium, ita vos diligebat.* Et idem Adrianus ei dedit dominatum Hyberniæ, cuius diploma ea de re extat apud Baronium Anno 1159. idque in eum finem, vt *Hibernos rudimentis fidei inſtrueret.* Idemque poſtea confirmauit Alexander III. vt fatetur Baleus Cent. 3. c. 4. Addit Houeden An. 1164. quòd Alexander III. ei conceſſit vt eſſet *legatus totius Angliæ.* Et An. 1169. recitat literas eiuſdem Alexandri III. ad Henricum, in quibus vocat eum *Regem Chriſtianiſſimum, cui vtique omnem, quam cum Deo poſſumus, gloriam cupimus & honorem —— Non enim tuæ Deuotionis inſignia, nobis tempore tam oportuno exhibita, à noſtra in poſterum memoriâ, vlla poterunt ratione deuelli, vel in conſpectu Eccleſiæ aliqua deſuetudine inumbrari.* Quæ fuerint hæc inſignia deuotionis, tam oportuno tempore exhibita Alexandro, ita narrat Petrus Bleſenſis. Epiſt. 144. *Cum Fredericus furor ſchiſmatis contra Alexandrum III. in partem Apoſtatæ Octauiani cantur eſſet, atque ſub illa ſchiſmatis concuſſione generaliter vbique terrarum Eccleſia laboraret, Reges Franciæ & Angliæ variis ex vtraque parte legationibus tentabantur: cumque ſententia [l] Regis Francorum, Conciliorum varietate cui faueret parti, fluctuans dubia vacillaret, Rex Henricus dolens Chriſti tunicam diutius ſcindi, primus Alexandro Papæ conſenſit, multaque cautela trahens Regem Francorum pariter ad conſenſum, Apoſtolicum, & ſuis muniuit conſiliis, firmauit auxiliis, & ſic nauem Petri ſub certo diſcrimine naufragantem, in ſecura littoris ſtatione locauit. Hæc apud Caſtrum Radulphi vidimus.* Et Arnulphus Epiſcopus Luxouienſis apud Baronium An. 1169. *Rex Francorum definitionem* (vtrum Alexander, an Octauianus eſſet verus Papa) *Regis Anglorum voluntati commiſerat, nihil ſe facturum publicè conteſtatus, niſi quod ipſius ei ſententia prædicaſſet —— Quia ergo de arbitrio regis Anglorum, tota cauſa pendebat, exaudiendus erat potius quàm ſeueritatis alicuius auſteritate terrendus, de cuius ſimplici fauore, in momento Francorum, Anglorum, Hiſpaniæ, Hiberniæ, & nouiſſime etiam Noruegiæ regna cepiſtis.* Comes Arondeliæ legatus regis apud Geruaſium, col. 1396. profitetur quod Alexandri III. *nutui & authoritati de iure totus ſe inclinat mundus*, quòd Henricus *lapſus ſuos, & ſua omnia eius penitus expoſuit voluntati*: cui Papa reſpondens ait, *ſcimus fili comes & memoria recolimus quanta deuotione rex Angliæ plurima & largiora nobis contulerit beneficia.* Tertiò, quia (vt refert Stous in vita eius) Fundauit Monaſterium Fontis Ebraldi, Prioratum Stokeſlei, S. Martini Doroberniæ, & Baſinnoerki,

l Vide Picarium in notis ad vit. in Neubrigenſem. Harpesfeld ſæc. 12. c. 3.

ſinvorki, quibus Camden. in Britannia p. 412. al. 488. 504. addit Neuſtedenſem, & Circeſtrenſem, & in Angliam induxit Carthuſianos. Quartò, quia ſeuere perſecutus eſt [m] Waldenſes, quos [n] Proteſtantes pro ſuis vendicant, tam in Anglia, quàm in Gallia. Nam qui in Angliam ingreſſi fuerant, *indicto Concilio* (ait Neubrigenſis l. 2. c. 13 [o] *Oxoniæ damnati ſunt inuſto frontibus charactere, virgis caſi, vetitis omnibus ne eos hoſpitio exciperent, adeoque omnes inedia perierunt. Nec ante nec poſt ab aduentu Anglorum fuerunt Hæretici in Anglia*, & addit, quòd *ſacrum baptiſma Euchariſtiam, coniugium, deteſtabantur.* Radulphus Cogshalenſis apud Picardum in Notis ad Neubrigenſem l. 2. c. 13. *Aſſerunt paruulos non* [p] *baptizandos, nec orandum pro mortuis, nec ſanctorum ſuffragia expetenda, nuptias damnant, virginitatem prædicant in operimentum ſuæ turpitudinis. Nullas ſacras ſcripturas recipiunt, niſi Euangelia & Epiſtolas Canonicas.* Magdeburgenſes Cent. 13. c. 5. *Docuerunt duo eſſe principia, Deum bonum, & malum, baptiſmum abijciebant, matrimonia damnabant, corporum reſurrectionem negabant, aiebant Chriſtum non eſſe Deum, peccatum originale nihil eſſe*, &c. En quales Maiores Proteſtantes vendicant. De ijs autē qui erant in Gallia ſcribit Houeden An. 1173. quod ipſe R. Henricus & Rex Franciæ zelo Chriſtianæ fidei accenſi *ſtatuerunt, in proprijs perſonis bellum gerere contra eos* (Albigenſes) *vt eos prorſus eliminarent*, & pag. 574 576. refert, quòd Albigenſes cogebantur fateri, quòd *per miniſterium ſacerdotis, & virtutem diuinorum verborum, panis & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti verè tranſubſtantiatur.* Demum hic fuit Catholicus obitus ipſius, vt tradit idem Houeden in fine vitæ ipſius. [r] *Cum ægrotaſſet vſque ad mortem fecit ſe deferri in Eccleſiam ante altare, & ibi communionem corporis & ſanguinis Domini deuotè ſuſcepit, confitens peccata ſua, & ab Epiſcopis & Clero abſolutus obijt.* Harpesfeild. ſæc. 12. c. 5. ait, quòd *in teſtamento, Eccleſijs pauperibuſque tam in Anglia, quàm in alijs eius ditionibus poſitis, infinitam pecuniam legauit.* Scribit autem Petrus Blelenſis Epiſ. 29. quòd *proſapia huius regis Angliæ, quia vnus de* [s] *Anteceſſoribus eius cuidam leproſo, quem in hoſpitio receperat gratiam officioſa humanitatis exhibuit ab officio Foreſtarij, in eminentiam regiæ dignitatis aſcendit.* Et Epiſt. 66. ita purgat eum à cæde S. Thomæ Cantuarienſis. *Quod autem de morte B. Martyris quæritis: in verbo Domini, & in ordine Diaconi, vobis dico me nullo modo habere in conſcientia ipſum huius rei culpabilem extitiſſe: huiuſque fidem pleniſſimam vobis facient D. Theodinus Portuenſis Epiſcopus, & D. Albertus Cancellarius, qui propter hoc in partibus noſtris legatione fungentes explorauerunt, & cognouerunt innocentiam viri.* Baleus Cent. 3. c. 4. ita ſcribit de Henrico. *Permiſit appellationes ad Papam libere fieri, ſeque ſuumque regnum illius ſubmiſit arbitrio, atque ita Antichriſto, in maiorem ſubiectionem venerunt tunc Angli, quàm aliàs vnquam.* Et (vt teſtatur Camden in ſuis vindicijs p. 27.) *Hæ fuerunt vſitata loquendi formulæ in illa ætate* (Henrici 2.) *in fundationibus, Fundaui in honorem beatæ Virginis, & ſancti vel ſanctæ alicuius, pro ſalute animæ, pro remiſſione peccatorum, pro ſalute regis & incolumitate regni.* Gordon. Anno 1180. *In fauorem Eccleſiæ, optimas condit leges.* Et (vt refert Camdenus in Hibernia. p. 751.) *vt cædem Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi expiaret, magnificum cœnobium ampliſſimis redditibus Dubliniæ fundauit & locupletauit.* Et p. 743. ait, quòd *S. Thomæ affines prouentibus & honoribus adaugebat.*

4. Quoniam autem Elienſis Reſponſione ad Apologiam Bellarmini c. 3. negat Hiberniam datam Henrico ab Adriano IV. ſed Henricum petijſſe tantùm conſilium & fauorem ab Adriano, & in Epiſtola Adriani, non eſſe vllam donationem, audiat quid ſcribat Giraldus Cambrenſis author eiuſdem temporis ad Ioannem Henrici filium, in fine Hiberniæ expugnatæ. *Quatenus ea duo quæ Pater veſter Adriano Papæ pepigerat propter licentiam impetrandam intrandi Hiberniam, & expugnandi.* Et l. 2. Expugnationis Hiberniæ c. 6. *Henricus ab Adriano Papa priuilegium impetrauit, eiuſdem authoritate, & aſſenſu Hibernico populo tam dominandi quam ipſum in fidei rudimentis informandi, per Ioannem Sariſburienſem, poſtmodum Epiſcopum Carnotenſem, Romam ad hoc deſtinatum, idem Papa Regi* [t] *annulum, in inueſtituræ ſignum præſentauit, qui ſtatim cum priuilegio in Archiuis Wintoniæ repoſitus fuerat.* An non hic dicitur, quòd Henricus *impetrauit licentiam ab Adriano intrandi Hiberniam, & eam expugnandi?* An non *impetrauit ab eo priuilegium, eius authoritate dominandi populo*

[m] Harpesfeild. l. 12. c. 16.
[n] Balens Cent. 2. c. 95. 97. Falso de Succeſſ. p. 127. Fox in Actis p. 185.
[o] Paris. An 1166. Vualſing. An 1166 Fabl. l. 13.
[p] Comes Toloſa apud Geruaſium An. 1177.
[q] Baronius An 1178.
Tranſubſtantiatio.
[r] Baronius An. 1189.
Vnde familia Henrici eſt facta Regia.
[s] Ra de ceto d. An 960.
Vide Houeden l. 529 Baronium An 1171. Gordon An 1171. Quadrilogum
Mario alteri ſorori dedit Abbatiā Berkingenſem. Geruaſ. An 1172.
De profectione Henrici in Hiberniam, vide Geruaſiū Cantuar. An. 1171.
Impetrat licentiam fio. Houeſus Ao. 1160.
Authoritate Adriani.
[t] Io Sariſb. l. 4. c. 42. Vſſer in Ep Hiber. p. 192. Stou An. 1160.

Hibernico? An non Adrianus per Ioannem Sariſburienſem miſit Henrico annulum inſignum [u] inueſtituræ Hiberniæ? Pariſius etiam Anno 1155. Rex Anglorum Henricus nuntios ſolemnes Romam mittens, [x] rogauit Papam Adrianum, vt ſibi liceret Hiberniæ inſulam hoſtiliter intrare, & terram ſubiugare — Quod Papa regi gratanter annuens, hoc ſequens priuilegium ei deſignauit. [y] Adrianus Epiſcopus ſeruus, &c. Significaſti nobis (Fili in Chriſto chariſſime) te Hiberniæ inſulam, ad ſubdendum populum legibus Chriſtianis, & vitiorum inde plantaria extirpanda, velle intrare, & de ſingulis domibus annuam vnius denarij B. Petro velle ſoluere penſionem, & iura Eccleſiarum illius terræ illibata & integra conſeruare: Nos autem pium & laudabile deſiderium tuum fauore congruo proſequentes, & petitioni tuæ benignum impendentes aſſenſum, gratum & acceptum habemus, vt pro dilatandis Eccleſiæ terminis, vitiorum reſtringendo diſcurſu, pro corrigendis moribus, & virtutibus inſerendis, pro Chriſtianæ religionis augmento, inſulam illam [z] ingrediaris, & quæ ad honorem Dei, & ſalutem illius inſulæ ſpectauerint, exequaris, & illius terræ populus te recipiat, & ſicut Dominum veneretur. An non Pariſius apertè dicit, quòd Henricus rogauit Adrianum, vt ſibi liceret Hiberinam ingredi & ſubiugare, & quòd Papa eius petitioni annuit? An non Adrianus etiam dicit, quòd Henriei petitioni benignum impendit aſſenſum, vt Hiberniam ingrediatur, & illius terræ populus eum recipiat, & ſicut Dominum veneretur? Weſtmonaſterienſis etiam An. 1155. Rex Anglorum nuntios ſolemnes Romam mittens, rogauit Papam Adrianum, vt liceret ei Hiberniam hoſtiliter intrare, & eam ſibi ſubiugare. Quod Papa regi gratanter annuit, & ſuper hoc priuilegium deſtinauit. Houeden p. 528. Rex Angliæ miſit tranſcriptum chartarum vniuerſorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Hiberniæ, ad Alexandrum Papam, & ipſe authoritate Apoſtolica [a] confirmauit illi & heredibus ſuis regnum Hiberniæ ſecundum formam chartarum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Hiberniæ. Polidorus l. 13. Rex per legatos Alexandrum orauit, vt Hiberniam, quam ipſe nuper domuerat, ad regnum Angliæ ſua authoritate adiungeret, quod haud grauate fecit Pontifex. Vide Vſſerium de Religione antiquæ Hiberniæ. p. 124. 121. vbi refert hæc verba Ioannis Sariſbur. Ad preces meas, illuſtri Regi Anglorum Henrico ſecundo conceſſit, & dedit (Adrianus IV.) Hiberniam iure hæreditario poſſidendam. Addit Houeden p. 566. quòd conſtituit Ioannem filium ſuum, regem in Hibernia, conceſſione & confirmatione Alexandri ſummi Pontificis.

5. Et ex Proteſtantibus: Angelocrator l. 8. Chron. in Adriano b Hiberniæ dominatum Henrico ſecundo Anglorum regi conceſſit. Stous An. 1160. Mittens Romam nuntios, eorum rogatu obtinuit ab Adriano Papa Anglo, tum vt haberet dominatum populi Hibernici per eius authoritatem & conſenſum, tum vt eos inſtrueret in rudimentis fidei: ibique refert priuilegium Adriani. Baleus Cent. 3. c. 4. Regi Henrico Hiberniæ dominatum c confirmauit Pontifex Alexander tertius. Parkerus in vita S. Thomæ Cantuarienſis: Adrianus Papa Hiberniam inſulam Regi Henrico ſecundo ſubiugandam, Papali diplomate conceſſit. Holinſhed An. 1172. Henricus II. miſit legatos Romam, rogaus Alexandrum III. vt ſua authoritate daret ei licentiam vniendi Hiberniam regno Angliæ. Rex hic habuit quatuor filios, quorum tres fuerunt Reges Angliæ, & quartus dux Britanniæ, ac filias tres, quarum prima nupſit Regi Caſtellæ, ſecunda Duci Saxoniæ, vnde natus eſt Otho Imperator, & tertia, Regi Siciliæ. Boſius l. 23. de ſignis Eccleſiæ c. 2. ſcribit, quòd S. Bernardus, qui tunc viuebat, prædixit huic Regi, quòd ob necem S. Thomæ Cantuarienſis, eius poſteri ſemper inter ſe digladiarentur. Cæterum, S. Bernardus mortuus eſt vno aut altero anno antequam Henricus regimen iniret, & multis annis antequam S. Thomas necaretur. Ille enim obijt Anno 1153. Henricus cæpit regnare Anno 1154. aut ſequente, & S. Thomas occiſus eſt Anno 1171. Potius hæc pœna erat * ſæuitiæ Gulielmi primi, proaui huius Henriei, in populum Anglicanum, cuius poſteri tam ante, quàm poſt hunc Henricum, perpetuò in ſeipſos grauiſſimè ſæuierunt, & in generatione vna deletum eſt nomen Gulielmi, partim filijs ſuis, partim ipſorum liberis maſculis, aut ſubmerſis, aut occiſis, atque in ipſo Henrico primo, omnis Gulielmi primi virilis ſexus legitima proſapia defecit. Camden. in ſua Brit. p. 728. aſſerit quod ſub Henrico ſecundo, Ioannes Veſci è bello ſacro rediens, Carmelitas ſecum primus in Angliam adduxit.

SECTIO

u Camden in Hibern. p. 702.
x Stous An. 1160. Rogat.
y Geraldus Cambren. Hibern. expugnatæ l. 2. c. 6. Radulfus de Diceto An. 1154. Baronius An. 1159. Vſſer. in ſyllogo Ep. Hibern. Stous An. 1160.
Petit
z Camden in Hibern. p. 759.
Rogauit Papam.
Alexander confirmat.
a Brompton col. 1071.
b Camden. in Hibern. p. 702.
c Camden in Hibern. p. 759
Neubrig. l. 2. c. 8. Genebrard An. 1150.
Robertus Montenſis.
* Vide Camden. in Brit. p. 225. Stou. An. 1086. & 1087.
Carmelitæ in Anglia.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, ſub Henrico ſecundo.

1. IMprimis Nicolaus Breakſpear, poſtea Adrianus Papa quartus, *vir* (inquit Baronius 1154. *apprimè eruditus, & ſanctis moribus, ac pietate inſignis, miſſus legatus à latere, ad partes Norvegiæ, gentem illam barbaram, & rudem, in lege Chriſtiana diligenter inſtruxit, & pacem regnis, quietem Eccleſiis, ordinem & diſciplinam clericis, legem populis, inde recedens reliquit.* Et An. 1159. *Illud reliquit Adrianus poſteris admirandum exemplum, quòd nec obolum quidem erogarit in ſuos propinquos, adeo vt & matrem ſuam reliquerit alendam eleemoſynis Eccleſiæ Cantuarienſis, ſicut teſtatur Ioannes Sarisburienſis.* Genebrardus l. 4. Chron. ait, ex Platina & Stella, quòd [a] *Norvegiam (Onuphrius Sueciam addit) ſua prædicatione, ad Chriſti fidem perduxit, antequam eſſet Pontifex.* Bzouius An. 1542. n. 12. *Hadrianus quartus, natione Anglus, ſanctitate ac prædicatione ſuâ, Norvegia, Sueciaque regna, ante Pontificatum, ad fidem Chriſti converterat.* Pariſius in vita Roberti Abbatis Albanenſis, vocat Adrianum, *Confeſſorem egregium.* Ciaconus in vita Eugenij III. *In Norvegiam & Sueciam legatus, eas gentes ad Chriſtum convertit.* Boſſius l. 4. de ſignis Eccleſ. c. 1. & l. 10. c. 13. *Ab Adriano, Norvegia tota Chriſto eſt addicta.* Bellarminus l. 4. de Eccleſia c. 12. *Adrianus quartus, Norvegos ad fidem convertit.* Sic etiam Trithemius l. 4. de viris illuſtribus c. 17. Godwin. in Cardinalibus Angliæ. *Adrianus quartus, Norvegos fidem Chriſtianam primus docuit.* Angelocrator vero Chron l. 7. An. 1140. *Norvegiam ad Papiſmum adducit.* Camden. in ſua Britan. p. 297. *Norvegos Chriſtianitatem primus docuit.* Parkerus in Archiepiſcopis n. 56. *ad Chriſti fidem traduxit.* Vſſerius in Recenſ. Epiſtolarum Hiberniæ p. 151. *Adrianus Norvegiam primus Chriſtiana fide imbuit.* Marques in Annalibus Ciſterc. Anno 1154. evincit ex ipſiuſmet Adriani verbis ad Ioannem Sarisburienſem, eum fuiſſe Canonicum regularem. S. Sigfridus prædictus, Epiſcopus Vpſalenſis in Suetia, claruit ſub hoc Rege, nempe ſub Anno 1160. de quo ita Ioannes Magnus Archiepiſcopus Vpſalenſis l. 17. c. 10. *S. Sigfridus Eboracenſis, in Gothiam Suetiamque navigavit, eiuſque nepotes tres, ab impijs occiſi.* Et Molanus in Februario: *Vexione in Dacia, S. Sigfridi Epiſcopi præclaræ ſanctitatis viri, qui Suetiam ad Dominum convertit.* Ferrarius ibid. vocat eum. *Gothorum Apoſtolum*, ſed de hoc iam ſupra diximus. Weſtmonaſterienſis Anno 1169 *Venerabilis Eremita & monachus, S. Godricus de Finchale migravit ad Dominum.* Cuius [b] auſteriſſimam & ſanctiſſimam vitam, ac miracula fusè deſcribit Capgrauius in Catalogo ſanctorum Angliæ, & inter alia refert, quòd miſerit ad S. Thomam Cantuarienſem, *vt eum moneret ex parte ſua, vt in propoſito ſuo firmiter perſeveret, quia Deo gratum eſt quod proponit efficere.* Pariſius Anno 1176. ait eius *vitam & actus fuiſſe admiranda, ac finem glorioſum.* Ac relatis nonnullis eius actibus, ac miraculis tandem ait, *cuius vitam & virtutes ſupra homines eſſe, & impoſſibilia relatu, videntur.* Huic conſonè ſcribit Harpesfeldus ſæc. 12. c. 45. *Si quis pro magnitudine rei, omnes beati huius in hac ſolitudine vivendi rationes accuratius excutere, & deſcribere vellet, multa ea res volumina deſideraret. In ſumma hoc dixerim, novum Cuthbertum, imo novum Hilarionem, novum Antonium, in Anglia his temporibus renatum*, eumque oſtendit fuiſſe dono prophetiæ, dono linguarum, & dono miraculorum illuſtrem. De eodem ita Molanus 21. Maij: *In Anglia, depoſitio beati Godrici Eremitæ & Confeſſoris, cuius actus clari extant.* Et Camden. (licet Proteſtans) in ſua Britan. p. 601. al. 668. *Apud Finchal, Henrico ſecundo regnante, Godricus vir antiqua & Chriſtiana ſimplicitate totus Deo defixus, ſolitariam vitam egit, & peregit.* Et Catalogus teſtium veritatis. l. 16. col. 1599. *Circa Annum Domini 1170. floruit in Anglia Godricus, inſignis Eremita, ſapiens, ſolitarius, humiliter deſeſcutiens.* Godwin. in Dunelmenſibus Epiſcopis n. 11. Anglicè edita, *Godri-*

Mira continentia.

[a] Brompton An. 1155. Bergomen An. 1155. Polus orat. ad Anglos Marques An. 1162. Magdeburg. Cent. 12 c. 10 Spedus 669

S. SIGFRIDI NEPOTES.

Boſius de ſignis l. 22. c. 3

S. GODRICUS.

[b] Neuburg. l. 2 c. 10 Molanus & Ferrar. ad 21 May. Henriquez in Faſcicul. n. 248.

S. ROBERTVS ABBAS. *Marquez An. 1152. 1157. 1141. 1159.*

cus vetus Eremita, habitus à multis vir valde ſanctus. Obijt etiam tunc temporis nempe Anno 1159. S. Robertus Abbas, cuius vitam habet Surius tom. 3. itemque Capgrauius in Catalogo: cuius animam S. Godricus vidit in cælum aſcendere. Eius meminit Martyrologium Romanum 7. Iunij. his verbis: *In Anglia, S. Roberti Abbatis, ordinis Ciſtercienſis.* Claruit etiam tunc S. Ketellus, de quo agit Neubrigenſis l. 2. c. 21. Item S. Odo Abbas, multum celebratus à Ioanne Sariſburienſi in Policratico. Harpesfeild. ſæc. 11. c. 20. ait, *Odo, tum ob doctrinam, tum ob pietatem celebris: tam excellenti pietate, vt poſt obitum inter* [c] *Diuos ſit relatus:* quem etiam Baleus Cent. 2. c. 97. ait eſſe *à Romano Pontifice inter ſanctos Papiſticos relatum.* Et Magdeburgenſes Cent. 2. c. 10. *Cum omnes monachos in ſeruatoris cænobio latitantes, & doctrina, & virtute* (Odo) *ſuperaret, Thomas Epiſcopus Cantuarienſis, primum ibi præſulem, deinde Abbatem Battellenſis Monaſterij, conſtituit. Poſt mortem in ſanctorum numerum aſciſur.* Claruit etiam eodem tempore S. Ealredus Abbas: de quo ita Baleus Cent. 2. c. 99. *Genere, doctrinâ, & inculpata vitæ moribus, vt Capgrauius habet, præclarus emicuit. Vir erat idem atque alter Bernardus, ingenio mitis, actione pius, & conſilio modeſtiſſimus — ſanctorum Papiſticorum inſcriptus tandem numero. In omni ſcribendi genere D. Bernardo ſimillimus fuit.* Eademque habent Magdeburgenſes Cent. 12. c. 10. vitam eius habet Capgrauius in Catalogo: Ac Picardus in notis ad Neubrigenſem l. 1. recitat antiquos verſus in laudem eius. Baleus Cent. 3 c. 16. *His diebus, quoſdam in Anglia pueros Chriſti ſuorum, in Filij Dei contemptum, Iudæi crucifixerunt, & Buriæ* [d] *Robertum quendam.* Et Weſtmonaſterienſis Anno 1179. Quidam *Puer martyrizatur* (à Iudæis) *apud Vveuloc.* Pariſius Anno 1167. *Robertus Lincolnienſis Epiſcopus vir magnæ humilitatis migrauit ad Dominum.* Somnerus in deſcriptione Cantuariæ p. 279. *Samſon monachus celebris ob pietatem & doctrinam, Claruit Anno 1570.* Geruaſius Anno 1181. *Martyrizatus eſt hoc Anno ad Paſcha apud S. Edmundum, puer quidam Robertus nomine, qui in proximo, in Eccleſiâ S. Edmundi honorificè ſepultus, multis, vt fama fuit, claruit miraculis.*

S. KETELLVS. *Harpesfeild ſæc. 12. c. 41*

S. ODO. *c Perſeus. n 821.*

S. EALREDVS. *Ferrarius 8 Ian & 16 Mar Henriquez l 12. Ian. Marquez An. 1135. 1143. 1166*

Brompton An 1160. Knigton c 12. *d Verner. in Mon p. 725.*

S. THOMAS Cantuar.

a. Cæterum inter ſanctos huius temporis emicuit, velut inter ignes luna minores, S. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui ſub Henrico II. pro libertate Eccleſiæ, in ſua Eccleſia ab impijs occiſus eſt: De cuius ſanctitate præter ea quæ referemus, cum de Archiepiſcopis agemus, ita Petrus Bleſenſis Epiſt. 27. *Vocatus eſt in cælum, quo mundus non erat dignus — ſane à primitiuis adoleſcentiæ moribus, cæpit multum maturitate ſeneſcere, ac carnalis inſolentiæ motus, vigilijs, ieiunijs, diſciplinis, cilicio, & iugi continentiæ balteo cohibere: vocatus eſt itaque à Domino tanquam Aaron, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius. Elegit eum Dominus in ſacerdotem ſibi, vt eſſet in populo eius ductor, & doctor, vitæ ſpeculum, pœnitentiæ forma, & ſanctitatis exemplum. Deus ſcientiarum Dominus dederat illi linguam eruditam, & infuderat ei abundanter, ſpiritum ſapientiæ & intellectus, vt eſſet inter doctos doctior, inter ſapientes ſapientior, inter optimos melior, inter humiles ſocius, inter maximos maior. Erat præco verbi diuini, tuba Euangelij, amicus ſponſi, columna cleri, oculus cæci, lingua muti, pes claudi, ſal terræ, patriæ lumen, miniſter altiſſimi, Vicarius Chriſti, Chriſtus Domini.* Et plura ibid. quæ breuitatis cauſâ omitto. Et Epiſtola 22. *Plurimum mihi cedit ad ſolatium, quòd pro iuſtitia Dei, & Eccleſiæ libertate, ſe murum opponit, & ex ipſa perſecutione hac finem merebitur glorioſum. Plurimum mihi commendabile eſt in Domino noſtro, quòd ſic ſolus aſcendit ex aduerſo, quòd opponit ſe murum pro domo Iſrael.* Et Houeden An. 1170. p. 522. *Cuius vitam innocentem, & mortem, cauſæ merito, in conſpectu Dei pretioſam, innumera prædicant miracula, quæ non ſolùm loco requietionis eius, ſed & in diuerſis nationibus, & regnis mirificè exhibentur.* Giraldus Cambrenſis l. de expugnatione Hiberniæ p. 743. vocat *ſanctum Thomam.* Et Eraſmus in ſuo colloquio de Peregrinatione, *optimum virum.* Spedus in Catalogo Monaſteriorum Angliæ, ait, quòd *Noueaton fundatum erat, ſub hoc rege,* quod Camden in ſua Britan. p. 627. aſſerit fuiſſe *magna ſuperioribus ſeculis celebritate, ob ſanctimoniam ſacrarum Virginum, quæ ibi precibus aſſiduæ, bene viuendi exemplum præbuerunt.*

Sanctitas Virginum apud Nonenton.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA IN ANGLIA CLARI, ſub Henrico ſecundo.

1. IN primis, Ioannes Sarisburienſis, qui tandem fuit Epiſcopus Carnutenſis, *vir* (inquit Baronius, Anno 1156.) *doctrina & probitate notiſſimus, fuit: à ſecretis S. Thomæ Cantuarienſis.* Idem Anno 1172. *Doctrina præſtantiſſimus*: Et Anno 1181. *Clarus inter celebriores huius ſæculi ſcriptores, illuſtior autem ex S. Thomæ Martyris, cui erat à ſecretis, familiaritate.* Harpesfeildus, ſæculo 12. c. 28. *Omni doctrina & pietatis vbertate conſpicuus præ cæteris.* Et multa alia, quæ apud ipſum legi poſſunt. Ex Proteſtantibus, Baleus Cent. 3. c. 1. *Ioannes Sarisburienſis, ex primis vnus fuit, qui noſtræ Britanniæ, poſt Theodori tempora, Græcam & Latinam linguam ſuæ puritati ac dignitati reſtituere laborauit, ſingulari linguæ beneficio atque eruditione præſtans: ſcriptor ſua ætate longè eloquentiſſimus; carmine ac proſâ excellens. Videor* (*inquit Lelandus*) *mihi videre in hoc homine, præter raram quandam facundiam, omnis ſcientiæ orbem: Archiepiſco Thomæ familiaris fuit, & in exilio comes. Factus demum ob reconditam eruditionem Carnutenſis Epiſcopus. Obijt celeberrimus vir, Anno 1182.* Et Cent. 6. c. 1. numerat eum inter *pios viros, cum Beda & Alcuino, quos Spiritus ſanctus excitauit in Eccleſia.* Tuin. l. 3. Antiq. Oxon. ſec. 316. *Sempiternum nomen adeptus eſt, quòd bonas artes in Anglia paſſim obſoletas, ab interitu vindicauerit.* Hic autem tantopere laudatus vir, Papiſticam ſuam fidem profitetur, dum Epiſt. 59. ait: *Romana Eccleſia ſolius Domini reſeruatur examini.* Et Epiſt. 123. *vocat Eccleſiam Romanam, caput omnium Eccleſiarum.* Et (vt ait Author Proteſtanticus libelli, *Deus & Rex*) *Homo inter craſſiſſimas Papiſmi tenebras educatus.* Petrus Bleſenſis; de quo ita Poſſeuinus in Apparatu: *Sanè magnis animi dotibus vir hic præditus fuit, qui & Archiepiſcopatum Neopolitanum renuit, & Epiſcopatum Roffenſem bis recuſanit, & integer vitæ, ſceleriſque purus, Martyrium deſiderauit; libertate autem in ſcribendo vſus, nè regibus quidem tacuit, quæ dicenda eſſent, & verè Epiſcopis, & Abbatibus normam viuendi præſcripſit.* Et de ſeipſo audacter ita ſcribit; Epiſt. 91. *Confidenter & ſub teſtimonio plurium dico, me ſemper dictare literas, ſolitum citiùs, quàm poſſet aliquis exarare: Ad veritatem, non ad iactantiam dico: vidit quandoque Dominus Cantuarienſis, & vos ipſi cum eo, multique alij, me de diuerſis materijs, tribus dicere ſcriptoribus, & vniuſcuiuſque calamo feſtinanti ſatisfacere, meque* (*quod de ſolo Iulio Cæſare ſcribitur*) *quartam Epiſtolam dictare & ſcribere: Quod ſi res iſta alicui in dubium veniat, facti quæſo experientia faciat dicti fidem.* Baleus Cent. 13. c. 21. *Petrus Bleſenſis verè lingua diſertus, & eloquens omnigenæ nitidioris doctrinæ honeſtamento nobilitatur, teſtis & præco veridicus.* Hic doctiſſimus vir, non ſolùm rem, ſed etiam nomen Tranſubſtantiationis profitetur, ſic ſcribens Epiſt. 140. *Et vt gratia exempli, in vno Sacramentorum videas Abiſſum profundiſſimam, & humano ſenſui imperceptibilem. Pane & vino tranſubſtantiatis virtute verborum cæleſtium in corpus & ſanguinem Chriſti, accidentia, quæ priùs ibi fuerant, ſine ſubiecto remanent.* Idem ſermone 38. *Sacerdotum miniſterio, panis & vinum in carnem Chriſti tranſubſtantiatur.* Similiter, Houeden, Anno 1178. p. 574. & 576. teſtatur, quòd Albigenſes quidam, hæreſim ſuam abnegantes, *Confeſſi ſunt, quod ſacerdos, ſiuè bonus, ſiuè malus, iuſtus vel iniuſtus, & talis etiam quem adulterum, aut aliàs criminoſum indubitanter eſſe ſcirent, corpus & ſanguinem Chriſti poſſet conficere, & per miniſterium huiuſmodi ſacerdotis, & virtutem diuinorum verborum, quæ à Domino prolata ſunt, panis & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti verè* [a] *tranſubſtantiabantur.* Hinc videant Proteſtantes, etiam ipſum nomen Tranſubſtantiationis in vſu fuiſſe ante tempora Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III. Claruit etiam tunc temporis prædictus S. Ealredus Abbas; De quo, præter ea quæ ſuprà ex Baleo retulimus, ita ſcribunt Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. *Omni genere doctrinæ, & inculpatæ vitæ moribus præclarus.* A Spelmano in Concilijs, p. 129.

IOANNES SARISBVRIENSIS. Pitſeus n. 255. Quadrilogus in vita S. Thomæ. Magdeburg. Cent. 12. c. 10.

PETRVS BLESENSIS. Harpſf. ſæc. 12. c. 20.

Nota.

Magdeburg. Cent. 12. c. 10.

Ipſum nomen Tranſubſtantiationis.

a Magdeburg. Cent. 9. c. 6. Pexus in Aluip. 232.

S. EALREDVS. Marquet. an. 1166.

dicitur, *Scriptor grauiſſimus.* à Baleo, Cent. 2. c. 88. *Vir doctiſſimus.* Qui Papiſticam ſui temporis fidem his verbis profitetur, ſerm. 25. in c. 14. Iſaiæ: *Hæc eſt Eccleſia Romana, cui qui non communicat, hæreticus eſt. Illius eſt conſulere omnibus, iudicare de omnibus —— Quicquid ipſa ſtatuerit, ſuſcipio, approbo quod approbauerit, & quod damnauerit, damno, —— Vbi Eccleſia Romana oculis cernitur, ratione probatur, confirmatur authoritate, ibi cor meum, ibi animus meus, ibi affectus meus: Ab eius fide, quæ Chriſto orante non deficiet, ab eius vnitate, quam ſchiſmaticorum prauitas, Chriſto conſeruante, non diuidet, ab eius ſubiectione, cuius princeps mihi cælum aperiet, me neque mors, neque vita, neque alia creatura, Dei adiuuante gratia, ſeparabit.* Vnde Foxus in Actis p. 204. ait: *Hac ætas tota occæcata fuit & corrupta ſuperſtitione.* Et p. 260. notat, *Cæcam & lamentabilem ſuperſtitionem illius temporis.* Ac Baleus, Cent. 3. c. 14. *Eo tempore corrupta eſt hominum vita ſuper terram traditionibus Antichriſtianis.* Et ibid. c. 23 *Magnæ cæcitatis & Antichriſtianæ dementiæ tempus.* Pouellus in caput ſeptimum l. 2. Itinerarij Cambriæ: *Omnis vera religio exulabat, & vix Chriſtianiſmi nomen erat reliquum.* Claruit etiam tunc Ioannes Belmeius, qui (vt ſcribit Harpesfeildus, ſæc 12. c. 43.) *in doctiſſimum & eloquentiſſimum hominem, triumque linguarum, (quæ rara erat illis temporibus dos) peritiſſimum euaſit, quem Henricus ſecundus in magno pretio habuit.* De eo ita Baleus, Cent. 3. c. 12 *Eo excellentiæ deuenit, vt vel princeps literatorum haberetur, linguarum peritia atque eloquentia præſtans, vir ſingularis eloquij (inquit Ioannes Sarisburienſis) omnibus, quos viderim, trium linguarum gratia præſtabat.* Atque idem Baleus, ſub Henrico ſecundo, hos ſequentes viros doctiſſimos recenſens, Cent. 2. c. 88 inquit: *Laurentius Dunelmenſis, magnum ſui ſæculi, ſiuè quis religionem, ſiuè eruditionem ſpectet, decus fuit.* c. 95. [b] *Adalbertus, doctiſſimus monachus, diuina ac ſæculari eruditione perſpicuus.* c. 96. [c] *Geruaſius Ciceſtrenſis vir in omni per ſuam ætatem liberali ſcientia feliciter eruditus: Fuit apud Thomam Becketum Cantuarienſem in pretio, nomine bonarum literarum plenè maximo.* Cent. 3. c. 2. *Clemens Lanthonienſis, magnus, & fama, & eruditione enituit.* Ibid. c. 3. *Gualterus Daniel, in omni bona eruditionis genere, doctiſſimus ætate ſua floruit.* c. 6. [d] *Ioannes Cornubienſis, claræ famæ Theologus fuit.* c. 7 [e] *Gilbertus Foliot, vir impensè doctus.* c. 9. *Gulielmus* [f] *Ramſey, vir literarum titulo bonarum inſignis.* c. 10. *Senatus Brauonius, inprimis eruditus.* c. 11. [g] *Robertus cognomento ſcriba, à nonnullis ſcriptoribus propter inſignem eruditionem, & in ſcribendo diligentiam laudatur: Hic ita iuuentutem ſuam (inquit Lelandus) ſacrarum literarum lectione exercuit, vt vniuerſum ferè orbem latinorum Theologorum viderit, euoluerit, intellexerit: Tantum certè doctrina valuit, vt tùm ſolidæ ſcripturæ, ac veterum Patrum argumentis, tum etiam ſuæ vitæ quadam admiratione multos ad ſe obſeruandum attraxerit.* c. 20 *Hugo Readingenſis Theologiæ conſultiſſimus.* c. 22. [h] *Gulielmus Petroburgenſis, inter Theologorum lumina, Lelandi teſtimonio connumeratus.* c. 24. [i] *Bartholomæus Iſcanus in Theologicis diſciplinis eleganter inſtructus.* & Cent. 10. c. 57. *Haymo Gloceſtrius, vir ſua ætate literatiſſimus, inter Anglos habebatur.* c. 51. *Gualterus Albanenſis, in omni diſciplinarum genere exercitatus, exactus apud ſuos tum Philoſophus, tum Theologus habebatur.* Et Cent. 13. c. 27. [k] Gerardus Puella, *vir apprimè eruditus.* Hæc ille de viris doctiſſimis ſub Henrico ſecundo, & tamen non erubuit vocare hæc tempora, *magnæ cæcitatis.* De eruditiſſimis viris in familia Cantuarienſis Archiepiſcopi, ita ſcribit Petrus Bleſenſis, Epiſt 6. *In domo Domini mei* * *Cantuarienſis Archiepiſcopi, viri literatiſſimi ſunt, apud quos inuenitur omnis rectitudo iuſtitiæ, omnis cautela prouidentiæ, omnis forma doctrinæ; ibi poſt orationem, & ante comeſtionem, in lectione, diſputatione, in cauſarum deciſione, iugiter ſe exercent; omnes quæſtiones regni difficiles & nodoſæ referuntur ad eos.* Qualis autem erat * familia S. Thomæ refert Baronius, Anno 1172. Et Harpesfeldus, ſæc. 12. c. 28. Idemque Harpesfeildus, ſæc. 12. c. 33. ait [l] *Robertus Folior, Epiſcopus, virtutis & doctrinæ commendatione valdè illuſtris, qui fuit præceptor S. Thomæ.* Ib. c. 24. *Inter alios, celebrantur doctrinæ & pietatis nomine Ioannes Tilberienſis, ex familia S. Thomæ, antequam abiret in exilium, & Herueus Loudinenſis, qui comes & ſocius fuit exilij, in quo & obijt.* Robertus Montenſis, Anno 1183. ait: *Obijt Gerardus magnæ religionis & literaturæ vir Ceſtrenſis Epiſcopus.* Poſſeuinus in Apparatu. *Odo Abbas Anglus egregius ſcriptor.* Camden. in ſua Britan. in fol p. 538. *Gulielmus Nubrigenſis ſcriptor,*

Hæreticus qui non communicat cum Romana Eccleſia. IOANNES BELMEIS Pitſeus n. 273.
a Magdeburg Cent. 12. c. 10.
b Magdeb. Cent 12. c. 10.
c Magdeb. Cent. 12. c. 10
d Harpesf. ſæc. 12 c 30
e Godwin. in Epiſ Lond n 40.
f Harpesfeld ſæc. 12 c. 38.
g Magdeburg. Cent 12 c 10. Pitſeus n 244.
h Harpesf ſæc 12. c. 38 Magdeburg Cent 12. c 10.
i Pitſeus n 214 Harpesfeld ſæc. 12. c 38 Magd. Cent 12 c 10. Pitſeus n. 254. Godwin. in Ep Exon. n. 6 Magdeburg Cent 12. c 10 Harpesf ſæc 12 c 51.
k Rob. Montenſis An 1183 Harpesf. ſæc. 12. c 32 Godwin in Ep Lichf
Magd Cent. 12. c 10. Quadrilog. in vita S. Thomæ.
* *Quadrilogus eos nominat.*
* *Quadrilogus in vita S. Thomæ*
l Magdeb. Cent 12. c 10. Quadrilogus.

ſcriptor doctus & diligens. A Baronio, Anno 1187. dicitur, *ſcriptor nobilis.* Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. *Ricardus Pluto, Philoſophus, hiſtoricus, & Theologus inſignis.* Ibidem: *Osbertus, ab ineunte ætate, eloquentiæ, & bonis artibus operam dedit, tantæque fuit eruditionis in Theologia, vt quodammodo cum veteribus conferendum cenſeat Baleus.* De alijs viris doctis, qui in Anglia floruerunt ſub Henrico ſecundo videndus eſt Pitſeus de ſcriptoribus Angliæ, à numero 213. ad 260. & Quadrilogus in vita S. Thomæ, qui eum præfert plurimis viris doctiſſimis quos aluit in ſua familia.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, ſub Henrico ſecundo.

1. SVb Henrico ſecundo, nempè Anno 1177. inuenta ſunt corpora S. Amphibali & ſociorum, de quibus ita ſcribit Pariſius, Anno 1178. *In præſentia ſanctarum reliquiarum ipſius, nec non & in loco ſepulturæ eius, ad laudem Dei, & gloriam martyris, à diuerſis infirmitatibus ſanantur ægroti, membra Paralitica ſolidantur, multorum ora ad loquendum laxantur, cæcis tribuitur viſus, ſurdis auditus, claudis firmatur greſſus, & quod magis magnificum eſt, arrepti à Dæmonio liberantur, Epileptici ſanantur, leproſi mundantur, & ad vitam mortui reuocantur.* Weſtmonaſterienſis, Anno 1178 *Inuenerunt B. Martyrem Amphibalum cum ſocijs, vbi Miracula Deus inaudita celebrauit, quorum, vnum duximus huic opuſculo inſerendum: Mortuus quidam quatriduanus ibidem reſuſcitatus, omnes videntes, ad gloriam Dei & laudem Martyrum inuantium ibi efficaciter, procurauit.* De S. Godrico præfato ita ſcribit Harpesfeild ſæc. 12. c. 45. *Cuius ſepulchrum, multis & magnis poſteà Deus Miraculis nobilitauit, quæ ab eo, qui vitam eius compoſuit, copiosè ſummaque cum fide traduntur.* Capgrauius in eius vita: *Poſt obitum viri Dei, infra paucos annos, ducenta viginti octo miracula, pro viro Dei Godrico Dominus operari dignatus eſt.* Vſſerius de Antiq. Britan. p. 331. ſcribit, quòd *Albanenſes Monachi, circa Annum 1170. librum ediderunt de miraculis S. Albani apud ſe patratis, vbi inquiunt; Quæ de B. Martyre dicturi ſumus, nemo falſa aut fabuloſa exiſtimet, ſed quæ (Deum conteſtamur) aut ipſi oculis vidimus, aut ab alijs probatæ fidei relatoribus, auribus noſtris audiuimus.*

Miracula S. Amphibali. Harpesfeld. l. 1. c. 10. p. 16 Geruaſ. col 1437. Brompton col. 1119.

S. GODRICI.

Ducenta viginti octo miracula.

Miracula S. Albani. Harpesfeld. l. 1. c. 10 p. 16.

2. De miraculis verò S. Thomæ, ita Alexander Papa III. in literis Canonizationis eius apud Baronium, Anno 1173. *Nos, conſiderata gloria meritorum eius, quibus, in vita ſua magnanimiter claruit & de miraculis eius non ſolum communi & celebri fama, ſed & dilectorum filiorum noſtrorum Alberti tituli S. Laurentij in Lucina, & Theodini, tituli S. Vitalis Presbiterorum, Cardinalium, & aliarum plurium perſonarum teſtimonio, certitudinem plenam habentes præfatum Archiepiſcopum canonizauimus.* Idem in alijs [a] literis ibidem: *Redolet Anglia fragrantia & virtute ſignorum, quæ per merita illius ſancti, & venerandi viri Thomæ, quondam Cantuarienſis Archiepiſcopi, omnipotens Deus operatur, & vniuerſa vbique lætatur fidelium Chriſtiana religio. —— Nos verò auditis innumeris & magnis miraculis, quæ iugiter per illius ſancti merita fieri, vniuerſitas narrat fidelium, &c.* Gregorius Papa IX. in literis ad Epiſcopos Angliæ, apud Pariſium, Anno 1229. *De eodem loco fluuius egreditur, per quem glorioſiſſimi Thomæ martyris ſanguis exprimitur, qui dum vitam mortuis, ſanitatem ægrotis, libertatem ſeruis, & audaciam timidis contulit inde prodiens, in quatuor proculdubiò capita deriuatur: cuius miraculorum excellentium ſigna, dum ſolicita meditatione diſcutimus, raras & inſolitas diuinæ plantationis delitias inuenimus.* Legati Papæ Alexandri tertij apud Baronium, Anno 1172. *Deus eum tot miraculis illuſtrauit, vt odor vnguentorum ipſius, iam ferè per totum corpus Eccleſiæ ſe diffundat, & virtus eius in oriente & occidente communiter prædicetur.* Ludouicus Rex [b] Galliæ in literis ad Alexandrum tertium, apud Houeden, p. 523. *Ecce ad tumulum Agoniſtæ, vt relatum eſt nobis, diuina in miraculis reuelatur gloria, & diuinitus demonſtratur, vbi humanitus requieſcit, pro cuius*

Miracula S. Thomæ Quadrilogus in vita S. Thomæ.

a Radulfus de Diceto. An. 1118 Quadrilog.

Vniuerſitas fidelium.

b Brompton An 1171. Baronius An. 1171.

nomine certauit. Gulielmus Senonenſis Archiepiſcopus, in literis ad eundem apud Houeden, p. 525. *Poſt viri ſancti tranſitum operante Domino, memoranda quædam (ex multorum crebra relatione) accidiſſe audiuimus.* Et refert quædam eius miracula. Petrus Bleſenſis, Epiſt. 46. *Glorioſum eſt nos habere Martyrem, qui Apoſtoli nomen habeat, & Apoſtolum, miraculis aut imitetur aut vincat.* Ioannes Sarisburienſis, Epiſt. 286. *Non modo Eccleſiam propriam, ſed vtramque prouinciam Anglorum, miraculis multis & maximis irradiat — Ad ſepulchrum eius multa & magna fiunt miracula; Paralytici curantur, cæci vident, ſurdi audiunt, loquuntur muti, claudi ambulant, euadunt febricitantes, arrepti à Dæmone liberantur, & à varijs morbis ſanantur ægroti, blaſphemi à Dæmonio arrepti confunduntur: quæ profectò nulla ratione ſcribere præſumpſiſſem, niſi me ſuper his fides oculata certiſſimum reddidiſſet.* Ibid. *Viri impij, qui eum inſatiabiliter oderant, c inhibuerunt nomine publicæ poteſtatis, ne miracula, quæ fiebant, quiſquam publicare præſumeret: Cæterum fruſtra quis obnubilare d ſideras, quod Deus clarificare diſponit: eo enim ampliùs percrebuere miracula, quo videbantur impiis ſtudioſius occultanda.* Et Epiſt. 287. *Ad memoriam martyris inaudita miracula crebuerunt, vt aliorum ſanctorum pace dixerim, alios, de quibus legerim vel audiuerim, in miraculorum exhibitione præcedit.* Eduardus eius Capellanus in vita ipſius: *Poſt fuſum ſanguinem multis eius ſanctitatem Deus miraculis declarauit, verùm ea initio occultabantur, tanquam non habitura fidem, donec ijs multiplicatis, ceſſit aduerſariorum impietas, & obſtructum eſt os loquentium iniqua.* Giraldus Cambrenſis, l. de Expugnat. Hiberniæ, c. 20. *Inter varias eiuſdem virtutes, illud præcipue ſpectabile, memoriaque dignum occurrit, quòd ſeparatis membris, & proiectis, inaudito more noua repoſuit — Quia ne cauſari malignitas poſſet, eoſdem oculos fuiſſe, quos priùs habuerant, non erutos ad plenum, ſed læſos, dati ſunt minores, & diuerſi coloris, miraculoque maiori, quibus non minùs in tenebris & nocte, obſcura, quàm clara luce videbatur.* Nubrigenſis, l. 2. ca. 25. *Beati Pontificis in conſpectu Domini, quàm pretioſa mors fuerit, ſignorum ſequentium frequentia declarauit.* Radulphus de Diceto, Anno, 1171. *Crebris cæpit irradiare miraculis.* Geruaſius de combuſtione Cantuariæ: *Subſecuta ſunt è veſtigio miracula quæ ſicut innumera, ita ſæculis ſunt inaudita.* Idque repetit in Chronico, Anno, 1171. vbi addit, quod, *Extant in Eccleſia Chriſti Cantuariæ, duo* * *volumina miraculorum eius.* Hæc authores illius temporis fide digniſſimi, quibus confundas pertinacem incredulitatem quorundam Proteſtantium qui ea negant. Breuitatis autem gratia, omitto teſtes ſequentium ætatum, vt Gulielmum Britonem in Philippeide, l. 1. Authorem antiquum editum à Voſſio in ſuis Miſcellaneis ad S. Gregorium Thaumaturgum, & alium citatum à Baronio in Martyrologio 29. Decemb. Annales Godefridi, Anno, 1172. Houeden Anno, 1170. p. 522. Pariſium, Anno, 1171. Weſtmonaſterienſem, Anno, 1171. Arnoldum, l. 2. Chron. Slauorum c. 19. Æmilium, l. 5. Polidorum, l. 13. Harpesfeildum, ſæc. 12. c. 17. 20. Chronica Normanniæ, Anno, 1171. Gordonum Anno, 1171. Tantum addam verba Baronij, Anno, 1173. *Ita quidem multitudo, & magnitudo miraculorum increbuit, vt non ſolum S. Thomas in his exhibendis, nihil minus habere viſus ſit, à cæteris magnis ſanctis, ſed etiam prætergreſſus ſit eos.* Ac Stapletoni in Apologetico pro S. Thoma Cant. *Vix certè vllius Martyris paſſio tam celebris, tam illuſtribus tam recentibus miraculis, glorificata legitur, quàm huius Beati Thomæ, ſicuti omnes, qui de eo ſcripſerunt, teſtantur.* His adiungo Confeſſiones quorundam Proteſtantium: Nam Fox. in Actis, p. 225. fatetur, *Se vidiſſe librum de* d *ducentis ſeptuaginta miraculis S. Thomæ.* Hic occurrit, quod ait Caluinus, 3. Inſtit. c. 25. §. 3. *Tot & tam authenticis teſtimonijs fidem derogare, non diffidentiæ eſt, ſed prauæ ac furioſæ obſtinationis.* Bakerus in Henrico ſecundo, ait: *Referri à multis bonis authoribus, quòd filij quorundam, qui abſciderant caudam equi S. Thomæ, nati ſunt caudati: quanquam* (vt verè addit) *hæc ignominia iam à longo tempore* e *ceſſauerit.* Vndè rectè poſt Maiorem, l. 2. ca. 9. Neirenbergius, l. 2. de miraculis naturæ, c. 83. *Nec in hac tempeſtate homines caudatos illic naſci arbitror; Scotis & Gallis oppoſitum aſſerentibus, non aſſentior.* Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. non audent negare miracula S. Thomæ eſſe facta, ſed more infidelium, appellant ea *præſtigias Diabolicas.* Non eſt autem omitten-

dum

c Foxus in Act. p. 362.

Geruaſius An. 1171. Nota.

* Benedictus Abbas Petroburgenſis apud Quadrilogum

d Spondan. l. 9. c. 6. Vide ſimile in vita S. Remigij apud Hincmarũ

e Stapleton cont Hornũ c. 23 Weuer in Monum p. 297. Marquez, An. 1170. n. 4.

dum illud inſigne miraculum, quo per piam pœnitentiam Henrici Regis, & interceſſionem S. Thomæ, Anglia eo tempore ab imminente periculo ſeruata eſt: cum enim reges Galliæ & Scotiæ, Comes Flandriæ, proprij eius filij, & (vt addit Houeden, p. 534.) *ferè omnes Comites & Barones Angliæ, Normanniæ, Aquitaniæ, Andegauiæ, & Britanniæ*: in Regem Henricum, cum hoſtibus conſpirarent: Rex ſentiens tot contra ſe excitatos hoſtes, eo quòd ipſe iniquè ſancto Thomæ aduerſatus eſſet, Cantuariam ad tumulum eius [f] peregrinatus eſt, ac quam primùm Eccleſiam eius à longè conſpexit, deſcendens de equo, ac detractis calceis, ac tibialibus, [g] nudis pedibus per tria Milliaria ſilicibus acutis plena, quæ eius pedes cruentarunt, proceſſit, totamque diem, ac ſequentem noctem ieiunus, in vigiliis ac precibus ad ſancti Thomæ tumulum tranſegit, virga ſponte ſua (non iuſſus aut coactus à Papa, vt mentitur [h] Godwinus in vita ſancti Thomæ) ab Epiſcopis, quinquies, à ſingulis monachis (quorum numerus erat ſuprà octoginta) ter cæſus eſt: Manè verò, dum intereſſet Miſſæ celebratæ in memoriam Martyris, ipſa [i] horâ, Gulielmus Rex Scotorum, hoſtis eius infeſtiſſimus, & qui exercitum inſtructiſſimum habebat; à ſuis, numero pauciſſimis, ſine vulnere & pugna, captus eſt: ac paulo poſt omnes illius hoſtes arma depoſuerunt, ac Henrici gratiam expetierunt: En illuſtrem triumphum ſancti Thomæ de Rege ſuo aduerſario: En inſignem, & inauditam in rege pœnitentiam: En mirabilem ac Angliæ ſalutarem interceſſionis martyris, & Regis pœnitentiæ, fructum: Hoc teſtantur Petrus Bleſenſis, Epiſt. 66. Quadrilogus in vita S. Thomæ. Geraldus Cambrenſis l. 1. de expugnat. Hiberniæ. 44. Nubrigenſis, l. 2. c. 34. Pariſius, Anno 1174. Walſingamus in Ypodigmate, Anno 1174. Houeden, Anno 1174. Weſtmonaſter. An. 1173. 1174. Herebertus, in vita S. Thomæ, Robertus Montenſis, Anno 1175. Harpesfield, ſæc. 12. c. 17. Baronius, An. 1174. Quatuor autem illi Parricidæ, qui S. Thomam occiderunt, intrà annum omnes extincti ſunt, ac primus eius percuſſor putreſcentibus carnibus, apparentibuſque neruis & oſſibus, iugiter inuocans martyrem, quem occiderat, extinctus eſt. Walſingamus in Henrico quarto, p. 360. Ioannes Bouchet, in Annalibus Aquitaniæ, p. 83. & Nierenbergius, l. 1. c. 82. de Miraculis naturæ in Europa, mira referunt de miraculoſa [k] ampulla olei, tradita B. Thomæ Cantuarienſi, à B. Virgine, quo vngendi eſſent Reges Angliæ, quæ apud ipſos legi poſſunt; prout legi poteſt Giraldus in itiner. Cambriæ, l. 1. c. 2. de alijs miraculis hoc tempore factis. Itemque lib. 2. c. 2. De S. Walleno, qui ſub hoc Rege obijt, ita ſcribit Capgrauius in eius vita. *Tres hydropicos curauit, Monachum mutum & cæcum priſtinæ ſaluti reſtituit, calculoſum & inteſtinorum moleſtia vexatum ſanauit, dæmoniacum liberauit, elapſis poſt eius obitum annis tredecim corpus eius cum pannis quibus fuit inuolutum, incorruptum & integrum, multò dormienti ſimilius, quam mortuo inuenitur.*

[f] Houeden An. 1174. Baronius An. 1174.
[g] Neubrig. l. 2. c. 34. Quadrilog.
[h] Morton in Decis. Encl. ar. c. 4.
[i] Quadrilogus in vita S. Thom. Houeden An. 1174. Giraldus An. 1174. Brompton An. 1174. Radul. de Diceto An. 1174. Capgrauius in vita S. Thomæ Spedus l. 9. c. 6. Holinshed An. 1175. Fox in Actis p. 213. Quadrilogus cit.
[k] Vide Vvever in Mon. p. 199 Iames de libris M. S. Collegij S. Benedicti. Baronium An. 1199. Spondanum ib. Miracula S. Vvaltini.

CAPVT SEXTVM.

RICHARDVS PRIMVS, DICTVS COR LEONIS,

Rex Angliæ Chriſtianus trigeſimus octauus, ab Anno, 1189. ad Annum 1199.

SECTIO PRIMA

1. ANno 1189. ſucceſſit Henrico, filius eius Richardus, dictus *cor Leonis*, qui regnauit annis 10. vſque ad annum 1199. Petrus Bleſenſis in Cantilena poſt Epiſtolam ſuam, 57. vocat eum *Florem Regum, Ducum, Procerum.* Geruaſius Tilberienſis: *Rex Regum Richardus, in ſtrenuitate, magnanimitate, ſcientia, & omnis generis virtute, nulli mortalium ſecundus, ſacri patrimonij Ieſu Chriſti, terræque ſanctæ Strenuiſſimus defenſor, timor Gentilium, mors hoſtium, & tutamen Chriſtianorum: cui mundus, ad largitiones non ſufficeret, & orbis, velut pugillus erat, ad dominandum.* Polydorus, l. 14. *Statura corporis fuit iuſta, læta & honeſta facie, cui multum gratiæ, gra-* Laudes Richardo Regis.

Mm

ꝰitatiſque inerat: ſed quo pulchrior corpore, hoc animi magnitudine, & ferocia, præſtantior, vnde non immeritò cor Leonis cognominatus eſt. Pariſius, Anno 1232. p. 499. *Erat viſu, quaſi ſpecioſiſsimus hominum; rectam iuſtitiam cunctis exhibuit, pro munere nunquam iudicium ſubuerti permittit: Epiſcopatus & Abbatias vacantes continuo, & abſque venalitate viris canonicè electis conceſsit: Prælatos omnes ordinatos, & præcipuè viros religioſos honorauit, & aiebat: ſi ſcirent, quo modo eos ob reuerentiam Dei timeo, & quam inuitè offenderem illos, ipſi me conculcarent.* Et Anno 1199. *Cùm Richardo (multorum iudicio) decus & honor militiæ pariter ſepultæ ſunt.* Robertus Montenſis, Anno 1189. *Richardus, vir, magnæ probitatis.* Gulielmus Brito. l. 2. Philippeidos. *Richardus, titulis vir clarus & actis.* Et l. 5. *Rex inuictiſsimus, & quo, Anglorum Sceptris melior non præfuit vnquam.* Houeden p. 753. *Ipſe mane ſurgens; quotidiè, primum quærebat regnum Dei & iuſtitiam eius, & ab Eccleſia non diſcedebat, donec more Eccleſiaſtico, omne diuinum perageretur officium: fecit quotidie paſcere pauperes multos, tam in curia ſua, quam in ciuitatibus & villis ſuis, quos quotidie numero augebat, ſecundum quod opus fuerat.* Rigordus in vita Philippi Auguſti, vocat eum, *Inclitæ recordationis regem.*

Laudatur à Proteſtantibus. 2. Ex Proteſtantibus, Camden in ſua Brit. p. 269. *Animi excelſi & inuictiſsimus, Reipublicæ Chriſtianæ Anglorum gloriæ, & Paganorum terrori natus.* Parkerus, in Archiepiſcopis, n. 42. vocat eum, *Pium & inuictum Regem.* Similiter, Coperus, & Stous, Houſus, Anno 1189. Baxerus in eius vita. *Oſtendit ſeipſum fortem, prudentem, liberalem, miſericordem, & quod præcipuum eſt, pium.* Expeditionem ſuſcepit in terram ſanctam cum exercitu [a] triginta millium peditum, & quinque millium equitum: Expugnauit inſulam [b] Cyprum, eamque dedit Guidoni Luſigniano, cuius poſteri diu poſt ibi regnarunt: Cepit, Ptolomaida, vicit Soldanum in prælio, in quo (inquit Æmilius, lib. 6. *interempta feruntur tot hoſtium* [c] *millia, quot, illa, patrumque, memoriâ cæſa non fuerant, nobiliſsima parta victoriâ.* Et Ianuil. in vita S. Ludouici, ſcribit, quod fuit *Terror Paganorum.* Serres in Vita Philippi Auguſti, quod *fecit magna & memorabilia contra Saladinum.* Ac proculdubio, [d] Hieroſolimam recuperaſſet, niſi coactus eſſet redire ad tuendas ſuas terras ab inuaſione hoſtium. Poëta Gallus de Geſtis Ludouici VIII. apud Cheſneum, tomo 5. ita canit de hoc rege, *cuius morte dolet, longumque dolebit in æuum, Anglia*, Philipus rex Franciæ, & hoſtis eius, apud Bramton in Chronico, Anno 1199. ait, quod erat *Princeps nobilis, & miles ſtrenuiſsimus totius Chriſtianitatis.*

3. Catholica eius religio, manifeſtiſſima eſt, primò, quia fuit coronatus ab Archiepiſcopo Balduino ad [e] Miſſam, vti referunt Houeden. Pariſius, & alij, Anno 1189. Et fatetur Bakerus in eius vita. Secundò, quia Archiepiſcopus Rothomagenſis & ſuffraganei ſui, in Epiſtola ad Celeſtinum, III. Papam, vocant Richardum, *Chriſtianiſsimum Principem, & deuotiſsimum Eccleſiæ Romanæ filium, quem ſpecialiter in ſua protectione ſuſceperat in ſua peregrinatione.* Et ipſe Richardus apud Houeden, Anno, 1190. p. 677. ita ſcribit ad Clementem Papam, *Reuerendiſsimo Domino, ac Beatiſsimo Patri, Clementi, Dei gratia; S. Sedis Apoſtolicæ ſummo Pontifici, Richardus eadem gratia Rex Angliæ, &c. Salutem, & ſinceræ in Domino deuotionis affectum.* Et Anno 1195. p. 753. refert literas Cæleſtini Papæ ad Hubertum Archiepiſcopum, in quibus ait: *Sinceritas deuotionis & fidei conſuetæ, quam Anglicana ſemper Eccleſia circa ſacroſanctam Romanam Eccleſiam conſeruauit, in ea, ſicut benè confidimus, prouidentiâ & virtute refloruit.* Tertiò, quia idem Houeden, p. 658. refert Diploma eius, quo dat *Manerium de Sudberg, Deo & B. Cutberto, & Eccleſiæ Dunelmenſi, & Hugoni Epiſcopo, & ſucceſſoribus eius, in puram & perpetuam Eleemoſinam, pro anima patris ſui, & Anteceſſorum, & ſucceſſorum ſuorum, & pro ſalute ſua.* Et Weuerus in monumentis, p. 642. refert aliud, in quo confirmat Inſtitutionem Canonicorum Regularium in Waltham. *Pro ſalute patris ſui, & matris ſuæ, & fratrum ſuorum, & pro ſalute omnium fidelium.* Quartò, quia redemit reliquias ciuitatis Hieruſalem à Soldano quinquaginta duobus millibus Bizantiorum, *quatenus* (ait Pariſius, Anno 1191. p. 222. *ſancti Dei, quorum oſſa de manibus impiorum redemit in terris, ipſi ſuis interceſſionibus, animæ eius ſubuenirent in cælo.* Idemque habet Weſtmonaſterienſis eodem anno; & vt refert idem Pariſius, p. 497. *A* [f] *Saladino impetrauit, vt ſacerdos quidam, vſque ad Treugas elapſas,*

apud

Marginal notes:

Reuſner in Genealogia. Holinshed An. 1199.
[a] *Harpsf. ſæc. 12. c. 10*
[b] *Chronolas l. 11. Annal.*
[c] *Brompton col. 1214 ait quadraginta millia.*
Neubrigenſis l. 4. c. 23 Houeden p. 699 Pariſius An. 1191. Harpſf ſæc 12. c 10 Baronius An. 1191 Clunerius in Ep.
[d] *Houeden p. 917. Polid l. 14.*
RICHARDVS REX Romano Catholicus
[e] *Brompton col 1159 Holinshed An. 1189.*
Bizantius valet ducatum aureū Vvalshus & Somnerus in ſuis Gloſſarys
[f] *Neubrigenſis l. 4 c. 29.*

apud Dominicum ſepulchrum, de cruce Miſſam diebus ſingulis ad Regis ſtipendia celebraret. Denique (vt refert idem Pariſius, Anno 1199. & fatetur Foxus in Actis p. 226.) hic fuit Catholicus huius fortiſſimi Regis g obitus: *Rex ſapientiſſimus, cùm periculum ſibi cerneret imminere, exitum ſuum cordis contritione, oris pura confeſſione, corporis & ſanguinis Domini communione muniuit* —— *Rothomagenſibus, propter incomparabilem fidelitatem, quam in eis expertus fuerat, cor ſuum pro xenio tranſmiſit*. Qui vt (refert Eudemarus in vita Gulielmi Ducis) ſepulchrum eius munierunt clatris argenteis, quæ poſtea Canonici impenderunt pro Redemptione S. Ludouici Regis. De ſalute animæ eius ita tradit idem Pariſius, Anno 1232. *Henricus Roffenſis Epiſcopus, præſente Cantuarienſe Electo, aſtante Clero, & populo, fiducialiter, cùm ſermonem faceret, proteſtatus eſt, dicens: Sciatis indubitanter, quòd vno & eodem die exierunt de Purgatorio Rex quondam Anglorum Richardus, & Stephanus Cantuarienſis Epiſcopus, cum vno Capellano eiuſdem Epiſcopi, ad conſpectum diuinæ Maieſtatis: & mihi, & cuidam alij, tertia iam vice, hoc reuelatum eſt*. Ille autem alius, videtur fuiſſe S. Edmundus poſtea & ipſe Archiepiſcopus Cantuarienſis: Nam ita ſcribit Baleus, Cent. 4. c. 13. de S. h Richardo Epiſcopo Ciceſtrenſi: *Hic ſeriò recenſuit, Edmundum ſuum conſpexiſſe olim oculis apertis, Richardi Regis, Stephani Archiepiſcopi, atque ignoti ſacrifici manes, è Purgatorio ſolutos*.

g Brompton col. 1177. 1279. Polidorus l. 14. Spedus l. 9. c. 7.
Harpesfild ſæc. 13. c. 12. Vueſtmonaſt. An. 1231. Bzouius An. 1231. God. in Ep. Roffen. n. 39. Vueuer. Mon. p. 148.
h Magdeburg Cent. 13. c. 10.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Richardi Regis primi.

1. VIxit ſub hoc Rege, S. Hugo Epiſcopus Lincolnienſis, ſanctitate & miraculis glorioſus, de quo dicemus, cum de ſequenti Rege, ſub quo deceſſit. Obijt autem ſub hoc rege, ſupra dictus, S. Gilbertus, nempe Anno 1190. Rigordus in vita Philippi Augusti, ita ſcribit *Anno Domini 1192. ſexto idus Maij, apud Pontiſaram ſacerdos quidam, Anglus natione, Gulielmus nomine, ſanctitate vitæ, & moribus pollens, migrauit ad Dominum*. Ibique refert, miracula ad eius ſepulchrum edita, quæ nos infra referemus. Idemque habet S. Antoninus, tit. 17. c. 9. §. 26.

S. HVGO. S. GILBERTVS. Martyrol. Rom. 4. Febr. Molanus, Ferrarius & Henriquez. ob. S. GVLIELMVS

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, tempore Richardi Regis primi.

1. CLaruit hoc tempore, Balduinus Archiepiſcopus Cantuarienſis, de cuius inſigni eruditione, ac pietate, ſatis multa referemus, cùm agemus de Archiepiſcopis: Baleus recenſet, hos viros doctos, ſub Richardo primo, Cent. 3. c. 28. *Richardus Deuiſienſis exiſtimationem certè non modicam apud monachos, cum quibus habitauit, ob eximias artes, ex literarum fontibus hauſtas, & alias prænitentes in eo virtutes, præſertim ob exquiſitam hiſtoriarum Britannicarum cognitionem, habebat*. c. 32. ait, quòd *Ioannes Hagulſtadenſis erat vir inſigniter doctus, iuxta ac integer*. c. 36. *Robertus de Bello foco, vir literatiſſimus erat, ac Philoſophiæ ſtudioſiſſimus, quo nomine & Magiſtri emicuit titulo: Fuit illi cum Silueſtro Giraldo Cambrenſi magna neceſſitudo, nec minor (vt apparet) cum Gualtero Mapes, hominibus, vel in faſtigio cognitionis rerum naturalium eminentibus*. Et Cent. 13. c. 31. *Hugo Nouantus, Epiſcopus, eximia magni ingenij, ac multæ literaturæ ſigna præ ſe tulit* Et Cent. 3. cit. c. 30. aſſerit fuiſſe tunc temporis: *Præceptores eximiè doctos*. Et nihilominus ibidem, c. 28. ait, *Eo tempore, Papiſtica lues magis ac magis in Anglia, imò in tota Europa accreuit*. Quod indicat, quòd quò magis eruditio floruit, eo magis, Catholica religio accreuit, quodque augmentum Catholicæ religionis, non ex augmento inſcitiæ, ſed potius ex

RICHARDVS DEVISIENSIS. ROBERTVS DE BELLO FOCO. GVALTERVS MAPES Pitſeus n. 301. Illyricus in catal. l. 14.

augmento ſcientiæ creſcit. Holinſhed etiam, Anno 1216. refert, multos celebres ob eruditionem, ſub Richardo rege; prout etiam refert Pitſeus, l. de ſcriptoribus Angliæ, à numero 260. ad 276.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, ſub Richardo Rege primo.

Miracula S. Gilberti.

1. DE S. Gilberti prædicti miraculis, ita ſcribit Harpesfield, ſæc. 12. c. 37. *Accepta ad ſepulchrum eius beneficia, cæci, claudi, muti, ſurdi, paralytici, febricitantes, hydropici, furioſi, Dæmoniaci, alijſque varijs ægritudinibus, ac deplorationem omnium amicorum, & medicorum, oppreſſi palam, ingentique gratulatione denunciabant, & ne quid ficti, aut ſimulati gereretur, omnia ad diligentiſſimam, accuratiſſimamque diſquiſitionem, & cognitionem, non ſolùm ſanatorum, ſed & teſtium integerrimorum teſtimonio fideque reuocata ſunt: cui cognitioni non ſolum alij multi doctrina, pietate, ac religione inſignes, ſed & Hubertus Cantuarienſis Epiſcopus interfuit, aut potiùs præfuit.*

S. Gulielmi presbyteri.

De miraculis etiam præfati S. Gulielmi præsbyteri, ita Rigordus ſuprà. *Ad cuius tumulum, tempore mortis ipſius, Domino operante, multa facta miracula, cæci illuminati, claudi curati, alijque vero è varijs morbis priſtinæ ſoſpitati plenè reſtituti. Fama autem tanti viri per orbem diffuſa, de diuerſis partibus, cauſa peregrinationis, ad locum ſepulturæ ipſius multos venire fecit.*

Claſſis Anglica ſeruata à naufragiò per S. Thomam

Sed illud ſalutare toti Claſſi Anglicanæ ad terram ſanctam nauiganti, quod operatus eſt S. Thomas Cantuarienſis, & refert Houeden, Anno 1190. p. 668. his verbis: *In die Aſcenſionis, horâ tertiâ, arripuit eos tempeſtas valida & horribilis, & dum tempeſtas ſauiret, & omnes clamarent ad Dominum, B. Thomas Cantuarienſis Epiſcopus & Martyr, per tres vices viſibiliter apparuit tribus perſonis, qui erant in naue Londinenſi, dicens illis; Nolite terreri, ego Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus, & B. Edmundus Martyr, & B. Nicolaus Confeſſor, conſtituti ſumus à Domino cuſtodes huius Nauigij Regni Angliæ.* Eadem teſtantur Pariſius, Anno 1190. p. 214. Polidorus, l. 14. Pariſius, in vita Ioannis primi Abbatis S. Albani, qui vixit ſub Richardo Rege, meminit Clerici nomine Amphibali, *quem Dominus quatriduanum meritis ſanctorum Albani, & Amphibali à mortuis ſuſcitauerat.*

CAPVT SEPTIMVM.

IOANNES REX ANGLIÆ CHRISTIANVS trigeſimus nonus, ab Anno 1199. ad Annum 1216.

SECTIO PRIMA.

a Spedus l. 8. c. 9. Holinshed An. 1216. Pariſius in Notis ad Pariſium. b Spedus l. 8. c. 9. Strenuus & animoſus. Proteſtantes laudant Ioannem, & quare.

1. TRigeſimus nonus, Chriſtianus Angliæ Rex fuit Ioannes Frater Richardi, & filius Henrici ſecundi, ab Anno 1199. ad Annum 1216 Quem (quòd ſciam, nemo Catholicorum, verbis laudat, tametſi nonnulla eius facta laude digna referant. Imò Pariſius An. 1213. quiddam, adeo impium, de eo refert, vt iure dixerit Harpesfeild. ſæc. 13. c. 2. quòd ſit, *penè* [a] *incredibile.* Et Bakerus in Ioanne. *Quidam aſſerunt eſſe falſam criminationem.* Ac Pariſius ipſe, in vitis Abbatum Albanenſium, p. 109. attribuit id *rumori.* Foxus in Actis, p. 232. citat ex Houeden, quòd *Ioannes erat Princeps* [b] *magnus, ſed minus fœlix, atque vt Marius, vtramque fortunam expertus:* ſed ego nihil eiuſmodi inueni in Houedeno. Proteſtantes, eò quod reſtiterit Innocentio tertio, circa electionem Archiepiſcopi Cantuarienſis, eum ſummis laudibus efferunt. Spedus in Deſcript. Britanniæ, c. 26. vocat eum, *magnum, contra Papatum, athletam,* Parkerus in An-

tiquir. Brit. p. 27. *Pium regem.* Baleus, Cenr. 3. c. 66. *Illuſtriſsimum regem.* Et c. 75. inquit: *Hic Princeps* c *fortis, hilaris, amœnus, liberalis, prouidus, pietate Chriſtiana à puero ritè inſtitutus, bonis artibus eruditus, & candidis moribus coruſcans prædicabatur.* Et ex Lelando, quòd erat, *Animo excelſo, & planè inuicto.* Fatetur tamen, quòd hic ſuus fortis & inuictus Rex, amiſit Normanniam, Aquitaniam, Cenomaniam, Turoniam, Pictauiam, & Andegauiam; ſed his hominibus omnes ſunt pij, fortes, & inuicti, qui quacunque de cauſâ Pontifici reſiſtunt, & d Clerum Catholicum, obedientem mandato Pontificis, perſequuntur, prout fecit Ioannes. Vide Stoum, Anno 1212.

2. Catholica autem eius Religio, manifeſta eſt: Primò, quia regnum obtinuit præcipuè opera e Huberti Archiepiſcopi, quem infra oſtendemus, fuiſſe Catholiciſſimum. Et cum coronaretur in Ducem f Normanniæ, *iurauit* (inquit Houeden in hiſtoria, p. 793.) *ſuper reliquias Sanctorum, & ſuper Sacroſancta Euangelia, quòd ipſe ſanctam Eccleſiam, & dignitates illius bona fide ſeruabit illæſas.* Idem iurauit cum coronatus eſt in regem Angliæ. *Et in Craſtino* (ait Pariſius, p. 264.) *B. Albanum Protomartyrem Angliæ, orationis gratiâ deuotus petiuit. Lincolniæ* (ait Houeden, p. 811.) *obtulit ſuper Altare, S. Ioannis Baptiſtæ calicem aureum.* Et p. 812. g *Rex ipſe, cum Comitibus & Baronibus portauit in collo ſuo, corpus S. Hugonis.* Et ibid. *Cecidit* h *pronus in terram ante pedes illorum* (Monachorum Ciſtercienſium) *veniam poſtulans; & ait illis: pacem meam do vobis, & concedo, vt aueria veſtra paſcatis per paſturas, & forreſtos meos. Et inſuper, quærite locum in regno meo, aptum ad Abbatiam de ordine veſtro faciendam, & ego eam faciam pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum, & pro ſtabilitate regni mei, & ego ibi, Deo volente, ſepultus ero.* (Et Baleus Cent. 3. c. 66 ſcribit, quòd Ioannes Abbas Fordenſis erat ei ab auriculari confeſſione) Nec promiſſa fefellit: Nam condidit illis nobiliſſimam i Abbatiam Bello-loci: Addit Camden, in Britan. p. 266. al. 329. *Ad Godſtow, Virginum cœnobium inſtaurauit, annuoque cenſu dotauit, vt virgines illæ ſacræ ſuis ſuffragijs (ea enim perſuaſio iam omnium animos occuparat) Henrici ſecundi & Roſimundæ animabus ſubuenirent.* Et p. 406. *Hugonis in ſanctos relati corpus, rex Ioannes cum ſuis Comitibus, vt obſequium, inquit Author meus, Deo & ſancto præſuli præſtaret, humeris ſuis tumulandum portauit.* Secundò, cùm Græci quidam in Angliam veniſſent, ad impugnandam fidem Catholicam, noluit eos audire, ſed dedit hoc, Catholico Rege digniſſimum k reſponſum, (vti refert Baleus, Cent. 3. c. 63. ex Matheo Pariſio) *Chriſti & ſanctorum authoritate, fides, quam ſuſcepimus, roboratur: Nolo, vt hominum diſceptationibus diſcuſſa, vllatenus vacillet, nec vt certa pro incertis commutemus: Poſſent enim multos in fide ſtabiles, ſuis ambagibus & rei nouitate, quâ gaudent moderni, à ſtatu certitudinis deijcere: Recedant ergo, nec ampliùs audiantur.* Tertiò, quia perſecutus eſt Albigenſes hæreticos, quos l Proteſtantes, pro ſuis modò vendicant. Nam (vt ſcribit Baleus, Cent. 3. c. 65.) *Vnus Albigenſium fuit Londini exuſtus, Anno Domini, 1210. & m Crux contra illos ſtatim prædicabatur.* Vnde Camdenus in Apparatu ad ſuam hiſtoriam de Elizabetha. *Regnante Ioanne, Chriſtiani in Chriſtianos,* n *flammis ſæuire cœperunt.* Quartò, quia Catholicum eius obitum ita referunt Pariſius, & Weſtmonaſterienſis, Anno 1216. *Inualeſcente morbo, ab Abbate de Crocſton conſilium o Confeſsionis, & Euchariſtiam ſuſcepit.* Et interrogatus, vbi vellet eligere ſepulturam; reſpondens dixit: *Deo & S. Wulſtano corpus & animam meam commendo.* Idemque agnoſcit Stous, in vita Ioannis, Anno 1216. Holinshed, Anno 1216 addit, quòd ſepultus eſt *in habitu monachali.* Et Pariſius, Anno 1226. refert viſionem de eius ſalute. Demum, quia ipſi Proteſtantes agnoſcunt, Ioannem, eiuſque tempora fuiſſe Catholica; Angelocrator Chron. l. 8. in Innocentio tertio. *Ioannes, Chriſtianorum omnium caput, atque in terris Deum, Antichriſtum agnouit.* Elienſis. Reſp. ad Apologiam Bellarmini, c. 6. *Omnia, quæ narrat rex* (de Regibus Angliæ, qui aliquid egerunt contra Pontificem, quorum præcipuus erat Ioannes) *conſtat contigiſſe, cum incubuerant orbi denſiſſimæ tenebræ, & florentiſſimis Pontificis rebus.* Coperus, Anno 1270. *Non egit hoc Ioannes contra Pontificem, ex iudicio ad inſtaurandam veram religionem, ſed ex auaritia & peruerſo animo.* Molineus l. 2. de Anatomia Miſſæ, c. 11. vocat Ioannem regem, *brutalem, ac furioſum.*

c Marius in vita Ioannis.
Stous An. 1204.
d Stous An 1207. 1210.
Ioannes rex Catholicus.
e Pariſius, p 264 Stous p. 244.
f Pariſ p. 263.
g Stous An. 1199. p 144.
CAMDEN p 406. 482. Spedus l. 9. c. 8.
h Stous & Houſus An. 1200. Spedus l. 9. c 8.
i Pariſius An. 1204. Vvalſmon. An. 1204. Ha perſ ſat. 11 c. 1. & 15. Camden in Brit. p. 236 al. 288.
Marques An. 1204. Stous An. 1216
k Vvalſin. An. 1216. Camden. in Reſiduis p. 206.
l Baleus Cen. 3 c 67. Fox in Actis p. 209
m Pariſ. An. 1210.
n Harpeſf. in hiſtoria Vvicleffiana. c 17
o Spondanus An. 1216. Spedus l. 9. c 8 Stous An 1216.
Proteſtantes fatentur Ioannem fuiſſe Catholicum. Holinshed An. 1216.

Ioannes non fuit extinctus veneno.

3. Regem hunc, quidam Proteſtantes aſſerunt fuiſſe, *extinctum veneno à quodam monacho Ciſtercienſi*: Ita Sutclifius, l. 1. de Eccleſia, p. 230. Baleus, Cent. 3. c. 75. Parkerus in vita Stephani Archiepiſcopi, n. 43. Alij aſſerunt, quòd *plerique ſcriptores referunt, eum fuiſſe à monacho, veneno extinctum*. Ita Iuellus, defenſ. Apolog. p. 322. Et Foxus in Actis ſuis, p. 232. Cæterum, neutrum verum eſt: nam, neque veneno extinctus eſt, neque plerique Authores ita tradunt: Nam Godwinus in Archiepiſcopis, n. 43. fatetur, quòd p *plerique morbo perhibent extinctum*. Stous in vita Ioannis, Anno 1216. aſſerit, quòd *Rogerius Vvindouer; Radulphus Niger, Radulphus Goshall, Innominatus Canonicus Bermellæ, Mathens Pariſins, & alij, qui vixerunt, dum Ioannes regnabat, & ſcripſerunt, quod videbant, & fideli relatione audiebant, teſtantur eum morbo interiiſſe*. Et Authorem huius mendacij, ait eſſe innominatum Authorem in libello, quem p 494. Anno 1391. vocat q *fabuloſum*, attributum Caxtono, eo quod ipſe librum illum ediderit. Et Foxus ipſe in Actis, p. 234. ſolum Gisburnum citat pro hac fabula: Baxerus etiam in vita Regis Ioannis, ait, quòd *medicus, qui exenteraauit corpus Regis, nullum ſignum veneni inuenerit, ideoque non eſt veriſimile*. Idemque aſſerit Daniel in vita eiuſdem, vbi addit, quòd *in poſterioribus ſæculis vanè vulgatum fuit, quod Ioannes fuerit veneno ſublatus*. Caluiſius, Anno 1216. ſcribit, quòd *æger animi, cum nihil ſuccederet, moritur*. Magdeburgenſes, Cent. 13. c. 16. col. 1314. *Ioannes in febrim incidit, qua paulo poſt, maximè verò animi * mœrore, extinctus eſt*. Hæc ipſi Proteſtantici ſcriptores: Quibus adde, quod Baleus, nullum huius mendacij citat authorem, ſed ait (*vt ferunt*) Iuellus l. cit. non audet illud tueri; ſed inquit, *verum veneno à monacho interceptus ſit, necnè, non pugnauerim*. Sat illi erat ſpargere calumniam, quam ſciebat ſe non poſſe tueri: ſed hoc ſatis arguit exulceratum eorum in monachos animum, quòd fabulam à nullo eius temporis authore traditam, ſed multis annis poſtea, ab Innominato authote in fabuloſo libro confictam, & à multis ſuorum hominum refutatam, quamque ipſi præſtare non audent, nihilominus in vulgus ſpargunt. Vide Harpesfeildum, ſæc. 13. c. 1. Stapletonum contra Flatum Horni, c. 23. Annales Godevvidi, Anno 1216. Spedus, l. 9. c. 8. etſi citet complures graues Authores, qui referunt Regem Ioannem morbo obijſſe, contendit tamen ex quibuſdam manuſcriptis authorum innominatorum, eum veneno fuiſſe extinctum. Verùm, vbinam extent hi manuſcripti innominati authores, non dicit, nec rationem vllam affert, cur ijs potius, quàm tot & tam grauibus authoribus nominatis credamus. Knighton nuperimè editus, l. 2. c. 15. aſſerit, quòd *Ioannes obijt morbo diſſenterico*. Addit autem, *tradit tamen vulgata fama quòd intoxicatus, obijt*. At quis credit incertæ famæ, potius quam tot tantiſque nominatis teſtibus?

*p Vvaſtmon. An. 1216. Vvalsing. Ypodigm. An. 1216. Polid. l. 15. Pariſ. An. 1216. Harpsf. ſæc. 13. c. 2. Serreſ. Clem. Spelman præfat. libri de non temer. Eccleſiis. q Baleus Cent. 8. c. 41. Houſius An. 1391. * Potiſſimus Pariſ. An. 1216. & Daniel. in Ioanne Stous An. 1216. * Sic Clunoerius in Epitome.*

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, *ſub Ioanne Rege.*

S. HVGO. 1. CLaruit, atque etiam ad cælos abijt, Anno 1200. celeberrimus ille S. Hugo, Epiſcopus Lincolnienſis; de quo ita ſcribit Houeden, p. 812. *O! quantus luctus omnium! ò quanta lamenta Clericorum, erat namque in ſermone verax, in iudicio iuſtus, in conſilio prouidus, in bonitate conſpicuus, in vniuerſâ morum honeſtate præclarus, eiuſque vita cunctas illuſtrabat Eccleſias*. Et p. 813. ſcribit, quod infra 15. dies poſt obitum, apparuit Decano Lincolnienſis Eccleſiæ dicens: *Conceſſit mihi Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuâ gratiâ, quod vnus ex vobis, fratribus meis, in proximo veniet ad me, cum Domino regnaturus*. Quam viſionem ait impletam eſſe in Roberto de Capella, qui ſtatim cæpit ægrotare, & poſt triduum perrexit ad Dominum: *Corpus autem eius, à collo vſque ad poplites, inuentum erat in cilicio conſutum, quo ipſe vtebatur à multo tempore ſub veſte candidâ*. Et de S. Hugone Epiſcopo, Pariſius (alius

B. ROBERTVS DE CAPELLA.

(alius eius temporis Author) Anno 1200. *Laudabilis vitæ curſum, glorioſo fine compleuit; cuius inter homines conuerſatio ſancta, mortalibus & informatio morum extitit, & exemplum piæ actionis.* Polidorus, l. 13. *Hugo vir ea tempeſtate ſanctiſſimus.* Et Martyrologium, Rom. 17. Nouembris: *Multis clarus miraculis, & ſancto fine quieuit.* Harpesfeild. ſæc. 12. c. 35. ait; quòd *S. Hugo, fuit totius Chriſtianæ pietatis tam ſolida & expreſſa quædam imago, vt nos hodie vereor ne vix vmbram illius teneamus.* Prædictus Polidorus, l. 15. aſſerit, quòd *acri ingenio diuinarum ac humanarum rerum diſciplina mirabiliter excelluit: Non fauore, non gratia cuiuſquam, à recto flectebatur, non minis, aut armis à recta ſententia deducebatur.* Legenda eſt eius vita apud Surium, tom. 6. Etiam Godvinus in eius vita ait, quòd *propter vitæ, morumque ſummam integritatem, & miraculorum, (quæ illi credula poſteritas aſcripſit) famam, ſanctis annumeratur.* Et quòd [a] *Reges Angliæ & Scotiæ non puduit, feretro humeros ſubmittentes, corpus tam ſancti viri ad portas ciuitatis exceptum, ad Eccleſiam vſque baiulare: occurrunt ibi obuiam prodeuntes præſules magno numero, qui ad valuas Eccleſiæ ſuſceptum, in chorum detulerunt: Et Anno 1282. in capſulam argenteam oſſa perhibent tranſlata.* De Gulielmo de Anglia, vno ex primis Socijs S. Franciſci, qui hoc tempore vixit, ita ſcribit Piſanus in libro conformitatum S. Franciſci, fol. 61. *Qualis fuerit in vitâ, poſt eius mortem, miracula declararunt: Adeo magnis & multis claruit ſignis, vt Beati Franciſci famam ſanctitatis obumbrare videretur.* Sed fuſius ita Wadingus, tom. 1. Annalium Minorum, Anno 1212. n. 34. *In vrbe, ad ſuam ſodalitatem recepit* (S. Franciſcus) *Gulielmum Anglicum, qui, propter vitæ ſanctitatem, quippe qui plura perpetrauit viuens miracula, meruit locum duodecimum poſſidere, & diuino conſilio connumerari vndecim Franciſci Diſcipulis. Suffectus enim eſt velut alter Mathias in locum Ioannis de Capella, qui ad Iudæ exemplum, laqueo ſe ſuſpendit, obijt ſub generalatu Fratris Heliæ, Aſſiſij; ſepultuſque eſt in Eccleſia inferiori magni Conuentus, vbi cum plurimis coruſcaret miraculis, mira ſanctæ obedientiæ virtute iuſſus ab eodem Helia, ne quidquam gloriæ S. Patris Franciſci ſuis prodigijs detraheret, vt à patrandis miraculis ceſſaret, nullum edidit deinceps.* Polidorus, l. 15. *Fama illuſtres fuerunt eo tempore Hugo, ſanctiſſimus Lincolnienſis Epiſcopus, & plerique alij ſacerdotes, moribus & doctrina clari.* Ferrarius, 17. Iulij. *In Anglia S. Ioannis Abbatis, Anno 1214.* De quo ita Pariſius in eius vita. *Tranſit ab hoc mundo Abbas Ioannes, de exilio ad patriam, Anno Domini 1214. die beati Kenelmi Regis & Martyris, Sicut idem Abbas multis prædixerat manifeſtè, ſanctitate & religione inſignis.*

[a] *Harpeſf. ſæc.* 13. *c.* 32. *Holinſhed An* 1200. *Camden in Brit. p.* 482.

S. GVLIELMVS MINORITA.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, ſub Rege Ioanne.

1. IN primis claruit Stephanus Langtonus, Cardinalis & Archiepiſcopus Cantuarienſis: De quo nonnulla dicemus, cùm de Archiepiſcopis agemus: Tantum addam hoc Elogium Henrici de Gandauo apud Poſſeuinum in Apparatu. *Stephanus, Natione Anglicus, Pariſijs liberalium artium Scholis præfuit, inde Theologicæ Scholæ præſidens, Theologiam celeberrimè docuit; totam ſcripturam primus medullitus & moraliter cœpit exponere?* Claruit etiam tunc temporis Silueſter Giraldus, *Vir* (inquit Baleus, Cent. 3. c. 40. *per illam ætatem eruditiſſimus.* Et c. 59. *Doctrina præclarus omnium bonarum literarum gloria celebris.* Harpesfeild, ſæc. 12. c. 46. ait, quòd *Theologiam in Academia Pariſienſi prælegit, omnique humaniorum artium cognitione eleganter inſtructus.* Clarè docet Tranſubſtantiationem in Typographia Hiberniæ parte 2. c. 19. Claruit etiam eodem tempore, Rogerius Houeden *Chronographus* (ait Baleus, Cent. 3. c. 55.) *inſignis.* Et vt addit Baronius, Anno 1145. *Scriptor accuratiſſimus.* A quo nos multa decerpſimus; Baleus ibidem, c. 16. *Ioſephus Iſcanus, in omni genere bonarum literarum, Latinè & Græcè doctiſſimus effulſit.* Et ex Lelando, *Ioſephus, Poëta omnibus numeris elegantiſſimus, & aureum ſuo*

STEPHANVS LANGTON. *Sic etiam Sixtus Senen. l.* 4. *& Trithem. de ſcript.*

SILVESTER GIRALDVS. *Vide Godwin. de Ep. Meneuen. n.* 10. *Magdeburg. Cent.* 12. *c.* 8.

ROGERIVS HOVEDEN.

IOSEPH. ISCANVS.

ſæculo vtriuſque eloquentiæ flumen, verſus edidit, cùm antiquitate Romana de palma contendentes. Et Camden, in ſua Britan. p. 167. *Ioſephus Iſcanus, ſplendidiſſimo ingenio Poeta, cuius ſcripta ita probabantur, vt ad veterum ſcriptorum laudem peruenerint: Eius enim de bello Troiano poëma, Germani ſemel, atque iterum ſub Cornelij Nepotis nomine diuulgarunt.* Magdeburgenſes, Cent. 13. c. 10. col. 1222. *Ioannes de Forda, Theologus inſignis, Ioannis Regis Confeſſor.* Plures viri docti qui tunc claruerunt, videri poſſunt apud eundem Baleum, Cent. 3. cit. Quem tamen, ibid. c. 67. ſcribere non puduit. *Erat hoc ſæculum fœdiſſimis Idolatrarum ſordibus miſerrimè obnoxium,* Nec Parkerum, in vita Huberti Archiepiſcopi. *Ætas hæc cæca, & Egiptiacis tenebris plena fuit.* Et quanquam ſub Ioanne Rege, per aliquot annos tota Anglia interdicta fuerit, tamen tunc (vt tradunt Pariſius, Anno 1210 p. 304. Camden. in ſua Brit. p. 269. al. 333. Et Twinus de Antiquitat. Oxon. l. 2. ſec. 168.) *tria millia Scholarium Oxonij ſtuduerunt.* Vixit etiam tunc Simon quidam, vir quandoque doctiſſimus, ſed cum ſemel iactaret ſe poſſe legem Chriſti euertere, ſubito factus eſt Analphabetus. Hunc Delrius, l. 2. Diſquiſ. Magic. q. 25. p. 208. aſſerit eſſe Anglum, ac citat Pariſium, l. 7. ac reprehendit Trithemium, quòd eum vocet, *Simonem* a *de Tornaco:* Cæterum Pariſius, Anno 1201. p. 276. al. 206. diſertè ait: hunc Simonem fuiſſe, *Francum natione,* cognomento *Churnai.* Verba eius hæc ſunt. *Ipſis quoque diebus, quidam Magiſter Pariſienſis, Natione Francus, cognomento Churnai, &c.* Et vbi retuliſſet id, quod diximus, ſubdit: *Hæc vidit Magiſter de* * *Fuly, vir magnæ authoritatis, poſtea Epiſcopus Dunelmenſis factus, ex cuius relatu & certo teſtimonio hæc literis commendaui, ne vetuſtas tantum miraculum aboleret, eodem Epiſcopo ſuadente.* En Authorem oculatum, & fide digniſſimum, quòd Simon iſte fuerit, *Natione Francus,* eumque iure alijs omnibus præferendum recentioribus. Et verè ſimile eſt, quòd Pariſius ſcripſerit, *cognomento Turnai,* & ita legerit Trithemius, cùm vertit *De Fornaco,* licet Pariſius impreſſus habeat, *Churnai* Baleus, tamen Cent. 3. c. 47. refert ex Pariſio. *Simon de* b *Thurnay,* quod propè accedit ad Turnay. Sixtus Senenſis, l. 4. Bibl. * *Gilbertus piè doctus, & eloquio dulcis, ſtilo & ſpiritu, vſque adeo Bernardo ſimilis, vt eodem viſus ſit ore & lingua eloqui; obijt Anno Domini 1200.* Et Spondanus', Anno 1212. *Robertus de Corcone Anglus, Cardinalis ac legatus Pontificis in Gallia, literis & eruditione inſignis, qui & præclara edidit Theologiæ ſcripta.* Holinshed, Anno 1216. recenſet plures celebres ob eruditionem, ſub Rege Ioanne, quos Proteſtantes poterunt videre apud ipſum; vel apud Pitſeum, à numero 276. ad 305.

Harpsf. ſæc. 13. c. 2. Stow. An. 1209. Iſaacſon. An. 860.

a *Sic etiam Magdebur. Cent. 13. c. 10.*

* *Fernham Harpsfeld. ſæc. 13. c. 28.*

b *Sic etiam Gordon. An. 1201.*

* *Harpsf. ſæc. 13. c. 25.*

ROBERTVS CVRSON *Ciacon. in Innocent. 3. Baronius An. 1212. Magdeburg. Cent. 13. c. 10.*

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, ſub Ioanne Rege.

Miracula S. Hugonis

1. Pariſius Anno 1220. p. 413. ita refert. *S. Hugo Lincolnienſis Epiſcopus, à Papa Honorio canonizatus eſt, & in Catalogo ſanctorum admiſſus, factâ priùs eius miraculorum inquiſitione à Stephano Cantuarienſi Archiepiſcopo, & Abbate de Fontibus Ioanne, ſicut in hoc Domini Papæ Authentico continetur. —— Cùm ſanctæ Recordationis Hugonem Lincolnienſem Epiſcopum, quem, ſicut nobis plenariè conſtat, diuini muneris largitas, tam in vita, quàm etiam poſt veſtem mortalitatis exutam, inſignium miraculorum multitudine illuſtrauit, ſanctorum Cathalogo aſcripſimus.* Et idem Pariſius, Anno 1200. & 1201. refert nonnulla eius miracula: Weſtmonaſterienſis, Anno 1200. ait: *Eodem tempore, claruit B. Hugo Lincolnienſis Epiſcopus ſignis & virtutibus.* Author vitæ eius apud Surium, tom. 6. refert, quòd *Aqua benedicta Dæmoniacum curauit, infantem moribundum ſigno crucis ſanauit, Miſſam celebrans, Chriſtum in forma ſpecioſiſſimi pueri conſpexit; quod ad ſepulchrum eius cæca fuerit illuminata, mortuus ſuſcitatus, & intra paucos dies; ſex paralytici, tres cæci, duo muti, duo contracti, & vna hydropica curati ſunt; & quòd 86. Anno ab eius obitu, corpus eius quaſi integrum repertum ſit, &*

quod

quod ex illo multum olei ſtillarit. Quæ miracula Godvin. in vita eius non admittit; quia ſunt contraria ſuæ hæreſi; nec tamen audet negare, *propter vitæ, morumque ſummam integritatem, S. Hugonis,* (quam ipſe agnoſcit) & teſtium ipſorum grauitatem, ſed inquit: *Si cui libitum eſt, miracula perlegere, quæ ſanctitati eius aſcribunt monachi, rerum noſtrarum ſcriptores, petat Pariſienſem.* Pari modo, loquitur Foxus in Actis ſuis, p. 22. *Hugo* [a] *dicitur poſt mortem facere magna miracula.* Houeden, Anno 1199. ſcribit. *Cùm Gulielmus Rex Scotorum eſſet in propoſito veniendi in Angliam cum exercitu, acceſſit feretrum S. Margaritæ Reginæ* [b] (prædictæ) *& pernoctauit ibi, & diuino oraculo in ſomnis monitus, ne Angliam cum exercitu inuaderet, permiſit exercitum ſuum domum redire.* Idemque, Anno Domini 1200. inquit: *Venit Euſtachius, Abbas de Flay ad villam, quæ dicitur Wy, & benedixit ibi fontem quendam, cui Dominus tantam infudit gratiam, quòd cæci viſum, claudi greſſum, muti loquelam, ſurdi auditum, & quiſquis debilis qui ex fonte benedicto biberit, ſanitatem ſe recepiſſe gauiſus eſt.* Ibidem, *Prædictus Abbas veniens ad Rumenel, vbi erat aquæ defectus, ad preces populi in Eccleſia eiuſdem villæ, baculo ſuo petram percuſſit, & fluxerunt aquæ, quarum hauſtus diuerſis languoribus medetur.* Eademque repetit Pariſius; Anno 1200. p. 271. Weſtmonaſterienſis etiam, Anno 1200. *Dominus fecit miracula in conſpectu populi, prædicante Abbate de Flay.* Et Anno 1201. *Iſto quoque Anno, S.* [c] *Wulſtanus, & S. Modinena crebris miraculis claruerunt.* Harpesfeild etiam ſæc. 12. c. 19. *Celebria his temporibus, tum in Cantia, tum Diœceſi Eboracenſi, miracula & alibi per Euſtachium Abbatem de Flay edita ſunt, quæ ego non commemorarem, niſi à celeberrimis noſtris, qui tunc vixerant, hiſtoricis, memoriæ prodita eſſent.* Neque Euſtachij miracula apertè inficiatur Camdenus, dum ita ſcribit in ſua Britan. p. 237. al. 293 *Wie ſuum fontem habuit, in quem mirificam gratiam precibus cuiuſdam Normanni Monachi, infudit Deus, ſi credamus Rogerio Houeden.* Et cui homini vnquam credamus de re facti, ſi non credamus (& Catholicorum, & Proteſtantium teſtimonio) *inſigni hiſtorico*, referenti res ſuo tempore factas, coram inumeris teſtibus, qui aut ipſi curati ſunt, aut curatos viderunt, & cui alij grauiſſimi & eiuſdem, & ſequentium ætatum ſcriptores ſuffragantur; & cui nemo quicquam opponere poteſt præter ſuam incredulitatem: ſed hæc incredula hæreſis conſiſtere nō poteſt, niſi & grauiſſimis hiſtoricis fides, & hominibus, ſenſus ipſe, ex ſola pertinacia, ſeu incredulitate denegetur. Meminiſſe debuit Camdenus, quòd ipſe ſcribit in [d] Epiſtola ad Lipſium. *Hiſtoriæ fides, vt certa fauenda, cum in idem plures, vt teſtes, conſentiunt:* Et ibidem. *Quo quiſque tempore antiquior, & rei geſtæ loco proprior, maiorem & potiorem fidem meretur.*

[a] Sic Magdebur Cent. 12. c. 10.
[b] l. 4. c. 2. ſic. 2 Knighton An. 1199. Bronius An. 1200. Marques An. 1200. c. 2.
[c] Bronius An. 1201.
[d] Apud Vſſerium de Primordiis Eccleſ. Brit. c. 8.

CAPVT OCTAVVM.

HENRICVS TERTIVS REX ANGLIÆ, *Chriſtianus quadrageſimus, ab Anno 1216. ad Annum 1273.*

SECTIO PRIMA.

1. QVadrageſimus Chriſtianus Rex Angliæ, fuit Henricus tertius, filius Ioannis, qui quinquaginta ſex annis regnauit, ab Anno 1216. ad Annum 1273. *Fuit* (inquit Polidorus, l. 16.) *Ingenio miti, animo magis nobili, quàm magno, præterea, cultor religionis, & aduerſus inopes liberalis.* Chronicon Cantuarienſe apud Weuer. in monumentis, p. 455. *Quantæ* [a] *innocentiæ, quantæ patientiæ, quantæque deuotionis, & quanti meriti in vita ſua erat apud Deum, teſtantur poſt ipſius mortem miracula ſubſecuta.* Idemque habet Weſtmonaſterienſis, Anno 1272. Qui addit, Anno 1249. quòd [b] *Vigiliam S. Eduardi in ieiunio panis & aquæ, & continuis orationibus, nec non eleemoſinarum tranſegit diſtributione.* Et Anno 1267. *Rex Henricus, vir innocens, timens Dominum.* Knighton, l. 2. c. 16. *Præuentus eſt à Deo in benedictionibus dulcedinis, à teneris innocentiæ ſuæ annis, ſuperni regis amorem feruorem-*

Laudes Henrici tertij.
[a] Knighton l. 2. c. 17.
[b] Bronius An. 1245. Balæus Cen. 4. c. 46.

que concepit in tota vita, titulo humilitatis & innocentiæ, puritate conſcientiæ, morum ſuauitate & grauitate ſic excelluit, vt inter prædeceſſores ſuos, quibus ſolo nomine congruebat, quaſi ſanctus, & inter homines imperabat, vt & terrenus quidam Angelus videretur. Continuator Pariſij, qui tunc viuebat, An. 1273. Sacerdotibus, cùm Miſſas celebrarent, aſſiſtere ſolebat, & eorum manus deoſculari: Huic S. c Ludouicus Francorum rex dixiſſe olim perhibetur, Miſſis audiendis non ſemper eſſe vacandum, ſed interdum eſſe audiendas conciones ſacras: Reſpondit Henricus, ſe malle amicum ſæpiùs videre, quàm de ipſo loquentem audire. Eademque habet Walſingamus in ypodigmate, Anoo 1272. & in vita Eduardi primi, qui etiam addit, quòd ſolebat, qualibet die audire d tres Miſſas cantu celebratas. Quod etiam agnoſcit Foxus in Actis, p. 263. & Illyricus, Catologo, l. 19. Toto fermè diebus Miſſas audiebat. Cheſneus in vita eius, ſcribit: quòd audiebat tres Miſſas cantatas, & oſculabatur manus ſacerdotis ſacrificantis. Ianuil in vita S. Ludouici adiungit, quòd lauabat, & oſculabatur pedes leproſorum. Pariſius, Anno 1241. refert; S. Ludouicum de eo dixiſſe, Eleemoſinæ ſuæ & Miſſæ, ipſum ab omnibus periculis & probris liberabunt: ſimiliter quoque audiuit principem e Vvalliæ affirmaſſe. Et Anno 1241. Feretrum ex f auro puriſſimo, & gemmis pretioſis fecit, vt in ipſo reliquiæ S. Eduardi reponerentur. Et Weſtmonaſterienſis, Anno 1245. Multa habet de munificentia eius in Eccleſia Weſtmonaſterienſi condenda. Harpesfeild, ſæc. 13. c. 3. his omnibus addit, quòd Nobile Oxonij pauperum hoſpitium, & ædes Londini in quas reciperentur à g Iudaiſmo conuerſi, ædificauit. Cænobia alia & imprimis D. h Albani magnis donarijs ornauit. Walſingam, Anno 1230. Quo die naues aſcenſurus erat, pauperes & infirmos humiliter viſitans, leproſoſque deoſculans, largas eis eleemoſinas erogauit.

2. Ex Proteſtantibus, Parkerus in ſuis Antiquitatibus p. 27. Munificentiſſimus pariter ac religioſus Rex Henricus tertius. Coperus, Anno 1218. Erat natura comis, animo ſagax & prudens. Weuerus in monumentis, p. 716. Henricus tertius rex, reuera valde pius. Godwin. in Epiſc. Londinenſib. n. 44. Princeps ſanè religioſus. Holinshed, Anno 1272. Princeps mitis, pius, ac liberalis erga indigentes. Author ſepulchrorum Weſtmonaſterienſium: Princeps, omni pietate & virtutis laude florentiſſimus. Camden, in ſua Britan. p. 169 al. 199. Ad Vvitham, Monialibus ædem Henricus Rex tertius poſuit. Et p. 377. Henricus nouam Eccleſiam (Weſtmonaſterij) ſpecioſa ſtructura, multiplici marmorearum columnarum ordine i tecto laminis plumbeis conueſtito quinquaginta annorum opere exædificauit.

3. Catholica huius pij Regis religio, clariſſima eſt; Primò, ex eius deuotione erga Miſſam, per quam (vt more ſuo ait Baleus, Cent. 4. c. 46.) factus eſt imago beſtiæ, & ex ſuo cultu S. Eduardi. Secundò, quia Diademate inſignitus eſt, aut à i Walone Pontificis Legato, vt quidam tradunt, aut eo k præſente. Tertiò, quia teſte Patiſio, Anno 1218. p. 401. Honorius Papa ſcripſit ei in hæc verba: cùm te, tanquam Romanæ Eccleſiæ filium ſpecialem, ſincero diligentes affectu, cupiamus Anno 1239. Gregorius nonus ita ſcribit: Cùm ex operibus noſtris, quæ plenum perhibent teſtimonium veritati, ſit liquidum vniuerſis, quòd nos perſonam chariſſimi in Chriſto filij noſtri, illuſtrem regem & Reginam, inter alios reges & principes orthodoxos, & Reginas in quibus nomen colitur Chriſtianum, in charitatis viſceribus ſpecialiter gerimus, &c. Et Anno 1244. p. 863. Innocentius quartus. Cùm inter Reges cæteros orbis terræ, chariſſimum in Chriſto filium noſtrum, Regem Angliæ illuſtrem, ſingularis dilectionis brachijs amplectamur, qui velut princeps Catholicus & deuotus, Romanam Eccleſiam matrem ſuam, filiali ſubiectione & obſequio deuotionis, ſic ſemper ſtuduit venerari, quòd nequaquam ab eius beneplacitu declinaret, quin imò quæ ipſi grata nouit, & placita, ſolicitudine prompta peregit, &c. Et Anno 1244. p. 839. ponit has literas Hentici ad Innocentium Papam quartum. Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino Innocentio, Dei gratiâ ſummo Pontifici, Henricus eadem gratiâ Rex Anglorum, &c. Salutem, & pedum oſcula beatorum. Idemque Pariſius, Anno 1245. p. 901. ponit has literas l Magnatum & populi Angliæ ad Innocentium Papam: Reuerendo in Chriſto Patri Innocentio, Dei gratiâ ſummo Pontifici; Magnates, & vniuerſitas Regni Angliæ, recommendationem cum pedum oſculo beatorum: Matrem noſtram, Romanam Eccleſiam totis viſceribus diligimus & amamus, vt debemus, &c. Et p. 924. refert has literas Innocentij Papæ

- c Spondanus An. 1272. Baronius An. 1272. Camden in Reſiduis p. 156.
- d Pariſ An 1273. Vueuer Mon. p 455.
- e Fox Act. p 280.
- f Vveſtmon An. 1269. Vvalſingam An. 1241 Stow An. 1269. Vvener Mon. p 455.
- g Fox Act. p 254.
- h Pariſius An. 1255.
- Laudatur à Proteſtantibus.
- Henricus III. Catholicus.
- i Fox Act. p. 314
- k Vvalſingam An. 1216.
- l Vveſtmon An. 1245.

tij Papæ ad Anglos. *Feruens Anglorum meretur deuotio, vt eos Apoſtolica ſedes, velut filios ſpeciales brachijs maternæ affectionis amplectens, & fauore ipſos muniat opportuno, ac efferat gratiæ priuilegio potioris.* Item, ibidem, *cùm ſedes Apoſtolica illo affectu Anglicos proſequatur, vt ipſos inter alios confilios multiplici fauore proponat attollere, ac ſpeciali dono gratiæ honorare magno deſiderio cupimus, eoſdem Anglicos deuotionis ſtudio perſeuerantèr inſiſtere, ac laudabiliter exercitio proficere bonitatis, vt accepti ac digni meritò inter cæteros habeantur.* Et Anno 1237. p. 589. ſcribit, quòd cum Legatus Pontificis in Angliam veniſſet; m *Rex & vſque ad confinium maris accurrit, & inclinato ad genua eius capite, vſque ad interiora Regni deduxit officiosè.* In Additamentis, p. 223. refert literas Alexandri quarti Papæ ad Proceres Angliæ, in quibus ita ſcribit: *De Regno ipſo* (Angliæ) *ſemper Reges prodiere Catholici, qui claris fidei & deuotionis titulis præſigniti, Deo ſe gratos per ſanctæ conuerſationis merita, & Eccleſiæ prædictæ* (Romanæ) *acceptos, per obedientiæ & humilitatis opera, exhibere multipliciter curauerunt. De hoc regno ſuſcepit ſemper & ſuſcipit eadem Eccleſia filios benedictionis & gaudij, filios factis & fama pollentes, filios etiam opportuni auxilij & fauoris. Hoc eſt gratioſum, ſpetioſum, & pretioſum regnum, cui Dominus in omnibus benedixit. Hoc regnum eſt ager deuotionis, fertilis, & amœnus, circa cuius munimen & cultum, prædicta Eccleſia cogitare attentius, & opem ad hoc propenſioris ſtudij adminiſtrare tenetur.* Wadingus etiam, tom. 2. Anno 1265. n. 14 refert literas Clementis Papæ IV. in quibus vocat Eccleſiam Eboracenſem, *magnam & honorabilem Eccleſiam, nobilem & deuotam ſedis Apoſtolicæ filiam, & inclitum & Catholicum regnum Angliæ, ipſi ſedi chariſſimum.* Præterea, ſub hoc rege mendicantes ingreſſi ſunt in Angliam, vt Dominicani, Anno 1122. & n Franciſcani, Anno 1224. vti aſſerit Stous eiſdem Annis. Knighton l. 2 c. 15. ait: o Dominicanos veniſſe, Anno 1217. Franciſcanos, Anno 1224. Pitſeus, in Indice, p. 98. ſcribit: Dominicanos aduenisse, Anno 1224. Demum hic fuit pius & Catholicus eius exitus ex hoc mundo, vt refert continuator Pariſij, Anno 1273. *Confeſſus eſt peccata ſua humiliter, tundens pectus ſuum, & hinc o abſolutus à Prælato: Deinde, deuotè ſuſcipiens corpus Chriſti, & vnctione delibutus extremâ Eccleſiæ, Crucem Domini ſuppliciter adorauit, iubens debita ſua ſolui, & reſiduum indigentibus æque partiri. Cùm hæc Rex peregiſſet, reddidit Spiritum ſuum Domino.* Fratrem habuit Richardum, qui electus eſt in Imperatorem Romanorum: Polydorus l. 16. Pariſius, ac Weſtmonaſterienſis, Anno 1257. Spondanus, Anno 1256. & Reuſnerus in General. vbi eum plurimum laudat. Molineus, l. 2. de Anatomia Miſſæ, c. 8. vocat, *Henricum regem idiotam, quia in ſolenni proceſſione portabat ampullam p ſanguinis Chriſti ſuper naſum ſuum, quam* vt referunt Pariſius, & Weſtmonaſterienſis, Anno 1247. *acceperat per quendam fratrem Hoſpitalium, qui cum eodem theſauro literas detulit de ipſius certitudine omni acceptione digniſſimas, à Domino Patriarcha Hieroſolomitano, & à Magiſtris militiæ templi & Hoſpitalis.* Vide Annales Hoſpitaliorum in Gerino, magno Magiſtro. Cluuerius in Epitome. *Nemo regum dicto audientior erat Pontificibus, quàm Henricus tertius Anglus.*

m Spondanus An. 1186
Alexandri p. 4 Inades de Anglia.
Item Clement 4
• Gordon in Chr. ait An. 1224
n Vuading. ait Anno 220. Gordon ait An. 1226.
• Vualſingam An. 1273.
p Pariſ. in Additam. p. 165. Spondanus An. 1247 Bzouius An. 1245. 1249. Holinshed An. 1247. Harpsfeld. ſæc. 13. c. 14.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Henrici tertij.

1. REgnante Henrico tertio, ſanctitate effulſit S. Edmundus Cantuarienſis Archiepiſcopus, de quo nonnulla dicemus, cùm de Archiepiſcopis. Claruit etiam eodem tempore eius familiaris, ac poſtea Epiſcopus Ciceſtrenſis, S. Richardus, *Vir* (ait Pariſius, & Weſtmonaſterienſis, An. 1255.) *eminentis ſcientiæ, & eximiæ ſanctitatis; cuius corpus exanimatum, inuentum eſt ciliciatum, & circulis ferreis conſtrictum.* Eius vitam habent Capgrauius, & Surius tom. 2. De eodem ita Martyrologium, Rom. 3. Aprilis. *In Anglia, S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis, ſanctitate & miraculorum gloria conſpicui.* Et Camdenus in ſua Britan.

S. EDMVNDVS. Martyrol. Rom. 16. Nouemb. Harpsf ſæc. 13. c. 7. Bzouius An. 1248.
S. RICHARDVS Pariſ An. 1253. Harp. ſæc. 13. c. 17. Vuading. An 1256. Pitſeus n. 317.

Laudatur à Proteſtantibus.

p. 433. al. 5.1. *Richardum, ob inris Pontificij ſcientiam, & vitæ integritatem, in Diuorum numerum Vrbanus quartus ſolenni Apotheoſi retulit.* Et Godwin. in Epiſc. Ciceſtrenſibus, n. 13. *In concionibus ad populum, egregiè diſertus fuit, necnon aſsiduus, & doctrinam exemplo ſuo confirmans, ſic vitam inſtituit, vt tam ſanctiſsimus, quàm doctiſsimus habitus fuerit viuens, & mortuus ſanctorum Catalogo aſcriberetur.*

Sorores S. Edmundi. a Februarij 25. Auguſt. b Februarij 4 Auguſt. Eius mater.

Claruerunt etiam tunc ſanctitate, duæ ſorores prædicti S. Edmundi, de quibus ita Pariſius, Anno 1257. p. 1264. *Obijt a Margarita, Prioriſſa de Katebia, ſoror B. Edmundi Cantuarienſis Epiſcopi, magnæ mulier ſanctitatis, pro cuius meritis præclaris, miracula coruſcarunt.* Et ibid. p. 1273. al. 952 *Obijt miræ ſanctitatis & innocentiæ, Domina* b *Alicia de Katebia, ſanctimonialis, ſoror Beati Edmundi Cantuarienſis Archiepiſcopi, ad cuius tumbam miracula dicuntur coruſcare.* Et de matre earum Mabilia, ita refertur in vita S. Edmundi apud Surium, tom. 6. *Singulis propè noctibus intererat nocturnis pſalmodijs: ad nudum corpus veſtem adhibebat cilicinam, quæ & aſpera eſſet, & ad talos ſe porrigeret, vtque magis affligeret carnem, loricam ferream ei adiunxit ad ſuras vſque pertingentem: Intra autem iſtam loricam, duæ erant laminæ ferreæ, quæ cruciatum augerent.*

Frater S. Edmundi. B. Robertus. c Februarius 9. Octobris.

Et de fratre eiuſdem S. Edmundi, ita ſcribit Weſtmonaſterienſis, Anno 1250. *Edmundus Cantuarienſis Archiepiſcopus apud Pontiniacum iacens, coruſcat miraculis, eiuſdemque frater Magiſter Robertus.* Claruit etiam tunc, B. c Robertus, cognomento Groſſateſta, Lincolnienſis Epiſcopus, qui (vt ait Harpesfeild, ſæc. 13. c. 25.) *Epiſcopatu Lincolnienſi, propter pietatis & doctrinæ magnitudinem, donatus eſt.* Et c. 24. *Eius zeli, in res omnes honeſtas, magnitudinem, & ſinceram vitæ inculpatæ integritatem, nec aduerſarij inficiari poterant, quamque etiam Deus miraculis poſt eius obitum declarare dignatus eſt — Fuit certè egregijs atque dignis Epiſcopo dotibus amplificatus, in omnibus verbo D i paſcendis, diligentia, & peccatis reprimendis, acrimonia.*

d Fox Act p. 29. Laudatur à Proteſtantib.

Et primatum Pontificis his verbis profitetur in Epiſt. ad d Innocentium quartum apud Pariſium, Anno 1253. p. 1261. *Ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti tipum & perſonam, maximè gerit in Hierarchia Eccleſiaſtica, Dominus Papa.* Ibique profitetur, quòd *mandatis Apoſtolicis affectione filiali, deuotè & reuerenter obedit.* De eodem ita Proteſtantes: Parkerus in vita S. Edmundi. *Virtute inſignis*, Pleſſeus, l. de Eccleſia, c 9. *Vir ſanctæ & laudatæ vitæ, & multis etiam miraculis, vt hiſtoria refert, clarus.* Sed falſo ait: *Interijt à Papa excommunicatus.* Rainoldus theſi, 5. *Religioſus Epiſcopus.* Holinshed, Anno 1273. *Beatus Robertus.* Foxus in Actis, p. 292. *Pius & doctus Epiſcopus.* Baleus, Cent. 4. c. 11. *Vir pius & Doctiſsimus.* Godwin. in Epiſcopis Lincol. n. 9. *Homo, propter egregiam eruditionem, aliaſque animi virtutes ſuo merito celeberrimus. — Vir proculdubio fuit clariſsimus, & omnium ſcriptorum conſenſu illuſtrior, quàm vt à me paucis poſsit depingi — Propter has tantas & tales virtutes, vulgus vt ſanctum veneratus eſt: imò &* e *Academia Oxonienſis (ſicut teſtatur Guaſconius) literis ſuis ad Clementem quartum perſcriptis, vt ſanctorum Catalogo aſcriberetur, petierunt, vt in illis teſtantur, quòd propter magna & plura miracula, & propter emanationem olei, ab eius tumba, ſanctus Robertus in Anglia dicebatur.*

e Twin l. 1. Antiq Oxo. § 267.

Hunc ſanctiſſimum virum, Proteſtantes tanquam ſuum, vendicant, eo ſolo nomine, quòd ſe oppoſuerit Pontifici, conferenti beneficia Anglica hominibus exteris, & linguæ Anglicanæ ignaris. Quàm inſignis autem Catholicus fuerit, liquet ex eius Epiſtolis manuſcriptis, quas Romæ aliquando vidi & legi. Illyricus in Catalogo, l. 16. col. 1592. *Magnus Doctor Robertus Lincolnienſis Eccleſiæ Epiſcopus, & pius & fortis aſſertor veritatis.*

B. Rogerius Epiſcopus. f Harpſf. ſæc. 13 c. 1. Stous An. 1250. 1241. Brouius An. 1220. Vwerner Mon. p. 319. 715. Godwin. in Epiſc Lond. N Holinſhed An. 1259. S. ROBERTVS EREMITA. S. HVGO PVER.

Claruit etiam tunc f Rogerus Epiſcopus Londinenſis, de quo Pariſius, Anno 1241 *Obijt Rogerus Epiſcopus Londinenſis, vir vitæ venerabilis, & miræ ſanctitatis, & prædicatione præcipuus.* Et Anno 1248. *Quem Dominus miraculis tam glorioſè coruſcantibus inſigniuit.* Et Weſtmonaſterienſis, Anno 1250. *Ad cuius tumbam ſigna appenduntur quamplurima, beneficiorum collatorum infirmis teſtimonialia.* Et ibidem, *S. Robertus Heremita apud Knaresburg virtutibus claret manifeſtis.* Idem ibidem; *Quendam puerum circiter annorum trium, quem Iudæi crucifixerunt, & poſt excogitata tormenta, in Cruce occiderunt, in Eccleſia Lincolnienſi ſepul um, multis ſanitatis ſuffragia dicitur contuliſſe.* Idem habent Pariſius, & Walſingamus, Anno 1255. Stous, Anno 1255. Holinshed, Anno 1255. Bzouius, Anno 1255. Baleus Cent. 4. c. 22. Et Harpesfieldus, ſæc. 13. c. vltimo. Claruit etiam tunc B. Simon Stoc,

Carmelita,

Carmelita, de quo ita Molanus, 16. Maij. *Burdigala, B. Simonis Stoc Carmelitæ, Deiferæ Virgini Mariæ ſingulariter deuoti, ac miraculorum coruſcatione prægloriosi.* Et Myreus, l. 3. c. 20. ſcribit, quòd *Carmelitæ diſcalciati faciunt officium de S. Simone Stoc, approbatum à Congregatione Rituum Romæ.* Huic dicitur B. Virgo Scapulare tradidiſſe. Eius vitam ita deſcribit Baleus, Cent. 4. c. 7. *A duodecimo ætatis anno, eremum incoluiſſe, & in putri caua quercu (vnde cognomen cepit) cellam ſibi conſtituiſſe dicitur: ſilueſtres illi fructus (inquit Lelandus) ambroſiæ dapes erant; Scaturiens ex horridis rupibus aqua, nectar; caua quercus & antra, purpureus thorus.* De ordine vallis Scholarium hoc tempore confirmato, Myreus, l. 1. Origin. Ordin. Monaſticorum ita ſcribit. *Anno 1218. Honorius tertius Pontifex Maximus, Anno Pontificatus ſui tertio, Ordinem Vallis Scholarium confirmauit, quem g Gulielmus quidam, natione Anglus, inchoauit, qui Pariſiis Scholaris fuerat, & poſtea in Burgundia Scholis præfuerat, tandemque cum Scholaribus ſuis ad Eremum conuolauit, & formam viuendi ſuis & ſibi ex diuerſis regulis elegit: ſic Martinus Polonus in Chronico: Huius ordinis Monaſteria Belgica ſunt Meclinenſe, Montenſe in Hannonia, Leuuenſe in Brabantia, & Geronſicum in Comitatu Namurcenſi.* Et idem ibidem, c. 30. *Congregatio bonorum hominum in Anglia, per Richardum Henrici tertij regis fratrem, inchoata.* Idemque aſſerit Rodulphus in vita S. Franciſci. Itemque Thuanus in ſuo diſcurſu de religionibus: Hi (vt ex Polidoro l. 16. refert Camdenus in ſua Britan. p. 344.) *D. Auguſtini ordinem ſequebantur veſtemque caruleum induebant.* Adeoque Angli, quatuor Regularium ordinum authores fuerunt; nempe Ciſtertienſium, Gilbertinorum, atque horum duorum iam nominatorum. Pariſius, Anno 1237. inquit *Obijt piæ memoriæ, Richardus Epiſcopus Dunelmenſis, vir eximiæ ſanctitatis, & profundæ ſcientiæ, Anno 1248. Obijt piiſſimæ recordationis, Abbas de Vvaltham, de ordine Canonicorum S. Auguſtini, vir eximiæ ſanctitatis, Anno 1251. Obijt mulier quædam ſanctiſſima nomine Cecilia, cognomento de Sanford, fidelis vidua, ſanguine nobilis, ſed moribus nobilior.* Anno 1257. *Obijt bonus Prior Nornicenſis, vir magnæ ſanctitatis, & eminentis literaturæ.* Wadingus, Anno 1239. n. 8. *Regnante ipſo Pontifice* (Gregorio nono) *ſuffragia, electus eſt Haymo Anglicus* (miniſter generalis Minorum) *literarum peritiæ, pietatis ſtudium adiunxit, & præclara virtutis merita, propter quæ, ſpeculum honeſtatis, audire meruit — virum hunc prudentem, humilem, ſanctum, magnumque Theologum fuiſſe, ſcribit Peregrinus à Bononia.* Et Anno 1244. n. 1. *Haymo fuit vir magnæ prudentiæ & ſanctitatis, qui plures pro Eccleſia labores exantlauit.* Et n. 2. *Correxit breuiarium & Miſſale, & eius correctionem ſuſcepit Eccleſia.* Quanta verò fuerat hoc tempore Anglorum deuotio, inde apparet, quòd (vt teſtatur Pariſius, Anno 1227. p. 451.) *facta eſt motio magna in opus Crucis per orbem vniuerſum cruce ſignatorum, quæ adeò fuit numeroſa, vt ex ſolo Anglorum regno, pluſquam ſexaginta millia proborum hominum, præter ſenes & mulieres, profecti referantur: Hoc enim profeſſus eſt Magiſter Hubertus, vnus ex prædicatoribus in Anglia, aſſerens veraciter, tot in ſuo rotulo ſe conſcripſiſſe.* Et addit: *In nocte Natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ, oſtendit ſe Dominus in Firmamento crucifixum: quòd perſpicuè apparuit in luce lucidiſſima corpus Dominicum, clauis & lancea perforatum, necnon cruore reſperſum; vt fidelibus ſuis patenter oſtenderet ſaluator mundi, ex hac populorum deuotione ſe fuiſſe propitiatum.* Et addit, quòd *ſimiles viſiones & aſſiduæ, eodem tempore, multis in locis diuerſis apparuerunt.* h Idem refert Sigonius, l. 17. de regno Italiæ, Cheſneus in Henrico tertio, Harpesfeild. ſæc. 12. c. 11. Idem pariſius, An. 1225. *In vrbe Leceſtrenſi, obijt i puella quædam incluſa religioſa, quæ per ſeptennium ante obitum nullum omnino guſtauit cibum, niſi quòd diebus dominicis corporis & ſanguinis Domini communionem accepit.* Spondanus, Anno 1240. *Hoc anno k Richardus Comes Cornubiæ, frater Henrici Regis Angliæ, à Gregorio Pont. ad ſacram militiam incitatus, cum magno ſuorum exercitu (ſunt qui quadraginta millia pugnatorum ex Anglia eduxiſſe ferunt) in Paleſtinam peruenit.* Vvalſingamus, Anno 1250. *Abbatiſſa de Lacok fœmina magnæ ſanctitatis, quæ mater erat Gulielmi de longa ſpala, nocte præcedente diem quo filius eius interfectus eſt* (à Saracenſis) *vidit cælos apertos, & l filium ſuum armatum, ab Angelis eleuatum cum gaudio introire.* Et Camden. in ſua Britan. p. 178. *Ad Lacot, pientiſſima mulier Elia, Comitiſſa Sariſburiæ monaſterium, (vt alterum apud Henton) Anno 1232. in honorem, B. Virginis, & S. Bernardi extruxit, in quo ipſa, & corpus & animum, diuino*

S. SIMON STOC
f Ferrarius 16. Maij. Piſſeus n. 17. Magdeburg. Cent. 13. c. 10.
ORDO VALLIS SCHOLARIUM
Pag. mihi 1. Biblioth. Præmonſtr. p. 162.
g Coccius in Henr. 3. Spondanus An. 1219. Gr. 10 Mag. Belgij An. 1219 Il ſtoria Albigen. 1019 3 Gheſ. nes Anglo... ...ctor in Honor. 2. Iſſaſon An. 1218
Ordo bonorum hominum.
h Et in Chron. ord. ſancti Benedicti. Godwin in Epiſ Dunel. n. 14 Stow An. 1237.
Haymo Generalis Minoritar.
S Antonin. tit 24. c 9. § 1. lib. conformit. p. 26.
Plus quam ſexaginta millia Anglorum Crucem ſuſcepere.
i Spondan. An. 1227. puella annis 7 vixit ex ſola Euchariſtia Harpeſf ſæc. 13. c 25 Spond. An. 1225. Bzouius An 1227.
k Polidorus l 16. bzouius An. 1239.
l Pariſ. An. 1250.
ELA
Henriquez in Menolog. 1. Februarij

cuius deuota ſacrauit. Bzouius, Anno 1231. *Hoc anno, Roffenſi Eccleſiæ prælatus eſt Henricus Sanfordius, vir ingentis ſanctitatis.* Pariſius, Anno 1257. *Obijt Epiſcopus Noruicenſis* m *Vvalterus, cog. de Suffeld, apud Colceſtriam, & delatum eſt corpus eius ad Noruicenſem Eccleſiam ſuam Cathedralem, honorificè tumulandum, ad cuius tumbam, miracula dicebantur coruſcare. Hic namque in vſus pauperum, inſtante tempore famis, omnia vaſa ſua, & cochlearia argentea, cum toto theſauro ſuo pauperibus erogauit.* Eadem habet Weuerus in ſuis monumẽtis, p. 790. Et idem Pariſius eodem Anno. *Obijt piæ memoriæ Magiſter* n *Robertus de Hartford, Eccleſiæ Sariſburienſis Decanus, ætate prouectus, moribus prouectior, ſcientia prouectiſſimus, quem præclaris meritis exigentibus amicum ſpecialem extitiſſe confidenter credimus Redemptoris.* Continuator Pariſij, Anno 1273. o *Vvillielmus Bathonienſis Epiſcopus, fama ſanctitatis inter cæteros multum efflorebat.* His addere poſſumus Eleenoram Reginam, vxorem Henrici Regis, quæ poſt mortem eius, ſanctimonialis effecta eſt. Harpesfeld, ſæc. 13. c. 28. *Richardus Sariſburienſis Epiſcopus, vir certè ob ſingularem pietatem & doctrinam, longè clariſſimus.* Liber conformitatum, fol. 94. *In loco Oxoniæ iacet F.* p *Agnellus de Piſis, primus in Anglia miniſter* (Minorum) *vita & miraculis glorioſus.* Godwin. in Epiſcopis Elienſibus, n. 6. q *Ioannes de Fontibus, vir ob egregiam pietatem apud hiſtoricos noſtros celebri.* Et in Epiſcopis Sariſburienſibus, n. 8. *Robertus Bingham, vir magna eruditione & pietate, mor. Anno 1246.* Weuer in monumentis, p. 482. q *Richardus de Vvendoner, Epiſcopus Roffenſis, ex mandato regis ſepultus eſt Vveſtmonaſterij, eo quod habitus eſt vir valde pius ac ſanctus.* Et p. 315. meminit S. Gulielmi martyris, qui circa hoc tempus claruit, eiuſque paſſionem refert Capgrauius in ſuo Catalogo ſanctorum Angliæ.

m *Godwin in Epiſc. Norwiſ. n. 10. Harpeſf. ſæc. 13. c. 15*

n *Spondanus An. 1257.*

o *Godwin in Epiſc. Bathon. n. 25.*

p *Vvading. An. 1220.*

q *Harpeſf. ſæc. 13. c. 26. Fontibus 10. Ioli.ij. Harpeſfeld ſæc. 13. c. 12. Godwin in Epiſc. Roffen. n. 40. Vveuer p. 315.*

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, tempore Henrici tertij.

S. RICHARDVS.

Godwin in Epiſc. Ciceſtren. n. 11.

S. ROBERTVS.

Pitſeus n. 357.

CLaruit in primis S. Richardus Epiſcopus prædictus; *Eminentis ſcientiæ & egregiè doctus.* Et, vt ait Holinshed, Anno 1253. *Vir magnæ virtutis, & ſingularis eruditionis.* Item S. Robertus Epiſcopus præfatus, *vir* (ait Weſtmonaſterienſis, Anno 1242. *in Latino & Græco Idiomate peritiſſimus.* Pariſius, Anno 1253. vocat eum, *Magnum Eccleſiæ Doctorem, Græcè & Latinè peritum.* Triuettus apud Baleum, Cent. 4. c. 2. *Virum excellentis ſapientiæ, puriſſimæ doctrinæ, & virtutum omnium exemplar.* Sextus Senenſis, l. 4. *Rupertus Lincolnienſis Epiſcopus, inter Philoſophos & Theologos ſui ſæculi, primum locum adeptus, ingenij acumine ſubtiliſſimus, eloquio breuiſſimus, & ſententiarum pondere copioſiſſimus.* Idemque habet Poſſeuinus in Apparatu V. *Robertus Lincolnienſis.* Sed vide Elogium Cardinalium de ipſo, apud Pariſium, Anno 1253. p. 1162. item p. 1168. Harpesfeldus, ſæc. 13. c. 25. ait: *Nulla fuit liberalium artium, quam ille non exactè, cum Latina atque adeo Græca & Hebræa lingua calluit.* Et ex Proteſtantibus, Caſaubonus, Epiſtola ad Duceum: *Vir pietate & doctrina maximus.* Camden in Britan. p. 406. al. 452. *Vir & literis & linguis, ſupra quam credi poteſt in illa ætate eruditus.* Godwin. ſupra: *Homo propter egregiam eruditionem, ſuo merito celeberrimus.* Fox. in Actis ſuis, p. 294 *Reuerendus ac pius.* Et p 296. *Multum laudatus ob ſanctitatem & (vt addit Ceſtrenſis) ob miracula.* Parkerus in vita S. Edmundi: *Prudentia, virtute, doctrinaque inſignis.* Baleus, Cent. 4. c. 2. *Magnus Doctor Eccleſiæ, Hebraicè, Græcè & Latinè peritus.* Et Cent. 10. c 68. *Ornamentum clarum ſui ſæculi.* Simpſon in Chron. Cent. 13. *Vir magnæ doctrinæ, pietatis, & conſtantiæ.* Sic etiam Stous, Anno 1253. Item Holinshed eodem Anno. Twin. l. 3. Antiq. Oxon. ſec. 267. refert ex Ioanne Tiſſington, quòd *eius comparatio ad omnes Doctores modernos, eſt veluti comparatio ſolis ad lunam, quando eclipſatur.* Pariſius, & Weſtmonaſterienſis, Anno 1248. ita ſcribunt. *Obierunt duo fratres de ordine Prædicatorum, quibus non erant maiores, imo*

Laudatur à Proteſtantibus.

ROBERTVS BACON.

nec

nec pares (vt creditur) inuenies, in Theologia & alijs ſcientijs, videlicet, F. Robertus Bacon, & F. Richardus de Fiſacre. Claruit etiam tunc prædictus Stephanus Langton, quem Sixtus Senenſis, l. 4. Bibliothecæ ait, fuiſſe *Pariſienſis Academiæ decus & Rectorem in diuinis ſcripturis ſtudioſum & eruditum, atque in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundum, multis annis Theologiam docuiſſe, & primum, ſacram ſcripturam moraliter exponere cœpiſſe.* Eadem Poſſeuinus in Apparatu v. *Stephanus.* Imo & Baleus, Cent. 3. c. 87. Harpesfeild, ſæc. 13. c. 25. inquit. *Gulielmus Leceſtrius, cùm multa alia ſcripſiſſe dicitur, tum & Concordantias, vt appellant, Bibliorum concinnauit.* Ibidem, *Ioannes Leceſtrius, vir omni eruditione ſacra & liberali inſtructiſſimus.* Ibidem, c. 19. *Ioannes Offentonius, præ doctrinæ magnitudine, inter omnes Anglos, celeberrimus.* Claruit etiam tunc temporis Alexander de Hales, de quo ita Sixtus Senenſis, l. 4. cit. *In Scholaſticis artibus, & in cognitione diuinarum ſcientiarum, tantum nominis & gloriæ conſecutus, vt ab eruditiſſimis ſui temporis fons vitæ appellari meruerit.* Vega, l. 9. c. 14. *Totius penè doctrinæ Scholaſticæ, ſecundum Magiſtrum, parens.* Et c. 36. *Vir vndequaque, doctiſſimus —— Eximius Doctor.* Spondanus, An. 1245. *Vita, ſcientia, & ſcriptis inſignis, nec ſolùm primus Franciſcanæ religionis Doctor in Academia Pariſienſi, ſed etiam, vt volunt, omnium, qui Theologiam Scholaſtico ſtilo ediderunt: ex quo velut fonte cæteri ſuas implenere lacunas: cuius & diſcipuli extitere ſancti* ª *Thomas & Bonauentura, vt meritò Doctor Doctorum, Fonſque vitæ & Doctor irrefragabilis paſſim nuncupari meruerit.* Sixtus Papa quartus, in Bulla Canonizationis ſancti Bonauenturæ, apud Waddingum, Anno 1482. vocat ſanctum Bonauenturam, *condiſcipulum S. Thomæ.* Condiſcipuli autem non ſunt, niſi qui ſub eodem magiſtro ſimul diſcunt. Sub quo autem magiſtro ſimul didicerunt hi ſancti, niſi ſub Alenſi? Bellarminus de eodem. *Vir doctiſſimus, & ſanctorum Bonauenturæ & Thomæ Aquinatis præceptor: ſcripſit Innocentij Papæ quarti iuſſu ſummam Theologiæ egregiam & copioſiſſimam.* Poſſeuinus, V. Alexander, *S. Thomæ, & Bonauenturæ præceptor, Innocentij quarti iuſſu Theologiæ ſummam conſcripſit, ea methodo, quam nemo ante eum attigerat. Eam ſummam* ᵇ *Alexander quartus Diplomate, ac 60. virorum Eccleſiaſticorum ſyngraphis comprobauit: meritò dictus eſt irrefragabilis.* Piſanus, l. 1. conformit. p. 160. *Hic Magiſter, præ alijs Magiſtris in vniuerſitate Pariſienſi, in magna habetur reuerentia.* Et ait, quòd *totam Eccleſiam illuminauit.* In Concilio Baſilienſi, in diſputat. de communione ſub vtraque ſpecie, hoc encomio ornatur. *Alexander de Ales, Doctor Antiquus, ſolennis, & profundus in doctrina diuina, pariter & humana, & ſanctæ vitæ, magnæque authoritatis in tota Schola Theologorum.* Bzouius, Anno, 1252. *magnus ſanctitate & doctrina.* Ex Proteſtantibus, Montacutius, exercitat. 1. ſec. 6. *Halenſis noſter, irrefragabilis Doctor, ad miraculum vſque eruditus.* Baleus, Cent. 3. c. 91. *Alexander de Hales, Doctor irrefragabilis appellatus, ingenio & eloquio peracutus, à multis iactabatur in Ariſtotelicis diſciplinis ætate ſua nulli cedere. Propterea Thomæ Aquinati, Bonauenturæ, & Gulielmo Guaroni in Theologia Præceptor aſcitus.* Fieldus, l. 3. de Eccleſia, c. 26. & 44. *Primus & maximus omnium Scholaſticorum.* Camden in ſua Britan. p. 257. *In ſpinoſa Scholaſticorum Theologia coriphæus.* Twinus l. 2. Antiq. Oxon. ſec. 117. *Erat profundiſſimus Theologus.* Claruit tunc, Alexander Neckam, de quo Baleus, Cent. 3. c. 86. *Fuit certè per illam ætatem doctiſſimus: Nam eius in bonis artibus cognitio non modo ſuis Britannis, ſed etiam Gallis & Italis, apud quos olim claruerat, atque adeò orbi ferè vniuerſo incredibili admiratione, ita innotuit, vt ingenij miraculum diceretur.* Idem habent Magdeburgenſes, Cent. 13. c. 10. ac Weuer. in monument. p. 571. Et de eo, ita Harpesfieldus, ſæc. 13. c. 19. *Exornauit hoc ſæculum ſua illuſtri doctrina, in omni diſciplinarum genere, Alexander Nechamus.* Wadingus, tom. 2. Anno 1270. n. 36. ita ſcribit; *Non ſolum pietate, ſed literis tunc floruerunt plures in ordine, præſertim Angli,* ex quibus nominat Rodulphum Coleburgum, Ioannem Gualenſem, Thomam Bockingam, Franciſcum Rufum, Gulielmum Waronem, ſeu de Vvare, præceptorem Scoti; quibus Anno 1257. n. 7. addit, Gulielmum Midletonum, qui *ſummam Theologicam Alexandri Alenſis, ob Authoris mortem, imperfectam, abſoluit, ita hortante Alexandro Pontifice, & ſcribente Anno primo ſui Pontificatus, ad Franciæ Miniſtrum, vt huic doctiſſimo viro adiudicaret alios, qui in tanto opere ei adlaborarent.* Et

RICHARDVS FISACRE. Harpeſf. ſæc. 13. c. 25. Alani An. 1248. Poſſeuin. n. 142.

STEPHANVS LANGTON.

ALEXANDER ALENSIS. Henricus Gaudauenſ. ſ. deſcript. orbis c. 46. Vvading. An. 1241. 1245. Alenſis Magiſter S. Thomæ & Bonauenturæ.

ª Harpeſf. ſæc. 13. c. 12. Gordon An. 1259. Poſſeuin. n. 142. Gualterus ſæc. 13. Bzouius An. 1250. Muner. l. 8. c. 4. Camden in R. ſid. p. 14. Magdeburg. Cent. 13. c. 10. Illyricus l. 16. teſt. um.

ᵇ Liber conform. p. 97. Vvading. An. 1245. Alenſis laudatur à Proteſtantibus. Magdeburg. Cent. 13. c. 10.

ALEXANDER NECKAN. Sixtus Senenſis l. 4. Piſ. ſeus n. 524. Vveuer Mon. p. 571.

IOANNES ÆGIDIVS. Adamus de Mariſco. Pitſeus n. 364. Vvadingus An. 1257. Godwin in Ep. Elien. IOANNES BLVNDVS Harpsf. ſæc. 13. c. 27. Pitſeus n. 341. Magdeburg. Cent. 13 c. 10. IOANNES GVALENSIS. Sixtus Senenſis l. 4. Trithem. de ſcriptor. Harpsf. ſæc. 13. c. 21. Pitſeus n. 374. GVLIELMVS VVARO. Trithem. de ſcriptor. Pitſeus n. 384. Vvading. An. 1214. 1270. Harpsf. ſæc. 13. c. 27. * Harpsf. ſæc. 13. c. 22. IOANNES DE BASINGSTOC. * Harpsf. ſæc. 13. c. 25. IOANNES DE SACRO BOSCO. Pitſeus n. 363. Baleus Cent. 6. c. 91. Camden. in Brit. p. 614. Speed in deſcript. Brit. c. 39. c Stous An. 1241. 1230. Godwin. in Epiſ. Londin. n. 44.

Anno 1222. *Ioannes Egidius, vir eminentiſsimus.* De quo vide Pitſeum, ætate 13. n. 360. Baleus, Cent. 4. c. 21. *Adamus de Mariſco, eximius & famatus in Theologia Doctor, Quem* (inquit Poſſeuinus in Apparatu) *ob eruditionem appellarunt, illuſtrem Doctorem.* Pariſius, Anno 1248. *Ioannes Blundus, Theologus prælectus.* Et Weſtmonaſterienſis ibidem. *Ioannes Blundus, inter Theologos, nulli ſecundus habebatur qui in ſcientia, & moribus emineret, eligebatur in Archiepiſcopum Cantuarienſem.* Et Baleus, Cent. 3. c. 94. de eodem. *Inter doctos doctiſsimus; vix illi par vnus in omni eruditionis genere, per totum orbis ambitum inueniebatur.* Et Cent. 4. c. 28. *Ioannes Gualenſis, magnus ſuæ profeſsionis Theologus, & in omni diſciplina Scholaſtica doctiſsimus per iſtam ætatem æſtimatus: Apud Pariſienſes doctrinæ excellentis nomine, ter maximus habitus, atque Arbor vitæ dictus.* Claruit etiam tunc Gulielmus Waro, ſeu de Ware, præceptor Scoti, de quo, ita Poſſeuinus in Apparatu. *Præſtanti fuit ingenio, ita vt Doctoris fundati, nomine appellaretur.* Piſanus, in conformit. p. 98. de eodem ait: *Pariſiis, Arbor vitæ inſcribitur.* Et fol. 160. *Sanctitate vitæ & doctrina, tam Fratribus quàm ſæcularibus extitit in ſpeculum ſingulare.* Ioannes Derlington Confeſſor Henrici tertij. *Huius ſtudio & induſtriâ edita ſunt concordantia magna, quæ Anglicanæ vocantur.* Ita Walſingam, Anno 1277. & Baleus, Cent. 4. c. 56. Pariſius, Anno 1229. ita ſcribit *Tunc receſſerunt* (Pariſiis) *famoſi Anglici, Magiſter Alanus de Becoles, Magiſter Ioannes de Fertiſham, Magiſter Ioannes Blondus, Magiſter Radulphus de Maydenſton, Magiſter Vvillelmus de Dunelmo.* Ibidem, *Richardus, Eccleſiæ Lincolnienſis Cancellarius, vir eminentis ſcientiæ & literaturæ.* Anno 1239. *Nicolaus de * Fernham, vir optimè literatus, & quod plurs eſt, multiplici virtutum gratia decoratus.* Anno 1228. *Rogerus Niger, Epiſcopus Londinenſis, vir in literatura profundus.* Idem Pariſius, Anno 1234. *Robertus de Maydenſton, vir in literali doctrina famoſus.* Anno 1249. *Obyt Magiſter Vvil. de Dunelmo, literatus eminentiſsimè.* Anno 1252. *Magiſter Ioannes de * Baſineſtoc, vir quidem in triuio & quadriuio experientiſsimus, Græcis ac Latinis literis ad plenum eruditus.* Claruit etiam tunc Ioannes de Sacrobosco Mathematicus, *Natione Anglus* (inquit Gordon, Anno 1245.) quem tamen Camerarius pro Scoto vendicat. Nec omittendus eſt Matheus Pariſius, qui gentis noſtræ hiſtoriam, à Gulielmo primo ad obitum fere Henrici tertij proſequutus eſt: de quo vide Harpesfield, ſæc. 13. c. 25. Stous Anno 1234. *Robertus de Maydenſton, Epiſcopus Herefordenſis, celebris ob eruditionem.* Anno 1236. *Richardus Porus, Epiſcopus Dunelmenſis, magnæ virtutis, & profundæ ſcientiæ.* Et Anno 1241. *Rodulphus Niger Epiſcopus Londinenſis, ſanctæ vitæ, excellenter doctus, inſignis prædicator.* Weuer. in monumentis, p. 256. *Alexander, Abbas S. Auguſtini, excellentiſsimus Theologus, obijt anno 1220.* Et p. 359. *Rogerius cog. Niger Epiſcopus Londinenſis, vir in literatura profundus;* vbi refert, quòd cum eo, ſacrum faciente, horribile tonitru accidiſſet, fugientibus omnibus, c *Solus Epiſcopus cum vno Diacono manſit intrepidus.* Idem habet Stous, Anno, 1230. Pariſius eodem Anno. Alij, plures viri doctiſſimi, qui ſub Henrico tertio floruerunt, videri poſſunt apud Pariſium, Annis 1246. 1237. 1229. 1252. 1257. 1256. Pitſeum ætate, 13 & apud Baleum, Cent. 3. & 4. Qui Cent. 3. c. 79. ait, quòd *fuerunt tunc Oxonij præſtantiſsimi præceptores.* Et tamen non pudet eum ſcribere, Cent. 4. c. 2. *Magna tunc erat mundi excæcatio, veritatis amiſsio,* c. 3. *Sub Henrico tertio perijt à terra, ſalutaris veritas.* Et c. 20. *In profunda cæcitatis & ignorantiæ caligine, dormiebant Eccleſiæ proceres.* At quis niſi mente captus, te, tuique ſimiles videre, & tot tantoſque (tua confeſſione doctiſſimos) cæcos fuiſſe opinabitur? At benè ſe habet, quòd cum Proteſtantes fatentur, Angliam maximè viris doctiſſimis abundaſſe, tunc eam in denſiſſimis tenebris verſatam eſſe pronuncient, vt vel hinc liquido appareat, eos ex eorum numero eſſe, qui lucem tenebras, & tenebras lucem eſſe aſſerunt. Twinus l. 3. Antiquit. Oxon. ſec. 258. refert Epiſtolam Alexandri, Papæ quarti ad proceres Angliæ, in qua ait; quòd *vix reperiatur Regnum aliquod, ſeu prouincia in orbe terrarum, quòd vel quæ maiorem, vel adeo magnam, ſicut regnum Angliæ, habeat virorum copiam peritorum. In hoc etenim regno, inuenitur his temporibus fons amœniſsimus Heliconis, de cuius liquore dulciſsimo, non ſolùm Incolæ regni eiuſdem, verùm Alienigenæ ſua ſuauia ſumunt & hauriunt pocula, per quæ, arida eorum fœcundantur corda, &*

Iudicium Alexandri 4. de eruditione Anglorum.

da, & ſitibunda reficiuntur pectora. Hic liberales philoſophiæ artes, quibus rudia hominum erudiuntur ingenia, reſi ent; hinc proc dit inclita multorum Doctorum & Sanctorum p ſapia, de quorum conſortio ſupremus gaudet exercitus, & coronatur in cæl acies bonorum, & per quos Chriſtianus illuſtratur populus, & fides Catholica roboratur, & de quorum pectoribus alti erupernnt, iam & erumpunt putei ſcripturæ, qui documentorum fluentis rigant prouincias conuicinas. Et (vt ſcribit Holinshed, l. 2. Deſcript. Britan. c. 3.) *tam multi fuerunt, qui Henrici tempore, literis incumbebant Oxonij, vt eis viginti Milliaria in circuitu aſſignauerit ad commeatum Academiæ comparandum.* Atque adeo literis Henricus tertius fauebat, vt cum tunc diſſipata fuiſſet Academia Pariſienſis, [d] *Anglus* (inquit Æmilius, libro 7.) *propoſita ingentium præmiorum, honorum, vacationum, emolumentorum ſpe, aliquot eorum millia Oxonium elicuit.* Eo tempore Hugo Balſamus, Epiſcopus Elienſis Cantabrigiæ collegium collocauit in ædibus, quas ipſe ædificauit, illudque D. Petro dedicauit, in quo (inquit Polidorus, l. 16.) *memoriâ etiam noſtrâ, bonæ artes vehementer celebrantur: cæterum opus illud, hoc cunctis mortalibus gratius fuit, quòd id temporis* (Anno 1259.) *Scholaſticorum Collegia multo rariora erant.* Et Camden. in Britan. p. 334. *Henricus tertius ſuperiorum Regum priuilegia* (Oxonij) *confirmauit, & ipſe nonnulla irrogauit. Tantaque iam erat eruditorum copia, vt innumeri diuinis, humaniſque artibus inſtructiſſimi, cum in Eccleſiam, tum Rempublicam hinc fuerint propagati, Matheuſque* [e] *Pariſienſis Vniuerſitatem Oxonienſem, ſecundam, à Lutetia Eccleſiæ Scholam, imo Eccleſiæ fundamentum, diſertè appellarit: Vniuerſitatis enim nomine iam antea honorarunt Pontifices Romani, quo titulo non aliam præter Pariſienſem, & Patauinam, in ſuis Decretis eo tempore dignati fuerant. Regnante Henrico tertio, Gualterus* [f] *Merton, Epiſcopus Roffenſis Collegium, quòd agro Surrienſi poſuerat, Anno* 1274. *Oxonium tranſtulit, locupletauit, & Mertonenſe collegium dixit, ſtatimque Gulielmus Archidiaconus Dunelmenſis opus illud Alfredi, quod Vniuerſitatis nunc vocant Collegium, nouis operibus reſtaurauit.* Et Spedus c. 23. Deſcript. Britan. refert, quòd *Rishingerus, qui hoc tempore vixit, oſtendit, vtcunque ciuilibus armis, & inteſtinis diſſidijs, omnia arderent, nihilominus quindecim millia Scholarium ſuperfuiſſe* (Oxonij) *quorum nomina, inquit, in matriculam referebantur.* Sub hoc Rege, ingreſſi ſunt in Angliam (vt ſupra diximus) Religioſi Ordines Mendicantium, à quo tempore, plures fuerunt in Anglia illuſtres eruditione, quàm ſuperioribus temporibus, ſed pauciores illuſtres ſanctitate. Et Elienſis in Reſponſ. ad Apologiam Bellarmini, c. 3. ait, quòd *Denarius decretus eſt in caminos ſingulos, quem pro ſtipe haberent, quatuor ordines Mendicantium, quadrantem ſinguli: Qui fumarius Denarius dictus eſt, Pontificius, Focalis.* De alijs viris doctis in Anglia ſub Henrico tertio, videndus eſt Pitſeus, de ſcriptoribus Angliæ, à numero, 305. ad 393.

Oxonium floreutiſſimum.

d Sponden. An. 1230. ſ eius An. 129 Harpeſf. ſæ. 13. c. 16. Camden. in Brit. p. 433.

e An. 1250. De ... Epiſ Lincol. n. 10.

f Godwin in Epiſ Roffen n 42.

Quindecim millia Scholar. ſ. Oxonij.

Denarius de ſingulis caminis pro mendicantibus. Vrem Mon. p. 176.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, tempore Henrici tertij.

1. VT nihil dicam de miraculis S. Edmundi Cantuarienſis Archiepiſcopi factis hoc tempore, de quibus aliquid dicemus, cum agemus de Archiepiſcopis: De miraculis S. Richardi Epiſcopi, ita ſcribit Pariſius, Anno 1254. p. 1156. *Operatus eſt Dominus miracula manifeſte in Eccleſia Ciceſtrenſi, ad tumbam S. Richardi.* Et Anno 1255. p. 1208. ait, quòd *Quotidianis multiplicantur incrementis.* Weſtmonaſterienſis, Anno 1250. *Ciceſtria Richardus adeo claruit miraculis, vt viderentur Apoſtolorum tempora renouari.* Harpesfeild, ſæc. 13. c. 17. *Miracula per eum tam viuum, quàm defunctum, multa Deus edidit, & poſt obitum præter alia beneficia, etiam tres mortuos vitæ reddidit.* Martyrologium Romanum, 3. Aprilis, ait, quod fuit *Sanctitate & miraculorum gloria, conſpicuus.* Author vitæ eius apud Surium tom. 2. ſcribit, quod ad tumulum eius, *magna diuinitus eduntur miracula,*

Miracula Richardi. Pariſ An. 1141 1254 ... ſæ 13 c. 17.

Vvading An 1256.

adeo vt etiam tres mortui eius meritis, ad vitam reuocati ſint, abortiuus fœtus animam vitalem receperit, & plura alia ſanè admiranda contigerint.

S. Thomæ Northumbri.

2. De miraculis S. Thomæ Northumbrenſis Archidiaconi, ita idem Pariſius, Anno 1254 p. 1158. *Conſecuti ſunt fideles Chriſti deuoti, ad tumbam S. Thomæ Archidiaconi, morborum miraculosè remedia, prout paginæ huius ſcriptori certiſsimè proteſtabatur, vir magnæ authoritatis, & ſcientiæ, Dominus Ioannes de Lexinton.*

Harpſf ſæc. 13. c. 28. S. Roberti. a Vveſtmon. An. 1253. Knighton. l. 2. c. 16.

3. De miraculis B. Roberti Epiſcopi Lincolnienſis, ita idem Pariſius, Anno 1254. p. 1117. *Miracula miraculis in Eccleſia* [a] *Lincolnienſi diatim cumulantur · & operante Domino pro Epiſcopo Roberto, alij ſancti, qui in eadem Eccleſia requieſcunt, videlicet, S. Remigius, & Hugo, ad beneficia fidelibus impendenda ſuſcitantur.* Et Anno 1255. p. 1205. *In Eccleſia Lincolnienſi celebrata ſunt diuerſa, multa, & manifeſta, & diligenter examinata miracula. De multis, quæ longum foret enarrare, nedum ſcribere, iam ſunt viginti miracula manifeſta, & in Capitulo Lincolnienſi coram viris grauibus, & fide dignis probata, & diligenter ſunt examinata.* Quibus, p. 1208. addit. *Sed & alia innumerabilia.* Weſtmonaſterienſis, Anno 1250. *Apud Lincolniam, S. Robertus eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, examinatis miraculis, glorioſè nimis honoratur.* Harpesfeild. ſæc. 13. c. 24. *Obitum Roberti, multis & certis poſteà miraculis, mundo diuinitùs commendatum, ac ornatum, noſtrates ſcribunt; nec prædictionis, dum viueret, dote caruiſſe videtur.* Idemque, ibidem, c. 27. *Nobilitarunt hæc tempora miracula, quæ Knasburgi apud tumbam Roberti, quondam patrata ſunt, inter quæ, Oleum ex eodem tumulo manauit.* Idem habet Weſtmonaſterienſis, Anno 1238. idem Pariſius, Anno 1239. Bzouius, An. 1239.

S. Albani Huntingt. l. 1.

4. De miraculis per S. Albanum hoc tempore factis, ita Pariſius, Anno 1257. p. 1263. *Increbruerunt miracula in Eccleſia S. Albani: Reſuſcitatus eſt puer quidam è mortuis, & poſteà alius, & in eodem loco multi paralytici, & cæci ſunt curati; & omnia miracula ibidem celebrata teſtimonio fide dignorum, ſcilicet, ſacerdotum Parochialium, & vicinorum iuratorum, veriſsima fuiſſe comprobantur.* Idem, Anno 1217. p. 392. *Apud Eccleſiam S. Amphibali in villa de Redburn ſita, Domino cooperante, innumera celebrantur miracula.* Et Camden. in ſua Britan. p. 361. *Redburn, Amphibali martyris Britanni ſub Diocletiano, reliquijs ibi repertis, celebris vicus.* Idem Pariſius, Anno, 1223. p. 426. *Apud Bromholm crebruerunt diuina miracula ad gloriam & honorem ſalutiferæ Crucis, in qua Saluator mundi pati dignatus eſt pro Redemptione generis humani, —— vbi mortuis vita, cæcis viſus, claudis greſſus reſtituitur, leproſis caro munda donatur, obſeſſi à Dæmonibus liberantur, & quicunque infirmus cum fide ad lignum præditum acceſſerit, incolumis ac ſanus recedit: Frequentatur autem, adoratur, & colitur Crux præfata non ſolum à gente Anglicana, verum etiam ab hominibus de Regionibus longè poſitis, & qui de illa diuina audierunt miracula, deuotiſsimè venerantur.* Weuer. in ſuis monumentis, p. 858. ita ſcribit. *Thomas Rudburnus, Epiſcopus Aſſaphenſis, qui floruit regnante Henrico quarto, ita habet: Capellanus quidam portauit quandam Crucem ligneam in Angliam quam affirmauit eſſe de ligno, in quo pependit Chriſtus, & Monachis de Bromholm obtulit, & poſteà locus coruſcabat miraculis.* Capgrauius in vita S. Edmundi regis, refert, quòd erat particula veræ Crucis, quam Balduinus Imperator habuerat, & eo mortuo, ſacerdos Anglus eam in Angliam portauit, & apud cœnobium Bromholm reliquit. *In præfato verò Monaſterio* (ait Capgrauius) *virtute Crucis memoratæ cooperante Domino, triginta nouem mortuos vitæ redditos legi, decem & nouem cæcos illuminatos, cum alijs nonnullis miraculis diuinitus oſtenſis.* De eadem ita Harpesfield, ſæc 13. c. 15. *Illud Dominicæ Crucis fruſtum fuiſſe, Sacroſanctâ religione* (ſacerdos) *conteſtabatur, ita non fuiſſe vanam hominis tam ſanctam conteſtationem, inſignia miracula ibidem edita, quibus cæcis viſus, claudis greſſus, morboque afflicti ſanitas, atque adeo mortuis vita reddebatur, tantùm non voce edita clamabant.*

Pariſius An. 1223. Fvading An. 1255.

Pariſius, Anno 1255. refert, Prædicatorem quendam, poſt prædicationem, mulierem omnibus membris diſſolutam, ſubito curaſſe. Et Anno 1223. *Circa idem tempus prorupit oleum lucidiſsimum in magna Eccleſia apud Eboracum, de tumba, B. Vvilhelmi, eiuſdem Eccleſiæ quondam Archiepiſcopi.* Anno 1238. *Claruit fama S. Roberti Eremitæ apud Knaresburg, cuius tumbâ, oleum medicinale fertur abundanter emiſiſſe.* Anno 1244. *Dicebantur miracula ad tumbas piæ memoriæ Rogeri Londinenſis Epiſcopi, necnon*

& Magiſtri

Et Magiſtri Ioannis de Foxtuna, cuſtodis Eccleſiæ eiuſdem villæ, ſimiliter, & Magiſtri Roberti, fratris Archiepiſcopi Edmundi, ſicut ad tumbam beati Roberti de Knaresburg coruſcare, & ſanitatum beneficia ægrotis ad laudem Chriſti fuiſſe diſtributa. Anno 1252. p. 841. *Vvilhelmus puer, facto per aliquem etiam aſſiſtentem, Crucis ſignaculo, & nominato infirmo, curabat omnes languentes, grauilicet infirmitate detinerentur.* Sub hoc rege, inuentum eſt corpus S. Birini Epiſcopi, quando (vt refert Capgrauius) *cæcus viſum, ſurdus & mutus auditum & loquelam recepit, leproſus mundatus, ac tres mortui reſuſcitati ſunt.* Ibique recitat literas Honorij Papæ tertij, qui ſcribit, ſepulchrum S. Birini *tantis, tamque claris, per S. Birini merita glorioſa, coruſcare miraculis.* De miraculis factis ad ſepulchrum S. Gulielmi pueri, à Iudæis in odium Chriſti, occiſi, ita ſcribit idem Capgrauius in eius vita. *Multa, inſuper miracula pro ſuo martyre glorioſo, Dominus oſtendere dignatus eſt: inter quæ, cæcos quatuor, mutos quinque, hydropicos duos, Dæmoniacos tres, & Epileuticos, contractos, ſurdos, naufragio periclitantes, compeditos, gibboſos, ac alios varijs morbis & periculis afflictos, ſanauit, liberauit, abſoluit.* Pariſius, Anno 1245. aſſerit, quòd *octo Archiepiſcopi, & circiter triginta Epiſcopi conſtanter teſtimonium perhibebant miraculis S. Edmundi.*

Harpeſf. ſæc. 13. c.

Miracula S. Birini Sarum tom 6

S. Gulielmi pueri.

CAPVT NONVM.

EDVARDVS QVARTVS, DICTVS PRIMVS, REX Angliæ Chriſtianus quadrageſimus primus, ab Anno 1273. ad Annum 1308.

SECTIO PRIMA.

1. QVadrageſimus primus Rex Angliæ Chriſtianus, fuit Eduardus, filius Henrici tertij, dictus primus (nempe ex ſanguine Normannico) ſed numero quartus eius nominis, qui regnare cæpit, Anno 1273. ac fato ceſſit Anno 1308. *Erat* (inquit Vvalſingam, Anno 1273.) *prudens in gerendis negotijs ab adoleſcentia, armorum deditus exercitio, elegantis formæ, ſtaturæ proceræ, qua humero & ſupra communi populo præminebat.* Et Anno 1307. *in armis ſtrenuus, bellicoſus, victorioſus, totam Angliam de manu Simonis de Monte forti, & ei adhærentium, acquiſiuit, Vvalliam recepit, Acquitaniam de manu Regis Franciæ ſapienter extorſit, Scotiam ſæpius ſubiugauit.* Idem habet Weſtmonaſterienſis, Anno 1307. qui addit. *Dies ſuos in bono, & Annos ſuos in gloria conſummauit.* Polidorus l. 17. *Animo magno, qui in rebus aduerſis nunquam eum defecit, ingenio præclaro, prudentia ſumma, religionis ſtudioſiſſimus.* Gordon in Chron. Anno 1307. *Magni animi Princeps.* Cheſneus in vita eius. *Fuit fortis, bellicoſus, & victorioſus, amator pacis, & boni ſubditorum.* Et in vita Eduardi ſecundi, *Fuit fortiſſimus, bellicoſiſſimus ſui temporis, magnam ſpem ponebat in Deo, & magnum zelum habuit religionis.* Harpesfeild, ſæc. 13. c. 4. *Fuit certè Eduardus multis, heroicisque animi & corporis dotibus amplificatus, & cum ob alia, tum ob ſummam in patrem pietatem, celebris.* Ibidem, *vt ſtrennè ſe Eduardus in Syria, ita certè domi aduerſus Cambros, præſertim & Scotos geſſit, quos prorſus illos in ſuam, propriamque ditionem, iſtos ad veterem clientelam, ſolitamque erga Angliæ Reges obſeruantiam agnoſcendam compulit —— Magno & ſingulari quodam pietatis, cultuſque affectu in beatam* [a] *Mariam Virginem honorandam propendebat, adeo vt à decimo quo regnare cæperat, anno, ſingulis ſabbatis auſterum & rigidum in ſolo pane & aqua, ieiunandi in illius honorem, ritum & morem teneret. —— Aedificauit in Comitatu Ceſtriæ nobile monaſterium Ciſtertienſis Ordinis, quod vallem* [b] *Regalem appellauit, ampliſque redditibus cumulauit.* Dum Pater ſuus viueret, expeditionem ſuſcepit in terram ſanctam, & pro pecunia habenda, [c] oppignorauit Aquitaniam Regi Franciæ, ac Ptolemaidem obſidione liberauit; vnde Parkerus in vita Roberti Kilwarbiæ: *In eo Concilio* (Lugdunenſi) [d] *Gregorius decimus, Eduardum Regem, ob terram ſanctam ſua præſentia & aduentu ſeruatam infinitis laudibus extulit:* Ac moriturus, legauit

Laudes Eduardi quarti d. pr.

a Vvalſingam An. 1271. Baronius An 1273.

b Vvalſingam An 1284. Camden in Britan p. 605.

c Cheſneus in Henr. 3. An 1264. Spond An. 268 270.

d Vvalſing An 1274

e Foxus in Act p. 402.

(ait Harpesfield l. cit.) *ad ſacram expeditionem* [e] *triginta duo librarum millia, diris adhibitis execrationibus, ſi illa pecunia ad alios vſus transferretur.* Spondanus, Anno 1293. *Vir magnanimus, & multis magniſque rebus geſtis clariſſimus.* Et Anno 1307. *Princeps animo, corpore, potentia, rebuſque geſtis magnus.* S. Antoninus, lit. 21. c. 1. §. 1. *Strenuus & famoſus in orbe, tempore belli & pacis, ac benè fortunatus in arduis aggreſſis, tam contra Saracenos, quàm contra Scotos, & in Guaſconia contra Francigenas, Dominium accepit inſulæ Landa & omnium ciuitatum egregiarum Scotiæ.* Bzouius, Anno 1299. *Scotiam vniuerſam armis ſubegit.* Auctor Tractatus de extirpatione hæreſum Albigentium apud Cheſneum, tomo 5. *Obijt Rex Angliæ Eduardus, vir in omnibus probitate famoſus.* Nicolaus Papa tertius in Diplomate ad Ioannem Peccamum Archiepiſcopum Cantuarienſem in Regeſtro apud Wadingum, tom. 2. Annal. minorum, p. 130 vocat eum *Deuotum Regem.* Knighton, l. 5. c. 14. *Eduardus Rex nobilis, qui bonus Eduardus vocatus eſt.* Vicit exercitum Scotorum (vt noſtri hiſtorici tradunt) ducentorum millium, cæſis plus quam quadraginta millibus; ex ſuis amiſſis tantum viginti octo militibus.

Vualſingam An. 1229. Vuestm Mon. p. 418. Vueſtmon An. 1298. Fox Act p. 311. Laudatur à Proteſtantibus. f Spedus l. 9. c. 10. Holinshed An. 1307. Coperus An. 1274.

2. Ex Proteſtantibus, Camdenus in Britan. p. 374. *Optimus Princeps.* Et p. 578. *Eduardus primus, ob regias virtutes, inter primos & optimos reges ſuo merito reponendus.* Et p. 639. alias, 700. [f] *Princeps longè clariſſimus, in cuius fortiſſimo animo hoſpitium metatus eſt Deus digniſſimum, vt regiæ Maieſtatis apicem non ſolùm fortitudine & ſapientia, ſed decore etiam, & corporis dignitate adæquauit. Quemque fortuna primo ætatis flore plurimis bellis, & difficillimis Reipublicæ temporibus exercuit, dum Britannico Imperio aptauit, quòd, cum Rex inauguraretur, ita adminiſtrauit, deuictis Vuallis, & ſuperatis Scotis, vt alterum Britanniæ ornamentum iure optimo habeatur.* Vide eundem ibidem, p. 67. Plura habet in laudem eius, in Reſiduis, p. 258. & 379. Buchanan l. 8. hiſt. Scot. *Erat Eduardus magni animi, magnæque potentiæ, eiuſque virtus, patre viuo, in bello ſacro, & mortuo, in ſubiuganda Vuallia enituerat.* Ibidem, *Tota Scotia recepta, Conuentus ordinum ad fanum Andreæ ab Eduardo eſt habitus, vbi omnes in eius fidem, metu coacti, præter vnum Vallam, iurarunt.* De eo ita Reuſnerus in Genealog. *Heros magno animo, qui in rebus aduerſis nunquam eum defecit, ingenio præclaro, prudentia ſumma, religionis ſtudioſiſſimus, vſus per totam vitam conſilio & authoritate integerrimorum quorumcunque, & fortiſſimorum virorum.* De eodem ita Boëtius, l. 14. *Ad Sconam, Rex à Scotis Ioannes Baliolus creatus eſt, ac eodem anno in feſto Stephani, Eduardo, ad nouum Caſtrum, in verba ipſius iurauit, ſe* [g] *regnumque ſuum in ſeruitutem tradens.* Et infrà, *ius omne regni, in Eduardum regem tranſtulit, regnoque ſe abdicauit. Quæ continuo Diplomatibus ex arbitratu Angli conſcriptis, conſignata ſunt. Quibus peractis, Eduardus omnes nobiles Scotiæ euocatos ad ſe, in verba ſua iurare coegit.* Sic etiam Leſleus, l. 6. Hiſtor. Scot. c. 96. Polidorus, l. 17. Parkerus in vita Roberti Archiepiſcopi, vocat eum, *inclitum Regem.* Similia de eo ſcribunt alij Proteſtantes; vt Coperus, & Stous, Anno 1293. Fox. in Actis, p. 310. Weuer. in monumentis, p. 458. 461. Mitto [h] commentitiam viſionem cuiuſdam equitis de Eduardi damnatione, quam Boëthius, l. 14. etſi Scotus, profitetur neſcire ſe *fabulam an hiſtoriam appellet.* Maior autem, l. 4. c. 19. diſerte vocat, *commentum, cui ipſe fidem non adhibet.*

g Vualſing. An 1293. Maior l. 4. c. 17. Stous An. 1293.

h Spedus l. 9. c. 10.

Eduardus Catholicus.

l Vualſing. An 1305. Spondan. An. 1305.

3. Catholica huius incliti Regis religio, euidentiſſima eſt: primò quia (vt refert Weſtmonaſterienſis, Anno 1305. Miſit Clementi quinto Papæ, *ſingula vtenſilia, quibus ei miniſtraretur in Camera, & in menſa, omnia ex* [l] *auro puriſſimo.* Et in literis ad Bonifacium octauum Papam; apud Walſingamum, Anno 1301. vocat eum, *Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, & S. Romanæ & Vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem, offert oſcula pedum illius, eique humiliter ſupplicat.* (Et vt habet idem Walſingam, Anno 1214.) *Cùm ad vrbem veterem, vbi Papa cum ſua curia reſidebat, veniſſet, accurrentibus ei* [k] *Cardinalibus omnibus cum honore maximo, ad Domini Papæ præſentiam eſt deductus.* Et apud Weſtmonaſterienſem, Anno 1301. ita ad ipſum ſcribit Bonifacius octauus. *Scimus, fili, & longo iam temporis ſpatio, magiſtra nos rerum experientia docuit, qualiter erga Romanam matrem Eccleſiam, quæ te gerit in viſceribus charitatis, regiæ deuotionis affectans exuberat reuerentiæ, zelus viget, quodque promptus, & ſedis eius veris obtemperans beneplacitis acquieſcis.* Et Anno 1302. ita ad

k Spedus l. 9. c. 10.

ita ad eundem Bonifacium ſcribunt [l] optimates Angliæ; *tum pro ſeipſis, tum pro tota* (vt loquuntur) *communitate Angliæ ſanctiſſimo in Christo Patri D. Bonifacio, diuina prouidentia, S. Romanæ ac Vniuerſalis Eccleſiæ, ſummo Pontifici, ſui deuoti Filij; Ioannes Comes Vvarrenniæ, Thomas Comes Lancaſtriæ, &c. deuota pedum oſcula Beatorum: S. Romana mater Eccleſia, per cuius miniſterium fides Catholica in ſuis actibus cum ea vt firmiter credimus & tenemus, maturitate procedit, &c.* Et in fine: *Quo circa, ſanctitati veſtræ reuerenter & humiliter ſupplicamus quatenus eundem Dominum noſtrum Regem, qui inter alios Principes orbis terrarum, Catholicum ſe exhibet, & Eccleſiæ Romanæ deuotum, iura ſua, &c.*

4. Præterea (vt ſuprà diximus) ædificauit Abbatiam Ciſtertienſem [m] Vallis Regalis, ſingulis Sabbathis ieiunauit in pane & aqua, in honorem B. Virginis, & cum mirabiliter ſeruatus eſſet à caſu ingentis [n] lapidis, *propter quod miraculum* (ait Walſingamus, Anno 1273.) *Beatam Mariam apud Vvalſingam [*] propenſius honorabat, ei verè attribuit, quòd periculum illud euaſit.* Harpesfeild. ſæc. 14. c. 12. *Eccleſiæ Cantuarienſi, rex Eduardus ob ſingularem eius in S. Thomam martyrem affectum, Tongenſem Eccleſiam attribuit.* Cúmque mortua eſſet vxor eius, Regina Eleenora, *Ieſum* (inquit idem [o] Walſingamus) *iugis precibus pro ea interpellabat, Eleemoſinarum largitiones, & Miſſarum celebrationes pro ea, in diuerſis regni locis ordinans & procurans: In omni loco & villa, quibus corpus pauſauerat, iuſſit [p] Crucem erigi, ad Regiæ memoriam, vt à tranſeuntibus pro eius anima deprecetur.* Et (vt ſcribit [q] Weſtmonaſterienſis, Anno 1297.) *Ad Vveſtmonaſterium obtulit B. regi Eduardo, Regalia regni Scotiæ, tribunal, videlicet: Sceptrumque aureum, cum corona.* Filia etiam eius [r] Maria Ambresburiæ Sanctimonialem habitum induit: Ac confeſſarius eius erat Gualterus [s] Winterborn, ex ordine Prædicatorum, quem Benedictus Papa duodecimus creauit Cardinalem. Denique (vt refert idem walſingam, Anno 1308.) *Mortuo Rege, deſtinati ſunt de ſingulis magnis Monaſterijs viciuis in circuitu, ſex hebdomadarum, ſex Monachi, ſeu Canonici, vel alij religioſi, qui circa corpus vigilias facerent, & exequias ſolenniter continuarent; Cardinalis autem indulſit veniam vnius Anni omnibus dicentibus orationem Dominicam, cum ſalutatione Angelica pro anima defuncti Regis. Tandem ſepultum eſt corpus regium, Dunelmenſi Epiſcopo Miſſam celebrante.* Weuer. in monumentis, p. 456. refert ex Antiquo manuſcripto, quòd coronatus fuit ad Miſſam. Adeoque erant Catholica in Anglia hæc tempora, vt Baleus, Cent. 4. c. 46. vociferetur, quòd ſub Eduardo, *Obſcurata tunc erat aurea Eccleſiæ Primitiuæ facies, ac mutatus Euangelicæ doctrinæ color ille optimus, verſa eſt domus Iſraël in ſcortum, degenerant Eccleſiæ Miniſtri in fæces & excrementa ſordida.* Ita ille, hæreticorum Fæx, & Excrementum.

[l] Vveſtmon. An. 1308. Vvalſing. An. 108. Fox Act p. 312. Holinſhed An. 1305.

[m] Holinſhed An. 1285 [n] Vvalſing. An. 1273. [*] Harpeſf. ſæc. 14. c. 4.

[o] An. 1291. Stous An. 1290. [p] Vvener. mon p. 464. [p] Holinſhed An. 1289. [q] Vvalſing. An. 1297. Stous An. 1297 [s] Vvalſing. An. 1305. 1307. Stous An. 1307. [t] Vvalſing. An. 1305. Godwin in Cardinal.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Regis. Eduardi quarti, dicti primi.

1. ILluſtri ſanctitate claruit hoc tempore, S. Thomas, Herefordenſis Epiſcopus, non minus illuſtris confeſſor, quàm S. Thomas Cantuarienſis, Martyr: De quo ita Harpesfeild, ſæc. 13. c. 21. *Thomas Cantilupus, vir illuſtribus ortus parentibus, & diuini humanique iuris callentiſſimus, quique erat à Conſilijs Henrico Regi, ſed quem ſinceræ vitæ ſingularis pietas inſigniter præ alijs ornauit, quam crebra paucis annis poſt obitum miracula mirificè orbi commendarunt.* Polidorus, l. 17. *Thomas, virtutis ac diuinarum literarum peritiſſimus, integerrimus, ita vitam ac omnem ætatem egit, vt meritus ſit poſt mortem & à Deo & ab hominibus ad cælum ferri, qui nunc miraculis clarus exiſtit.* Eius ſanctiſſimam vitam deſcripſit Capgrauius in Catalogo, & Surius, tom. 5. Meminit illius Martyrologium Rom. 11. Octobris. Ex Proteſtantibus Godwin. in Epiſcopis Hereford. n. 44. *Thomas genere nobiliſſimus, ſuis multo magis virtutibus nobilitatus eſt, ab ineunte ætate, eximia ſemper ingenij indole, quam ingi*

S. THOMAS HEREFOR. Vvalſing. An. 1283 Boſter l. 7. c. 1. Spond. An. 1287. Bzouius An. 1287.

Laudatur à Proteſtant.

literarum ſtudio diligenter excoluit, integritate vitæ, morumque ſanctitate ſemper vel à puero celeberrimus extitit. Ibique refert ex Walſingam. An. 1283. quòd *Robertus Kilwarbie Cantuarienſis Archiepiſcopus, quem S. Thomas confeſſorem habuit, publicè aſſeruit, nullius vnquam mortalis criminis ipſum ſenſiſſe contagium.* Camden. in ſua Britan. p. 472. al. 554. *Thomam Cantilupum Epiſcopum, nobili loco natum, Mauſoleum* (Herefordiæ) *habuiſſe accepimus, qui ob ſanctitatem inter Diuos relatus.*

Gulielmus de Marchia

Claruit hoc tempore, Gulielmus de Marchia, Epiſcopus Bathonienſis, de quo ita Godwinus in eius vita, n. 27. *In Archiuis Eccleſiæ Vvellenſis, formulas vidi Epiſtolarum aliquot, à Rege, Proceribus, & Prælatis non paucis, ad Pontificem partim, partim verò ad Cardinales nonnullos conſcriptas, in quibus tantis laudibus Marchiani iſtius ſanctitatem euehunt, miraculis plurimis, vti perhibent, teſtatam, vt ſanctorum Catalogo eum aſcribi, multis cum precibus impensè flagitarint.* Harpesfeild, ſæc. 13. c. 20. ait, quòd *cum quædam eximiæ pietatis, laude ornant, ijque aiunt, miracula ad tumulum patrata, quaſi*

GVLIELMVS VVICVVAN · *Harpsf. ſæc. 13. c. 27.* · *Magdeburg. Cent. 13. c. 10.* · *Subbens in Arch. Ebor.*

ſuffragium honorarium tuliſſe in Eccleſia Fontana. Præfatus Godwin. in vita Gulielmi Wicwani, Epiſcopi Eboracenſis, n. 37. *Hic (vt habet Baleus) Natalium ſplendore illuſtris, ita omni virtutum & literarum genere ſe exercuit, vt ingentem ſui nominis in Anglia latè famam ſparſerit: Pontiniaci obijt 1285. Ab illius regionis popularibus vir ſanctiſſimus habitus eſt, credentibus miracula non pauca ad tumulum eius patrata.* Et in Epiſcopis Lincolnienſibus, n. 12. *Oliuerius Sutton, Epiſcopus, homo bonus & pius, Dei nomen piè inuocans, in medio ferventiſſimæ orationis, animam exhalauit.*

Godwin in Epiſ. Ciceſt. n. 16 · *Ferrarius 31 May* · *GILBERTVS*

Weſtmonaſterienſis, Anno 1305. *Obijt hoc anno Magiſter Gilbertus de S. Leonardo, Epiſcopus Ciceſtrienſis, pater Orphanorum, conſolator mœrentium viduarum, in grabatis & tugurijs decubantium, pius & humilis viſitator, inopum pluſquam diuitum affluens viſitationes cuius vitæ ſanctimoniam ſubſecuta mox crebra miracula proteſtantur.* De eodem ita Harpesfeild, ſæc. 13. c. 17. *Gilbertus, vir ſpectatæ pietatis, & ſingularis ad pauperes fouendos propenſionis, cui nec diuina miracula poſt obitum defuiſſe traduntur.*

THOMAS DOVERENSIS. · *Ferrarius 16 Auguſti.*

Præfatus Weſtmonaſterienſis, Anno 1295. *Piratæ quendam monachum, nomine Thomam* (Doueriæ) *peremerunt, innocentis ac puræ conuerſationis ab infantia, pro quo Dominus miracula operatur.* Harpesfeild, ſæc. 13. c. 11. ait eum *occiſum, quòd theſaurum, ornamentaque Eccleſiæ, piratis non proderet, quem Deus varijs & inſignibus poſt obitum miraculis nobilitauit.* Sic etiam Polidorus, l. 17. & Capgrauius in Catalogo, Walſingamus, Anno 1296. Stous, Anno 1295. aſſerit eum fuiſſe *Monachum magnæ ſanctitatis.* Sic etiam Holinshed, Anno 1295. Obijt etiam tunc Regina Eleenota, vxor Eduardi Regis, quam Spedus in deſcript. Britan. c. 32. & 63. vocat,

Stous An. 1290. Spedus l. 9. c. 10. Weſtm. Mon. p. 464. Walſing. An. 1286.

amoris, & in maritum, & in plebem, exemplar vnicum. Camden. in Britan. p. 311. vocat *pientiſſimam principem;* & ait: *Stabit eius pietas, ſempiternis ſæculis conſecranda.* Ac refert ex Roderico Toletano, quo modo dormiente marito, exuxerit venenum ex eius vulneribus, quæ in terra ſancta, ficarius ipſi inflixerat. De ea agit Walſingam, Anno 1290. Obijt etiam tunc, Eleenora Regina, mater Eduardi Regis, *generoſa & religioſa,* (ait Weſtmonaſterienſis, Anno 1291.) *regina Angliæ, mater Regis Eduardi, quæ in habitu Religionis, per quatuor Annos, menſes vndecim, & ſex dies laudabilem vitam duxit apud Ambresburiam, vbi extitit monialis, diem clauſit extremum.* Baleus, Cent. 5. c. 79. ita ſcribit de eiuſdem Reginæ Capellano, *Ioannes Houeden, Theologiæ Doctor, miræ ſimplicitatis homo fuit, Eleenoræque Reginæ, matris Eduardi primi Capellanus; iſte eruditus ac pius per illam ætatem, non infima laude vir dignus, præſtitit planè, quòd erat, nempè Theologum, diuinorumque eloquiorum amatorem: poſt mortem dicebatur fulgere miraculis.* Eadem refert Pitſeus ætate, 13. n. 396. Claruit etiam his temporibus, Thomas Prior Cantuarienſis, qui tandem Anachoretam egit. De quo ſcribunt Harpesfeildus, ſæc. 13. c. 11. & Henriques in ſuo Menologio 4. Martij Waddingus, tom. 2. Anna-

Stous An. 1291.

lium Minorum; multa refert de eximia pietate Ioannis Peccami, Anno 1278. & ſeq. & ait, quod *Rudolfus eum reponit inter beatos viros ordinis Franciſcani; & poſt mortem claruiſſe miraculis affirmat.* Sic etiam Poſſeuinus in Apparatu.

SECTIO

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, regnante Eduardo quarto, dicto primo.

1. Claruit hoc tempore, Richardus de Media Villa, *Theologus* (ait ſupplementum Chronicorum, l. 13.) *eruditiſſimus. cuius tanta fuit ingenij magnitudo, vt nulla literatura in diuinis codicibus ei latere potuerit.* Poſſeuinus in Apparatu. *Richardus Medionillanus, ſiue de Media Villa Anglus, Ordinis Minorum, in diuinis ſcripturis (inquit præter alios Sixtus Senenſis) in iure Pontificio, & in doctrinis ſecularibus, apprimè eruditus.* Et Bellarminus in ſcriptoribus: *Richardus de Media Villa, a Natione Anglus.* Wadingus, tom. 3. Annal. Franciſ. Anno 1302. n. 10. *Florent ſub hoc tempore, tres viri doctiſſimi in Anglia: Robertus Cruſius, Ioannes Wallius, Richardus de Media Villa, quem Sixtus Senenſis vult eſſe Scotum, communior tamen opinio Anglum facit.* Et Anno 1278. n. 31. *Vir doctiſſimus, & in vniuerſa ſua doctrina, quæ multa & varia eſt, clariſſimus; ob id Doctor ſolidus & copioſus dictus.* Io. Major & ipſe Scotus, l. 4. de geſtis Scotorum, c. 16. *Richardus Midletonus, quem de Media Villa Galli vocant, Britannus Anglus erat.* Sic etiam l. de ſcriptoribus, Trithemius. Magdeburgenſes, Cent. 13. c. 10. *Richardus de Media Villa, in Theologia, Philoſophia, & iure Canonico inſigniter doctus.* De eo ita Baleus, Cent. 4. c. 77. *Ingenio acutiſſimus erat. Neque in Elenchis Aristotelicis, neque in iure Papiſtico vlli habebatur ætate ſua ſecundus.* Claruit etiam tunc temporis, Ioannes Peccamus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, *vir* (ait Weſtmonaſterienſis, Anno 1278.) *perfectiſſimus in doctrinâ.* Nicolaus tertius in literis ad ipſum Peccamum apud Wadingum, tom. 2. Anno 1279. ait, eum eſſe *perſonam ſcientiarum altitudine præditam, diſcretionis maturitate conſpicuam, præclaram meritis, religionis claritate fæcundam, quam produxit regnum inclitum, efferens viros induſtrios, cui præſidet rex deuotus.* Ioannes b Wichwam prædictus *ita omni virtutum & literarum genere ſe exercuit, vt ingentem ſui nominis in Anglia latè famam ſparſerit.* Polidorus l. 17. *Ioannes Romanus, Archiepiſcopus Eboracenſis, doctrina & integritate vitæ clariſſimus.* Godwin. in Epiſcopis Sariſberienſibus, n. 18. *Simon Epiſcopus Bathonienſis, Theologus magnus.* Et in Cardinalibus Angliæ. *Walterus c Winterborn, Regis Eduardi Confeſſor & Cardinalis. Homo, vt ea ferebant tempora, eruditione ſingulari præditus.* Ciaconus in vita Benedicti P. 11. *Vir doctiſſimus.* Idem ait Baleus, Cent. 4. c. 85. Qui etiam Cent. 4. c. 81. inquit. *Gulielmus Macclefeld, profundiſſimum eſſe Theologum, mundus ipſum adiudicauit. Renuntiatus fuit Cardinalis.* Ibid. c. 47. *Gilbertus cognomento magnus, ætatem ex doctrina, & patriam ex eloquentia ſplendidiorem reddidit, perſpicacis certè ingenij homo, Gilbertus erat, cui acceſſit & innata oris facundia: Theologorum abdita, ait Author, abſolutè perſpexit, nec fuit vllum doctrinæ genus, quòd non ad vnguem didicerit. Corpus eius Toloſæ inter ſacra ſeruatum eſſe dicunt.* Ibid. c. 55. *Rogerus Bacon, Philoſophus acutiſſimus, ita diligenter in omnis generis authoribus verſatus fuit, vt ſui ſeculi vnicum planè miraculum diceretur; Acceſſit ei in Matheſi peritia incredibilis, ſed abſque Necromantia.* Wadingus, Anno 1266. n. 14. *Rogerus Bacon Anglus, communiter Doctor mirabilis ſalutatus. Singularis fuit acuminis, & perſpicaciſſimi ingenij, ad miraculum ſubtilis. Accuratè calluit Poëſim, rhetoricam, omnemque politiorem doctrinam, omnes artes liberales, omnes ſcientias mathematicas, Medicinam, Philoſophiam omnem, omnem Theologiam & iuriſprudentiam, Græcas & Hebræas literas, hiſtoriam etiam, atque omnia venerandæ antiquitatis monumenta, adeo, vt nihil illi defuerit ad virum omnibus numeris perfectiſſimè eruditum, & in omni prorſus ſcientia ſummè doctum.* De eodem ita Twin. l. 3. Antiq. Oxon. §. 250. *Præter exquiſitam Matheſeos, ac aliarum etiamnum diſciplinarum peritiam, Græcæ & Hebraicæ linguæ fuit peritiſſimus.* Et §. 283. *Summus ille aureæ ætatis ſignifer.* Iuellus etiam, Defenſ. Apol part. 4. c. 15 diuiſ. 1. *Rogerus Bacon, celeberrimus erat ſuo tempore, & eruditionis fama nobilitatus, & per omnia, ijs, qui tum principes erant, in literis, par, de*

RICHARDVS DE MEDIA VILLA. Trithemius de ſcriptor. Piſſeus n. 431. Magdeburg. Cent. 13. c. 10. a Pitſeus in p. C. aeon. in Nicolao 4. Gualter. ſac 2. Holinshed An. 307.

IOANNES PECCAM. Vuading. An. 1278.

b Godwin. ſupra ſac. 2. Piſſeus n. 412. Magdeb. Cent. 13. c. 10. Harpſf ſac. 13. c. 27. c Weſtmon. An. 1297.

GILBERTVS MAGNVS. Piſſeus n. 412.

ROGERVS BACON. Piſſeus n. 41. Gerdon An. 1284. Magdeburg. Cent. 13. c. 1.

linguis Latina & Græca, & Hebraica iudicium facere poterat. Poſſeuinus in Apparatu. *Rogerus Bachonitanus, Ordinis Minorum, Doctor Oxonienſis, dictus mirabilis.* Sixtus Senenſis, l. 4. Biblioth. *Robertus Holcot, in Scholaſtica Theologia valde exercitatus, in ſanctis ſcripturis exponendis præſtans.* Stous, Anno 1304. *Thomas* * *Conbrigins Archiepiſcopus, inſignis Theologus.* Pariſius, Anno 1243. *Walterus de Sufield vir eleganter literatus, moribus, fama, genere pollens.* Bonifacius P. octauus, in literis ad Gulielmum Gainesburie Epiſcopum Wigornienſem apud Wadingum, tom. 3. Annal. ait, quòd *illi eminentem literarum ſcientiam, honeſtatem vitæ, morum maturitatem, ſpiritualium & temporalium prouidentiam, aliaque virtutum merita grandia, per familiarem experientiam nominius ſuffragari.* Godwin. in Epiſc. Wigornien n. 43. ait, quòd *ſacri palatij lector conſtitutus eſt, famamque ſibi magnam ex ingenio, literis, & acumine ſophiſtico comparauit.* Præter hos, Baleus, Cent. 4. hos refert viros eo tempore doctiſſimos, vt c. 42. inquit. *Thomas Spot celebris erat doctrinæ excellentis titulo.* c. 45 *Gulielmus Hanabergus, ſcientiam pleno ore hauſit ex ipſis viuis fontibus.* c. 52. *Gulielmus Pagham, cuius tam magni fecit ingenium Lelandus, vt diuinum fuiſſe dixerit.* c. 79. *Andreas de nouo Caſtro, tam diuinarum, quàm humanarum doctrinarum eruditiſſimus, vita moribus, honeſtate.* c. 52. *Robertus Walſingam, homo eruditiſſimus.* Et c. 83 *Tandem ſcholaſticis exercitijs Oxonij operam dabat, donec inſtructiſſimus pro Papæ regno interpres eus ſerit, ac ſummus celeberrimuſque earum facultatum profeſſor haberetur, Ioannem Baconthorpium, inter alios multos auditorem ac diſcipulum habebat admirandæ tunc eruditionis & ingenij iuuenem.* Hæc ille de iſtis, & alijs viris doctiſſimis illius temporis, & tamen non erubeſcit c. 78. dicere; *obruerant tunc tenebræ malarum doctrinarum vniuerſum ferè orbem, ita quod nullus poterat, à puriſſimo Dei Euangelio, legem diſcernere.* Et c. 46. *Obſcurata tunc erat aurea Eccleſiæ primitiuæ facies, & mutatus Euangelicæ doctrinæ color ille optimus.*

ROBERTVS HOLCOT.

* Godwin. in Arch. Ebor. n. 40. Stubbens in Arch. Ebor. Harpſf ſæc 14. c. 30.

Poſſeui. a 446.

IOANNES DVNS

2. Scotum, qui Eduardo regnante, floruit, in vltimum locum ſepoſui, quia & Angli, & Scoti, & Hiberni, eum vendicant: Et quidem Hiberni, nec à multo tempore, nec valde apparentibus rationibus. Nam primus (quod ſciam) qui Hibernum eſſe aſſeruit, fuit Mauritius Hibernus, qui non adeo multis* abhinc annis vixit, idque timide: Nam iſta Camerarius de Scotis, l. 2. p. 193. eius verba refert: *Dicitur Duns, cognomento, vel potiùs à loco generationis ſic dictus, patria Scotus, ſed reor, de Maiori.* Atque hic (quod ſciam) primus eſt, qui Scotum, Hibernum eſſe opinatus eſt; Atque hæc eius ſuſpicio eſt potius quam aſſertio; & fundamentum leuiculum, quòd quia dictus eſt Duns, ideo natus eſt Duni in Hibernia. Deinde, qui probat, eo tempore, aut Hibernos dictos eſſe Scotos, aut Hiberniam, dictam eſſe Scotiam maiorem, præſertim communiter & vulgo? Neque refert, quod Holinshed in Catalogo ſcriptorum Scotiæ, eum adiudicat Scotis; Nam in initio illius Catalogi profitetur, quod non vult quicquam certò tradere, ſed tantum referre quid alij dicunt. Et in Chronico, Anno 1327. aſſerit, quod *Scotus natus eſt in Vico Northumbriæ, prout Lelandus collegit, licet Scoti & Hiberni etiam eum vendicent.* Non rectè igitur Wadingus, tom. 3. Annal. Anno 1304. n. 17. ait, ſe producere Anglos, *qui cauſæ cedant [illegible], & Scotum Hibernis aſcribant.* Nam vnum tantum Anglum producit, nempe Holinshedum citatum, & alterum Stanishurſtum, agnoſcit in Hibernia ortum, nec Holinshed aſcribit Scotum Hibernis eo in loco, alibi autem eum adiudicat Anglis. Deinde, quicquid de hac re aſſerit Holinshedus, deſumpſit ex Stanishurſto, Hiberno, vt liquet ex deſcriptione Hiberniæ, c. 2. & Epiſtola dedicatoria ad Sidneum, imo (vt fatetur Colganus in Appendice ſua ad vitam S. Brigidæ) Stanishurſtus ipſe eſt author illius deſcriptionis, ſic enim ſcribit *Ranulfus Holinshed, vel verius, Richardus Stanihurſtus lib. 1. Deſcriptionis Hiberniæ.* Neque etiam refert, quod Angli (vt inquit Wadingus) non illuſtrarint opera Scoti. id enim accidere potuit, quòd [d] dogmata eius non probarint, vt liquet ex ipſiſmet eius diſcipulis, Occamo, Burleo, & alijs; atque etiam ex eo quod apud Anglos, nomen Dunſi probroſum ſit. Miſſis itaque Hibernis, qui nec teſtem, nec teſtimonium antiquum pro ſe proferunt, controuerſia digna diſceptatione manet inter Anglos & Scotos: Scoti nituntur communi nuncupatione quod

* Wading. An. 1300 ait quod vixit An. 1306. Holinshed in deſcript. Hiber. c. 7 ait ſub Iul o 1

Holinshed non fauet Hibernis

Stanihurſtus author deſcriptionis Hiberniæ

d Harpſf ſæc. 14 c. 18

dicatur

dicatur *Ioannes Duns Scotus*, & teſtimonio Antonij Andreæ eius diſcipuli, qui in calce Commentariorum in Metaphiſicam refertur, ita ſcribere. *Magiſter Ioannes Duns, qui fuit natione Scotus.* Angli nituntur tum teſtimonio in [e] Manuſcriptis operibus eius Oxonij, in Mertonenſi Collegio, quod eſt iſtud: *Explicit lectura ſubtilis, in Vniuerſitate Pariſienſi Doctoris Ioannis Duns, nati in quadam Villula Parochiæ de Emilden, vocata Dunſtan, in Comitatu Northumbriæ: pertinente ad domum Scholaſticorum de Merton Haule in Oxonio, & quondam dictæ domus Socy*, (prout teſtantur Camden. in ſua Britan. p. 729. al. 670. Thomas Iames in ſua Ecloga: Lelandus apud Baleum, Cent. 4. c. 82. & Cent. 14. c. 53. Twin, l. 3. Antiq. Oxon. ſec. 253. Harpesfeild, ſæc. 14. c. 28. & [f] alij) tum etiam teſtimonio Bartholomæi Piſani, qui eodem cum Scoto ſæculo floruit, & totius Capituli generalis Minorum, quod eius librum approbauit, Anno 1390. aut 1399. ita autem ſcribit, l. 1. conformitatum, fol. 161. *In hac Angliæ prouincia, fratres ſemper fuerunt, & ſunt, ad diuinum Officium, Miſſas, & alias ordinationes noſtri Ordinis ſpecialiter ordinati, propter quæ Deus auxit eos numero, bonis temporalibus, & ſcientia: Habuit enim magnam copiam ſemper Magiſtrorum, & proborum: De hac ſiquidem prouincia fuit Magiſter Ioannes Scotus, Doctor ſubtilis, cuius memoria, quoad ſufficientiam erit perpetua, qui multa opera fecit: Magiſter Alexander de Ales, Gulielmus Occam; F. Robertus Bacon.* Hæc Author eiuſdem Ordinis, & eiuſdem etiam ſæculi cum Scoto: Nam Scotus obijt, Anno 1308. & Piſanus ſuum librum edidit, Anno 1390. aut 1399. eiuſque teſtimonium [g] approbatum eſt à toto Capitulo generali Minorum: incredibile autem videtur, quòd totum illud Capitulum ignarum fuerit originis Scoti; Ad primum horum reſpondet Wadingus, tom. 3. Annal. Minorum, Anno 1308. n. 21. quòd ſcriptor libri Collegij Mertonenſis, aut erat, *Neſcius originis Scoti, aut cupidus aſcititiæ gloriæ*: At præterquam quod neutrum horum probat, quo modo poteſt ille dici neſcius originis Scoti, qui ita ſpeciatim ſignauit, & Comitatum, & parochiam, & Villam, in qua Scotus natus eſt? Ad Piſanum ait, quòd aſſeruit Scotum fuiſſe, *de prouinciâ Angliæ*, aut quia Scotus diu vixit in Anglia, aut quia ibi admiſſus eſt in Ordinem. Veruntamen neutrum horum probat ex vllo Piſani verbo, ideoque gratis loquitur; & præterea, clarè refellitur: Nam Piſanus eodem modo, ait Scotum fuiſſe, *de prouinciâ Angliæ*; quo ait Alenſem, Occam, Baconum fuiſſe. At hi fuerunt natiui de prouincia Angliæ; neque Alenſis aliter dici poterat fuiſſe de prouincia Angliæ, quàm origine. Nam & diu vixit Pariſijs in Gallia, & ibi, in Ordinem Minorum ingreſſus eſt: Ad argumenta Scotorum reſpondeo, quòd dici potuit Scotus, aut quia ex Scotico genere ortus eſt, vt vult Camden. p. 670. citata; aut quia propè Scotiam natus eſt in Northumbria, vbi natos, Angli vulgo ſolent vocare Scotos, ita vt non natione, ſed cognomine dictus ſit Scotus. Et quidem multi Authores aſſerunt eum dictum *cognomine Scotum*, vt Bergomenſis in ſupplemento Chronicorum, l. 13. Gualterus ſæc. nono, p. 448. & ſæc. 13. p. 504. Baleus, Cent. 4. c. 82. Sixtus Senenſis, l. 4. Bibliothecæ, imò & ipſe Mauritius in verbis citatis, idque aut ob obſcuritatem ſcriptionis, vt vult Sixtus loco citato, aut potius à familia, prout plurimi in Anglia dicuntur *Scoti*, nam ita Wadingus, tom. 3. Annalium, Anno 1308. n. 16. ſcribit de hoc ipſo Scoto: *ſub hoc Anno huius Miniſtri generalis* (Minorum) *literas datas ad Guardianum Pariſienſem inueneo, quibus à ſe valde commendatum Ioannem Scotum* * *cognomento Duns (ſiue de Duns, vt habet Marianus) in ſacra Theologia laureari conceſſit.* Vnde logicæ Scoti, editæ per Oliuerium Iuntam Picentem, Anno 1493 Præfigitur hic titulus: *Elenchi Ioannis Scoti, Duns.* Et Wadingus ipſe Anno citato, n. 21. agnoſcit, quòd *Scoti cognomen à familia, non à natione deriuari potuit, nam & hæc Scotorum, ex familia deriuatio, celeberrima eſt, tum in Hibernia, tum in Belgio, & Italia*, addere debuiſſet, *& in Anglia*; vnde in Hiberniam migrauit. Si autem nomen eius fuerit *Scotus*, & cognomen ſeu agnomen *Duns*, prout aſſerit ipſius Miniſter generalis (cui verum eius nomen, aut cognomen non potuit eſſe ignotum) ex Scoti nomine inferri non poterit, quòd natus ſit in Scotia, ſiue maiore, ſiue minore, atque cognomen ſeu agnomen *Duns*, rectius ſumere potuit à viculo *Dunſtan* in An-

[e] *Iames in Ecloga, ait eſſe decimum nonum numero.*

[f] *Piſanus n. 441. Holon. bid An. 1527. Piſanus ait etiam fuiſſe de Anglia, ſicut Alenſem.*

[g] *Vuading. An. 1399. n. 7.*

Scotus cognomen doctoris ſubtilis.

* *Fauet Piſanus ſuprà, dum abſolute vocat eum IOANNEM SCOTUM.*

Pp

* Lelandus apud Baleū, Cent. 24 c. 53.

* Vide sup. l. 2. c. 8. sec 2.

glia * contractè *Duns*, quàm vel à *Dunis* in Hibernia, vel à *Dunce* in Scotia. Et cum vulgo dicatur, *Ioannes Duns Scotus*, iuxta teſtimonium prædictum ſui Miniſtri generalis, deberet ſcribi, *Ioannes Scotus Duns*, prout eum inſcripſit præfatus Oliuerius Iunta. Ad teſtimonium Andreæ; nondum mihi contigit videre exemplar illius, quod, etſi corruptum non ſit, prout in re ſimili corruptus eſt * Marianus; nulla tamen ratione præferendum eſt teſtimonio Piſani, & totius Capituli generalis Minorum: iure itaque non ſolum Angli, ſed etiam exteri, vt Cardinalis Bellarminus in ſcriptoribus; Duſauſeus, lib. 7. hiſtor. Chronol. in Catalogo Patrum, c. 14. Theuettus, l. de illuſtribus ſcriptoribus, & alij aſſerunt, Ioannem Duns fuiſſe, *Natione Anglum*, licet Bellarminus in quadam editione illud, *Natione Anglus*, exemerit, non ſponte (vt aſſerit Camerarius) ſed ob clamores quorundam Scotorum: imò & Gordonus, licet Scotus natione, in Chronico, Anno 1308. non aſſerit eum fuiſſe Natione Scotum, ſed ſimpliciter ait, *Obijt nunc Scotus, Theologus Franciſcanus.* Et Harpesfeildus Author grauiſſimus, ſæc. 14. c. 28. inquit. *Multi, natione Scotum fuiſſe exiſtimant, qui tamen non Scotus, ſed Anglus fuit, & in continente Northumbriæ prouincia, in pago Emildunio, tribus plus minus ab Alnwico mille paſſibus diſtante, vt antiqui Mertonenſis Collegij (cuius ille aliquando fuit Alumnus) codices teſtantur, natus: Qui Franciſcanorum ſe inſtituto, apud Nouum Burgum Dunelmenſis Diœceſeos aſcripſit.* Et quidem, ſi Socius fuerit prædicti Collegij Mertonenſis, prout aſſerunt, Harpesfeild, Holinshed in deſcript. Hiberniæ, l. cit. c. 7. Pitſeus ætate, 14. n. 442. Camden. in Reſiduis, p. 14. nec non Lelandus apud Baleum ſuprà, & Humfredus, in vita Iuelli, & inſcriptio Mertonenſis citata, magno argumento eſſet, eum natione Scotum non fuiſſe, eo quod ex Statuto Collegij illius, nulli exteri, ſed nec Angli ex quauis Angliæ prouincia, in ſocietatem illius Collegij admittantur. Præter prædictum Mertonenſe Collegium, *Eduardo primo regnante* (ait Camden. in Britan. p. 334.) *Ioannes Baliolus Rex Scotiæ, vel (vt alij volunt) eius parentes, Ioannes & Dernogildis, Baliolenſe fundauit, & denominauit Collegium; iamque (vt ſcribit Armachanus) triginta millia ſtudioſorum hic cenſebantur.* Et p. 359 al. 435. *Robertus de Remington dicit: Regnante Eduardo primo, de ſtudio, Grantbridge facta eſt vniuerſitas ſicut Oxonium, per Curiam Romanam.* Idemque ait, Stous, Anno 1317. Holinshed, Anno 1307. recenſet complures viros doctiſſimos, qui floruerunt ſub hoc rege, prout facit Pitſeus, l. de ſcriptoribus Angliæ, à numero 393. ad 443.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, regnante Eduardo quarto, dicto primo.

MIRACVLA S. THOMÆ HEREFORD

Vide bullam Canonizationis eius in Bzouio An. 1320. Vvalſing An. 1287. Annales Bzouius An. 1320. & 1322.

a Boſsius de ſignis l. 7 c. 1 § 11.

1. DE miraculis factis hoc tempore ad reliquias S. Thomæ Herefordenſis, ita ſcribit Weſtmonaſterienſis, Anno 1287. *Thomæ Herefordenſis oſſa ceperunt coruſcare, ita quod infra breue temporis ſpatium, centum & ſexaginta tria miracula pro illo fieri voluit Deus.* Idem habet Harpesfeild, ſæc. 13. c. 21. Walſingam in ypodigmate, Anno 1287. *Cœpit multis & inauditis miraculis coruſcare.* Capgrauius in vita eius. *Miracula, quæ poſt obitum eius, ad laudem & honorem nominis ſui peccatoribus oſtendere dignatus eſt omnipotens Dominus, in diuerſis voluminibus, in loco requietionis eius, quaſi infinita vidi: inter quæ,* [a] *Sexaginta mortuos reſuſcitauit; quadraginta vnum cæcos illuminauit; quinquaginta duos contractos valetudini reſtituit, paralyticos viginti vnum curauit; & cæcos ac mutos viginti tres, recepta ſalute optata Deum laudare fecit. Vidi etiam in vno volumine in loco præfato, de diuerſis miraculis, & morborum generibus, quæ per S. Thomam patrata fuerant, & oſtenſa, quadringinta viginti quinque.* Idemque habet Author vitæ eius apud Surium, tom. 5. Godwinus etiam in vita eius fatetur, quod *Hareus & alij tradiderunt in diuerſis codicibus eius loci, vbi ſacra eius oſſa quieſcunt, miracula eius annotata, reperiri quadringenta & viginti quinque in varijs curandis*

randis morbis diminius declarata. De S. Thoma Monacho præfato, ita (præter Authores iam citatos) Polidorus, l. 17. *per quem deinceps vt martyrem Deo acceptiſſimum crebra* b *Miracula edita feruut.* Capgrauius in eius vita ita ſcribit. *Phreneticum quendam ſanauit, cæcos quatuor illuminauit, ſurdo auditum tribuit, viros duos pedum ac manuum beneficio priuatos, valetudini dedit, naues nonnullas maris tempeſtate periclitantes, ad portum reduxit optatum, mortuos quinque reſuſcitauit, & alios nonnullos varijs morbis oppreſſus, ſalute gaudere fecit.* Walſingam, Anno 1304 ita refert: *Dum fieret iſte conflictus* (inter Anglos & Scotos) *miles quidam nobilis Robertus de Neuill, Miſſarum audiens ſolennia (erat nempè Dominica prima Quadrageſimæ) quæ geſta fuerant, penitus ignorans: Poſt Miſſam verò egreſſus, cùm audiſſet à redeuntibus, Scotos in Anglicos præualere, illuc cum ſuis armatis properat, multos peremit, multoſque fugauit, & captiuos aliquos reduxit; Nec de his, qui Miſſæ cum eo interfuerant, quiſquam captus fuit, aut grauiter vulneratus, ſed non corruit vnus ſolus.* Et Anno 1308. ait, quòd apertum eſt ſepulchrum c Seberti Regis, qui primus Weſtmonaſterium extruxerat, & *inuenta eſt manus eius dextera integra in carne, cute, vnguibus, & oſſibus compactis vſque ad medium brachij, qui ibi iacuerat per annos circiter ſeptingentos.* Bzouius, Anno 1208. *Circa hæc tempora tranſlatum eſt corpus S. Hugonis Epiſcopi Lincolnienſis. In ea eleuatione, corpus quaſi integrum, veſtes verò incorrupta planè repertæ ſunt, & loculus magnam puriſſimi olei copiam exhibuit.* Item, Anno 1296. *Extitit tunc Scotorum in Anglos, plus quam bellutna feritas, qua nulli ſexui, ordini, aut ætati parcebant, qui lactantes pueros lanceis confoſſos, in aerem iactabant, & ſacras virgines in locis Deo dicatis conſtuprabant: Poſteà tamen immani clade & cæde ab exercitu Anglorum conciſi, miraculo datum eſt, quòd cum de eis nullia exilis, vnus tantùm ex Anglis deſideratus eſt.* Idemque habet Harpesfeldus, ſæc. 13. c. 29.

S. THOMÆ DOVERENSIS

b Vualſing. An 1296. Bzouius An. 1295.

c Bzouius An 1309.

Surius tom. 6.

CAPVT DECIMVM.

EDVARDVS QVINTVS, DICTVS SECVNDVS, REX Angliæ Chriſtianus quadrageſimus ſecundus, ab Anno 1308. ad Annum 1326.

SECTIO PRIMA.

1. ANno Domini 1308. Eduardo quarto, dicto primo, ſucceſſit filius eius Eduardus quintus, dictus ſecundus, qui regnauit annis nouendecim, vſque ad Annum 1326. *Initio ſui principatus* (ait Polidorus, l. 18.) *etſi ad facilitatem ſuapte natura propenſius erat; quorundam tamen ſuorum Conſiliariorum monitis, vt bonam indolem oſtentaret, grauitatem, probitatem, modeſtiam præ ſe ferre cæpit.* Item, *Fama eſt in vulgo, per illum, poſt mortem miracula multa edita, quòd fuiſſet naturâ bonâ, ingenio miti, non ita tamen perſpicaci, qui primò iuuenili errore actus, in aliqua leuia vitia inciderit, quem deinde tametſi in grauiora delicta malorum conſuetudines ac conſilia traxerunt, & veniam commiſſorum facilè à Deo aſſecutus, multas contumelias, atque demum mortem ſæuiſſimam patienter tuliſſet. Oxonij, Author fuit Collegij Regalis, quod Orial vocant, ac Aulæ Diuæ Mariæ, vt in his Cænobijs doctrina coleretur.* A Thoma de la More in vita eius dicitur: *Rex piiſſimus, & miles ſtrenuiſſimus.* Maior, l. 5. c. 9. *Sanè & cordatus vir in bello, & mitis ſecundum temporum exigentiam fuit, propterea cum magnis regibus eſt comparandus.* Knighton, l. 3. c. 14. *Erat vir elegans corpore, viribus præſtans, ſed moribus, ſi vulgo creditur, plurimum inconſtans.* Ex Proteſtantibus, Stous, Anno 1308. *Erat corpore pulcher, ſed mente inſtabilis, & ad leuitatem procliuis.* Similia habet Coperus in Chronico, Anno 1308. Fox. in Actis, p. 336. & alij. Spedus, l. 9. c. 11. *Erat valde pius erga Deum, ac plenus bonarum naturalium propenſionum.* Bakerus in eius vita: *Duæ virtutes eminebant in illo ſupra omnes ſuos Prædeceſſores, Continentia & Abſtinentia.*

Laudes Eduardi quinti, dicti ſecundi.

Laudatur à Proteſtantibus.

2. Catholica eius religio euidentiſſima eſt: Nam (vt ſcribit Harpesfeildus,

Eduardus rex Catholicus.

ſæc. 14. c. 2.) *Cùm infauſti prælij difficultate premeretur, a Mariæ Virgini religioſa ſponſione vouit, ſe in Chriſti & illius honorem ædes conſtructurum, vbi viginti quatuor Carmelitis, qui rei Theologicæ operam darent, idoneos ſumptus ſuppeditaret, ſi ab imminenti calamitate eriperetur, à qua Dei benignitate ereptus, ſponſionem ſuam repræſentauit, ædeſque illas votiuas Oxonij conſtruendo, voto ſe liberauit.* Idem habet Thomas de la More in vita eius, itemque Stous in Chrónico, Anno 1313. qui etiam addit, quòd extruxit Eccleſiam Fratrum Prædicatorum b Langleiæ: Walſingam, Anno 1309. tradit, quòd Diademate inſignitus eſt ad Miſſam, & Anno 1313. quod *die Palmarum venit ad ſanctum Albanum, & obtulit Martyri c Crucem auream, diuerſorum ſanctorum reliquijs inſertam, & lapidibus pretioſis, commendans ſe & ſuos neceſſarios eiuſdem S. tutelæ, & precibus Monachorum.* Parkerus in Archiepiſcopis, n. 50. fatetur, quòd Anno 1316. Eduardus, *miſit opulenta dona plurima Ioanni Papæ viceſimo ſecundo, doctis quibuſdam viris ex Academia Oxonienſi deſtinatis.* Et Twin. l. 3. Antiq. Oxon. ſec. 345. ponit literas eius ad Ioannem Papam XXII. in quibus eum vocat, *Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, & vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem, offert deuota oſcula pedum beatorum*, & petit, vt qui Oxonij Magiſterium eſſent in quacunque facultate aſſecuti, poſſent vbique terrarum in eadem facultate prælegere, abſque nouo examine aut approbatione, vt Bonifacius octauus conceſſerat Academiæ Pariſienſi. Et idem Twin. l. 1. ſec. 203. & 204. recitat [d] Diploma Eduardi & Ioannis XXII. pro inſtitutione Cantabrigiæ in Academiam. Et ſec. 25. ait; *Regnante [e] Eduardo ſecundo, de ſtudio Cantabrigiæ facta eſt vniuerſitas, ſicut eſt Oxonium per Curiam Romanam.* Et tam manifeſto fuit Eduardus Romano Catholicus, vt Baleus more ſuo, ita de eo ſcribat, Cent. 4. c. 26. *Richardum Bliſton Carmelitarum Prouincialem, qui auriculari ſuæ confeſſioni præeſſet, aſſentientibus Prælatis, delegit, vt & conſueto more cor eius ad ſolitum Antichriſti commodum pararet. Ita ſolent ex Regibus Chriſtianis, imagines fieri Romanæ beſtiæ.* Ita ille veriſſima beſtia: Et Cent. 5. c. 13. vocat hæc tempora. *Medias Romanarum ſuperſtitionum tenebras.*

a Bzouius An. 1314. b Baker. in eius vita. c Harpſf ſæc. 14. c. 27. d Spedus in deſcript. Brit. c. 19. Caius de Antiq. p. 80 e Alij hoc referunt ad Eduardum I. Camden. in Britan. p. 435.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Eduardi quinti, dicti ſecundi.

DE ſanctitate ipſius Regis Eduardi, eiuſque cognati Thomæ, Comitis Lancaſtrenſis, ita ſcribit Harpesfeild, ſæc. 14. c. 2. *Fuit hiſce & poſterioribus temporibus, non leuis paſſim diſceptatio a tam de Eduardo, quàm de Thoma Lancaſtrio, ad cuius Monumentum feruntur multa b miracula patrata, vtrum in ſanctorum Catalogum referendi eſſent —— Reperio Thomam (vt popularis ac trito vocabulo vtar) Canonizatum.* Walſingam, Anno 1390. diſertè ait, *Hoc Anno S. Thomas de Lancaſtria c Canonizatus eſt.* Ac Froſſardus, l. 1. c. 5. ait de eodem. *Erat vir prudens & pius, fecitque plura inſignia miracula in loco, vbi capite cæſus eſt.* Camden. in Britan. p. 566. al. 618. *Quem in ſanctorum numerum retulit vulgus.* Bakerus in Richardo ſecundo. *Thomas nuper Comes Lancaſtriæ, ob miracula, quæ ferebantur per ipſum edita, in ſanctorum numerum relatus eſt.* Camden. in ſua Britan. p. 255. al. 316. refert, quòd *auſtrale latus templi Glóceſtrenſis, ex oblationibus populi ad ſepulchrum Regis Eduardi, reſtauratum fuit, qui hic ſepultus monumento alabaſtrino.* Ferrarius, 22. Martij. *In Anglia, Thomæ Comitis Lancaſtrenſis, pro Eccleſiæ libertate interempti.* Et Maior l. 5. c. 6. *Hic Comes Lancaſtriæ, miraculis clarere dicitur.* Godwin. in Epiſcopis Wigornienſibus, n. 46. *Thomas d Cobham Epiſcopus, vir fuit egregiè doctus, & vitæ ſanctimonia tam clarus, vt vix alio nomine vulgo innoteſceret, quàm Boni Clerici.* Idem habet Harpesfeild, ſæc. 14. c. 26. vbi etiam addit, quòd eius prædeceſſor. *Vir erat propter virtutem & doctrinam celebris.* Et c. 30. *Gulielmus, [e] Meltonius Archiepiſcopus Eboracenſis, magnus ob hoſpitalitatem, & in omnes, digniores præſertim & monaſticos viros, liberalitatem, ob*

a Vualſingam An 1327 Knighton l. 3. c. 16. Spondan l. 9. c. 16 b Vualſingam An 1359 Spondan. An 1321. Holinshed An 1322. 1327 c Polidor l. 18. Fox Act p 13. d Vualſingam An. 1312. Bzouius An. 1311 Baleus Cent. 14. c. 98 e Godwin in Archiep. Eborac. n. 45.

tem, ob ſingulare caſtitatis ſtudium, ob magnam ieiunandi & orandi uſſiduitatem, totiuſque Epiſcopalis functionis vigilantem curam, laudibus vehitur. c. 31. *Richardus Rolleius, ſiue Hampolius, Theologici doctoratus ſplendori nuncio miſſo, ſolitariam quandam procul ab omni mundi ſtrepitu & Eremiticam vitam exercuiſſe traditur.* De eodem ita Baleus, Cent. 5. c. 80. *Vir quidem pius & doctus vnà cum religione literas aſſiduè colebat. Eremiticam vitam deinceps in magna ſimplicitate ſpiritus duxit. In ſanctos à Papiſtis relatus ac veneratus.* Idem, Cent. 4. c. 47. *Meminit Gulielmi cog. Nigri, cuius corpus* (inquit,) *Toloſæ inter ſacra ſeruatum eſſe dicunt.* Godwin. in Epiſcopis Lincolnienſibus, n. 13. refert mortem Ioannis de Alderby Epiſcopi Lincolnienſis, Anno 1319. *Cuius tumulus à plebe frequentebatur, & ipſe tanquam ſanctus colebatur.*

RICH. HAM-ROL.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, ſub Eduardo quinto, dicto ſecundo.

1. THomas a Cobham Epiſcopus prædictus, dicitur à Godwino ſupra: *Vir egregiè doctus.* A Walſingamo, Anno 1312. *Vir eminentis literaturæ.* Claruit etiam ſub hoc Rege, licet ſub ſequenti obierit, Ioannes [b] Baconthorpius, vulgo dictus Baconus, ſeu de Bacone. De quo ita Bellarminus in ſcriptoribus, *Ioannes de Bacone, Anglus, & Ordinis Carmelitarum, Theologus, & Philoſophus doctiſſimus*, ſeu vt ait Sixtus Senenſis, l. 4. *Theologorum ſui temporis princeps.* Harpesfeildus, ſæc. 14. c. 14. *Inter huius ſeculi noſtros alioſque ſcriptores, pietatis, ingenij, & omnis generis liberalioris doctrinæ magnitudine regnat, vt ægre reperias in vaſtiſſimis alibi Chriſtianorum regionibus, multos, qui, non dicam, ſuperent, ſed vel æquent hunc noſtrum Baconthorpium.* Camden. in Britan. p. 349. al. 425. *Vir eo ſeculo eruditione tam varia & recondita, vt in ſumma admiratione apud Italos fuerit, & Doctor Reſolutus vulgo vocaretur, vnde de eo Paulus* [c] *Panſa. Si Dei optimi maximi penetralia adire ſuadeat animus, nemo accuratius eſſentiam eius mandauit literis, ſi rerum cauſas, ſi naturæ affectus, ſi cæli varios motus, ac elementorum contrarias qualitates dicere exoptat quiſquam, hic ſe officinam offert, Chriſtianæ religionis arma Vulcanus munitiora contra Iudæos, ſolus hic Reſolutus Doctor miniſtranda tradidit, &c.* Eadem habet Weuer. in monument. p. 813. 797. De eodem ita Baleus, Cent. 5 c. 1. *Talis ille erat in omni bonarum artium genere, qualem nec ante, nec poſt habebat Anglia ex omni mendicantium Monachorum cumulo.* Qui in eadem Cent. ſub eodem Rege hos reponit viros doctos, c. 87. *Nicolaus Stanford, vir planè digniſſimus, illuſtris ſcriptoris titulo, vt etiam Lelandus habet.* c. 95. *Radulphus Baldoc, Epiſcopus Londinenſis, rarâ tum eruditione, tum eximiâ morum pietate fuit.* c. 97. *Ioannes* [d] *Vvalſingam, eruditionis famâ illuſtris, ingenio ſubtilis & acutus.* c. 6. *Godfridus Cornubienſis, ab excellenti ingenio, Baconthorpius hominem commendat, Doctorem ſolennem illum appellans.* Numerus verò Scholaſticorum, qui Oxonij hoc temporè verſabantur, ſuperat penè fidem (vt ait Harpesfeild, ſæc. 14. c. 28. *Quos Armacanus ad triginta millia recenſet, imminutum adeò poſteà, vt ſex millia non conficeret: Quam ille imminutionem fratribus potiſſimum mendicantibus aſcribit.* Bzouius, Anno 1309. *Clemens Pontifex Eccleſiæ Sariſburienſis in Anglia,* [e] *Simonem cognomento Gandanum, antiſtitem præpoſuit, præſtanti eius doctrina, & morum integritate permotus.* Wadingus. tom. 3. Annal. Anno 1316. n. 9. *In Anglia, Hi reliquis clariores: Gualterus Brimble, acuti & ſublimis ingenij, Gulielmus Gainsburgus, vir pietate, prudentia, omnique melioris doctrinæ genere inſtructus.* Et Anno 1320. refert hos celebres doctores Oxonienſes. *Ioannem Canonicum, Nicolaum Occamum, & Adamum Goddamum.* Et Anno 1310. n. 16. *Hugo de Nouo Caſtro, doctrina celebris, vulgo cognominatus, Doctor Scholaſticus. Hic, vnus eſt ex quatuordecim præcipuis Doctoribus Minoritis, qui in ſepulchro Ioannis Scoti, nominibus ibi inciſis, leguntur in Eccleſia Minorum conuentus Coloniæ, hoc modo; Magiſter Hugo de Nouo Caſtro.* Camden. in ſua Britan. p. 334. *Sub Eduardo ſecundo, Gualterus* [f] *Stapleton, Epiſcopus Exonienſis,*

THOMAS COBHAM.
[a] Piſſeus n. 416 Bzouius An. 1313.
IOANNES BACON.
[b] Piſſeus n. 512.
[c] Holinshed An. 1377.
NICOL. STANF.
[d] Piſſeus n. 492.
In defenſ. Curatorum Spedus l. 9. c. 10
[e] Godwin. in Epiſc. Sariſbur. n. 18 Theologus magnus.
HVGO DE NOVO CASTRO.
[f] Polidor. l. 19. Harpeſf. ſæc. 14 c. 22. Spedus An. 1316.

Exonienſe Collegium, Aulamque Ceruinam, & ipſe Rex eum imitatus, Collegium regium, vulgo Orial, & Aulam S. Mariæ poſuit. Spedus etiam aſſerit Aulam Clarenſem, Anno 1326. (qui eſt vltimus Annus Eduardi ſecundi) Cantabrigiæ cæpiſſe, quam, Camden. in Britan. p. 433. ait, *Richardus Badew, ab Elizabetha Clara Vltoniæ Comitiſſa adiutus, extruxit & dotauit.* Et ibidem, *Henricus Stanton, Collegium S. Michaëlis,* Polidorus, l. 18. Harpesfeild, ſæc. 14. c. 28. *Nullum quidem aliud, aut antecedentium, aut inſequentium ſæculorum, tam fuit facundum ac nobilitatum in Collegijs Oxonij extruendis, atque fuit iſtud. Cuius rei illuſtri argumento ſunt, Mertonenſe, Regale, Reginale, Exonienſe, Cantuarienſe, cum Aula Ceruina, & in primis, cum Wichamenſe, & Dunelmenſe.* Et ibidem refert, quàm plurimos viros doctos, qui tunc temporis floruerunt.

Diſciplina Academiarum Anglicarum. Vide Piſſeum de Academia Oxon. p. 34.

2. Qualis autem fuerit harum Academiarum diſciplina, ita deſcribit Iouius in deſcript. Britan. *Nihil ea iuuentutis educatione, inſtitutioneque modeſtius, religioſius, atque frugalius, vt non mirum ſit, inde prouenisse ingenia, quæ in Dialectica, Philoſophiaque, & in ſacris demum literis, Europam omnem ſubtilitatis admiratione compleuerint.* Et Polidorus, l. 5. de Academia Oxonienſi, *Iam facilè cum quouis alio totius Orbis Gymnaſio de nominis gloria certare poſſet: In qua ſcholaſtici ipſi vt cuiuſdam religionis obſernatione, à primo imbuti, neutiquam minùs animos bonis moribus, quàm literis excolunt. Habent enim Cænobia magnifico apparatu conſtructa, multorumque cum Epiſcoporum, tum Regum, hominumque nobilium, ac fæminarum probatiſſimarum muneribus opulentiſſima, quæ Collegia vocitant, quorum Magiſtri ſunt viri doctrina in primis, probati & honeſti, igitur ibi cum abundè ſuppeditentur facultates, communiter viuunt, ac quotidie benè manè ſacris priùs aut operam dant, aut interſunt, quàm ad rem literariam agrediantur. Atque ita Deum comprimis venerantes, ſe caſtiſſimo ſimul viuendi genere, & doctrinarum omnium ſtudijs exercent; vnde ingiter ſingulari eruditione ac pietate viri, velut ex quodam ampliſſimo diſciplinarum theatro exiſtunt, qui tam piè, quàm vtiliter nunc docendo, nunc ſcribendo, mirum in modum rem Chriſtianam iuuant, celebrant, tuentur: certat nominis celebritate cum hoc Oxonienſi Gymnaſio, Academia, quæ Cantabrigiæ apprimè floret, quæ tametſi ſcholaſticorum numero, ac cænobiorum magnificentia minus vincat, bonarum tamen artium feracitate nequaquam impar eſt.* Sixtus Lambertus in vita Thomæ Iorgij, ſeu Ioyæ Cardinalis, præfixa eius Commentario in Pſalmos.

Ciaconius in Clem. 5. Goduin in Cardinal. Angliæ.

Anglia adeo ingeniorum præſtantia, animorumque viribus pollet, vt nulli ſecunda merito haberi poſſet —— ingenia, ſtudiorum celebritates, ſcientiarum cultura, & penè omnia ad vitæ gloriæque commodum exoriuntur: Floruit proinde priſcis temporibus, clariſſimis viris in Catholica religione, vitæ ſanctimonia, & literarum laude —— in literis verò, quodnam vnquam regnum Angliam ſuperauit? Spedus in deſcript. Britan. l. 1. c. 23. *Nequaquam, mirandum videri debet, ſi Mathæus Pariſienſis, Oxonium, ſecundum Chriſtiani Orbis ſtudium, ſiue Academiam diſertè appellaret —— & in Concilio Viennenſi ſancitum erat, vt in Pariſienſi, Oxonienſi, Bononienſi, & Salmantino ſtudijs, ſolis per totum Europam Academijs, ſcholæ linguæ Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Chaldaicæ erigerentur, vtque Oxonia generalis totius Angliæ, Hiberniæ, Scotiæ, & Walliæ Academia eſſet. Quod tanti momenti in Concilio etiam Conſtantiæ fuit, vt hac Oxonienſis Academiæ præcedentiæ ſiue prærogatiuâ freti Patres, gentem etiam Anglicam in generali quoque Concilio non ſolùm Hiſpaniam præcedere, ſed Galliæ etiam æqualem haberi oportere ſtatuerint.* En quantopere hæreticus iſte glorietur, de doctrina illorum, quorum fidem condemnat, nec aduertit Papiſtas illos fuiſſe, non Proteſtantes, qui tantam gloriam ſuæ genti pepererunt. Pitſeus, Ætate 13. n. 341. ita habet. *Scribunt nonnulli, & in his*

Scholaſtica Theologia cæpit in Anglia. Vide Bzouium An. 1560. n. 25.

Alexander Minutianus, ſcholaſticæ Theologiæ diſciplinam accuratiorem, & ſubtiliſſimas harum diſceptationum argutias, ab Anglis & in Anglia ſumpſiſſe exordium, feciſſe incrementum, peruenisse ad perfectionem. Inde ad Pariſienſes, & reliquam Galliam manaſſe, tandem ad Italos & Hiſpanos, aliaſque gentes penetraſſe. De alijs viris doctis in Anglia, ſub Eduardo quinto, dicto ſecundo, conſule Pitſeum, à numero 443. ad 489.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, tempore Eduardi quinti, dicti ſecundi.

1. HArpesfeild, ſæc. 13. c. 29. *Miraculo datum eſt, quòd cum decem millia ex Scotis* (in prælio) *vnus tantum ex noſtratibus miles deſideratus ſit.* At Bzouius, Anno 1296. ait, hoc contigiſſe ſub Eduardo primo, Baleus, Cent. 4. c. 92. *Ab iſto* (Boſtono) *teſtimonium capit Nicolaus Triuetus, quòd Rex Eduardus in obſidione* (Caſtri Scriuelingenſis) *miraculosè mortis periculum euaſerit, iaculo feriente corporis eius veſtem.* Claruit etiam tunc, S. Ioannes Bridlingtonius, Canonicus Regularis miraculis, de quibus dicemus in ſequenti Rege, ſub quo obijt. Plura etiam ex miraculis S. Thomæ Herefordenſis, ſub hoc Rege facta ſunt. Capgrauius in vita S. Ioannis Beuerlacenſis, *Anno Domini 1312. De tumba S. Ioannis, oleum emanare vſque in horam diei ſequentis tertiam non ceſſauit, & multos cæcos inde linitos meritis viri ſancti, viſum recipere fecit.* Harpesfeild, ſæc. 14. c. 24. *Circiter hæc tempora* (Eduardi ſecundi) *oſſa Diui Thomæ Herefordenſis Epiſcopi, cùm miracula illius quotidie increbeſcerent, ab antiquo [illegible]lo, in thecam pretioſiſſimam transferuntur. Cui ceremoniæ Rex cum multis Epiſcopis & Proceribus interfuit.* Et c. 29. *Veſtis Diui Albani protomartyris noſtri, quam cum cæcus eſſet, indutus erat, in antiquo quodam apud Elienſe cœnobium tumulo, ſanguine quaſi recenti, reſperſa, inuenta eſt.* Et ibidem. *inſignia quædam miracula apud Elienſem inſulam, ad beatæ Virginis Mildredæ tumulum, edita ſunt.* Walſingamus, Anno 1314 ſcribit, quòd cum iubente Eduardo Rege, feretrum in quo veſtis S. Albani ſeruabatur, recluſum eſſet. *Ecce* (inquit) *vident loculum illum à ſummo vſque deorſum, quodam panno villoſo ita occupatum, vt nihil poſſet aliud continere. In ſuperiori verò parte veſtimenti, conſpiciunt cruoris coagula densè reſperſa, ita noua, ita recentia, quaſi pridiè fuiſſent effuſa.* Harpesf. ſæc. 15. c. 15. Miracula S. Thomæ Hereford. S. Mildreda. Bzou. An. 1315.

FASCICVLVS FLORVM, QVI IN Anglia, ab Anno 1066. vſque ad Annum 1326. exorti ſunt.

IN primis fuerunt multi ſanctitate ita celebres, vt ab Eccleſia in Catalogum ſanctorum relati ſint, nempe tres Archiepiſcopi Cantuarienſes; S. Anſelmus, S. Thomas, S. Edmundus: Vnus Archiepiſcopus Eboracenſis, S. Gulielmus; Quinque S. Epiſcopi, Wulſtanus Wigornienſis, S. Oſmundus Sariſburienſis, S. Hugo Lincolnienſis, S. Richardus Ciceſtrenſis, S. Thomas Herefordenſis: Et inferioris ordinis, S. Stephanus Hardingus, S. Gilbertus, S. Robertus, S. Ioannes Bridlingtonenſis, præter alios multos, qui idem meruerunt.

Tres inſtitutores ſacrorum Ordinum religioſorum, vt S. [a] Stephanus, & S. [b] Gilbertus prædicti, & [c] Gulielmus inſtitutor Ordinis Vallis Scholarium. Vt nihil dicam de [d] Richardo inſtitutore ordinis Bonorum hominum, de quo locuti ſumus, c. 8. ſec. 2.

[a] l. 4. c. 2. ſec. 2. [b] l. 4. c. 5. ſec. 2. [c] l. 4. c. 8. ſec. 2. [d] l. 4. c. 8. ſec. 2.

Vna Regina Monialis, nempe Elenora vxor Henrici tertij: Quinque Regum filiæ, nempe, Cecilia & Adela, filiæ Gulielmi primi; Iuliana filia Henrici primi, Mathildis nurus eiuſdem. Maria, filia Eduardi quarti, dicti primi.

Quinque ſancti Eremitæ, S. Ailricus, S. Godricus, S. Caradocus, S. Wulfricus, S. Robertus Knaresburgenſis.

Gentium Apoſtoli, Finlandiæ, S. Henricus: Noruegiæ, Adrianus quartus: S. Sigfridus Suetiæ Apoſtolus.

Martyres, S. Thomas Cantuarienſis, S. Henricus prædictus, S. Gulielmus puer Noruicenſis, S. Hugo puer Lincolnienſis, S. Robertus Burienſis, alius puer apud Wenloc. S. Thomas, Monachus Douerenſis.

Eminentes eruditione, Lanfrancus, S. Anſelmus, Robertus Lincolnienſis, Ioannesq́ Sarisburienſis, Petrus Bleſenſis, Polenus Alenſis, Mediauilla, Scotus, Baconus.

Expeditionem in terram ſanctam ſuſceperunt duo Reges Angliæ; nempe Richardus primus, & Eduardus quartus dictus primus; & duo Regum Angliæ filij, ſcilicet, Robertus filius Gulielmi primi, & Richardus filius Ioannis Regis. Et in vno anno, plus quàm ſexaginta millia Anglorum eò profecti ſunt.

Eminentes gloria miraculorum, S. Vulſtanus, S. Thomas Cantuarienſis, S. Edmundus, S. Richardus, S. Thomas Herefordenſis. Vt nihil dicam de S. Cruce Bromholmiæ; per quam, præter alia miracula, triginta nouem mortui ſuſcitati ſunt, vt retulimus, l. 4. c. 8. ſec. 4.

LIBER

LIBER QVINTVS DE CHRISTIANIS ANGLIÆ REGIBVS, AB EDVARDO SEXTO, DICTO TERTIO, VSQVE AD HENRICVM OCTAVVM.

CAPVT PRIMVM.

EDVARDVS SEXTVS, DICTVS TERTIVS REX Chriſtianus Angliæ quadrageſimus tertius, ab Anno 1327. ad Annum 1377.

SECTIO PRIMA.

1. IN Eduardi quinti, dicti ſecundi, locum, ſuffectus eſt eius filius Eduardus ſextus, dictus tertius, Anno Domini 1327. regnauitque annos quinquaginta & vnum, vſque ad Annum 1377. Quem Walſingamus (qui eum vidiſſe potuit) ita deſcribit, Anno 1377. *Fuerat Rex iſte inter omnes Reges orbis & Principes glorioſus, benignus, clemens, & magnificus, dictus Antonomaſticè Gratioſus, propter gratiam ſingularem, quâ præcelluit. Erat & corde magnanimus, Belliger quoque inſignis, & fortunatus, familiaris, humilis, & manſuetus in omnes, tam exterius, quàm interius, ſubditos ſuos omnes fouens, diligens, promouens, & piè regens. Deo deuotus extitit, peregrinationes ſæpè faciens, & Miniſtros Eccleſiæ venerans, & honorans. In curis temporalibus prouidus & tractabilis, conſilioque diſcretus. In eloquij ſuauitate, mitis & affabilis, in geſtis & moribus, compoſitus & maturus. Orphanis erat quaſi Pater, afflictis compatiens. In conferendis beneficijs vltra omnes viuentes, fuit ſemper profuſus, & promptus. In rerum affluentia modeſtus, non elatus aut ſuperbus. In ædificijs conſtruendis, curioſus & ſolicitus. Corpore fuit elegans, ſtatura, quæ nec iuſtum excederet, nec nimis depreſſioni ſuccumberet, vultum habens humana mortalitate magis venerabilem, ſimilem Angelo. Regnum verò ſuum vſque in ſenium ſtrennè, ſapienter, & magnificè gubernauit.* Similia de eo ſcribit Polidorus, l. 19. Harpesfeildus, ſæc. 14. c. 4. & alij domeſtici Catholici ſcriptores. Ex exteris ita de eo ſcribit Emilius in Philippo Valeſio. *Erat imperij nominiſque appetentiſſimus.* Bzouius, Anno 1336. *Eduardus honeſtiſſima indole, pectore animoſo, & virtutibus principe digniſſimis, exornatus.* Maior, l. 5. c. 12. *Mundana gloria clarus erat.* c. 18. *Erat animoſus, & imperij cupidus.* Spondanus, Anno 1377. *Eduardus ingentis gloriæ Prin-*

Laudes Eduardi Sexti, dicti tertij.

ceps, præclaris belli, paciſque facinoribus parta. Et ad Annum 1346. vocat eum, *Pium Regem.* Serres, in ſua hiſtoria; *Princeps ingenio perſpicaci, corde magnanimo.* Tiller in Henrico primo eum laudat, *ob magnanimitatem, & ducatum exercituum.* Rebdorfus in Annalibus, Anno 1339. *Rex ſapiens, prouidus, virilis, & fortunatus in bellis.* Cranzius in Noruegia, l. 4. c. 1. ait, quòd cognominatus fuit, *magnus.* Froſſardus, l. 1. c. 326. refert, quòd Carolus quintus Galliæ Rex, tametſi Eduardi hoſtis infenſiſſimus, audita eius morte, aiebat, quòd præclare regnauerat, ac quòd meruerat recenſeri inter heroas.

Laudatur à Proteſtant.

2. Ex Proteſtantibus Anglis, ita de eo Baleus, Cent. 6. c. 57. *Huic principi, abſque cæteris naturæ dotibus, cum primis formæ dignitas ſuffragabatur: ingenium prouidum, perſpicax, ac mite, nihil porro non ſapienter, non conſideratè agebat; Homo permodeſtus & frugi. Illos ſummè diligebat, honoribuſque ornabat, qui probitate, modeſtiâ, & vitæ innocentiâ, alios antecederent; militaris diſciplinæ in primis ſtudioſus erat. Ioannem Gallorum, ac Dauidem Scotorum Reges, vna captiuos habebat. Caletum ac Bernicum cepit ac tenuit, vnus omnium ferè Regum, qui nullis aut leuibus deditus fuit vitijs.* Similia de eo ſcribunt Coperus & Stous in Chronicis, Anno 1327. Foxus in Actis ſuis, p. 344. Weuerus in monumentis, p. 465. & ſeq. Spedus in ſua hiſtoria, l. 9. c. 12. Holinshed, Anno 1377. Seldenus, l. 1. Analecton, c. 8. Camdenus in ſua Britan. p. 260. ita de eo ſcribit. *Eduardus rex longè potentiſſimus, cum ſatis gloriæ, ſatiſque naturæ vixiſſet, diem ex dolore obijt, quem in filij bellicoſiſſimi morte hauſit: qui ipſi & vniuerſæ Angliæ tantus erat, vt omnem conſolationem vinceret. Et iuſtus ſanè hoc tempore, ſi vnquam aliàs Angliæ dolor. Intra vnum enim annum, ſolidam rei militaris cumulatæque virtutis laudem amiſit: vterque etenim victricia arma per Galliam circumferendo, tantum terrorem intulerunt, vt pater cum Antiocho, fulminis, filius cum Pyrho, aquilæ nomen meritiſſimè gereret.* Reuſnerus, in Genealog. *Princeps ſui temporis clariſſimus, fortiſſimus, militaris diſciplinæ ſcientiſſimus, ſapientiſſimus, & feliciſſimus.* Weuer. in monumentis, p. 467. *Opera pietatis eius erant multa, & magna.*

a Aemiliſ-nus l. 7. Iohan. Multus l. 27. Chro. Rebdorfius An. 1339. Villanus l. 12. c. 63 Knight. An. 1346. Vualſing. An. 1345. Baron. An. 1346. Gol-niſius An. 1346. Stous An. 1344. Spedus in Edu. 3. b Gordon An. 1356. Spond. An. 1356. c Emilius l. 9 Polidorus l. 19. Baronius An. 1347. Camden. p. 604. d Trithem. in Chron. Argentin in Chron. Carion in Chro. Nauclerus. Gen. 45. Aemiliſnus l. 7. e Camden p. 250 Spondan. An. 1350. Cheſneius in Edu. 3. Azor to. 3. l. 13 c 6. Heuſus An. 1350.

3. Erat terra, marique in bellis fortunatiſſimus: Nam in prælio Nauali Sluſenſi, expugnauit claſſem 400. nauium, captis aut depreſſis ferè omnibus nauibus, ac occiſis triginta millibus hoſtium. In prælio Creſciacenſi, cum militibus, (ait Spondanus; Anno 1346.) *de via languentibus, & fame penè enectis, cùm octo continuos dies modico pane, & gelidâ, pomiſque obuiarum arborum vixiſſent, &* (vt addit Meyerus) *cum decem aut paulo amplius millibus Anglorum*, pugnauit contra Imperatorem Carolum quartum, Philippum Regem Galliæ, Ioannem Regem Bohemiæ, N. Regem a Maioricarum, Comites Flandriæ, Lotharingiæ, ac Sabaudiæ, ac centum millia hoſtium, cæſis Rege Bohemiæ ac Maioricarum, ac Comitibus Flandriæ, & Subaudiæ, & triginta hoſtium millibus. *Quâ victoriâ* (inquit Argentreus, l. 6. hiſtor. Britan. c. 22.) *nunquam viſa eſt illuſtrior.* In prælio Pictauienſi, filius eius Eduardus, Princeps Walliæ, cum exigua manu, eius auſpicijs, vicit, ac cepit, Ioannem Regem Galliæ cinctum exercitu quadraginta millium, b pluribus hoſtium captis, quam ipſe haberet milites. In prælio Nazareno in Hiſpania, idem princeps deuicit Henricum Regem Caſtellæ, ac ſexaginta hoſtium millia, fugauit, reſtituto in regnum legitimo Rege Petro. In prælio Dunelmenſi, Proceres eius, dum ipſe Caletum obſidebat, deuicerunt ac ceperunt c Dauidem Regem, cæſis multis millibus Scotorum: ita vt ipſe de ſeptem potentibus Regibus triumpharit, captis duobus, duobus cæſis, & reliquis fugatis. Tantæ celebritatis erat, vt non ambiens, vnanimiter electus fuerit in [d] Imperatorem. Inſtituit etiam, nobiliſſimum Garterij Ordinem, Anno [e] 1358. vt ex ipſis tabulis inſtitutionis referunt, Stous eo anno, & alij, ideoque non ad æmulationem Ioannis Regis Galliæ (vt aſſerit Gualterus in Chronico) qui ſuum ordinem Stellæ incepit, Anno 1351. vt referunt Spondanus eo anno, Cheſnerus in Eduardo tertio, aut Anno 1352. vt vult Menennius, de ordin. militar. p. 56. S. Martha in Ioanne Rege. Spondanus, Anno 1359. ait, quòd Eduardus eo anno, *habuit in caſtris, centum millia Bellatorum, & quòd traiecit in Galliam cum vndecies centenis nauibus.*

EDVARDVS REX CATHOLICVS.

4. Romano-Catholica huius inuictiſſimi Regis religio, manifeſtiſſima eſt; primò,

primò, ex literis ipſius ad ſummos Pontifices, & ipſorum ad illum. Walſingamus, Anno 1336. p. 139. refert Epiſtolam eius ad Benedictum XII. Papam, in quâ ita ſcribit Rex, *Non igitur apud veſtræ viſcera miſericordiæ & ſanctitatis, locum inueniat detrahentium informatio æmula, vel ſiniſtra, facta de filio, qui ſuorum hæreditario iure maiorum, in veſtra & Apoſtolicæ ſedis gratia & obedientia, ſemper inconcuſſe perſiſtet. Imò ſi quæuis de filio taliter facta ſuggeſtio pulſauerit, Beatitudinis forſan aures, non priùs à veſtra dignatione ſancta, credulitas illi detur, quàm auditus ſit filius, qui tangitur, qui confidit, & indeſinenter intendit ante ſanctitatis veſtræ iudicium, omni præſidens creaturæ, (quod negare, hæreſin eſt probare) iuſtam dicere, vel iuſtam facere quamlibet cauſam ſuam. Illud demum dicimus ad veſtræ intentionis, maiorisque deuotionis euidentiam ſubiungentes, quòd ſi ſit aliquis de nobis fœdere naturæ coniunctus, nobiſque ad noſtram defenſionem adiunctus, qui per viam Apoſtolicæ obedientiæ ſedis veſtræ non ambulet, ſicut debet, dare intendimus, (quàm non parum vtiliter dare poſſe fidimus) operam indefeſſam, vt omnium demiſſo deuio, ad viam obedientiæ redeat.* Ac cum queſtus eſſet Rex, quòd Pontifex iuuiſſet Regem Galliæ, hoſtem ſuum ex redditibus Eccleſiaſticis, ſubdit. *Certè, Reges Angliæ, noſtros Prædeceſſores, illuſtres Chriſti pugiles, fidei Athletas, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ iuris amantiſſimos zelatores, eiuſque mandatorum deuotiſſimos ſeruatores, vt nos etiam, nec ſcimus, nec credimus meruiſſe.* Item, *conſtanter aſſerimus, quòd ſumus, & perſeueranter erimus, veſtræ ſanctitatis, veſtræ ſedis deuotus & humilis filius. — Hunc autem noſtræ iuſtitiæ, & contra nos iniuriæ ſic multiplicatæ proceſſum, præeminentiam veſtri ſancti culminis inſinuamus, vt veſtra ſumma ſanctaque menſura boni, & æqui, cuius adeò ſibi competit dare claues, aperire & claudere in terra poſitas portas cæli, prout exigit plenitudo ſuæ poteſtatis, & præcellentia ſuæ ſori, quantum fuerit rationis, fauere debeat noſtro iuri, parati ſemper, ne dum veſtro ſancto cunctis præſidente, iudicio, imò à quolibet alio de veritate contrarij, ſi quis eam nouerit, humiliter informari.* Hæc Rex Eduardus ad Pontificem Gallum, in Gallijs agentem, & Regi Galliæ contra ſe fauentem, in ipſo bellorum fremitu. In quibus, primò profitetur, hæreditarium ſibi fuiſſe, à ſuis Prædeceſſoribus, Regibus Angliæ, in 1.
Apoſtolicæ ſedis obedientia, inconcuſsè perſiſtere, ſeque ſemper inconcuſsè perſtiturum. Secundò, Reges Angliæ ac ſeipſum fuiſſe amantiſſimos zelatores, 2.
S. Romanæ Eccleſiæ, eiuſque mandatorum deuotiſſimos obſeruatores. Tertiò, quòd iudicium Pontificis cunctis præſidet, & quòd ſit probare hæreſin, ne- 3.
gare iudicium Pontificis omni humanæ creaturæ præſidere. Demum promittit, 4.
quòd ſi quis ſuorum, vel ſanguine coniunctiſſimorum, vel maximè neceſſariorum, ab obedientiâ Romanæ ſedis diſcederet, ſe daturum operam indefeſſam, vt ad illius obſequium reducatur. Proh! quando putaſſet aliquem ſuorum ſucceſſorum condemnaturum Primatum Pontificis tanquam crimen læſę Regiæ Maieſtatis! prout fecit Henricus octauus, & eius ſucceſſores.

5. Atque ei reſpondet idem Benedictus Pontifex apud eundem Walſingamum, ibid. p. 140. *Benedictus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto filio Eduardo Regi Angliæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum te, fili chariſſime, clàra imitari veſtigia Progenitorum Regum Angliæ, qui erga Deum, & ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, velut peculiares eius alumni & deuoti filij plenitudine deuotionis & fidei claruerunt, ſuique ſplendorem proſapiæ à quauis obfuſcatione nubili contagij præſentarint, ob paternæ charitatis & dilectionis affectum, quo te ſtatumque tuum proſequimur, noſtras tuæ celſitudini literas direxiſſe meminimus.* En! quàm illuſtre teſtimonium integerrimæ fidei ac pietatis erga Deum & ſedem Apoſtolicam, Angliæ Regibus, Benedictus perhibeat. Et in alijs [f] literis ad eundem Regem apud Wadingum, tom. 3. Annalium, Anno 1335. ait, quòd *in eo, ſplendor longè lateque radiat fidei orthodoxæ.* Eumque vocat; *ſtrenuiſſimum Chriſti, eiuſdemque fidei Pugilem.* Cui ſimile teſtimonium etiam perhibet Gregorius Papa vndecimus, in literis ad eundem Eduardum apud Walſingamum, Anno 1378. p. 204. vbi inquit, *Tui Progenitores in lite, Catholicæ fidei ſemper conſueuerunt eſſe præcipui zelatores.* Alias etiam literas eiuſdem Regis, ad prędictum Pontificem Benedictum, refert Walſingamus, Anno dicto 1336. p. 145. in quibus ita ſcribit. *Supplicamus veſtræ clementiæ toto corde, quatenus veſtras iuſtitiam & intentionem in veritate fundatas, velitis*

[f] *Vide literas Eduard. apud Bzouium An. 1378. & apud Chapvil tom 3. de Epiſc Leodienſibus.*

ſi placet, debitè ponderare, noſque vos, & S. Romana Eccleſia in omnium deuotionis plenitudine, & ſolidæ dilectionis & fauoris gratiâ incidenter conſonere, de nobis vt dilectiſsimo filio ſentientes. Nam teſtis eſt nobis conſcientiarum Dominus Deus, quòd honores & libertates Eccleſiaſticas extollere cupimus, & tueri. Anno 1294. Epiſcopus Dunelmenſis apud Knighton, l. 3. c. 7. nomine Regis ita loquitur ad Cardinales Legatos. *Reſpondet vobis Dominus Rex, ſic: Quòd ratione & reuerentia Romanæ Eccleſiæ, quæ totius Orbis caput eſt & magiſtra, &c.* Anno etiam, [g] 1343. ſcribit ad Clementem ſextum Papam, quando, licet offenſus, quod Pontifex prouentus beneficiorum Anglicorum exteris contuliſſet, tamen eum vocat; *Vniuerſalis Eccleſiæ ſummum Pontificem.* Offert deuota pedum oſcula deuotorum; profitetur eum conſtitutum in ſpecula celſitudinis Apoſtolicæ, & eſſe ſucceſſorem Principis Apoſtolorum; & quod plenitudine deuotionis, domus ſua Regia, & Clerus ac populus Angliæ perſtiterunt in obedientiâ ſedis Apoſtolicæ. — Ac tandem: *Nos, & noſtri perſonam veſtram ſanctiſsimam, & ſanctam Romanam Eccleſiam revereri cupimus vt debemus.* Cui reſcribens idem Pontifex ibid. p. 163. *Attenta deuotione ſincera, quam ad Dominum, & ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, matrem tuam gerere dignoſceris, ſicut claræ memoriæ Progenitores tui Reges Angliæ geſſerunt, dum in humanis agerent.* Foxus etiam in Actis ſuis, p. 356. refert alias [h] literas eius ad Clementem ſextum, in quibus Rex agnoſcit *eum ſupplere vices filij Dei in terris, ac regere omnes Fideles.* Et p. 352. refert literas Optimatum Angliæ ad eundem Pontificem, in quibus eum vocant, *Summum Pontificem Vniuerſalis Eccleſiæ, ac caput Vniuerſalis Eccleſiæ; per quod, Vniuerſalis Eccleſia, ac populus Dei, tanquam per ſolis radios debeat illuminari,* offeruntque *deuota ſanctorum pedum oſcula, cum omni huiuſmodi reuerentia ac ſubmiſsione.* Demum Wadingus, tom. 4. Anno 1355. refert literas Innocentij ſexti, in quibus huius Regis *laudabile propoſitum, & commendabilem zelum quem ad Deum, & ad Eccleſiam habere dignoſcitur, plurimum in Domino commendat.*

Rom. Eccleſia caput & mater totius orbis.

g Vualſing. An. 1343. Parker in Arch n. 53. Illyricus l. 16 teſt.

h Harpſf. ſæc. 14. c. 5.

6. Deinde ex factis Eduardi Regis, Catholica eius Religio teſtatiſſima eſt. Nam (vt refert Froſſardus, l. 1. c. 128. ac Spondanus, Anno 1346.) *Manè ante pugnam Creſciacenſem, Eduardus Rex, ac Princeps Walliæ, filius ipſius, Miſſam audiebant, ac ſacroſanctam communionem perceperunt, ac plerique milites ſui, peccata ſua confitebantur.* Weſtmonaſterij obtulit caput S. Benedicti, vt refert Walſingam, Anno 1355. ac veſtes in quibus S. [i] Petrus celebrauit, vt idem refert, Anno 1362. *Ac propè Weſtmonaſterium,* [k] *Canonicorum Collegium S. Stephano ſacrum, Regia magnificentia, & ampliſsimis poſſeſsionibus conſtruxit,* vt teſtatur Camdenus, in ſua Britan. p. 379. al. 310. & (vt addit ibidem, p. 668.) *Ædes Regias* (Oxonij) *in Conuentum Carmelitarum conuertit.* Prætereà (vt tradit Stous, Anno 1377. *Fundauit Eaſtmonaſterium, vulgo dictum; Nouam Abbatiam, iuxta turrim Londinenſem, vbi poſuit monachos Ciſtertienſes ob honorem Dei ac Beatæ Virginis, iuxta votum, quod in mari fecerat, cùm in graui periculo verſaretur. Extruxit etiam Abbatiam Dertfordiæ. Fundauit Aulam Regiam Cantabrigiæ, pro pauperibus ſcholaſticis, ac Hoſpitale Caleti, pro egenis.* Quibus omnibus, Baleus, Cent. 11. c. 41. addit. [m] *Alnerto ienſe Collegium, pro Carmelitis.* Atque inter leges Ordinis Garterij à ſe inſtituti, hanc eſſe voluit. [n] *Hæreſis legitimè probata, præcipuum impedimentum eſto accedendi ad hunc ordinem.* Polidorus, l. 19. *Rex veſtitu incognito in Gallias profectus, illic nonnullas ædes ſacras voti nomine viſendi cauſa, aliquot dies peregrinatus eſt.* Bzouius, Anno 1333. refert ex Walſingamo, quòd *propoſuerit ire in terram ſanctam proprijs ſumptibus.* Confeſſor etiam eius erat [o] Thomas Bradwardinus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, quem Proteſtantes infra, l. 7. fatebuntur Papiſtam fuiſſe, atque (vt refert Polidorus, l. 19.) Huius Regis tempore, *duo Franciſcani Ordinis Pſeudomonachi, Londini igne necantur, quòd de religione malè ſentirent.* Quos Baleus, Cent. 5. c. 74. ait, *necatos fuiſſe, quòd de Papiſmo malè ſentirent.* Ac Cent. 6. c. 20 ait. *Eius tempore, quidam Londini concremabantur ob læſam, vt dicunt, religionem.* Eiuſque tempore, omnia publica Regis, regnique munia, à Clericis adminiſtrata ſunt, vti refert Parkerus, in vitis Archiepiſcoporum, n. 66. Stous, Anno 1365. & alij. Leges etiam nonnullas tulit in fauorem Cleri, quas refert Parkerus in vitis Archiepiſcoporum, n. 52. Denique (vt tradit Walſingamus, Anno 1377. ac Harpesfeildus,

i Harpſf ſæc 14. c. 11 Bzouius An. 1362.

k Harpſf. ſæc. 14 c 14. Stous An. 1353. Weuer p 449 463.

l Weuer. p. 426.

m Harpſf ſæc 14. c 31.

n Harpſf ſæc. 14 c 4. Hariſon. l. 2. c. 5.

o Parker. in Arch n 54.

Rex comburit hæreticos.

ſæc. 14.

ſæc. 14. c. 4.) Hic fuit Catholicus obitus huius bellicoſiſſimi Principis. *Rex cum reuerentia ſumma, illam* (Crucem) *accipiens, deoſculabatur deuotiſſimè, nunc manum, vt poterat, in ſignum optandæ veniæ protendendo, nunc verò de ſuis oculis lachrimas vberes emittendo, & pedes imaginis frequentiſſimè oſculando: tandem, cùm ad nutum preſbyteri, motibus & ſignis, quibus potuit petiiſſet, primò & principaliter, de peccatis à Deo remiſſionem, & ſecundariè à cunctis creaturis, quas ſcienter, vel ignoranter offenderat ſpiritum exhalauit.* Eumque, Gregorius Papa vndecimus, apud eundem Walſingamum, in literis datis poſt eius mortem, Anno 1378. *ac auos eius, vocat Catholicos Principes, & Pugiles fidei.* Ac Regnum Angliæ, *Glorioſum, potentia, & copia facultatum, ſed glorioſius pietate fidei rutilante.*

Rex Eduardus laudatur à Greg. 11.

7. Quanque Catholica fuerint in Anglia tempora ſub hoc Rege, & aliena à Proteſtantiſmo, agnoſcunt ipſi proteſtantes. Nam ita Foxus in Actis ſuis, p. 390. *Hoc, extra omnem controuerſiam eſt, quòd quo tempore, totus orbis erat ſub deſperatiſſima, ac viliſſima conditione, & quòd lamentabilis ignorantia, ac cæcitas verbi Dei totum orbem obumbrauerat, hic vir* (Wiclefus) *prodijt tanquam Pugil fortis.* Et p. 391. *Nulla erat mentio gratuitæ iuſtificationis* (Proteſtanticæ) *libertatis Chriſtianæ, in qua ſita eſt ſumma noſtræ profeſſionis.* Ibidem, *in hac profunda ignorantia, cùm nulla propemodum ſcintilla relicta purioris doctrinæ videbatur, exortus eſt Vviclef; in quo voluit Dominus mundum expergefacere, plus nimio humanarum ſuperſtitionum ſomnijs ſepultum.* Eademque repetit Baleus, Centur. 6. c. 25. qui etiam ibid. c. 1. ait, *Deus ſuſcitauit Vviclefum, in medijs errorum tenebris —— vnus & primus extitit, poſt Satanæ ſolutionem, qui in caliginoſo illo ſæculo, veritatis attulit lucem.* Ac Cent. 3. c. 31. *Eo tempore, non ſolùm Britannia ipſa, ſed & tota ſimul Europa, imò vniuerſus ferè mundus, Papæ Paganiſmo corrumpebatur.* Similia habet, c. 28. 85. 92. & Cent. 6. c. 8. & 69. Simpſon etiam in ſuo Chron. Cent. 14. *In hoc deſperatiſſimo tempore, cùm ſtatus religionis prorſus corruptus eſſet, ac ſolum nomen Chriſti ſupereſſet apud Chriſtianos, eius vera ac viua doctrina penitus incognita, Dominus ſuſcitauit Vviclefum.* Godvvin. in Archiepiſcopis Cantuarienſibus, n. 55. *Vviclefus reformationis viam inter primos & perſpexit & ingreſſus eſt.*

Nulla mentio iuſtificationis Prot.

8. At dicet aliquis, Anno 1343. Eduardus vetuit prouiſiones beneficiorum in Anglia procurari à Pontifice. Reſpondeo, hoc eum feciſſe, partim, ex Pontificis neglectu erga ipſum: partim, ex abuſu in eis conferendis. Nam (vt tradunt Albertus, Argentinenſis in Chronico, Nauclerus Generat. 46. Spondanus, ac Bzouius, Anno 1351. & alij) cum Clemens Sextus, ad petitionem Ioannis Regis Galliæ, hoſtis ſui, duodecim creaſſet Cardinales, rogatus ab Eduardo, ne vnum voluit creare. Et (vt ſcribit [p] Harpesfeldus, ſæc. 14. c. 4.) *Clemens, & alij Romani, hoc ſæculo, Pontifices, Anglicanas Eccleſias valde premere credebantur, cùm non ſolùm primos fructus omnium ſacerdotiorum vacantium, ſæpè ſibi decerperent, exteris ſacerdotia, Præbendas, Cœnobiorum præfecturas, Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus donarent; ſed & ijs ſæpè donarent, qui non ſolùm pietate & doctrina, quæ tantis muneribus reſponderent, deſtituerentur, ſed & ſuis ſemper functionibus abeſſent. Conceſſeratque Clemens Sextus,* [q] *duobus Cardinalibus, ſupra decem millia marcarum annuatim, ex redditibus Angliæ redigenda. Id Regi & Regni Proceribus, populoque, oppidò quàm diſplicuit.* Et in hiſtoria Wicleſiana, c. 1. *Romanus Pontifex, propter exactiones, quodque ad ſe ſacerdotiorum in Anglia collationem traheret, Regi & populo inuiſior factus eſt.* Vnde ita Rex ſcribit ad Clementem Sextum apud Walſingamum, Anno 1343. *Per impoſitiones & prouiſiones ſedis Apoſtolicæ, quæ ſolito grauiùs inualeſcunt, ipſius* (Eccleſiæ Anglicanæ) *peculium contra piam voluntatem & ordinationem donatorum, manus occupant indignorum, & præſertim exterorum, & eius dignitates & beneficia conferuntur pinguia perſonis alienigenis, plerúmque nobis ſuſpectis, qui non reſident in, dictis beneficijs, & vultus commiſſorum eis pecorum, non agnoſcunt —— ius Patronatus, quod nos & fideles noſtri in talibus obtinemus beneficijs, eneruatur, &c.* Ex quibus verbis liquet, Regem non ipſas Prouiſiones Papales, ſed earum [r] abuſum improbaſſe. Imò (vt fatetur Godvvin. in Archiepiſcopis Eboracenſibus, n. 23.) *Eduardo non erat in animo, Papæ omnem authoritatem in hoc negotio* (electionis Epiſcoporum) *abrogare.* Idque facto palam teſtatus eſt: Nam tum [s] ipſe, tum ſucceſſo-

Quare Eduard. vetuit prouiſiones beneficiorum à Papa Vid. Litteras Archiepiſ. ad Papam in Vvalſin. An. 1380.

[p] Vide eum ſæc. 13. c. 3. 23. ſæc. 14. c. 8. & 9. ſæc. 13. c. 5. Pariſ. An. 1240. 1244. 1245. & ſeq. Vveſtm. An. 1245.

[q] Vvalſing. An. 1343.

[r] Vide Vvalſing. An. 1319. p. 110.

[s] Harpeſ. ſæc. 14. c. 8. Vvalſ.

res eius omnes, vſque ad Henricum octauum, admiſerunt Epiſcopos per prouiſionem Pontificum creatos: adeo vt Godwin. in Epiſcopis Wintonienſibus, n. 33. ita ſcribat. *Pontificum Roman. tyrannis eo vſque his temporibus* (Henrici quarti) *proceſſerat, vt Epiſcopatus non ſolùm conferrent, ſed etiam pro libito quibuſcunque auferrent.* Et Knighton Anno 1349. refert, quòd cum Papa miſiſſet nuntios, *ne impediret aut impediri permitteret promotos à Curia Romana per Bullas, acceptare beneficia ſibi incumbentia; reſponſum eſt, quod Rex benè acceptaret prouiſos clericos qui eſſent bonæ conditionis, & qui digni eſſent promoueri, & alios non.* Et (vt ſcribit Parkerus, in Archiepiſcopis Cantuarienſibus, n 53.) *Rex ipſe, in Secretarij ſui gratiam, primus à propoſito, in quo ſe contra Papam cum Proceribus ſtaturum promiſiſſet, receſſit.* Imò Ciaconius, in vita Clementis Sexti, ait: *Cùm exitiabili inter Francos & Anglos conſerta pugnâ, Ioannes Francorum Rex cum Philippo, ab Anglorum Principe Eduardo captus eſſet, Pontifex Francis opem laturus, Crucem contra Anglos prædicari iuſſit; Cruceſignatorum Legatus, & caput deſignatus eſt hic Cardinalis Petrus Bertrandi.* Hoc ſi verum ſit, mirum eſt, Regem nihil grauius contra talem Pontificem ſtatuiſſe. Adde etiam, quod Walſingamus, Anno 1374. ſcribit. *Circa principium Menſis Augusti, fuit tranſactum apud* [t] *Bruges, ſuper diuerſis articulis inter Papam & Regem Anglorum pendentibus. Tandem concordatum eſt inter eos, quòd Papa de cætero reſeruationibus beneficiorum minimè vteretur, & quòd Rex beneficia per literas; quare impedit, non conferret.* At de Richardo Rege, ita ſcribit idem Walſingamus, Anno 1391. [*] *Rex noſter, vt filius obedientiæ, auditis præmiſſis* (verbis Nuntij Papæ) *& conceptis ſenſibiliter, ſubuenire decreuit, & parere ſingulis, quo expediebant maximè vel licebant.* Item, *inceptum eſt Parlamentum Londonij, in quo tractatum eſt, de Papali negotio, quoad ſtatutum nuper editum contra prouiſores: & quanquam Rex ipſe & Dux Lancaſtriæ viderentur Papæ deferre, tamen milites Parlamentares nullo modo conſentire voluerunt, vt liceret Romipetis impunè acquirere ibi beneficia, ſicut priùs.* Idem habet Parkerus in vita Arundelij Archiepiſcopi, Spondanus, Anno 1391. & alij. His adde, quòd Harpesfeldus, ſæc. 15. c. 7. ſcribit, quod *Henricus quartus, & filius eius* (duo Catholiciſſimi Reges) *vetera quædam, contra prouiſiones, decreta renouarunt.* Ibid. c. 9. *Regem Arundelius Cantuar. obteſtatus eſt vt prouiſiones abrogaret.* Accedit, quòd Eduardus noluit minuere poteſtatem ipſius Pontificis in conferendis beneficijs, ſed ſolummodò libertatem Anglorum in eis procurandis à Pontifice: ſic enim ſe habet lex apud Parkerum in Archiepiſcopis Cantuarienſibus, n. 61. *Si quis impetret aut perſequatur, ſeu impetrare vel perſequi procuret, in Curia Romana, ſeu alibi, aliquas eiuſmodi tranſactiones, proceſſus, & ſententias Excommunicationum, Bullas, inſtrumenta, vel aliam rem quamcunque, quæ Regem tangat, contra eum, eius* [u] *Regalem dignitatem, vel Regnum.* Ex quibus verbis legis, & factis etiam Eduardi, ac ſucceſſorum eius, admittentium prouiſiones factas ab ipſo Pontifice, liquet noluiſſe reſtringere authoritatem ipſius Pontificis in conferendis beneficijs in Anglia, ſed ſolummodò licentiam Anglorum indignorum, & indignis modis ea procurantium ſeu ambientium à Pontificè: neque hanc etiam, niſi in rebus, quæ *Regem, eiuſque dignitatem, aut Regnum tangebant.*

9. Atque hinc elucet mens eius, & ſucceſſoris ſui, in alia lege. *Ne quis cauſas, niſi per* [x] *Appellationem ad Romanum Pontificem deferret.* vti refert Polidorus, l. 19. Genebrardus, Anno 1360. & alij. Non enim vetuit Pontifici, euocare ad ſe cauſas ex Anglia, aut appellationes Anglorum admittere (in quo ſaluus manet eius Primatus) ſed tantum vetuit Anglis deferre cauſas ad Pontificem, niſi per appellationem. Et quidem ſi admiſit appellationem ad Pontificem ex Anglia, eo ipſo admiſit eius iuriſdictionem in Anglia, cum certū ſit appellationem non fieri niſi ad ſuperiorem, vt etiam ipſi [y] Proteſtantes agnoſcunt: Concilium autem Meleuitanum, Can. 22. Vlteriùs proceſſit, nam prohibuit ipſas appellationes Clericorum ad Romanum Pontificem, nec tamen negauit Primatum ipſius. Prætereà, hæc prohibitio non fiebat niſi in cauſis, *quæ ad Regis Tribunal ſpectarent*, vt teſtatur Harpesfeild, ſæc. 14. c 5. & conſtat ex verbis legis citatis, vel (vt aſſerit Stapletonus, l. contra Horniſlatum, c. 34. *Non erat vetitū ne appellaretur ad ſedem Apoſtolicam ob vllam cauſam, ſed ne ob* [z] *quamuis cauſam.*

Addo

ſingam An. 1366. 1369. 1371. 1388. 1389. Bzou. An. 1389. 1398. 1443. 1414. Parkerum Archiep. n. 61. 42. 63. 60. Godwin. in Archiep. n. 56. 57. 58. 59. 60. 61. Impreſ. Romæ An. 1630. Knighton An. 1357.

[t] *Harpeſf. ſæc 14. c. 5.*

[*] *Bzouius An. 1391. Spondanus An. 1391.*

[u] *Harpeſf. ſæc. 14. c. 5. & 8.*

[x] *Holinshed An. 1374. Rex reſtringit Anglos, non Papam.*

[y] *Caluin. 4. Inſt. c. 7. Whit. Cont. 4. q. 4. c. 2. Pontifices docent grauiores cauſas ad iudicium ſedis Apoſtolicæ pertinere. Bellarm. l. 3. de verbo Dei c. 7.*

[z] *Polidor. lib. 20. Boſſius l. 20. c. 6. Baron. Ctt. 6. c. 18.*

Addo etiam ex eodem Stapletono, Controu. 3. q. 7. *Ius appellationis patitur multas exceptiones & caſus, in quibus appellare non licet, ſaluo tamen ipſo iure appellandi.* Et quòd *multis perſonis ius appellationis negari poteſt, ſaluo tamen ipſo iure appellandi ſimpliciter: ſic olim in Anglia, dum Catholica eſſet, & nunc in Francia per pragmaticam ſanctionem, Laicis perſonis, & Clero inferiori, ius appellandi Romam ſublatum eſt, ſuiſque Ordinarijs iudicibus, niſi in cauſis quibuſdam, tales committuntur.* Item, *etiamſi, nec Clericis, nec Epiſcopis ad Romanum Pontificem appellandi ius daretur, ſed per cuiuſque Prouinciæ Primates, aut Epiſcoporum Concilia terminari, omnes cauſæ etiam grauiſſimæ deberent, ſaluum tamen nihilominus Romanæ ſedis Primatum eſſe poſſe.* Et ibidem; *appellationes ſupremæ, non fiunt, niſi in caſu, videlicet, aut neceſſitatis, aut grauitatis rei.* Bellarminus etiam, l. 2. de Romano Pontifice, c. 23. ait: *S. Ciprianum agrè tuliſſe appellationes eorum, qui de manifeſtiſſimis criminibus conuicti & iudicati fuerant.* Et c. 24. *Præcipuè, propter Romanam Eccleſiam, Africani* (Patres) *Statuerunt, vt non liceret appellare vltrà mare.* Item, *Concilium Sardicenſe quod voluit Epiſcopos poſſe appellare ad Pontificem, voluit cauſas presbyterorum, & minorum Clericorum terminari, apud vicinos Epiſcopos.* Item, *Auguſtinus ſcribit in Epiſtola 162. licere Epiſcopis Africanis, appellare vltrà mare: Clericis minoribus, non licere.* Et c. 25. *Africani ſcripſerunt Celeſtino, vt non facile admitteret appellantes ex Africa.* Item, *Reſpondemus, iure quidem diuino, ad ſummum Pontificem appellari ſemper potuiſſe, tamen an expediret ea poteſtate vti & omnibus in locis, non ſine cauſa dubitatum eſſe —— S. Ciprianus, non ſemel conqueritur de ijs, qui ſemel legitimè iudicati & damnati, Romam ad Pontificem prouocabant. S. Bernardus multa enumerat incommoda quæ ex nimia frequentia appellationum oriuntur.* Item, *Africani Patres impedire cupiebant eiuſmodi appellationes, quoniam exiſtimabant eas Eccleſiæ ſuæ non * expedire, tametſi non ignorarent, neque negarent, eas abſolutè impedire non poſſe.* Idemque ſentiendum eſt de Catholicis Regibus, Eduardo, & Richardo eius ſucceſſore, qui legem ab Eduardo latam confirmauit. Cardinalis Peronius, in Replica ad Regem Angliæ, c. 52. ait: *Veteres Galli, ſæpè in quæſtionem vocarunt appellationes de Gallia Romam in cauſis minoribus, & perſonalibus, abſque eo, quod in quæſtionem vocarent, aut euocationem, aut ſuperioritatem — Atque hodie, quoad appellationes de cauſis minoribus, & perſonalibus, nec cauſæ, nec perſonæ Eccleſiaſticæ Gallorum, Romam eunt, vt iudicentur.* Quare non rectè Boſſius, l. 20. de ſignis Eccleſiæ, ſigno 89. c. 8. hos duos Reges inſimulat Schiſmatis, cùm nec deſciuerint à communione Pontificis, in quo ſitum eſt ſchiſma, nec aliud fecerint (imo multo minus) quàm quod, Catholici Patres Africani fecerant, nec poteſtatem Pontificis minuerint, ſed tantùm licentiam ſuorum ſubditorum cohibuerint. Perperam etiam Polidorus, l. 20. & poſt eum Gordonus, Anno 1391. ſcribunt: [a] *Regi pariter ac Principibus viſum eſt, è Republica ſua Anglicana fore, ſi pars aliqua imperij Romani Pontificis, Oceano terminaretur, nulla vt deinceps Pontificis, in Angliam execrandi ſeu excommunicandi poteſtas foret.* Non enim voluit Rex partem aliquam imperij Pontificis Romani, Oceano terminari, magis quàm voluerunt Patres Africani partem imperij eius, mari Mediterraneo terminari, imò multo minus, cum Patres Africani voluerint omnino prohiberi *appellationes* ex Africa ad Pontificem, quas Reges Angliæ (vt vidimus) admiſerunt, ac duntaxat prohibuerint Anglorum *procurationes* à Pontifice, idque in rebus, quæ ad ipſorum tribunalia ſpectabant: Neque magis quam [b] Carolus 7. Rex Galliæ, qui pragmaticam legem ſanciuit, terminari Alpibus: ſed cupiebant impedire Procurationes Anglorum à Pontifice, & in rebus ad ſua tribunalia ſpectantibus, idque quia (vt aſſerit Bellarminus de Patribus Africanis) eiuſmodi Procurationes Reipublicæ ſuæ cenſuerunt non expedire. Addo etiam, quod Spondanus, Anno 1268. n. 9. refert, quòd S. Ludouicus Rex Galliæ, *condidit Pragmaticam, qua prohibentur graues exactiones Curiæ Romanæ, niſi pro vrgente cauſa, & conſenſu Regis.* Et quod Sotus l. 5. de iure & iuſtitia, q. 6 art. 3. dicat. *Inſtitutiones* (Monachorum de non appellando) *Pontifices confirmant, non quod per hoc ipſis ſummis Pontificibus obedientiæ quippiam ſit ademptum, verùm quod ſic conſultum eſt religioni Monachali.* Item, *Reſpondeo, per quam ſanctè è religionibus abigi appellandi vſum.* Ioannes etiam Peccamus Archiepiſco-

Vide Staplet. in retorſione Mendaciorum, fol. 17.

Appellatio ſuprema, quando facienda.

Vide Epiſt. 55.

Presbiteri vetiti appellare.

Vide Boſſium l. 24. c. 1. vt excuſet Africanos.

** 1. Cor. 6. omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*

a Harpſf. ſæc. 14 c. 8. vocat hoc commentitium, & liquido falſum.

b Spondan. An 1439. Gord An 1438. Gualter. ſæc. 15. Baronius An 1461. Vide S. Ber. de Conſid. l. 3. c. 2. Cop Dial. c 18.

Baronius An. 1468. Monachis admiſſiunt appellationes.

pus Cantuarienſis, Romanæ ſedi addictiſſimus, apud Wadingum, tom. 2. Annalium Minorum, Anno 1279. n. 22. in literis ad Nicolaum Pontificem tertium ſcribit, quòd *Admiſſio iniuſtarum appellationum, potiſſima cauſa fuit, quòd Græca Eccleſia à Romana deſciuerit, quin & defectionem illam cuius meminit Apoſtolus, ex hac inter alias cauſas, olim manaturam.* Idipſum habet Harpesfeild, ſæc 13. c. 8. Demum Edmerus, l. 3. p. 73. ait *Romanorum Conſilio, Papa (Paſcalis) nonnullos paternos vſus, Regi* (Henrico primo) *conceſſit.* Et l. 5. p. 125. *Rex* (Henricus primus) *à Papa* (Calixto) *impetrauit, vt omnes conſuetudines, quas* c *Pater ſuus in Anglia habuerat, etiam in Normania ſibi concederet.* Conſuetudines autẽ d Patris eius, multo magis minuunt authoritatem Pontificis, quàm Statuta Eduardi aut Richardi Regum, vt videre eſt, apud eundem Edmerum, l. 1. p. 6. Imò ipſe Henricus primus, vt ſcribit Paſchalis Papa ad eum, apud * Edmerum, l. 5. p. 115. *Oppreſſis, Apoſtolicæ ſedis appellationem ſubtrahebat.* Et vt ſcribit Huntingtonus, l. 8. p. 395. *In Anglia appellationes in e vſu non erant, donec eas Henricus Vvintonienſis, dum Legatus eſſet, intruſit.* Quod factum eſt, Anno Domini 1151. cum tamen Angli non minus Catholici fuerint tunc, quàm poſtea. His adde, quòd Henricus tertius, proauus huius Eduardi, apud Pariſium in Addimentis, p. 195. aſſerat, ſubditos ſuos, *trahi in cauſam extra regnum ſuum, eſſe contra indulgentiam ſibi ab Apoſtolica ſede conceſſam.* Ex quibus omnibus patet rectè dixiſſe f Harpesfeildum, quod ſit *commentitium, & liquido falſum, vt putidum ſit refutare*, quòd prædicti Reges Angliæ voluerint, imperium Pontificis Oceano terminari, aut quod ait Boſſius vix poſſent à ſchiſmate purgari.

10. Difficilius excuſari poteſt negligentia huius Regis in ſupprimendo Wicelfo, qui ſub finem Regni & vitæ eius, nempe Anno 1372. (vt vult Bellarminus in Chronico) aut 1377. (vt ait Walſingamus in Chron. & ypodigmate, & g alij) primus omnium Anglorum, impugnare cœpit fidem Catholicam. Cæterum hæc Regis negligentia, non oriebatur ex approbatione vlla hæreſum Wiclefi, ſed partim ex animi ſui imbecillitate, quæ, ſub finem vitæ, tanta erat, vt (quod tradidit Walſingamus, Anno 1376.) (*authoritate* h *Ordinum Angliæ, Ordinati ſunt certi Prælati, & Comites, aliique ſapientes, qui gubernarent Regem iam ſenulum, & neceſſaria cunctis aduenientibus reſponſa darent*): partim ex i Ioanne Duce Lancaſtriæ, filio eius, qui vt ſcribit Parkerus in vita Sudburgij, n. 58. *Rege ægroto, regnum penè ſolus adminiſtrabat*, ac graues inimicitias cum quibuſdam Epiſcopis exercens, *ad tempus Vviclefo fauebat.* Vbi autem hæ inimicitiæ ſopitæ fuerunt; *mandauit* (inquit Foxus. in Actis ſuis, p. 400. *Vviclefo, vt ſe ſubmitteret iudicio ac cenſuris ſui Ordinarij.* Et p. 408. Cùm duo famoſi Wicleſiſtæ ad Ducem profugiſſent, *Dux deſeruit inopes & miſeros Clientes ſuos --- interim reiecti à Duce, ac deſtituti eius patrocinio*, &c. Quare falſum eſt, quod ſcribit ipſe Foxus, ibid. p. 395. *Regnante Eduardo, Vviclefus protectus fuit idoneo fauore & auxilio.* Et quod Baleus habet Cent. 6. c. 1. *Eduardo viuente, ſecurus perſtitit.* imò Foxus ipſe, p. 392. fatetur, quòd Simon Archiepiſcopus Cantuarienſis illius temporis, *priuauit Vviclefum beneficio, quod Oxonij habuerat.* Et p. 393. *circa Annum 1376. Simon Sudburius, primus eum depoſuerat ac miſerat, ne vltra in huiuſmodi rebus procederet.* Et Parker in vita eiuſdem Archiepiſcopi, n. 58. *Vviclefum captum & ad ſe adductum, in* k *Ducis Lancaſtriæ præſentia, iuſsit, ne huiuſmodi dogmata deinceps diuulgaret: & Vviclefus aliquando conticuit. --- Quem cum Epiſcopi ſeueriùs caſtigare ex Papæ atque Regis* (Nota) *præcepto voluiſſent, conuenerunt Lambethi, eò Vviclefus adductus eſt.* Et ibidem; *Ioannes Bal* (Sectator Wiclefi) *excommunicatus ab Archiepiſcopo, captus, & carceribus incluſus eſt.* Camden. etiam in ſua Britan. p. 386. al. 461. *Vviclefus, cùm calamum in Pontificiam authoritatem & Romanam Eccleſiam ſtrinxiſſet, grauiſſimè exagitatus erat, dum viueret.* Vnde Bellarminus. l. 3. de Laicis, c. 20. *Vviclefus viua voce, paucißimos peruertit, docuit enim ſolum in Anglia, & ibi penè nullos reliquit ſui erroris hæredes.* Cæterum cuiuſcunque culpa fuerit, quòd confeſtim in Wiclefum ſeuerè animaduerſum non ſit, illud certum eſt, quòd (vt notat Polidorus, l. 19.) *vt* l *Eduardo Regi, ante hac omnia læta atque proſpera fuerunt, qui hominum admiratione in cælo fuerat, ita poſtmodum verſa vice cuncta triſtia euenere.* Quod ex hiſtorijs Anglicanis manifeſtiſſimum eſt. Stous, Anno 1348. 1377. ſcribit, quòd filia eius Ioanna, nupſit Regi Hiſpaniæ.

Vide Vvadingum An 1380. p. 236

c Simeon Dun. An. 1119.
d Malmesb l. 1. Pont. p 109.
* Vide eum l. 5 p 48. Malmesb l. 2. Pont p. 226. Geruaſium col. 1387.
e Geruaſius An. 1151.
f Sæc. 14 c 8

g Parker in Arch n 58. Spedus An 1377. Holinshed An 1377. Gualter. in Chron p. 398.; ait ex Vvaldenſo, quod cepit An. 1380.
h Harpesf. ſæc. 14 c 4
i Parker vbi ſupra Stous An. 1376 Knighton An. 1382.

k Vvalſing. An 1377 Harpesf hiſt Vvicleſi. c. 5. Spedus An 1377. Holinshed An 1377. Vvicleſus pauciſſimos Anglos peruertit.
l Harpesf. ſæc. 14 c. 4.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, regnante Eduardo ſexto, dicto tertio.

1. CLaruit tunc temporis, Vrbanus Papa quintus, vir ſanctus, quem Walſingamus, Anno 1362. aſſerit fuiſſe *patria Anglicum*; a Alij rectius, Gulielmi Griſanti, Angli filium, ſed in Gallia natum. Ciaconus in eius vita, Anno 1364. ita ſcribit. *F. Anglicus, Grimaldi de Griſaco, Papæ fratris filius.* Et in additionibus apponitur, *Papæ frater, non autem fratris filius, Anglicus.* Quod indicat, Papam hunc origine ſaltem Anglum fuiſſe, cum frater eius Anglus fuerit.

2. Weuerus in monumentis, p. 468. tradit b Philippam Reginam, vxorem Eduardi, Regis, fuiſſe fœminam *ſumma pietate*. Idemque tradit author monumentorum, Weſtmonaſterienſium. Ea Collegium, Dictum Reginæ, extruxit c Oxonij. Stous, Anno 1377. Maria Comitiſſa S. Pauli, *fœmina ſiugularis exempli* d *ob pietatem: Aulam Penbrochianam Cantabrigiæ fundauit*; vel (vt loquitur Polidorus, l. 19.) *Erat fœmina nobilis, pia, ſancta*; qui etiam addit, *fuere ea tempeſtate viri longè ſanctiſſimi, multo doctiſſimi, atque fortiſſimi.* Bzouius, Anno 1358. ita refert ex Chronicis Seruorum. *Hac tempora illuſtrarunt duo inſignes viri, alter,* e *Gulielmus Anglicus, Ordinem Seruorum B. Mariæ profeſſus, alter, Ioannes Senenſis, religionis Ieſuatorum inſtitutor. Gulielmus, eximius Concionator, ſanctiſſimis Concionibus plurimos à prauitate auertit, ac non ſine opinione ſanctitatis ex humanis receſſit, relictis doctrinæ ſuæ teſtimonijs ſermonibus, qui Dominicis & Quadrageſimæ diebus inſeruiant.* Somnerus in deſcript. Cantuariæ, p. 290. *Ioannes de Teueth, celebris ob pietatem ac doctrinam: Clar. Anno 1338.* Baleus, Cent. 6. c. 41. *Gulielmus Fleete, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, iuxta profeſſionis ſuæ vocabulum, ſolitudinis amans, magnum eo obtinuit ſanctitatis nomen. Cùm audiuiſſet ex Italia, nouam ibi in quibuſdam ſui Ordinis cænobijs, fieri reformationem, illuc ſtatim acceſſit, vbi in magna vitæ innocentia, poſteriorem vitæ partem occupauit, vt Ambroſius Coriolanus & Iacobus Bergomenſis in eorum fratrum vitis commemorant. Fuit certè eruditus ac pius, obijtque inter ſui Ordinis Reformatos in Italia, inter eorum ſanctos, Sabellico teſte, relatus.* Idem Baleus, Cent. 5. c. 80. *Richardus Rolle, aliàs de Hampole, vir quidem pius & doctus, vna cum religione literas aſſiduè colleret, vnde non leuem ſibi gloriam comparauit. —— Relicto tandem vt fertur Theologici Doctoratus faſtigio, Eremiticam vitam deinceps in magna ſimplicitate ſpiritus duxit; obijt: Anno 1349. honorificè ſepultus in Hampolenſi Monialium Cænobio, in ſanctos à Papiſtis relatus ac veneratus.* Hunc Sixtus Senenſis, vocat Richardum Pampolitanum, aitque fuiſſe virum *ſinceræ pietatis & eruditionis.* De eo mentionem fecimus ſub præcedente rege, ſub quo vixit.

a Pliſin. n. 371 Baleus, Cent. 5. c. 9 Godwin. in Catal. Cardinal. Holinshed An. 1377.
b Harpſf. ſæc. 14 c. 4. Polid. l. 19.
c Polidorus l. 19 Camden p. 334.
d Holinshed An. 1375.
e Poſſeuin. in Appar. v. Gulielm.
GVLIELMVS FLEETE.
Richardus Hampol. Piſeus. n. 556.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA, ſub Eduardo ſexto, dicto tertio.

1. GVlielmus Occamus (inquit Bellarminus in ſcriptoribus) *natione Anglus, Scoti diſcipulus, vir doctus, ſed fautor Ludouici quarti nimis ardens.* Poſſeuinus in Apparatu: *acri quidem ingenio.* Wadingus, tom. 3. Annal. Anno 1316. n. 7. *Plura ſcripſit, quæ ad Theologiam ſcholaſticam ſpectant, ſunt acutiſſima, & in ſcholis celeberrima.* Et Anno 1347. ait, *eum petijſſe veniam de ijs quæ ſcripſerat contra Ioannem 22. & à cenſuris abſolutum.* Ibique refert encomia quorundam de Occamo. Scaliger, exercitat. 324. & apud Twinum, l. 3. ſec. 254. *Omnia veterum ingenia, ſub-*

OCCAMVS.
Gordon An. 1147. Piſeus a. 348.

uertit, & noua, ob inuictas & incomprehenſibiles ſubtilitates, fabricauit, atque confirmauit. Eidem Scaliger, exercitat. 65. *ſubtiliſſimus omnium mortalium Occam.* Nicolaus à Ieſu Maria in altari incenſi, p. 201. *Occam, vir ingenioſiſsimus.* Auentinus, l. 6. Boiorum ſcribit, quod *Occamus ſectam Nominalium, penè exploſam, reſtaurauit, vnde & venerabilis inceptor dictus eſt; quòd eius ſepulchrum marmoreum monſtratur Monachij, quòd Lutetia, Erfordia, Ingolſtadium, Vienna, in eius verba iurarunt.* Spondanus, Anno 1328. *Conſtat Occamum, virum fuiſſe doctiſſimum, ac ſubtilem.* Atque Anno 1347. refert ex Trithemio & Clemente ſexto, quod mortuus ſit pœnitens ac abſolutus. Idemque ex Ciaconio refert Herwartus, libro contra Bzo. Wadingus, Anno 1348. n. 61. refert, quòd Volaterranus ſcribat, *Occamum in Hibernia, tanquam ſanctum coli.* Minorita Anglus mihi aſſeruit, quod à ſuis pro ſancto habetur. Illyricus in Catalogo teſtium, p. 18. *Habetur ab ipſis Papiſtis, pro ſancto.* Maior, l. 4. c. 21. ait: *Erat Occam acri ingenio, ſcripſit Dialogos, in quibus multa, ſummum Pontificem, & Imperatorem concernentia tangit, nihil definitiuè ponens, ſed omnia auditorum iudicio relinquens.* De Occamo ita cenſet Camden. in ſua Britan. p. 258. al. 213. *Magnus ille Philoſophus, Nominalium pater.* Foxus in ſuis Actis, p. 342. *Inſignis Theologus.* Baleus, Cent. c. t. *numerat eum inter pios Eccleſiæ Doctores, à Spiritu S. excitatos.* Feildus, l. 3. de Eccleſia, c. 20. *Occamus inſignis ſcholaſticus.* Spedus, in deſcript. Britan. l. 1. c. 6. *Profundus ille Philoſophus, & ad miraculum eruditus.*

HOLCOT. Piſeus. n. 555.

2. Robertus Holcot (vt teſtatur Sixtus Senenſis, l. 4.) *in ſcholaſtica Theologia valde exercitatus, & in ſacris ſcripturis exponendis præſtans.* Gordon, Anno 1344. *Florebat nunc Holcot Anglus.* Baleus, Cent. 5. c. 84. *Tollitur tam multa bonarum literarum notitia, ac naturali in rebus agendis prudentia, vt celebre inter Magiſtros Oxonienſes obtinuerit inde nomen —— Multæ ac infinitæ penè lectionis homo erat, atque ingenii ſolidiſſimi.*

SVINCET. Piſeus, n. 575.

3. Rogerus Swincet, aliàs Suicet dictus, de quo ita; Scaliger, exercitat. 324. *Suiſet, calculator, penè modum exceſſit humani ingenii.* Et exercitat. 340. *Calculatorem tam acutè ſcripſiſſe videmus, vt à paucis plenè ac pro merito intelligatur. Dignus profecto, quem neque ſenium faceret ſenem, neque naturæ lex vita priuaret, niſi meliorem vitam apparaſſet. Hæc libentius ſcribo, quia illi viro maximo multa debeo, plura debiturus, ſi per ingenii mei imbecillitatem licuiſſet.* Baleus, Cent. 6. c. 2. *Oxonii inter Mertonenſes ſophiſtas, tam maximè clarus habebatur, quàm illius ſæculi ratio, vel felicitas quicquam reddere poterat. Apud Ioannem Maiorem. l. 1. c. 5. De geſtis Scotorum: Calculator acutiſsimus dicitur.* Twin. l. 3. Antiq. Oxon. ſec. 252. *Swiceтum, vnà cum Ioanne Duns, Occamo, & [a] Hentiſbero, Hieronimus Cardanus, itemque Scaliger, inter duodecim ſubtilitatis b Magiſtros enumerat. Scaliger hunc Swicetum ſtudiorum ſuorum facile Principem, non veretur agnoſcere humani enim ingenii modum penè omnem exceſſiſſe ſcribit. Dignus, quem neque ſenium ſenem faceret, nec naturæ lex vita priuaret, niſi meliorem vitam apparaſſet.* Trithemius de illuſtr. Carmelitis. *Ioannes Walſingam, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, Philoſophus acutus,* Clar. 1340. ibid. *Ioannes Hornebi, Doctor in ſcripturis ſanctis copioſus & eruditus, ingenio ſubtilis & diſputator quæſtionum acutiſſimus. Clar. 1374.* Et in l. de ſcriptoribus: *Oſbertus, natione Anglicus, vir certè in ſcripturis ſanctis eruditiſſimus, & in ſeculari philoſophia egregiè doctus.* Et ibidem, *Ioannes Eſtuidi, natione Anglicus, vir in ſecularibus literis, omnium ſuo tempore facile doctiſſimus, Philoſophus & Aſtronomus nulli ſecundus: Clar. Anno 1347.*

a Baleus, Cent. 6. c. 83.
b Vide Exercit. 224. 340.

c Gordon. An. 1371. vocat Richardum
* Harpſf. ſæc. 14. c. 33.
d Cenury. Harpſf. ſæc. 14. c. 28. Baleus, Cent. 6. c. 7. Piſeus, n. 587.
e Harpſf. ſæc. 14. c. 33.

4. Wadingus, tom. 3. Anno 1334. n. 26. 27. recenſet complures ſui ordinis celebres Doctores Oxonienſes, Ioannem Wichelſeum, Richardum Couinglanum, Ioannem Rideuallum, Gulielmum Alneuicum, Gulielmum Herbeſum, Martinum Alneuicum, Henricum Caſſeium, Gulielmum c Notingamum, Ioannem Halenſem, & Thomam Eccleſſanum, Robertum Eliphatum, Robertum Cottenum, Anno etiam 1350. n. 17. recitat hos celebriores ſui ordinis Doctores, Ionnem * Guentum, Robertum Leceſtrium, Ioannem Roddington, Radulfum Radiptorium. Et Anno 1355. n. 6. Rogerum de d Chonoe; qui diſputauit cum Armachano pro ſtatu Ordinum Mendicantium, Anno 1356. n. 31. Gulielmum e Bretonum, *qui in omni eruditionis genere peritus euaſit, Poëta, Rhetor, Philoſophus, denique Theologus inſignis. Nam in his ſcientiis floruit,*

vt ſuo

vt ſuo tempore paucos ſibi pares habuerit, & vix quenquam ſuperiorem. Anno 1358. n. 6.
Obijt hoc Anno in Anglia frater Adamus [f] *Wodham, Gulielmi Occami aliquando diſci-* f Baleus;
pulus. Hunc ſuo Magiſtro Occamo æqualem prædicat in eruditione, Ioannes Maior. Pieta- Cent. 5. c.
te & doctrina celebris, ad quem audiendum concurrebant & frequenter externi homines, 98.
& ſeculares, adeoque percrebuit eius fama, vt inter doctiſſimos ſui temporis, abſque iniu-
ria aliorum, reputaretur. Anno 1361. n. 11. & 12. refert Bartholomeum [g] Glan-
uil, Ioannem Wichingam, & Gualterum Wiburnum. Anno 1369. n. 19. in- g Baleus;
quit. *Simon Tunſtedus à Coæuis conſodalibus plurimum laudatur, & ſcientiarum omnium* Cent. 6. c.
peritiſſimus pronunciatur. Anno 1376. n. 10. *Ioannes* [h] *Marcheleius, vir morum pro-* 15.
bitate, & literarum ſcientia conſpicuus. Ioannes Hilton, multiplicis doctrinæ, & religio- h Baleus, Cent. 6. c.
ſæ vitæ meritis præclarus, Maior, l. 4. c. 21. *Adam Godham, vir modeſtus, ſed non in-* 60.
ferioris ingenij aut doctrinæ, quàm Occam.

4. Twinus Antiq. Oxon. l. 2. ſec. 2. *Gualterus Burleius Eduardi tertij præceptor,* BVRLEVS.
longè doctiſſimus, & Theologiæ Doctor profundiſſimus. Baleus, Cent. 5. c. 42. *Bur-* Piſſeus, n. 532.
leus (inquit Lelandus) *ſi quis alius, è numero Scotiſtarum, inter eruditos ponendus, di-*
ſputandi acumine ingenioſiſſimus planè indicatus eſt. Prædictus Baleus, Cent. 5. c. 35. GVALENSIS.
ſic habet. *Thomas Wallеis, aliàs Gualenſis, Theologicus heros, plures ſui temporis Ma-*
giſtros ingenij magnitudine ſuperauit. Fuit nimirum vtraque diſciplina diuina & humana,
non ignobiliter eruditus, ſermonum popularium declamator eximius, atque in ſcholaſticis
digladiationibus concertator acutus. De eodem ita Sixtus Senenſis, l. 4. *In diuinis*
ſcripturis eruditiſſimus, in Gymnaſio Pariſienſi multo tempore Theologiam glorioſè docuit,
multa præclara opuſcula ſcripſit. Huius authoris eſſe creduntur Commentaria in
Geneſin, Iſaiam, Hieremiam, Epiſtolas Canonicas, Apocalipſin, & in Boë-
thium de conſolatione Philoſophica, aſcripta D. Thomæ Aquinati. De eodem
agit Poſſeuinus in Apparatu, ſub nomine Thomæ Anglici, & alij.

5. Godwin. in Archiepiſcopis Eboracenſibus, n. 44. *Ioannes* [i] *Thursby, Theo-* i Baleus;
logus magnus, & vtriuſque iuris peritiſſimus euaſit. Ibid. n. 47. *Robertus* [k] *Walby,* Cent. 6 c. 75.
Auguſtiniani illius doctiſſimi frater, vir ſcientiæ titulo clarus. Eo excellentiæ deuenit, vt k Harpsf.
literatorum primus haberetur, linguarum peritia atque excellentia præſtans. In Epiſco- ſec. 14. c. 31.
pis Dunelmenſibus, n. 22. *Richardus de Bury, ſeu Angeruil in vtraque Philoſophia,* Bal Cent. 6. c. 88.
tam diuina quam humana, magnus euaſit, morum etiam vitæque ſanctimonia celebris. De Wener. p. 481.
eodem ita ſcribit Trithemius, l. de Scriptor. Eccleſ. *Vir in diuinis ſcripturis ſtu-* Harpsf ſec.
dioſiſſimus, & valde eruditus, librorum amator ſingularis & celeberrimus, multis expen- 14. c. 32.
ſis & laboribus in vniuerſitate Oxonienſi inſignem Bibliothecam fundauit. Idem Godwi- ANGERVIL.
nus, in Epiſcopis Exonienſibus, n. 17. *Ioannes Grandiſonus ab ipſo pubertatis æuo,* Bal. Cent.
in bonis literis educatus (*inquit Baleus*) *magnum ſui ſæculi, ſiue religionem quiſquis ſpectet,* 5. c. 69.
ſiue eruditionem, decus fuiſſe dicitur. In Epiſcopis Herefordenſibus, n. 41. *Radul-*
fus de Maidenſton, vir magnæ literaturæ, & in Theologia nominatiſſimus, n. 49. *Ludoui-*
cus Carleton Theologus fuit inſignis, & mathematicarum ſcientiarum valde peritus. In
Epiſcopis Ciceſtrenſibus, n. 20. *Gulielmus Read, Mertonenſe Collegium illuſtrauit,*
partim eruditione ſua inſigni, partim etiam collatis librorum theſauris exædificata nobili
Bibliotheca. In Epiſcopis Landaffenſibus, n. 44. *Ioannes Paſcal, vir fuit doctiſſimus,*
& ob Concionum tam aſſiduitatem, quàm elegantiam, celeberrimus. In Epiſcopis Ban-
gorenſibus, n. 21. *Ioannes Swaffam, Theologus magnus, propter crebra cum wicleſiſtis*
certamina, Epiſcopus Bangorenſis à Gregorio XI. Papa declaratus. Hæc Proteſtans iſte
de quibuſdam doctis Epiſcopis huius temporis.

6. De alijs viris doctis, ita prædictus Baleus, Cent. 5. c. 100. *Willielmus de*
Pagula, ingentem ſibi planè à literis gloriam inter ſui temporis alumnos comparauit. Cent.
6. c. 10. *Ioannes Killingworth, philoſophus, aſtronomus, & medicus inſignis, in Mathe-*
ſeos ſtudio, ſuo ſæculo, palmam facilè adeptus eſt. c. 12. *Radulfus Higden, literis diuinis* HIGDEN.
ac humanis tam clarus euaſit, vt inter ſuæ ætatis præcipuos eorum cultores commemore-
tur. In hiſtoriographorum lectione, multa diligentia, opera, & cura vſus eſt, à peritis
ſcriptoribus egregius hiſtoricus dicitur. c. 13. *Ioannes Eſtwood, inſignis Philoſophus, tum*
præterea in Matheſi tam exactè eruditus, vt nemo facilè illis temporibus ſupra: volumen
edidit cedro quidem dignum, quod ſummam Anglicanam, vocabat. c. 22. *Ioannes de Tin-*
mouth, in omni literarum genere per illam ætatem inſtructiſſimus habebatur, multis vir ille

nominibus perpetuam gloriam meruit. Plerique procul dubio, quoties huius libros in manus ſumunt, admirari coguntur huius hominis diligentiam atque iudicium. c. 28. *Adamus Ciſtertienſis, tanta vir lectioni fuit, tantaque diligentia in eruendis variarum doctrinarum myſterijs, vt exactiſsimam earum cognitionem habuiſſe pro eo tempore diceretur.* c. 31. *Mathæus Weſtmonaſterienſis, vir erat ſuo ſæculo, in omni genere bonarum literarum planè eruditus.* c. 35. *Simon Tunſted, omnium artium ſcientiſsimus.* Et c. 10. cit. addit ex Lelando, quòd *multi alij erant in omni eruditione educati Oxonij.* Et tamen non erubeſcit ſcribere ibidem, c. 2. *Tam aſini, & tam cæci erant illis diebus, in vijs Domini, vt putarent nigrum eſſe album, & tenebras lucem.* Spedus etiam, l. 9. c. 12. agnoſcit, quòd *hac tempora abundabant viris doctis.* Ac Twinus, l. 3 Antiquit. Oxon. ſec. 274. ait, *ſub Eduardo tertio, triginta millia ſcholaſticorum Oxonij floruiſſe dicuntur.* Harpesfeildus, ſæc. 14. c. 29. inquit: *Multa, hoc ſæculo, Cantabrigiæ literarum Domicilia, atque Collegia ponuntur. E quibus aula regia, Penbrochenſis, Diui Michaëlis Collegium, Trinitatis Collegium, Aula Clara. Ex hac verò Academia in omnem vndique Angliam, vt alios ita & hoc ſæculo magna doctorum virorum copia affluentiſsimè manauit.* Demum, Holinshed, recenſet plurimos viros doctiſſimos, qui ſub hoc Rege flotuerunt, prout facit Pitſeus, à numero 489. ad 644 in ſuo libro, de ſcriptoribus Angliæ.

WEST. MONAST. — *Godwin. in Epiſt. Norwicen. n. 18.*

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, tempore Regis Eduardi ſexti, dicti tertij.

Harpſf. ſæc. 14. c. 9. Bzon. An. 1335.

1. VValſingamus, Anno 1335. ita ſcribit. *Hoc anno, in Eccleſia de Edeligh, Wintonienſis Diœceſis, & Decanatu de Aulton, in die Palmarum, poſt prædicationem cuiuſdam ſacerdotis literati, Ioannis de Vecca nomine; mulier quædam Ioanna, coram populo, à iuuentute ſua, corpus ſuum libidini & obſcænitati fuiſſe expoſitum, & alia facinora lachrimabiliter confeſſa eſt inaudita, obnixe flagitans pænitentiam à ſacerdote prædicto imponi ſibi ſalutarem. Sacerdos quoque de diuina miſericordia confidens, poſt ſacræ ſcripturæ * nominata ne deſperaret, ſed in Domino, peccatores ad pænitentiam miſericorditer expectante, ſpem poneret, ſex dierum in pane & aqua in ſuorum remiſsionem dixit delictorum: illa quoque pœnitentiam talem, ſuorum reſpectu facinorum, parum fore ſeu nihil aſſerente, pœnitentiam qualemcumque agere poſſet ſibi iniungi ſuppliciter exorauit. Ille verò diebus poſtea tribus in petitione muliere perſeuerante, in expiationem omnium peccaminum ſuorum, indixit ieiunium. Proſtrata verò illa coram imaginibus Eccleſiæ flens & eiulans, & preces ad Deum deuotè fundens, pronamque in terram ſe proſternens, in corporis Chriſti eleuatione, exanimis & albiſsima eſt reperta.* Idem Walſingamus, Anno 1344. *Quædam puella quinquennis apud Molendinum de Bettleſpake, iuxta Redburnum, cadens in aquam, ſubito ſubmerſa eſt, & cum eodem tempore, molendinum moleret, & rota abundantius per aquæ abundantis decurſum volueretur, eiuſdem puellæ corpus pertranſiuit rotam, ſed quod credebatur, ſub rota contritum vel conquaſſatum, integrum permanſit & illæſum, ſaltem ab illius rotæ oppreſsione. Cumque plurimi occurriſſent ad ſpectaculum, vt viderunt matrem puellæ vehementius lugere & compati natæ ſuæ, fundentes vnanimiter orationem ad beatum Protomartyrem Albanum, & menſurantes corpus puellæ, idemque plicantes, quod mirum dictu eſt, cepit puella reuiuiſcere, & poſt modicum tempus perfectæ ſe vitæ redditam demonſtrare.* Ac Proteſtans, qui Walſingamum edidit, apponit in margine, *Miraculum factum per S. Albanum.* De alijs miraculis hoc tempore per S. Eduardum Regem ac confeſſorem editis, ita ſcribit Harpesfeildus, ſæc. 14. c. 5. *Cuius, cum hoc tempore miracula in Anglia crebreſcerent, inſtituit Innocentius Sextus feſtum diem, quem eius nomini conſecrauit.* Et c. 30. *Illuſtre miraculum apud tumulum Diui Ioannis Beuerlacenſis editum eſt.*

** Monita.* — *Bzouius An. 1344*

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

RICHARDVS SECVNDVS, REX CHRISTIANVS Angliæ quadrageſimus quartus, ab Anno 1377. *ad Annum* 1399.

SECTIO PRIMA.

1. DEfunctoEdvardo ſexto, dicto tertio, rerum gubernaculis admouetur Richardus, eius nepos ex Edwardo maiore natu eius filio principe Walliæ vndecim annorum puer. *Fuit*, ait Polidorus l. 2. *in Richardo forma gratia, ſpiritus non vilis, bona* † *indoles, & l.* 19. *ad facilitatem ac humanitatem natus.*

† Harpeſ. ſæc. 14. *c.* 7. *Coperus An.* 1377.

Ex Proteſtantibus: Stous, An. 1377. *In pulchritudine, bonitate, munificentia, longè ſuperauit omnes progenitores ſuos.* Bakerus in eius vita: *Fuit pulcherrimus omnium regum Angliæ à conqueſtu, altus, rectus, virilis, ſtrenuus, pulcher, vultu amabilis vtpote filius pulcherrimæ matris.* Sic etiam Holinshed in eius vita; Spedus, Ann. 1386. *Princeps, vt verè dicam, plenus honore & bonitate.* Regnauit, ab Anno 1377. ad Annum 1399. Annos viginti duos non completos.

2. Catholica eius religio teſtatiſſima eſt. Nam diademate inſignitus fuit ab Archiepiſcopo Cantuarienſe ad Miſſam, cuius introitum, graduale, Epiſtolam, offertorium, refert Walſinghamus, Anno 1377. Fuit ei ab auriculari confeſſione, primùm Carmelita quidam, vt ſcribit Baleus, Cent. 7. c. 1. aut potius Minorita, vt aſſerit Stous, Anno 1381. Poſtea Dominicanus, vt refert Walſingham, Anno 1383. & 1398. & fatetur Godwin. in Epiſcopis Lādauenſibus n. 46. Præterea in grauiſſimo illo populari tumultu, Anno 1381. profectus eſt ad ſepulchrum S. Edvardi regis, coram ſummo altari preces fudit, peccata ſua confeſſus eſt cuidam Anachoritæ, atque obtulit præfato ſancto gemmam magni pretij prout refert Harpesfeld, ſæc. 14. c. 8. ac Stous, Anno 1381. Cæterum Catholica eius religio potiſſimum elucet ex dictis ac factis eius erga veros ſummos Pontifices ſui temporis, & contra hæreticos Wiclefiſtas, quos Proteſtantes pro maioribus ſuis vendicant. Nam (vt ſcribit Walſingham, Anno 1378.) Cum Vrbanus ſextus verus Pontifex, miſiſſet nuntios ad regem petitum auxilium contra Schiſmaticos, qui Clementem ſeptimum Pſeudopontificem crearant, [a] *repulſi ſunt Apoſtatici, & admiſſi Papales, promiſſumque ſubſidium Domino Papæ gratanter, quam cito tempus exigeret opportunum.* Neque diu diſtulit, nam, vt ſcribit Polidorus, l. 20. *Rex, Pontificis* (Vrbani ſexti) *rogatu, continuò millia peditum quindecim, equitum amplius duo millia coegit, quibus rex præcepit, vt in eos duntaxat populos arma mouerent, quos conſtat Clementis ſectam ſequi.* Et Anno 1391. *Regis* (Richardi) *ope potiſſimum Papa, ſe ſperabat poſſe protegi & defendi.* Item ibidem, *Bonifacius mittit nuntium ad regem, commendans eius deuotionem & ſuorum prædeceſſorum erga Eccleſiam, eo quod ſemper veris Pontificibus adhæſerint.* Harpesfeld, ſæc. 14. c. 8. *Noſtri, ſummis regni comitijs, Vrbanum complectendum edixere, cautumque, vt ij, qui diploma aliquod Pontificium ab alio Romano Pontifice, quàm Vrbano impetrarent, inſtar regis & regni hoſtium haberentur.* Idem Walſingham, Anno 1394. *Venerunt ad eum* (Regem) *de Anglia, Archiepiſcopus Eboracenſis & Epiſcopus Londinenſis, cum aliis nuntijs miſſis per Clerum, vt quam citò* (ex Hibernia) *in patriam remeare dignaretur ad ſuccurrendum fidei & Eccleſiæ, quæ iam per Lolardos & eorum fautores, incredibiliter affligebatur. —— His auditis, rex inflammatus diuino Spiritu, quàm citò potuit in Angliam eſt reuerſus, arbitrans magis neceſſarium fidei periclitanti ſuccurrere, quàm circa regna temporalia decertare.* Et Anno 1395. [b] *Rex conceptis Lolardorum malitijs, feſtinauit in Angliam, vt diſſiparet eius intuitu tanta mala. Quò cum perueniſſet fœliciter, quoſdam de proceribus obiurgauit acriter, comminans illis terribiliter ſi de cætero Lolardis fauerent, vel eos in aliquo confortarent. De Richardo quoque Sturij accipit iuramentum, quod de cætero huiuſmodi opiniones non teneret.* [c] *Quo facto dixit Rex: & ego tibi iuro, ſi*

R. Richardus Romano Catholicus.

Vide Harpesfeld ſæc. 14. *c.* 6.

Stous An. 1381.

a Polidorus l. 20 *Harpeſ. ſæc.* 14. *c.* 8.

Zelus Regis Richardi.

b Et in hypodigmate. p. 348.

c Spond. An. 1395.

Bzonius An. 1355. Foxus, p. 467. al. 507. Stow An. 1395. d Spondan An. 1381. Baker. in Rich. 2. Knighton An. 1387. Summ. Catholicus

tu vnquam violaueris iuramentum, morte turpiſſima morieris. Audientes cæteri tantum rugitum, cornua retraxerunt, & hactenus deliturunt. Eademque habet Spedus, Anno 1395. & Holinshed 1395. d & alij. Harpesfeldus, l. 1. hiſtoriæ Wiclefianæ, c. 1. ita ſcribit. *Richardus rex, tam Cantuarienſi Archiepiſcopo, quàm cæteris Epiſcopis poteſtatem tribuit, vt quoſcunque de hæreſi ſuſpectos in carcerem includerent. —- Adiecit, vt ſi quis Vviclefi libros apud ſe haberet, eos ad Archiepiſcopos tranſmitteret.* Et c. 17. *Richardus rex ſumma affectione animi ad Catholicam fidem tuendam, fouendam, atque ornandam propendebat. —- Per literas omnibus ſeuere magiſtratibus & miniſtris ſuis mandauit, vt omnem diligentiam adhiberent, quo illi* (Wiclefiſtæ) *caperentur, & in carceres abducerentur. Mandauit præterea ſuis ſub omnium bonorum iactura, ne quiſquam publicè aut clam eis auxilium aliquod præſtaret, donec ad Eccleſiam rediſſent.* Holinshed, Anno 1394. refert hoc eius edictum. *Nos zelo fidei Catholicæ, cuius ſumus & volumus eſſe defenſores in omnibus vt tenemur, moti ſalubriter & inducti, nolentes huiuſmodi hæreſes, aut errores intra terras noſtræ poteſtatis quantum poterimus oriri, ſeu quomodolibet pullulare, aſſignauimus nos coniunctim & diuiſim, ad omnes & ſingulos libros, & libellos, ſchedulas, & quaternos, doctrinam Ioannis* (Wiclefi) *Nicolai, Ioannis, & ſociorum ſequacium, item opinionem aliquam minus ſanam continentes, vbicunque, & quorumcumque manibus, poſſeſſione ſeu cuſtodia inueniri poterunt, infra libertates vel extra, inueſtigandum, capiendum, & arreſtandum, & penes concilium noſtrum, cum omni celeritate poſſibili deferre faciendum, vt tunc ibidem de iiſdem ordinare valeamus, &c.* Foxus etiam in Actis ſuis edit. 1610. p. 406. refert legem latam à Richardo, in qua doctrina Wiclefi vocatur, *hæreſis & notorij errores, & calumniæ ad ſeminandam diſcordiam & diſſolutionem inter ordines regni* : & ibid. ac pag. ſequentibus refert plures literas regis, pro executione huius legis : ac pag. 405. ait, quòd *Richardus fuit primus, qui leges tulit contra hæreticos* : ac demum pag. 398. ponit [e] recantationem Vviclefi factam ſub hoc rege : & pag. 420. refert literas Wiclefi ad Vrbanum ſextum, in quibus eum vocat, *Chriſti Vicarium in terris, atque offert ſe [f] palinodiam cantaturum, aut etiam mortem ſubiturum ſi opus ſit, ſi in aliquo errauerit.* Præterea, Baleus Centuria 6. Twinus, l. 3. ſec. 147. & Parkerus in vita Courtnei Archiepiſcopi, nominant complures Vvicleſiſtas, qui ſub hoc Rege compulſi ſunt palinodiam canere. Inter ſectatores autem Vviclefi, fuit inſignis Apoſtata Ballus nomine, *cuius ſuaſione* (inquit Parkerus in vita Archiepiſcopi Sudburij, n. 57.) *concitatus fuit ille periculoſus Ruſticorum tumultus ſub hoc rege, quo penè tota Anglia obruta fuit. Sed hunc* (inquit) *ex ſecta & inſtitutione Vviclefi prodiſſe, quidam falſo fingunt ad Vviclefianorum inuidiam.* Cæterùm Vvalſinghamus auctor illius temporis, à Parkero ipſo editus, ac multum laudatus, ac monachus S. Albani, vbi Ballus morte affectus eſt, ita ſcribit Anno 1381. *Docuit* (Ballus) *& peruerſa dogmata perfidi Ioannis Vviclefi, & opiniones quas tenuit, & inſanias falſas, & plura quæ longum foret recitare.* Et Baleus Centuria ſexta, cap. 75. *Ioannes Ballus, ſacerdos, ob Euangelij* (Vviclefi) *prædicationem, per Simonem Cantuarienſem, & Gulielmum Londinenſem Epiſcopum, Londini incarceratus, à communi plebe liberatur à vinculis, interfecto Archiepiſcopo cum duobus alijs ſacerdotū principibus. Deinceps per Angliam peragratus, & vaticinia edens, per Robertum Treuilianum Conenturia capitur, adiudicatur crudeli ſuſpendio ac membrorum partitioni ad fanum ſancti Albani.* Imò, ipſe Parkerus in vita Sudburij, n. 57. fatetur, quòd *nefariis & popularibus opinionibus permiſcuit quædam Vviclefi dogmata, quæ à potentioribus, tum atque doctioribus recepta cognouerat.*

e Vvalſing. An. 1378. & in Ypodigmate p. 375. Knighton An. 1381 col. 2649 Palinodia Vviclefi. f Harpeſ. hiſt. Vviclef. c. 5.

Ballus fuit Vviclefiſta Vide Harpsfeld hiſt. Vviclef. c. 11.

3. Generalis autem zelus tum regis, tum Epiſcoporum, ac doctorum hominum in Anglia pro fide Catholica contra Vviclefi hæreſes, manifeſtus eſt. Nam ita Baleus, Cent. 3. c. 11. *In magno Prælatorum Concilio apud Stanfordiam, Rex Richardus, Bonifacii noni precepto, Vviclefiſtas damnauit, Anno 1392.* Vvalſingham, Anno 1382. refert, quòd *duodecim dogmata Vviclefi damnata fuerunt ab Archiepiſcopo Cantuarienſi, & cætu ſapientum.* Et Gordonus, Anno 1382. *In Concilio Anglicano Londini habito, damnatur Vviclefus.* Thomas Vvaldenſis, tom. 1. c. 6. *Academia Oxonienſis, per publicum duodecim electiſſimorum virorum decretum, pluſquam ducentarum hæreſum Vviclefi dogma deleuit, & codices concremauit.* Idque fatetur Baleus,

R. Richardus damnat Vvicleſiſtas.

Harpsfeld hiſt. Vviclef. c. 10.

Cent. 6.

Cent. 6. c. 82. Vnde rectè Bzouius, Anno 1381. *In Anglia, circa fidei dogmata laboratum non ſequitur hoc tempore. Qui erga Catholicam religionem rectè atque integrè affecti fuerant, alij libris ſcribendis, alij concionibus, alij alia ratione Vuicleſianam peſtem curare, atque extinguere conati ſunt. Epiſcopi etiam tum in ſynodis, tum aliàs, omnem ſuam operam, curam atque authoritatem ad eam (vt par erat) extinguendam adhibuerunt.* Sæpius autem damnati ſunt Vuicleſiſtæ, 1. à Cancellario Oxon. & duodecim Theologiæ ac iuris doctoribus, An. 1381. ſecundo Stamfordiæ à decem Epiſcopis, quadraginta quatuor Theologis & viginti iuris conſultis. Tertiò à tota Academia Oxonienſe, An. 1410. & quarto ſub Eduardo quarto, vt infra referemus.

Anglorum zelus contra Vuicleſiſtas.

Gordon 1411.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA; tempore Regis Richardi ſecundi.

1. CLaruit, atque obijt ſub hoc Rege Richardo ſecundo, Anno 1379. S. Ioannes, Prior Bridlingtoniæ, Canonicus regularis, cuius ſancta vita deſcripta ab eius æquali, extat apud Surium, tom. 5 in qua & mentio fit S. Gulielmi Stoptholmenſis, miraculis celebris, & cuiuſdam ſanctæ mulieris incluſæ. Eius vitam ſatis fuſe habet Bzouius, Anno 1379. & Harpesfeld, ſæc. 14. c. 31. De eo autem ita Baleus, Cent. 6. c. 623. *Exercitationem literarum imprimis familiarem iuxta ac charam habuit, cæleſti Theologiæ cultui aſſiduus adhæſit. Ferunt etiam de eo, quòd ex frequenti & aſſidua diuinarum rerum contemplatione, mirabiles habuerit viſiones. Obiit, Anno 1379. ſanctorum Catalogo aſcriptus,* Vualſingham [a] Anno 1391. *Dum Ioannes dux Lancaſtriæ agebat in Gallia, obijt in Anglia coniux ſua domina Conſtantia Petri quondam regis Caſtellæ filia, mulier ſuper fœminas innocens & deuota.* Idemque habet Spedus, Anno 1379. Et idem Vualſinghamus, Anno 1396. *deceſſit totius monaſticæ religionis pater & ſpeculum, D. Thomas Abbas S. Albani.* Harpesfeld, ſæc. 14. c. 31. *Fuit quidam ex illius cœnobij* (Bridlingtoniæ) *Sacellanus, Gulielmus Sleigthonius, qui ſingularis pietatis laudem habebat, quique etiam poſt obitum miracula patraſſe in eodem cœnobio traditur.* Et c. 25. *videtur Rogerus Northburgius Epiſcopus Lichfildenſis, præſtanti & virtute, & doctrina honeſtatus.*

S. IOANNES BRIDLINGHONIENSIS

Baleus c. 6. c. 6.

GVLIELMVS STOPTHOLMENSIS.

Piſeus de ſcriptor. n. 646.

a Et in ypodigmate p. 147. Vueuerus in Mon p. 365.

Conſtantia, dux Lancaſtria.

SECTIO TERTIA.

QUIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, tempore Regis Richardi ſecundi.

1. CLaruit hac tempeſtate, Adam Eſtonus; de quo ita Ciaconius, Anno 1378. *Theologicis & Philoſophicis ſtudiis inſignis, pietate illuſtris.* Spondanus 1385. *Vir vtique pietate, doctrina ac ſcriptis Clarus.* Harpefeld, ſæc. 14. c. 8. *Vir, præterquam quòd omnium diſciplinarum orbem abſoluerat, non modò Latinam, & Græcam, atque adeo Hebraicam linguam (rara quidem in eo ſæculo dos) exactè didicerat. Nominis eius celebritas exciuit Gregorium, vt Romam eum euocaret, & Cardinalitia dignitate amplificaret.* Baleus, Cent. 3. c. 15. *Adamus Eſton, ex ſingularibus Dei donis in noſtro Catalogo locum petit illuſtrem: vir facundæ ac ſolidæ eruditionis fuit, tum præterea tam exactus Philoſophus, vt ad omne diſciplinarum genus ampliſſimus videretur. Erat ille, præter alias linguas, Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritus, quòd ea ætate pro miraculo haberi potuit, vnde Romam vocatus à Gregorio vndecimo, fit eius Eccleſiæ Presbyter Cardinalis.* Eademque habet Godvvin. in Cardinalibus Angliæ, vbi addit, quòd *compoſuit officium Viſitationis B. Virginis.* Harpesfeldus, ſæc. 14. c. 12. inter erudi-

ADAM ESTONVS.

Piſeus de ſcript. n. 692 quem vide & viris doctis ſub Richar. n. 664. ad 728.

GVALTERVS DISSEVS Piſſeus de ſcriptor. n. 736 Baleus, Cent 7. c. 26. HENTISBERIVS Piſſeus de ſcriptor. n. 658. a Godwin in Epiſcopis Eboracenſibus n. 47. Weuer in mon p. 481 GVLIELMVS VVOODFORD MAGISTER VVALDENSIS. Piſſeus de ſcriptor n. 719.

tione illuſtres nominat Thomam Pontium, & Thomam Spottum, cap. 13. Ioannem Boteshanum, & Richardum Maidſtonum, c. 15. Richardum Chillingtonum, & alios permultos. Sixtus Senenſis, l. 4. *Gualteras Diſeus, vir ſinceræ pietatis & doctrinæ, concionator quoque illuſtris.* Polidorus, l. 20. *Fuerunt id temporis viri ampliſſimi, in quibus fuit ingenium & literatura.* Sed Proteſtantes audias. Baleus, Centuria ſexta, c. 54. *Radulphus Marham, in omni doctrinarum genere per eos dies verſatus.* c. 16. *Simon Bredon omnes liberales artes ex optimis authoribus, tanquam ex viuis exhauſit fontibus.* c. 69. *Galfridus Flingham, in vtroque iure eminente eruditione polluit, tam multiplici bonarum literarum notitia, vt &c.* c. 78. *Ioannes de Burgo, vir celebris notæ atque eruditionis, aſſidua diuinæ ſcripturæ animum imprimis paſcebat lectione.* c. 75. *Ioannes Thoresbeijus claræ famæ Theologus, & vtriuſque iuris peritiſſimus.* c. 84. *Gulielmus Hentisberius dialecticus exercitatiſſimus.* c. 88. *Robertus* * *a Vvaldbey, ſcientiæ titulo clarus, eoque excellentiæ demum deuenit, vt literatorum primus haberetur, linguarum peritiâ atque eloquio præſtans.* Centuria ſeptima c. 3. *Gulielmus Vvoolaford, ita ſtrennè operam dabat tum phiſicis, tum etiam Theologicis, vt tandem inter literatorum proceres recenſeretur. Hic ille fuit quem Vvaldenus magiſtrum ſuum vocat.* c. 4. *Ioannes Broomyerd, vir eximiæ famæ, fuit legum conſultiſſimus & in Theologia plurimum verſatus.* c. 9. *Rogerus Dimoc, vir exacti iudicij, non modo in rebus, quæ Philoſophiam ſpectant, verumetiam in ipſis Theologiæ myſterijs.* c. 18. *Ioannes Treniſa, vir multa eruditione, atque eloquio, clarus.* Et c. 19. vocat Oxonienſes illius ætatis, *multarum artium ſtudioſos, atque explicatores egregios.* Hæc ille & multa alia de viris doctis tunc temporis: & tamen Centuria ſexta, c. 84. (Hæretici ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtimant Ciprian. de vnitate) non pudet eum ſcribere, eos *obcuraſſe ſolem iuſtitiæ, & viam æternæ perditionis multis aperuiſſe.* Weuer in ſuis monumentis, p. 325. ait Thomam Brenton Epiſcopum Roffenſem & Confeſſarium Richardi regis, fuiſſe virum doctiſſimum, ac mortuum An. 1389. De alijs viris doctis in Anglia ſub Richardo ſecundo, vide Piſeum à numero 644. ad 728.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, tempore Regis Richardi ſecundi.

Harpsfeld hiſt Vuicleſ. c. 18. Miraculum S. Etheldreda.

1. VValſinghamus Anno 1389 p. 338. *ſub iiſdem diebus apud Ely beata Etheldreda, virgo perpetua & regina apparuit cuidam iuueni, docens eum cauere pericula ſibi imminentia, & inſtruens eum de periculis maximis, quæ neceſſariò ſuperuenirent, niſi Deus placatus orationibus piis fidelium, manum ſuſpenderet à vindicta. Quapropter monet, vt Priorem & monachos adeat, & eis mandata ſua deferat, vt pro ſalute gentis exorent Dominum, & precentur, vt auertat iram indignationis ſuæ à populo Anglicano; ſpondetque beata virgo ſuas preces oblaturam Domino pro cauſa præmiſſa. Cunctanti verò iuueni, nec audenti iuſſa perficere, ſignum dedit, dicens; contractus & claudus eris & omnino inutilis, qui modo ſanus & ſoſpes eſſe dignoſceris, vſque ad diem feſtum depoſitionis meæ; quo die deportatus ad memoriam meam conſequeris integram ſanitatem. Prodit ergo iuuenis quæcunque viderat, & ad credendum dictis ſuis, ſuæ contractionis pœna multos inuitat, & ne fictum videretur vel humano adinuentum ingenio quod in ipſo factum fuerat, conſumptis carnibus, tibiæ exinanitæ fuerant, vt tantum pellis hæreret oſſibus & poplites ita conſumpta, vt talis natibus inſeparabiliter iungerentur. Accurrerunt ergo multi illecti fama facti, ferroque pungunt tibias, ſeu pedes iuuenis, ſed caro conſumpta, pellis mortua, nil ſenſere; tentant tibias contractas à tergo retrahere, ſed minimè profecere. Statuunt igitur operiri diem præfixum, in quo, vel fama mendax, vel omnia vera probarentur. Illabente die glorioſæ virginis & reginæ, iuuenis ad Eccleſiam deportatus primo cæpit obdormire & mox excitatus è ſomno, reſilit, audiebaturque neruorum crepitus, & ſequebatur membrorum diſtentio, & iuuenis exilire cæpit, & coram multis memoriam ſanctæ circuire.* Eadem refert Bzouius, Anno 1389. Qui etiam, Anno 1379. ſcribit, quòd S. Ioannes

Miracula S. Ioannis Bridlingtonenſis.

Bridlington

Bridlington prædictus, *ab obitu multis clarus miraculis, ab obſeſſis dæmones expellit, paralyticos ſanat, claudis reſtituit greſſum, cæcis viſum, permultos* a *vita functos excitat, leproſos curat.* Eademque habet Author vitæ eius apud Surium tomo quinto, Walſingham, Anno 1389. p. 340. & Harpesfeld, ſæc. 14. c. 31. b Walſingham, Anno 1384. *Viceſima die menſis Auguſti, qua celebratur paſſio ſancti Oſwini regis & martyris, in nouo caſtro ſuper Tinam apparuit nouum & inauditum noſtris diebus prodigium. Duo quippe nautæ ad reſarciendam nauem ſuam, quoddam lignum dolare ſatagentes die prædicto, dum alter illorum ſecuri dictum lignum percuſſiſſet, ſanguinem repente de ligno prædicto tanquam de pecude fluxerit, emanaſſe. Perculſus ergo formidine magna, de tanta rei nouitate diu hæſit, tandem recordatus diei S. Oſwini, cuius ſolemnitatem infeſtauerat, vouit ſe nihil vlterius eo die in æternum facturum operis manualis. Quod audiens eius ſocius, & miraculum parui pendens, iurat ſe dolaturum dictum lignum, & eo die, loco præordinato poſiturum. Cumque & ipſe lignum percuſſiſſet, vidit ſanguinem abundantius effluentem in parte percuſſa. Induratur tamen, lignum vertit, & inſiſtit operi alia parte ligni, ſed nec ibi defuit miraculum præoſtenſum. Nam & ibi ſanguis, tanquam è boue vel Vacca, decurrit. Giratur lignum ad quatuor partes, omni parte percutitur, omni parte fluit cruor. Quod cernens qui prius improbe contempſit, ad deuotionem ſe conuertit, & deinceps eo die ab omni opere manuali ſpondet ſe ceſſaturum. Quod miraculum à multis viſum, & quibus incumbebat approbatum, teſtimonium reddit ſanctitati & excellentiæ martyris ſupradicti.* Anno 1396. (vt ſcribit Spondanus) accidit celebre illud c miraculum quod refert Thomas Waldenſis, teſtis oculatus, qui tom. 2. c. 63. ſcribit ſartorem quendam hæreticum publicè in Eccleſia S. Pauli Londini coram Archiepiſcopo & alijs prælatis conſtitutum, dixiſſe, digniorem eſſe araneam cultu & reuerentia, quàm Euchariſtiam, & continuo de alto tecti culmine horribilem araneam directo filo ad os eius properaſſe, & vix multorum manibus prohibitam ne ingrederetur. Harpesfeld, Hiſtor. Wiclef. c. 18. aſſerit hoc contigiſſe ſub Thoma Arundelio Archiepiſcopo, *& quòd præter Epiſcopos, multi illuſtres viri, vt Edmundus Dux Eboracenſis, Thomas Dux Exonienſis, regnique Cancellarius, interfuere, araneamque illam non ſine magno ſtupore vltricemque Dei in ſacrilegum manum, videre, inque Catholica fide magis confirmati ſunt. At prædictus ille Badbeius, nihilo quidem melior factus eſt, quare paulo poſt ignibus conflagrauit:* additque quod *ipſa archiua Cantuariæ, Arundelij temporibus confecta, hoc referant.*

a *Walſingamus, An. 1389. p. 349.*
b *Et in ypodigm. An. 1384. Harpeſfed, ſæc. 14. c. 31. & hiſtor. Wiclefiana c. 18. Spondanus An. 1384.*
Miracula S. Oſwini.
c *Cocciust. 2. p. 712. Bzouius An. 1396. Bellarm. l. 4. de Euch. c. 8.*
Miraculum de Aranea.

CAPVT TERTIVM.

HENRICVS QVARTVS, REX CHRISTIANVS *Angliæ quadrageſimus quintus, ab Anno* 1399. *ad Annum* 1413.

SECTIO PRIMA.

1. RIchardo ſecundo regi ſucceſſit patruelis eius Henricus quartus, nepos Edvardi ſexti prædicti, dicti tertij, ex filio eius Ioanne duce Lancaſtriæ, ac regnum tenuit annis tredecim, vitamque cum morte commutauit, Anno 1413. De eo ita ſcribit Polidorus, l. 20. *Is natura longè humaniſſimus, omnibus charus erat.* Et l. 21. *In prælio ſalopienſe, non minus boni militis, quàm Imperatoris officium fecit; fertur enim ſex & triginta homines eo die pugnantem confeciſſe ferro.*—— a *De Hieroſolima tandem aliquando recipienda, plura deſtinabat, claſſemque iam parabat, cum ei talia agenti atque meditanti caſus mortem attulit, ſubito enim morbo tentatus, nulla medicina ſubleuari potuit. Homo ſtatura honeſta & iuſta, membris gracilibus, ac animo magno fuit. Poſt bella ciuilia, longè humaniſſimè cunctos accepit.* Walſingamus, Anno 1403. *Henricus erat manu fortis & audax.* Monſtrelet, l. 1. c. 101. *Fuit vir fortiſſimus, acer & vigilans contra hoſtes.* Spedus l. 9. c. 14. *Prudens & fortis princeps.* Stous, Anno 1399. *Erat nobilis ac fortis princeps, & poſt bella ciuilia, humaniſſimè ſe geſſit erga ſubditos.* Parkerus in eius vita ſcribit, quòd *dum oraret coram ſcrinio S. Edwardi regis, ſubitò correptus eſt apoplexia, ex qua mortuus eſt.*

Laudes Henrici quarti.
a *Harpeſfed ſæc. 15. c. 2.*
Laudatur à Proteſtan.

2. Catholica eius religio manifeſtiſſima eſt, tum ex literis, tum ex factis eius. Nam Walſingam, An. 1409. refert literas eius ad Gregorium duodecimum, in quibus eum vocat b *beatiſſimum Patrem*, & alias ad Cardinales, in quibus ait, quòd Gregorij Papæ *honorem & commodum ex affectu diligit.* Et c Anno 1441. inquit, *Factum eſt Parlamentum Londini, in quo ſtatutum fuit edictum de Lolardis, vt, vbicunque deprehenderentur ſuam prauam doctrinam amplexantes caperentur, & Diœceſano Epiſcopo traderentur, qui ſi perſeuerauerint pertinaciter opiniones ſuas defendere, degradarentur & iuriſdictioni ſeculari committerentur: practicataque fuit hæc lex in pſeudo-presbytero, qui apud Smithfield, multis aſpectantibus, eſt combuſtus.* Harpesfeld. * Hiſtor. Wicleſianæ, c. 17. *Henricus maximorum conciliorum authoritate, conſtituit & ſancivit, ne quiſquam ad praua dogmata diſcenda conuentus aliquos hominum creet, ne quis aurem huiuſmodi docentibus præbeat, ne quis damnatos libros apud ſe retineat, vt qui obſtinatè in erroribus perſiſtunt, palam incendio ad terrorem & exemplum aliorum, abſumantur. Quod tamen decretum ita accipi non debet, quaſi* d *nulla prius fuiſſet de hæreticis comburendis, per leges regni, cautio atque prouiſio. Nam & Albigenſes ignis prius ſupplicium ſubierunt, regnante* e *Ioanne, & reſcriptum de hæreticis comburendis, tam antiquum eſt, atque vllum aliud reſcriptum. Cauſa autem, quæ hanc regi omnibuſque regni ordinibus ſanctionem quaſi extorſit, ex præfatione ſtatuti abunde liquet, quæ eo potiſſimum reſpicit, vt oſtendat Catholicam fidem ſuper Chriſtum fundatam, perque Apoſtolos atque Eccleſiam Catholicam ſufficienter atque abunde declaratam atque definitam fuiſſe integerrimè, conſtantiſſimè, atque religioſiſſimè (vt in nulla magis natione) à regibus hactenus obſeruatam, Eccleſiamque Angliæ, ad ſummum Dei totiuſque regni honorem, ampliſſimis per eoſdem poſſeſſionibus, ampliſſimis priuilegijs, libertatibus atque prærogatiuis (quæ hactenus ſarta tecta, atque inuiolata permanſerint) fuiſſe ornatam, fidem quoque Catholicam hactenus ſartam tectam atque inuiolatam permanſiſſe. At nuper multos erupiſſe nouorum atque damnatorum dogmatum improbos ſectatores, qui de Sacramentis, & de Eccleſiæ authoritate peſſimè & perditiſſimè ſentirent, quique ſpreta tam diuina, quàm humana lege, concionandi ipſi ſibi munus arroganter vendicarent, quæ Catholicæ fidei atque Eccleſiæ functionibus prorſus repugnarent. Hæc & alia id genus in illis comitijs. Adeo autem rex iſte ad prohibendam hanc hæreticam luem accuratas cogitationes ſuſcepit, vt Epiſcopos ad ſuam in hac cauſa munus vigilanter & ſtrenuè obeundum, miſsis ſpectatiſsimis ad ipſorum Synodum ex ſua nobilitate ſe...oque Concilio, viris, vehementer & ſolicitè excitarit, & eis in hac tam neceſſaria perfunctione, quodammodo præierit.* Parkerus in vitis Archiepiſcoporum, n. 60. refert ex Archiuis, quòd f *miſit comites Northumbriæ & Vveſtmorelandiæ ad Synodum Londinenſem, qui indicabant ſe à rege veniſſe, vt regis in clerum & Eccleſiaſticam libertatem beneuolentiam declararent. Qui omnes Eccleſiæ immunitates propria poteſtate tuiturus eſt, & hæreticos, ſibique aduerſarios quoſcunque his, quibus clerus optaret, ſupplicijs affecturus.* Foxus, p. 481. vocat Henricum *regem factum ad nutum Epiſcoporum.* Et ibidem refert combuſtionem Ioannis [b] Badbei, & p. 477. Gulielmi * Sautrei, factam iuſſu Henrici regis. Camdenus in ſua Britannia, p. 522. *Henricus quartus, Sacellum & vnum alterumque ſacrificum inſtituit* (Salopiæ) *ad impetrandam illo prælio occiſis, peccatorum remiſsionem.* Weuer. in ſuis monumentis, p. 209. refert eius teſtamentum, in quo ſtatuit vt duo ſacerdotes perpetuò orent pro anima ipſius. Spedus, l. 9. c. 21. *Henricus quartus, primus fuit ex regibus Angliæ qui mortem inflixit ob Eccleſiam Romanam.* Sub hoc rege nempe, Anno 1406. *Petrus Anglicus, alias Payne* (vti refert Twin. l. 2. Antiq. Oxon ſec. 304.) [h] *Sigillum commune vniuerſitatis Oxonienſis, ſub quo Pragenſibus ſuis ſcripſit, Oxonium & vniuerſam Angliam Pragenſis fidei fuiſſe, furto ſurripuit: Authore Thoma Gaſcoign in ſuo dictionario Theologico, Verbo, Epiſcopus.* Idemque repetit, l. 3. ſec. 157. atque hunc Gaſcoing, ait fuiſſe, *virum doctrina ac pietate iuxta clarum.* Et Waldenſis in Prologo, tom. 2. de Sacramentis, ait de Wicleſiſtis: *vt fertur, literas approbationis* i *furtiue ſignari fecerunt ſigillo vniuerſitatis Oxonij, quas apud Pragenſes pro grandi authoritate monſtrarunt, — hic mos relictus eſt à patribus eorum Pelagianis, quaſi hæreditarium mendacium in quo conueniant.*

a *Henricus Catholicus.*
b *Stow An 1405. Fox p 509.*
c *Fox p. 417 472. Stow. An 1401 Walsing 392 edit. p 556. & An 1410.*
Statuit hæreticos comburendos.
Stow An. 1401
* *Et ſec 15 c. 2*
d *Spedus l. 9. c 21*
e *Vide ſupra l 4 c 7 ſec 1. & l. 5. c. 1. §. 6.*
Excitat ipſos Epiſcopos contra hæreticos.
f *Godwin in Arch n. 59.*
g *Balæus, Cent 7. c. 50*
* *Stow An 1401.*
h *Harpesf. Hiſt Wicleſ c. 10. Vide diſputationem cum Rochesana, apud Caniſium, tom 3. Antiq lectionis p 468*
Sigillum Oxonienſe ſubreptum ab hæreticis.
i *Harpesf Hiſt. Wicleſ c 10. Alanus Copus Dialogo. 6 c. 30.*

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, ſub Henrico quarto.

1. CLaruit hoc tempore Richardus Scropus, Archiepiſcopus Eboracenſis, de quo ita Spondanus, Anno 1405. *Vir generis claritate, & egregia litterarum ac pietatis acceſſione illuſtris, — cuius memoriam & optimam mentem, manifeſtauit Deus per miracula, quæ tam in loco in quo decollatus, quàm quo ſepultus eſt, edi voluit.* Eademque habet Bzouius eòdem anno. Godwin. in Archiepiſcopis Eboracenſibus, n. 48. *Laudatur multùm, tam propter vitæ ſanctimoniam, quam publicam adminiſtrationem.* Weuer. in monumentis, p. 437. * *Robertus Maſcal, Epiſcopus Herefordienſis, vir ob bonas literas ac pietatem, amore ac admiratione habitus ab omnibus. Erat à ſacris confeſſionibus Henrico quarto.* Ibid. *Stephanus Patringtón, vir omnibus præſtantibus animi dotibus, omnibus virtutibus præditus, & multiplici doctrinæ varietate inſtructus, erat confeſſarius Henrici quarti.* Baleus, Centuria 7. c. 44. vocat eum Thomam, aitque quòd *erat Henrico quarto, tum propter eius eruditionem non vulgarem, tum etiam vitam insigniter caſtam, commendatiſſimus, qui eum ſuæ auriculari confeſſioni adeſſe voluit.*

Ric. Scropus. Harpesfeld, ſæc. 15 c. 28. Pitſeus. de ſcript. n. 717.

Robertus Maſcal. † Godwin. in Epiſcopis Hereford n. 13. Pitſeus de ſcript. n. 761.

Stephanus Patringtón. Pitſeus de ſcriptor. n. 766.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, ſub Henrico quarto.

1. OCcubuit ſub hoc rege, Richardus a Scropus, ſupradictus, qui fuit (vt teſtatur Walſingamus) *incomparabilis literaturæ ſcientia.* VVadingus in ſuis annalibus, Anno 1404. n. 6. refert hos viros doctos ſui ordinis, Ioannem Edeum, Ioannem Lathkerium, & Anno 1410. n. 18. Nicolaum Fachingham, Gulielmum Butlerum, Reginaldum Longham, Petrum Ruſſellum, ſed Proteſtantes audiamus: Baleus, Centuria 7. c. 22. *Nicolaus Gorham, natus in villa eiuſdem cognominis, ſub ditione Abbatis Albani, in Comitatu Hartfordenſe, & primùm ſtuduit in Collegio Mertonenſi. Lutetiæ tot acerrimi ingenij poſt lecturam ſcriptis commendauit, quot ætas noſtra facile in co miratur. Erat, Trithemio teſte, in ſcripturis ſacris locupletiſſimus, & in alijs ſcientijs multipliciter eruditus. Gallum fuiſſe contendit Leander Bononienſis, qui error hinc natus eſt, quòd ipſe olim pretio incredibili Pariſiis fuerit, & Francorum regis Confeſſor.* Eademque habet Harpesfeld, ſæc. 15. c. 14. Certè Pariſius, Anno 1240. meminit militis, *Gulielmi de Gorham*, & quidem terminatio nominis in *ham*, ſatis indicat, eum fuiſſe Anglum. Idem Baleus, Centuria cit. c. 28. *Ioannes Edens, illuſtris* (inquit Lelandus) *fama, eruditione, ac religione vir.* c. 29. *Nicolaus Fakinham, & Philoſophus & Theologus imprimis eruditus, vſque adeo, vt eo nomine Protomagiſter Franciſcanorum totius Angliæ deſignatus ſit.* c. 34. *Ioannes Lathberie, palmam,* (inquit Lelandus) *tulit in diuinarum ſcripturarum commentarijs, quas Theologorum tunc ſchola nocturna verſabat manu, verſabat & diurna.* Hæc ille, & multa alia de viris doctis id temporis; & tamen more ſuo, c. 22. vocat hoc *tenebrarum ſæculum*, ipſe verè cæcus. Harpesfeld. Hiſtor. VViclefianæ, c. 15. recenſet complures viros doctos ſæculares & regulares, qui ſub hoc & ſequente rege contra VViclefum ſcripſere, *ſed cæteris* (inquit) *Thomas VValdenus, & (quem præceptorem ille ſuum ſæpè appellat) Gulielmus VVoodfordius, palmam ſibi præripiunt. Quorum ego ſingularem diligentiam, & excellentem, pro tempore illorum ratione, doctrinam, dum eorum libros perlegerem, non potui ſatis admirari.*

2. Mortem obijt ſub hoc rege, Anno 1404. (vt habet b VValſingamus)

a Harpesfeld ſæc. 15 c. 28. Godwin. in Archiepiſ. Eboracen. n. 48.

NICOLAVS GORHAM. Pitſeus de ſcriptor. n. 728. De cognomine Gorham, vide Par. p. 710. & in vitis Abb. p. 72. 86. 90.

GVLIEL. VVOODFORT. Baleus, Cent. 7 c. 3.

b In ypo-

ſummus bonarum literarum fautor ac Mecænas, Gulielmus Vvicamus, Epiſcopus Vvintonienſis, cuius ſumptibus, ait Vualſingam. ibidem) *& induſtria quotidie Clerus Anglicanus augmentatur & creſcit. Nam in Vvintonia conſtruxit Collegium nouellis Grammaticis, & in Oxonio, ſubtilioris ſcientiæ clericis fundauit domum. Exhibentur autem in vtroque loco centum perſonæ, de ſumptibus prouiſis per eundem.* De eodem ita Camdenus in ſua Britannia, p. 233. *Gulielmus Vviccamus maximus, inter Anglos, bonarum literarum pater & patronus.* Sed de Vviccamo, & ampliſſimis ab eo fundatis Collegijs, fuſius agit Harpesfeldus ſæculo 14. c. 20. vide & plures viros doctos in Anglia ſub Henrico quarto in Pitſeo de ſcriptoribus, n. 731. ad 764.

dig p. 564 ſtons An 1404. Parcerus in Archiep ſco-piem 58 Godwin. in Epiſcopis Vvinton n 52. Pitſeus, n. 421 & de Academ p. 34. GVLIEL. VVIVA-MVS Inſignis Patronus literarum. Polidorus, l. 19

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, regnante Henrico quarto.

1. TVvin. l. 2. Antiq. Oxon. ſec. 140. *Henricus quartus rex Angliæ, intrauit Angliam in craſtino Pentecoſtes, & tumba marmorea S. Ioannis Beuerlacenſis, emanauit oleum per viginti & vnum dies continuos, & noctes. Hæc Thomas Gaſcoign, vir doctrina & pietate iuxta clarus.* a walſingamus, An. 1404. *Clareſcentibus* b *miraculis circa corpus S. Ioannis de Bridlington, de mandato Domini Papæ tranſlatum fuit corpus eiuſdem S. Ioannis per manus Archiepiſcopi Eboracenſis, Dunelmenſis, & Carleolenſis Epiſcoporum.* * Harpesfeld. Hiſt. Vviclef. c. 13. *Author certè meus, illorum temporum æqualis, teſtatur apud ſepulchrum S. Ioannis* (Bridlington) *tanta miracula edita, vt omnis ſæpè Anglia ad eorum auditionem obſtupeſceret, & eum inter cæteros tutelares Diuos atque Patronos, ſingulari obſeruantia rex Henricus quintus coluerit.* Thomas Arundel. Archiepiſcopus Cantuarienſis apud Foxum in Actis ſuis, p. 492. *Apud crucem iuxta partem borealem Londini, apud Vvalſingamam, & multa alia in Anglia loca, fiunt multa magna & laudabilia miracula.* Hæc ille coram notorio hæretico, quæ vir tantus nunquam dixiſſet, niſi de eorum veritate certus extitiſſet.

Miraculum à Ioannis Beuerlacenſi. S. IOANNIS BRIDLINGTON. a Et hypodig p. 562. b Bzouius An. 1404. † Et ſæc. 14 c. 32 Miracula in pluribus locis Angliæ.

CAPVT QVARTVM.

HENRICVS QVINTVS REX ANGLIÆ CHRISTIANVS, quadrageſimus ſextus, ab Anno 1413. ad Annum 1422.

SECTIO PRIMA.

1. ANno 1413. Angliæ thronum conſcendit Henricus quintus, quarti filius, ac mortalitatem exuit, Anno 1422. cum regnaſſet annos nouem. De eo ita ſcribit Polidorus, l. 22. *Vnicum id temporis decus, & lumen patriæ, quo nemo vir animi magnitudine ac virtute clarior natus, nemo pietate ſanctior, cuius deſiderium etiam nunc apud mortales pariter permanet, atque à principio apud ſuos ſemper fuit* — *Fuit ſtatura corporis, quæ iuſtam excederet, corpore gracili, membris æqualibus ac validis, facie decora, collo oblongo, artis militaris peritiſſimus, ac eius gloriæ illuſtriſſimus.* Spondanus, Anno 1413. *Henricus, literis à pueritia excultus, fortitudine, militari peritia iam tum præſtans, ſed poſtea præſtantiſſimus.* Et Anno 1422. *Piè admodum deceſſiſſe tradunt, quem & magnanimitate, prudentia, fortitudine, ſcientia militari, aliiſque virtutibus inter omnes ſui temporis principes, emicuiſſe, concors eſt omnium ſententia.* Ioannes Iuuenalis Vrſinus, Archiepiſcopus Rhemenſis, in vita Caroli ſexti. *Fuit magno & excelſo animo, fortis in bello, prudens, ſapiens, & obſeruantiſſimus iuſtitiæ. Neque vnquam extitit princeps magis idoneus ad debellandum & acquirendum, item conſeruandum quod acquiſierat, quàm ipſe erat.* Comines, l. 1. c. 3. vocat Henricum, *ſapientem,*

Laudatur ab exteris.

pientem, pulchrum, & fortiſsimum regem. Monſtrelet. c. 266. *Erat valde ſapiens, & expertus in omnibus negotijs quæ ſuſcipiebat, & magni animi*, Belforeſtus in vita Caroli ſexti. *Erat fortis & generoſus, magnæ fidei & religionis, ſapiens in ſermone, prudens in negotijs ſuis, multum deditus eleemoſynis, & fœlix in bello.* Ioannes Maior, l. 6. c. 9. *Henricus quintus, vir in armis clariſsimus, rex in re militari clariſsimus, & nulli Edwardorum, aut Henricorum, quorum aliqui in re militari erant clari, ſecundus.* Hæc Catholici hiſtorici, ijque exteri, ſed Proteſtantes audiamus, Parkerus in Archiepiſcopis, n. 61. *Mente benigna atque pia, vultu modeſto, ſermone raro ac moderato fuit. At verò in Conſilijs ſagacitatem & prouidentiam, in iudicijs æquitatem, in bellicis rebus agendis magnanimitatem, & conſtantiam ſummam declarauit. Idem in rebus diuinis, tribuendiſque eleemoſinis fuit aſsiduus.* Godwin. in Archiepiſcopis, n. 61. *Inclytus rex.* Weuer. in ſuis monumentis, p. 474. *Tot virtutes ab omnibus ſcriptoribus tribuuntur huic Heroico regi Henrico, ſplendori Angliæ, & gloria Vualliæ vt ignorem vbi incipiam aut finem faciam in meritis eius laudibus.* Camdenus in ſua Britan. p. 363. *Optimus princeps*: & p. 565. *Monmouth, nulla re æque inſigne habetur, quàm quod Henricum Galliæ triumphatorem, & alterum Lancaſtrenſis ſtemmatis decus, Anglis in lucem eduxerit, illum, inquam, Henricum, qui Galliam Gallis militari virtute extorſit, & * Carolum VI. Galliæ regem eo adegit, vt regno quodammodo renuntiaret.* Atque in Reſiduis p. 381. refert atque approbat hoc eius elogium ex Walſingamo, An. 1422. *Fuit pius in animo, rarus & diſcretus in verbo, prouidus in conſilio, prudens in iudicio, modeſtus in vultu, magnanimus in vſu, conſtans in agendis, & eleemoſinis largus, Deo deuotus, & belliger quoque inſignis & fortunatus, qui in cunctis congreſsibus bellicis ſemper victoriam reportabat.* Addit Walſingam (quod Camdenus omittit) *Inimicos fidei & Eccleſiæ, per omnia perſequens, & impugnans.*

[e]2. Catholica eius religio clariſſima eſt, primò quia miſit ad Concilium Conſtantienſe ſelectiſſimos Epiſcopos & Theologos ad imponendum finem ſchiſmati, quo tum grauiter laborabat Eccleſia; ibique obtinuit vt Anglia eſſet vna ex quinque nationibus Occidentalibus, quæ parent ſedi Apoſtolicæ, ac præcederet nationem Hiſpanicam, prout non ſolum Catholici ſcriptores teſtantur, ſed etiam [a] Proteſtantes fatentur, de eoque gloriantur. Secundò, quia antequam proficiſceretur ad bellũ Gallicum, [b] tria extruxit magnifica monaſteria, vnum Carthuſianorum, alterum Celeſtinorum, & tertium Brigittinorum. In quo bello, cum accepiſſet militem quendam rapuiſſe de templo vaſculum, in quo ſacra Euchariſtia aſſeruabatur, fertur iuſſiſſe [c] agmen conſiſtere, nec prius illinc abire, quam reſtituto vaſculo, miles perſoluiſſet capite pœnas. Ac initurus pugnam illam Agincurtenſem memorabilem, *Rex Anglus* (inquit Spondanus) *ſuos iuſsit totam noctem in peruigilijs & orationibus, & peccatorum exomologeſi, tranſigere, atque etiam puſillum terræ, ob memoriam Sacramenti Euchariſtiæ, alterum alteri porrigere.* Atque vt ait Harpesfed, ſæc. 15. c. 3. *vitæ exitum ſacra admiſſorum exomologeſi,* [d] *omnibuſque Eccleſiæ Sacramentis ad Deum proficiſcenti opportunis, ſanctè muniuit. Quo tempore, accitis ſacerdotibus, cum eis orauit, ac mente, memoria, omnibuſque ſenſibus valens & integer, ſeptem pœnitentiæ Pſalmos cum litanijs recitauit: cumque ad eum Pſalmorum locum peruentum eſſet, qui illa verba complectitur. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſalem, indixit ſilentium, ac deinde palam ſubiecit: Tu noſti ô Domine me iam olim firmo apud me propoſito decreuiſſe, ſtabili & ſolida in Gallia pace ſemel ſtabilita, ſi vita poſtea protractior ex tua voluntate ſuppeteret, illam tuam* [e] *Hieroſolimitanam ciuitatem cum exercitu adire, vt illam ciuitatem & prouinciam fidei tuæ capitalibus hoſtibus ademptam ſinceris tui nominis cultoribus, ad fidei & nominis tui amplificationem traderem. Poſt quæ verba, inceptas preces vrgebat, moxque obijt.* Ibique in margine apponit partem teſtamenti ipſius, in quo Deum *rogat, vt Angliam ab omni in ſpecie hæreticorum fallacia protegat & defendat.* Conſiliarius etiam eius fuit, celebris ille Thomas Waldenſis, *robuſtiſsimus* (inquit Baleus, Cent. 7. c. 84.) *Antichriſti Achilles, qui ab Henrico quinto acceptus eſt in conſilii partem, ſiue de republica, ſiue de* [f] *religione quæſtio eſſet. In huius Vualdenſis ſinum Henricus vitales ſpiritus efflauiſſe dicitur, vt eius, cui viuens maximè fidebat.* Tertiò, conſtat eius Catholica religio ex zelo ipſius contra Wicleſiſtas. Nam cum adhuc

Vide Harpſfeld. ſæc. 15. c. 3. & Hiſtor. Vualſ. c. 13.
Laudatur à Proteſtant. Stow An. 1412.
* Gordon An. 1419. Bzou. An. 1419 Bzouius, l. 10. Spondan. An. 1340. Stow An. 1418.
R Henricus 5. Roman. Catholicus. Vide Vſſerius de Britan. Primordiis, p. 21.
a Baker in Henrico quinto, Stow 1416. Spond. l. 5. c. 2. l. 9. c. 15. Twin. l. 3. Antiq. ſec. 161.
b Vualſing. an. 1414. Baleus Cent. 7. c. 82. Camden. in ſua Britan. p. 261. Foxus. p. 541. Polid. l. 22. Harpſf. ſæc. 15. c. 17.
c Polidor. l. 22. Stow An. 1415. Harpſf. ſæc. 15. c. 3. Bzouius An. 1415. Vualſing. An. 1415. Gordon An. 1415. Bzouius An. 1415. Vſſerius in Carolo 6. Stow An. 1415.
d Vualſing. An. 1422.
Statuerat recuperare Hieroſolimam.
e Spondan. An. 1422. Sped. l. 9. c. 13. p. 660.
f Harpſf. ſæc. 15. c. 37.

g Harpeſ. Hiſt. Vvicleſ. c. 11. h Harpeſf. Hiſt. Vvicleſ. c. 11. 17. Polid. l. 22. Vvalſing. An. 1410.

eſſet princeps Walliæ, Interfuit exuſtioni Badbei, ac ſummopere nitebatur eum ad g Catholicam fidem reuocare, & cum rex eſſet, edidit reſcriptum contra Lolardos, quod extat apud h Foxum, p. 529. eorumque complures exuſti ſunt ſub ipſo, quorum nomina recenſet, Baleus Centuria ſeptima, c. 50. & 70. eiuſque zelum contra eos plurimum laudat Vvaldenſis in initio, tom. 2. Quartò, conſtat Henrici regis religio, ex ipſa Vvicleſiſtarum confeſſione, qui eum *Presbyterorum principem, & hoſtem ſuum*, vocabant, vt teſtatur Vvalſingam, Anno 1415. Cocus in actione contra Garnettum, vocat tempora Henrici quinti, *mediam noctem Papiſmi.* Sic etiam Foxus conſideratione decima.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Henrici quinti Regis.

Thomas Vvaldenſis. Harpeſf. ſæc. 15. c. 17.

1. IN primis ſanctitate claruit Thomas Vvaldenſis, ita dictus à Vvalden, oppido, vbi natus eſt; ſed à Patre Netterus dictus. Huius ſanctitatis tanta æſtimatio fuit, vt (quod ſcribit, Baleus Centuria ſeptima, c. 84.) *Volaterranus, Trithemius, Gerbrandus, & Iulianus Haſart, teſtantur eum poſt mortem inter ſanctos relatum.* Idemque ab aliquibus proditum, ſcribit Harpesfeld, ſæc. 15. c. 17. Eumque conuertiſſe Lutoldum Lituaniæ ducem ad Catholicam fidem, ſcribit idem Harpesfeld, ac Baleus locis citatis, itemque Spondanus, Anno 1377. Idem Baleus Centuria ſeptima, c. 62. *Richardus Caiſtre, cognomine bonus, per ſuam ætatem eruditus ac pius, vitam Apoſtolicam & innocentem in magna ſpiritus ſimplicitate duxit. Miranda narrantur de homine iſto. Fuit inſigni ſanctitate, & prophetico ſpiritu Clarus.* Hunc vult tacite fauiſſe Vvicleſiſtis, quia (ſcilicet) *clericorum quorundam impudicos mores modeſta correptione deflebat;* ac ſi vitia deflere, proprium eſſet Wvicleſiſtarum. *Obiit*, inquit, *Anno 1420. non ſine ſanctitatis opinione.* Claruit etiam hac tempeſtate Ioannes Carpenter, Epiſcopus Vvigornienſis, quem Twinus, l. 3. Antiq. Oxon. ſec. 170. refert ex Roſſo, *miraculis poſt mortem coruſcaſſe.* Idemque habet Godwin. in Epiſcopis Vvigornienſibus, n. 63. Qui etiam in Epiſcopis Exonienſibus, n. 22. ita ſcribit. *Edmundus Lacy Epiſcopus, magna vir pietate, ad cuius tumulum miracula olim patrata, ac illius ſanctitati aſcribenda, plebem credidiſſe, perhibent.* Boëthius, l. 17. Hiſtoriæ Scot. meminit Oſwaldi Angli Carthuſiani, *viri*, (ait) *multam præ ſe ſanctitatem ferentis, quem Iacobus primus præfecit monaſterio Carthuſiano à ſe condito.* Ac l. decimo refert, quòd cum parricidæ Scotiæ regem Iacobum occiderent, Regina Margarita, Angla, *ſuo corpore obiecto, cum enim protegere conaretur, ac proſtrato, ſe ſuperfudiſſet, duobus vulneribus acceptis, vix abſtrahi potuit.* Vvadingus, Annno 1416. n. 10. *Floruit in Anglia hoc tempore, Gulielmus Holmus, à virtutis, pietatis, & bonarum literarum ſtudiis, ſed in primis Chriſtianæ pietatis nomine, quàm plurimum commendatus, vt non ſolùm ægris hominum animabus, ſed etiam infirmis corporibus mederi ſalubriter poſſet, exemplo ſanctorum Coſmæ & Damiani.* (circa hoc tempus obijt Lucia, Prioriſſa de Herringam de qua, Agnes Prioriſſa, quæ ei ſucceſſit & Conuentus monialium ibidem, in publicis literis ad Monachos & moniales Angliæ, à quibus petunt ſuffragia pro anima eius defunctæ, ita * ſcribunt: *Iſta, vt nouimus, vinculo matrimonii ſepties conſtricta, conſortiu virilis ignara, incontaminata ſemper & illæſa permanſit.*

Conuertit ducem Lituaniæ.

Richardus Caiſtre Poſſeuin de ſcrip. n. 773.

Ioan. Carpenter.

Edmundus Lacy.

Oſwaldus Carthuſian.

Pietas Reginæ Margaritæ.

Gul. Holmus.

* Weever Mon. p. 621.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA, ſub Henrico quinto rege.

1. IN primis doctrina claruit præfatus Thomas Waldenſis, de quo extant complura doctiſſimorum hominum elogia, quorum aliqua ego recenſebo. Trithemius, l. de Carmelitis. *Thomas Vvaldenſis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & valde eruditus, & in ſeculari Philoſophia egregiè doctus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, hæreticorum malleus & expugnator fortiſſimus. Scripſit inſigne opus contra Vvicleſiſtas, & moritur non ſine opinione ſanctitatis, Anno 1430.* Idemque repetit l. de ſcriptoribus. Sotus l. 2. de iure & iuſtitia, quæſt. 4. art 2. *Vvaldenſis ſolemnis author.* Et l. 7. quæſt. 6. art. 2. *Celeberrimus Vvaldenſis, præſtantiſſimus antiquitatis ſcrutator.* Et m. 4. d. 1. q 4. art. 1. *Thomas Vvaldenſis nobiliſſimus antiquitatis ſcrutator.* Vega quæſt. 4 de merito, p. 782. *Inſignis ille hæreſis Vvicleſi impugnator, Thomam dico Vvaldenſem, vberrimum fontem, ex quo hauſerunt bonam partem penè omnes qui Lutheranam ſectam impugnarunt.* Quod Vegam non immerito aſſeruiſſe teſtatur Poſſeuinus in Bibliotheca ſelecta. Idemque in Apparatu, tom. 3 p. 148. *Thomas Vvaldenſis, vir verè doctiſſimus, & ſanctus.* Item; *ſui temporis hæreſum, & deinceps exortarum, euerſor fuit. A noſtri æui ſcriptoribus, præſertim Cocleo & Hoſio, magnopere celebratus, qui mortuus eſt non ſine opinione ſanctitatis.* Myreus in Auctuario ſcriptorum: *Inuictus hæreticorum Antagoniſta*, Ruardus art. 2. p. 52. *Venerabilis Vvaldenſis in opere inſigni, quod de Sacramentis ſcripſit.* Bellarminus l. de ſcriptoribus. *Thomas Vvaldenſis Anglus, ſcripſit opus egregium, quod inſcripſit Doctrinale fidei antiquæ.* Alanus de Raguſio in Concilio Baſilienſe apud Caniſium, tom. 3. *Doctrinam Vvicleſi pleniſſimè legit, optimè intellexit & fortiſſimè atque acerrimè, vt verus Eccleſiæ Catholicæ filius, & doctor Catholicus, impugnauit.* Vide Alanum Cardinalem de Euchariſtia, c. 21. Stapletonum Controuer. 5. l. 9 c. 12. Harpesfeld, ſæc. 15. c. 7. 8. & 17. Baleus Centuria ſeptima, c. 81. agnoſcit eum fuiſſe *ſcientiſſimum*, & addit, *hunc Vvaldenſem, tot nobilium Authorum volumina, maiuſculis literis Romanis ſcripta, Carmelitis Londinenſibus ex teſtamento reliquiſſe, quot illa ætas duobus ad minimum * aureorum millibus æſtimauit.* Bzouius, Anno 1419. *Floruerunt id temporis inter Carmelitanos in Anglia, aliquot viri illuſtres, ad tuendam fidem Catholicam & libertatem Eccleſiaſticam nati;* Ex quibus nominat, *Stephanum * Patringtoni, Thomam Cauleium, Robertum Maſcallum, Thomam Peuerellum, Ioannem Vvainfletum.* Sed Proteſtantium confeſſionem audiamus. Godwin. in Epiſcopis Meneuenſibus, n. 69. *Thomas Radburn, vir multiplici eruditione inſtructiſſimus, Theologus magnus, Mathematicus inſignis;* De eodem ita Baleus, Cent. 7. c. 83. *Adoleuit in eo cum probitate morum, multarum rerum ingens cognitio; ſolertis ingenij pollebat lumine, atque inuentionis acrimonia pollebat plurimum.* Hæc Baleus, qui ſimul ſcribit, eum fuiſſe vnum ex iudicibus, qui damnarunt Wicleſum; adeoque fatetur Wicleſum damnatum eſſe *à probo & doctiſſimo viro*, Idem Godwin. in Epiſcopis Lincolnienſibus, n. 21. *Richardus Fleming, & Robertus eius frater, viri doctrina ac eruditione inſignes, quod opera ab illis perſcripta demonſtrant.* Ibidem, *Richardus, Ioannem Vvicleſum olim defunctum, ad Concilij Senenſis mandatum, exhumari fecit & comburi, Anno 1425. Anno deinde 1440. Collegium Oxoniæ inſtituit, Lincolnienſe hodie nuncupatum.* De eodem ita Baleus, Cent. 7. c. 90. *Richardus Fleming, vir illuſtris quidem genere, ſed literis atque amore in patriam multo illuſtrior, ex duodecim Cenſoribus aduerſus Vvicleſi libros, fiebat vnus.* Idem c. 56. *Ioannes Seguard, inſignis ſui temporis rhetor ac Poëta, vir multæ lectionis atque iudicij in varijs ſcientijs, eo tandem proceſſit, vt ornamento eſſet toti Britannicæ regioni, præſertim cum præter literas, quas planè non vulgares habebat, tanta eſſet inculpabilis vitæ honeſtate.* c. 59. *Robertus Roſe, nulla erant Philoſophiæ penetralia, ad quæ ille partim labore, partim ingenij fælicitate aditum non fecerit. Prorſus nulli in Theolo-*

De viris doctis hoc tempore, vide Harpesfeld ſæc. 15 c. 17. 30. Piſſeus à n. 764 ad 785

THOMAS VVALDENSIS.

Piſſeus de ſcript. n. 796.

* *Harpesf. ſæc. 15. c. 17.*

* *Vvalſing. An. 1414. Baleus Cēt. 7. c. 41.*

THOMAS RADB.

Piſſeus de ſcript. n. 879. & 771.

RIC. FLEMING.

Harpesfeld ſæc. 15 c. 24.

Fundat Collegium Lincolnienſe.

gia receſſus tam abditi, quin accepta boni ſpiritus face, curioſe indagauerit. c. 61. *Ioannes Luck, vir in literis longo tempore verſatus, famæ excellentis pretium inter eruditos commeruit. Quem Vvaldenſis iugi Scripturarum ſtudio atque acutiſſimis diſputationibus exercitatum narrat,* eumque aſſerit fuiſſe vnum ex ijs qui damnarunt doctrinam Wiclefi. c. 66. * *Richardus Snetisham, in acumine diſputandi nemini ſuo tempore conceſſit, & præterea (vt ea ferebat ætas) facundiæ videbatur torrens inexhauſtus. Scripturæ ſacræ myſteria in ſcholis publicis aſſiduè multa cum eruditione interpretatus eſt.* c. 67. *Gulielmus Batercombe, præcipuè in matheſi ſtudiorum ſuorum primas partes poſuit, & in alijs quoque literatis artibus proſperiter verſatus famæ pretium excellentis, inter ſui temporis eruditos, commeruit.* c. 69. *Ioannes Beſton, ſermocinator in ſua lingua copioſus & eloquens valde, atque in certaminibus ſcholaſticis diſceptator acutiſſimus.* c. 75. * *Robertus Colman Lelandi teſtimonio, pro loquio, ingenio, eruditione denique vel iudicio rariſſimo, eluxit.* Hæc Baleus, & alia plura, de alijs viris doctiſſimis, qui ſub Henrico quinto floruerunt: qui tamen non erubeſcit huius ætatis homines doctiſſimos, appellare *meros aſinos*, ipſe veriſſimus aſinus. Twinus, l. 3. Antiq. Oxon. ſec. 170. refert ex Roſſo, quòd *Henricus quintus decreuerat Oxonij nobile Collegium fundare, in quo ſeptem ſcientiæ profunde elaborarentur, & aliarum doctrinæ abunde docerentur,* ſed immatura mors, eius fælicitati, & Anglorum bono inuidit. De alijs viris doctis in Anglia ſub Henrico quinto, vide Pitſeum à n. 764. ad 785.

† Harpsf. ſæc. 15. c. 25.

† Harpsf. ſæc. 15. c. 24.

Quale Collegium Henricus 5. ſtatuit fundare.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, tempore Henrici quinti.

1. VT non repetamus ea, quæ ſec. 2. retulimus, de miraculis factis à Richardo Caſtre, Ioanne Carpenter, Edmundo Lacy, Harpesfeld. Hiſt. wiclef. c. 18. ita ſcribit. *Tot Diuus Thomas* (Cantuarienſis) *quem impudens Vvicleffios tanquam proditorem conuitijs inceſſere non verebatur, tam frequentibus, tam illuſtribus miraculis eo potiſſimum tempore, quo hæ hæreſes maximè graſſabantur nobilitatus eſt, vt Richardus rex per literas ad Thomam Arundelium Cantuarienſem, clarum de illis ferret teſtimonium, eaque diuinitus ad Vvicleffianas hæreſes confringendas atque euertendas profecta eſſe profiteretur.* Ibidem refert fuiſſe hoc tempore duas puellas, quarum vna per quindecim annos, & altera, per octo annos, ſingulis dominicis diebus Euchariſtiam ſumebat, nullo alio cibo aut potu toto illo tempore accepto.

Miracula S. Thomæ Cantuarienſis.

Duæ puellæ viuunt ex ſola Euchariſtia.

CAPVT QVINTVM.

HENRICVS SEXTVS, REX CHRISTIANVS Angliæ, quadrageſimus ſeptimus, ab Anno 1422. ad Annum 1460.

SECTIO PRIMA.

1. HEnrico quinto, ſucceſſit filius eius vnicus, Henricus ſextus, nondum annalis puer, regnauitq; Annis 38. de quo ita Polidorus, l. 28. *Erat Henricus ſextus, vir miti ſimplicique ingenio, qui pacem bello anteponebat, quo nihil caſtius, nihil probius, nihil ſanctius, nihil melius. In eo pudor, modeſtia, integritas, patientia ſumma, qui humanos caſus, ærumnas, omnia id genus vitæ tormenta, perinde æquo animo ferebat, ac ſi ipſius culpa contracta eſſent. Animæ tantum ſaluti ſtudebat, quæ ſola ſapienter quidem bona, eiuſque amiſſione, mala metiebatur, & definiebat.* Et l. 24. *Homo longè innocentiſſimus, pietate potius quàm dominatione alios mortales antecedere ſtudebat, adeo vt præ illius ſtudij cura & delectatione, in qua totus acquieſcebat, non magnopere quærendum*

Laudes Henrici ſexti.

dum duceret imperium. Ibidem ! *Fuit ſtatura procera, corpore gracili, cui membra per omnia reſpondebant, facie decora, in qua continuè renitebat illa bonitas animi, qua maximè præditus erat. Abhorrebat ſuapte natura tam corporis quam animi vitia, ex quo iam inde à puero honeſtus fuit, integer, mali expers, boni capax, contemptor rerum omnium, quæ animos mortalium labefactare ſolent.* Spondanus, Anno 1471. *Princeps piiſſimus, ac Deo charus.* Ioan. Maior, l. 6. c. 20. *Vir animoſus & clemens fuit ſecundùm temporis exigentiam.* Harpesfeld, ſæc. 15. c. 4. *Vir fuit modeſti, aperti, ſimplicis, & manſuetiſſimi ingenij, ſummæ certè innocentiæ, quem apud homines ſuperi inſignibus miraculis ornarunt.* Sed Proteſtantes audiamus. Camdenus in ſua Britannia, p. 157. aliàs 212. *Fuit ſanctiſſimus rex. Erat expreſſum Chriſtianæ pietatis & patientiæ exemplum.* Et p. 278. *Optimus & pientiſſimus princeps.* Baconus in vita Henrici ſeptimi, *Princeps Innocentiſſimus.* Parkerus in Archiepiſcopis Cantuarienſibus, n. 62. *Henricus ſextus, ſummus bonarum literarum Patronus*, Godwin. ibid. *Henricus, ob pietatem vir habitus ſanctiſſimus.* In Epiſcopis Lincolnienſibus, n. 23. *Priſcorum regum ſanctiſſimus.* In Archiepiſcopis Eboracenſibus, n. 50. *Homo, ſine dubio ſanctiſſimus.* Foxus in Actis ſuis, p. 76. *Non dubito, quin Henricus ſextus fuerit bonus & pacificus princeps.* Stous in Anno 1472. *Erat natura comis & mitis, omnes inimicos patienter ferebat. —— Tum in aduerſis rebus, tum proſperis patiens erat ac pius, vt ſpeculum potuerit eſſe perfectæ virtutis —— Candidus erat, & ſincerus, totus deditus precibus, lectioni ſcripturarum, & eleemoſinis. Tanta integritatis vt Epiſcopus, qui eius confeſſiones decem annos acceperat, profeſſus ſit eum toto illo tempore mortalis peccati flagitium non commiſiſſe.* Hæc & alia tum ille ibid. tum Spedus, l. 9. c. 16. Martin in vita Henrici ſexti, Bakerus in Henrico ſexto; & alij Proteſtantes, quos breuitatis gratia omitto.

Vide Epiſtolā B. Ioannis Capiſtrani ad Henricum VI. apud Vvadingum, tom. 6. Annal. An 1454.

Laudatur à Proteſtan.

2. Catholica huius ſancti regis religio, teſtatiſſima eſt. Nam ita Parkerus loco citato. *Eugenius Papa, maiorum ſuorum exemplo, ad Henricum regem ſextum auream roſam, inſtituta ſolemni legatione, miſit; Quam Papæ benignitatem rex non modo reſcriptis gratijs, ſed plurimis donis remunerauit. —— Tanto religionis ardore atque zelo flagrauit, vt multas peregrinationes ad Thomæ delubrum Cantuariæ pedes ſuſceperit.* Baleus, Centuria ſeptima, c. 75. & 76. nominat nonnullos Vviclefiſtas, qui ſub hoc rege exuſti ſunt: & Foxus in actis ſuis, p. 607. refert reſcriptum huius regis contra eoſdem, quod ipſe vocat crudele. Camdenus etiam locò citato teſtatur Henricum ſeptimum egiſſe cum Iulio ſecundo, de illo inter diuos * referendo, ſed præuentus morte, id non eſt proſecutus. Baleus, Cent. octaua c. 4. vocat hæc tempora *medias Papiſtarum tenebras*, & ibidem cap. 34. ait quod Ioannes Stanberius, qui quandoque erat Henrici confeſſarius, *totus inrauerat in Romani Pontificis authoritatem.*

R. Henricus VI Romano Catholicus.

† Parkerus in Archiep. Cantuar.

Baconus in Henrico 7. p. 378.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Henrici ſexti.

1. INter ſanctos in Anglia, hoc tempore, primum locum iure vendicat ipſe * ſanctus rex, vt patet ex teſtimonijs citatis, & miraculis ipſius infra referendis. Ioannes Alnerwick, teſte Godwin. in Epiſcopis Lincolnienſibus n. 23. *Homo propter doctrinam & morum ſanctitatem, tam celebris, vt priſcorum regum ſanctiſſimus Henricus ſextus, eum in confeſſorem ſibi aſciuerit.* Ioannes Felton (teſte Baleo Centur. ſeptima, c. 93.) *Vir planè pius & ſanctus*, claruit, *Anno* 1440. Sonmer in deſcriptione Cantuariæ, p. 294. *Ioannes Stone, piiſſimus monachus Cantuariæ, Anno* 1448.

R. HENRICVS VI.

† Portarias 22 May.

IO. ALNEVVICK.

IO. FELTON.

IO. STONE.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, tempore Henrici ſexti.

1. BZouius, Anno 1340. *Floruerunt id temporis in Anglia aliqui viri inſignes, qui Eccleſiam Catholicam doctrina, voce & ſcriptis relictis illuſtrarunt. Robertus* [a] *Hundeſlant, varia eruditione inſtructus, & integritate morum laudabilis. Ioannes Bernegamus Theologus inſigniter doctus. Richardus Fleming. Super hos autem emicuit Thomas Vvaldenſis, qui vt refert Volaterranus, inter beatos connumeratur.* Trithemius, l. de Carmelitis: *Ioannes Bernegam, in ſcripturis erudiſſimus, & in ſæcularibus literis egregie doctus in declamandis ad populum ſermonibus, diſputandiſque quæſtionibus ſcripturarum excellentis ingenij. Claruit 1430.* Ibidem, *Gualterus* * *Hunt, in diuinis ſcripturis valde eruditus, & ſæcularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis, ſcientia profundus claruit 1430.* Item, *Ioannes Scandeberus, Epiſcopus Herefordienſis, in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſæcularium literarum non ignarus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio; vita quoque & conuerſatione deuotus.* Poſſeuinus in Apparatu. *Ioannes* * *Capgraue, Theologus inſignis.* Harpesfeld, ſæc. 15. c. 27. * *Petrus de ſancta Fide, magnum ſibi decus, ob inſignem Theologiæ ſcientiam, comparauit.* c. 14. *Ioannes Capgrauius, præ alijs pietatis & doctrinæ palmam tuliſſe videtur.* c. 17. * *Thomas Penkethus, in ſcholaſtica Ioannis Scoti diſciplina, princeps quidam ex omni Europa habebatur: eiuſque libros ex incredibili tenacis memoriæ magnitudine, ita ad vnguem tenuiſſe traditur, vt ſi intercidiſſent exemplaria, memoriæ ſuæ ſubſidio reparare & reſtaurare potuiſſet.* Et c. 18. & ſequentibus recenſet alios doctos & inſignes viros, qui apud ipſum videri poſſunt, c. 15. *Ioannes* * *Loue, vir fuit impenſe doctus, quod & eius ſcripta teſtantur, ornatiſſimam Bibliothecam Londini inſtituit.* Sed Proteſtantium confeſſionem audiamus. Godwin. in Epiſcopis Elienſibus, n. 26. *Summus Pontifex recondita eius* (Gulielmi Graij) *eruditione delectatus, huic ſedi* (Elienſi) *vltro, & vix rogatus eum præfecit.* Baleus Centuria ſeptima, c. 75. 2. *Robertus Colman, Oxonienſium aliquando delicium, Lelandi teſtimonio fuit. Inter quos, inquit, eloquio, eruditione, ingenio, denique iudicio vel rariſſimo eluxit.* c. 79. *Ioannes Batus, vt Lelandus ſcribit, exacto in ſtudijs iuſto temporis ſpatio, euaſit non modo in clarum Philoſophum, verumetiam Theologum, erat Græcarum literarum ſtudioſus.* c. 100. *Ioannes* * *Torpus ſophiſta ſubtiliſſimus, poſt longa variarum artium & peregrinarum doctrinarum ſtudia, ſcriptura, Rabbinatu Cantabrigiæ donatus erat Vvicleſi ſectatoribus atrocia intulit bella, ex quibus actionibus in ſplendidi triumphi memoriam, doctoris ingenioſi cognomen accepit.* Centuria 8. c. 1. *Ioannes Capgraue, Auguſtinianorum omnium doctiſſimus. Philoſophus enim & Theologus illa ætate præcipuus erat, ingenio quoque atque eloquio ſummo clarus. Scripturas diuinas vnicè amabat. Sunt hæc plane illuſtria eius doctrinæ teſtimonia, &c.* c. 7. *Ioannes Lidgate, omnium ſui temporis, in Anglia, Poëtarum facilè primus floruit. Tanta enim eloquentia & eruditionis homo iſte fuit, vt nunquam ſatis admirari poſſimus, vnde illi, in ætate tam rudi, tanta accreuit facundia. Erat omnium artium ſcientiſſimus.* Et Camdenus in ſua Britannia, p. 408. aliàs 336. *Huius ingenium, ab ipſis muſis effictum videtur, ita omnes veneres & elegantia in ſuis Anglicis carminibus renident.* Idem Baleus, c. 12. *Dauid Boys* (*vt Lelandus inquit*) *non modo ſuum ipſius animum, verùm etiam aliorum multorum mentes, cognitione rerum, vel ad miraculum varia, pulcherrimè informauit. Erat vir planè pius ac doctus*, c. 14. *Michaël Tregorius, tantum in diuerſarum artium ſtudiò ac diligentia à iuuentute profecit, vt Lelando teſte, ſuo tandem ſæculo clariſſimus haberetur, vir omnium diſciplinarum genere inſtructiſſimus, ac grauitate eximius.* c. 23. *Gulielmus Stapilartus, non ſine magna eruditionis ſummæ laude à Lelando numeratur. Talis enim* (*inquit*) *erat, qualem nec noſtra ætas, quantumcumque aurea ſit, inter doctores collocare dedignaretur.* Hæc Baleus, & multa alia ibidem de viris doctiſſimis hoc tempore in Anglia.

Vide Poſſeu. de ſcript. de viris doctis ſub Henr. VI à n. 785. ad 851.
[a] *Pitſeus de ſcript. n. 792.*
[b] *Pitſeus, n. 793.*
[c] *Pitſeus, n. 794.*
* *Bakerus in Eduardo IV. Baleus, Cent. 8. c. 39. Pitſeus, n. 878.*
* *Baleus, Cent. 8. c. 34. Godwin. in Epiſcopis Hereford. n. 59.*
* *Baleus, Cent. 8. c. 11.*
* *Pitſeus, n. 846.*
† *Baleus, Cent. 8. c. 47. Poſſeuinus in Apparatu. Pitſeus in ſcript. n. 886.*
† *Godwin. in Epiſcop. Roffenſibus n. 51. Baleus, Cent. 7. c. 91. Pitſeus de ſcript. n. 808.*
Gul. Graius.
2. Vvadin. An. 1426. n. 9.
† *Harpsf. ſæc. 15. c. 18.*
CAPGRAVIVS. Pitſeus de ſcript. n. 883.
IO. LIDGATE. Pitſeus de ſcript. n. 820.
BOYS. Pitſeus de ſcript. n. 834.
TREGOR. Pitſeus, ſcrip. n. 872.

2. Nec

2. Nec mirum, ſi tunc temporis floruerunt in Anglia complures viri doctiſſimi, cum eo tempore fuerint nonnulli nobiliſſimi literarum Mecænates. Nam vt ſcribit Bzouius, Anno 1448. *Henricus ſextus, ſummus bonarum literarum Patronus, duo regalia literarum ſtudijs collegia conſecrata, inchoauit, vnum * Etonæ, alterum Cantabrigiæ.* Polidorus, l. 24. *Condidit Henricus ſcholam magnificam ad Etonam, in quo collocauit collegium ſacerdotum, puerorumque magno numero, qui inibi nutrirentur, docerenturque Grammaticam. Item Cantabrigiæ fuit author collegij regij, quod hodie diſciplinarum cultu ita floret, vt facilè omnium collegiorum ſit princeps.* Camdenus in ſua Britannia, p. 251. *Etonæ cernitur collegium egregium, & humanarum literarum gymnaſium celebre, ab Henrico ſexto conſtructum, præter Præfectum, ſocios octo, & Cantores, pueri ſexaginta gratuito aluntur, Grammaticam docentur, & ſuo tempore ad Cantabrigienſem Academiam promouentur.* Alter bonarum literarum Mecænas erat Humfredus, Dux Gloceſtrenſis, de quo ita Æneas Siluius, poſtea Pius II. l. 1. Epiſ. 64. *Magnæ referendæ ſunt grates clariſſimo illi & doctiſſimo principi, Gloceſtriæ duci, qui ſtudia humanitatis ſummo ſtudio in regnum veſtrum recepit. Hoc nimirum fit, vt plures Anglorum eloquentes euadant.* Et Camdenus in ſua Britannia, p. 335. *Eodem tempore ſchola Theologica (Oxonij) tanta elegantia extructa eſt, vt illud Zeuxidis ei merito inſcribi poſſet, inuiſurum facilius aliquem, quàm imitaturum, & in eius ſuperiori parte Bibliothecam inſtitutam, centum viginti nouem ſelectiſſimis libris, quos magnis impenſis ex Italia comparauit, exornauit Humfredus ille bonus Dux Gloceſtriæ, bonarum literarum ſummus admirator.* Et p. 323. *Humfredus, de republica literaria meritiſſimus.* De Gulielmo Wainfleto, Epiſcopo Wintonienſe, ita Godwin. in Epiſcopis Wintonienſibus, n. 54. * *Collegium Magdalonenſe Oxoniæ inſtituit, cui in toto orbe Chriſtiano haud temere reperias aliud conferendum, ſi magnificentiam ſtructuræ, redditumm amplitudinem, politiam & adminiſtrationem, ac denique omnium partium inter ſe mutuam concinnitatem ſpectemus, quas in alio quoquam coniunctas tam præclaras, vt omnibus numeris perfectius liceat dicere nullibi (quantum auguror) inuenias.* Tantaque erat fama eruditionis Anglorum hoc tempore, vt legati Concilij Baſilienſis, in oratione ad Regem proceres, & Epiſcopos in Anglia (prout refert Harpesfeld, ſæc. 15 c. 8.) dixerint, quòd *natio Anglorum hominibus eloquentiſſimis & prudentiſſimis mirum in modum abundaret, ita prorſus, vt totius humanæ & diuinæ ſapientiæ primæ, iam olim huic deferrentur.* De alijs viris eruditis in Anglia ſub Henrico ſexto, vide Piſeum de ſcriptoribus Angliæ à n. 785. ad 855.

Foxus p. 644. Stous An. 1440. — *Collegium Etonenſe.* — *Baleus, Cen. 8. c. 2.* — *Schola Oxonienſis.* — *a Harpesf. ſæc 15 c 24. Bibliotheca.* — *Gul. Wainfleet.* — * *Camdenus in ſua Britan. p. 335. al 484. Parkerus in vita Staffordi.* — *Harpesf ſæc. 15 c. 20. Legati Concily Baſil. laudant eruditionem Anglorum.*

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA; tempore Regis Henrici ſexti.

1. Miraculis hoc tempore Pius rex Henricus & viuus & mortuus Catholicam fidem contra Wicleſiſtas comprobauit. Harpesfeld, ſæc. 15. c. 5. ſcribit librum confectum eſſe, *accurata cura Ioannis Morgani, collegij Vvindeſorienſis Decani, qui poſtea fuit a Meneuenſis Epiſcopus, & Oliuerij Kingi eiuſdem Eccleſiæ Canonici, qui poſtea deſignatus fuit Epiſcopus b Exonienſis, in quo ducenta plus minus miracula per Henricum edita continentur.* Additque ipſe Harpesfeld. *Nulla fuit in Anglia Diœceſis, quid dico, Diœceſis? nulla regio aut prouincia, quid prouinciam nomino? nulla vrbs, quid vrbem nomino? nullum penè oppidum, nullus ferè vicus aut pagus, quo non redundauit aliquid quaſi ex vaſto ſanitatum Oceano.* Et nonnulla ipſe refert, ſæc. 15. c. 19. 21. 24. quæ apud ipſum videri poſſunt. Polidorus, l. 24. *Henricus ad Cherſeium ſepultus, ſtatim bene multis cæpit celebrari miraculis, ſed non multo poſt ad Vvindeſorium caſtrum delatus, in æde Diui Georgij nouo mauſoleo infertur, vbi etiam miracula frequenter eduntur.* Et addit ibidem, *eius nomine, dum viuebat, miracula à Deo edita fuerunt.* Stous, Anno 1471. *Colebatur ſub nomine S. Regis Henrici, cuius ruber pileus boloſericus credebatur mederi dolori capitum eorum, qui illum induebant.* Tokerus in

a Godwin. in Epiſc. Menev. n. 77. — *b Godwin. in Epiſc. Exon n. 12.* — *Ducenta miracula Henrici ſexti.*

Epiſtola dedicatoria libri ſui de ſtruma, tribuit illi *donum prophetiæ.* Et Foxus in Actis ſuis, p. 1105. ſcribit, quòd *peregrini, præſertim Deuonienſes & Cornubienſes, turmatim veniebant cum candelis & imaginibus, quas offerebant pio regi Henrico.* Prætererea Polidorus, l. 23. Anno 1405. ſcribit. *Per idem temporis, Oſmundus, qui olim Sarisburienſis Epiſcopus fuerat, per Calixtum Romanum Pontificem inter Diuos refertur, quod vir ſanctiſſimus fuiſſet, cuius corpus etiam nunc in principe æde multo cum cultu aſſeruatur, quod ibidem crebra edantur miracula.*

Miracula S. Oſmundi.

CAPVT SEXTVM.

EDVARDVS SEPTIMVS, DICTVS QVARTVS, Rex Angliæ Chriſtianus quadrageſimus-octauus, ab Anno 1460. ad Annum 1482.

SECTIO PRIMA.

1. IN Henrici ſexti locum ſuffectus eſt Eduardus, ex familia regia Eboracenſi, qui regnum tenuit annis viginti duobus, mortemque oppetiit, Anno 1482. *Fuit*, inquit, Polidorus, l. 24. *Corpore procero ac eminenti, quippe qui omnes excederet ſtatura, honeſta facie, lætis oculis, patenti pectore, ingenio acri, animo magno, memoria tenaciſſima, in rebus gerendis ſolers, promptus in periculis, in hoſtes vehemens ac terribilis, in amicos & hoſpites munificus, in bellis gerendis longè fœliciſſimus; honores, præſertim ſacerdotales, præclariſſimis quibuſque viris deferendos ſemper curauit, eoſque inprimis ad conſilia adhibuit.* Eademque repetit Bzouius, Anno 1483. Spondanus, Anno 1483. ait, *Thomas Morus, multis eum præconijs efferens, tunc mortuum dicit, cum vita eius maximè optata omnibus & iucunda foret.* Comines, l. 4. c. 10. *Formoſiſſimus princeps & magnus, non memini me vnquam vidiſſe virum pulchriorem.* Et addit, quòd *præſens in nouem prælijs victor extitit.* Ita Catholici ſcriptores. Ex Proteſtantibus, Reuſnerus in Genealogijs *Eduardus quartus, vir magnanimus, in rebus gerendis ſolers, in periculis promptus, in bellis fœliciſſimus.* Stous, Anno 1460. *Erat magni animi & excellentis ingenij.* Et Anno 1483. *Erat ſpecie digna imperio, magnanimus, in conſilio prudens, in aduerſis infractus, in proſperis lætus, potius quàm elatus, in pace æquus & clemens, in bello acer & ferox.* Eademque habet Spedus, l. 9. c. 17.

Laudes Eduardi regis.

Laudatur à Proteſtant.

2. Catholica eius religio manifeſta eſt. Nam ita Parkerus in Archiepiſcopis Cantuarienſibus, n. 64. *Eduardus, Eccleſiæ immunitates atque iura, iniquis iuridicorum calumnijs conuulſas & labefactatas, diplomate regio confirmauit.* Ibidem, *Rex, & regina peregrinantes ad Thomæ* (Cantuarienſis) *delubrum venerunt Cantuariam.* Item, *Rex obtulit multa Thomæ delubro dona.* Stous, Anno 1461 *Vveſtmonaſterii intereſſit redimitus diademate, in honorem Dei & ſancti Petri: & ſequenti die eodem modo in templo ſancti Pauli, in honorem Dei & ſancti Pauli.* Præterea* filia eius Brigida, ſanctimonialis facta eſt in Detfordiæ monaſterio, quod Eduardus, (inquit Baker in eius vita) fundauerat. Weuer. in ſuis monimentis, p. 138. (& teſtatur Wadingus, tom. 7. Anno 1480. introduxit Minores Obſeruantes Windeſoriæ etiam (vt refert Twinus, l. 3. Antiq. Oxonien. §. 183. *Perpetuam duorum ſacerdotum Cantariam inſtituit.* Et §. 189. *literis ad Academiam Oxonienſem ſua manu ſcriptis, ſignificauit ſe peculiari ratione, protectoris vniuerſitatis Oxonienſis nomen, ſibi aſſumpturum. Quas literas poſtquam Oxonienſes ſuis priuilegiis inſeruiſſent (id quod regi gratiſſimum fuit) religioni vindicandæ ſe accingentes, omnes Vviclefi, & Peacocci libros ſolemni conuentu, pulſatis Campanis, in quadriuio vulcano tradiderunt.* Ac Foxus in Actis ſuis, p. 659. ſcribit quendam Wiclefiſtam, nomine Gooſum, exuſtum ſub Eduardo.

P Eduardus Catholicus.

† Polidorus, l. 24. Spedus l. 9. c. 17. Vveuer p. 335. Harpſf. ſæc. 15. c. 6. Stous An. 1483.

Vviclefi libri exuſti Oxonij.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, tempore Eduardi ſeptimi dicti quarti.

1. HArpesfeld, ſæc. 15. c. 24. *Fuit hoc ſæculo Ioannes Shornus, presbyter, propter exactam vitæ rationem, ſummamque pietatem, & in vita, & poſt obitum apud homines valdè celebris, quam miracula crebra vt aiunt, teſtata ſunt. Ad cuius tumulum ſ voti & ſanitatis recuperandæ cauſa, magnum (etiam hac noſtra ætate in pago Buckingamiæ comitatus, quem Normaſtonum appellant) populi concurſum factum, me puero, ſcio.* Baleus, Centur. 8. c. 24. *Thomas Scropus, Euangelium regni Dei, in ſacco & cilicio, catena ferrea cinctus, prædicabat circa annum Chriſti 1425. poſthac cellam anachoriticam repetijt, in qua viginti annis deinceps remanſit. Conſentiente demum Eugenio quarto, Romano Pontifice, factus eſt Dromorenſis Epiſcopus. Cùm ſenex eſſet, ſingulis ferijs ſextis, in Diœceſi Nordouicenſi, per patriam pedibus nudis obambulans, diuinæ legis decalogum, in pagis & agris docebat, omniaque ſua in pios vſus diſtribuebat. Ad decrepitam vſque ætatem vixit, centum fere annorum ſenex, ac mortuus eſt anno ſalutis 1491. die 15. Ianuarij, non ſine ſanctitatis opinione.* Eademque habet Weuer. in ſuis monumentis, p. 789.

Io. Shornus.
Tho. Scropus Pitſeus de ſcript. n. 896.

SECTIO TERTIA.

QVIDAM ERVDITIONE CLARI IN ANGLIA, tempore Eduardi ſeptimi, dicti quarti.

1. BAleus, Centuria 8. c. 28. *Nicolaus Kenton, Rhetor, Poëta, Philoſophus, ac Theologus ſua tempeſtate tam diſertus fuit, vt longè vltra eius ætatis naturam, ex tempore eleganter, ac frequenter orare conſueuerit. Sacris primo literis obnixè Cantabrigiæ nauauit, vbi & Theologi tandem inſignibus donatus fuit, honoremque inter ſuos ſummum ſtatim geſſit.* Et c. 40. *Ioannes Hambois, elimatæ eruditionis homo.* Godwin. in Epiſcopis Lincolnienſibus, n. 27. *Ioannes Ruſſel, Epiſcopus, cuius pietas, ſapientia, multus rerum vſus, & eruditio ſingularis, à Thoma Moro, magnis effertur laudibus.* Et Spedus, l. 9. c. 18. de eodem: *Vnus ex doctiſſimis, quos Anglia ſua ætate habuit.* Weuer. in ſuis monumentis, p. 887. *Edmundus Kirton, Abbas Weſtmonaſterij, Theologiæ doctor, & profunde doctus.* Harpesfeld, ſæc. 15. c. 28. *Georgius Neuil Archiepiſcopus Eboracenſis, ad eam totius humanæ & diuinæ doctrinæ, in Academia Oxonienſi, magnitudinem peruenit, vt reliquos ferè omnes non minus eruditione, quàm generis ſplendore ſuperarit.* Et c. 27. refert quod Elizabetha Regina, Eduardi regis vxor, *poſuit collegium illud, quod Reginale dicitur, Cantabrigiæ.*

Nic. Kinton
De viris doctis ſub Eduardo vide Pitſeũ, à n. 855. ad 883.
Io. Ruſſel. 1. Sions An. 1483.
Harpeſf ſæc. 15 c. 24 Ed Kirton.
Georgius Neuil
Regina fundat Collegium.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, ſub Eduardo ſeptimo, dicto quarto.

PLeraque ex miraculis ſancti regis Henrici ſexti, facta ſunt poſt eius obitum ſub hoc rege, de quibus quoniam iam egimus, nolumus ea repetere.

CAPVT SEPTIMVM.

EDVARDVS OCTAVVS, DICTVS QVINTVS, *Rex Angliæ Chriſtianus quadrageſimus octauus, Anno 1482.*

EDuardus ſeptimus, dictus quintus, regnum Angliæ reliquit ſuo filio Eduardo octauo, dicto quinto, puero duodenni, ſed crudelis eius patruus eum & regno & vita ſpoliauit intra tres menſes; Catholica autem eius religio ſatis apparet ex ijs, quæ de Patre ipſius diximus.

CAPVT OCTAVVM.

RICHARDVS TERTIVS, REX ANGLIÆ *Chriſtianus quadrageſimus. nonus, ab Anno 1483. ad Annum 1485.*

ANno 1483. diadema Angliæ arripuit Richardus, Dux Glocestriæ, & Eduardi ſeptimi, dicti quarti frater, idque tenuit annis duobus. Animum eius ita deſcribit Polidorus, l. 25. *Magna audacia, magnaque vis animi in eo fuit. Ingenium habuit acutum, ſagax, verſutum, ad ſimulandum atque diſſimulandum aptum, animum vero elatum atque ferocem.* Eademque habet Bzouius, Anno 1486. Corpus vero ita depingit Harpesfeld, ſæc. 15. c. 6. *Corpore erat puſillo, dorſo extanti, & altero humero eminentiori, vultu ſauo & truculento.* De eo vero ita Proteſtantes. Camdenus in ſua Britan. p. 155. *Inter peſſimos viros, ſed optimos reges, ſuo merito connumerandus eſt.* Et p. 260. *Benignitate in plurimos profuſa, ſumma grauitate cum comitate ſingulari aſperſa, ſolida prudentia cum iuſtitiæ equalitate, necnon ſubdolis artibus, omnium omnino animos ſibi conciliauit, digniſſimus regno, niſi malis artibus & ſcelere ad regnum graſſatus eſſet.* Eademque habet Spedus, l. 9. c. 19. Reuſnerus in Genealogijs. *Animo elato ac feroci, qui etiam in morte eum non defecit.*

R. Richardus Catholicus. 2. Catholica eius religio ſatis manifeſta eſt. Nam vt refert Parkerus in Archiepiſcopis, n. 64. *Richardus in ſacratione, ſtipulante Archiepiſcopo, omnes libertates & immunitates Eccleſiæ iuxta Canonum ſtatuta defenſurum, omniaque regni iura à ſancto Eduardo rege quondam deſcripta, ſeruaturum, totumque populum ac clerum in pace protecturum iureiurando promiſit.* Et vt ait Spedus, l. 9 c. 19. *Coronatus fuit corona ſancti Eduardi, & eius tumulo dona obtulit.* Harpesfeld. ſæc. 15. c. 6. refert, quòd Eboraci ampliſſimum centum ſacerdotum, aliud apud 1. Midlam vltra
1 Stous An. 1483. Eboracum, collegium poſuit. Collegium 2. reginale Cantabrigiæ annuis quin-
2. Stous An. 1485. gentis Marcis ornauit. Eademque habent Spedus, l. 9. c. 19. T[illegible]inus, l. 3. §. 176. Bzouis, Anno 1483. Cæterum horum duorum regum, adeo breue fuit regnum, vt ſub illis vix quidquam, quod ad noſtrum propoſitum facit, in hi-
Emma inclusa. ſtorijs occurrat. Solummodo referam quod habet Harpesfeldus, ſæc. 15. c. 28. *Reperio hoc ſaculo, Emmam quandam Eboraci incluſam, quæ magnam virtutis & ſanctitatis opinionem ſuſtinebat.*

CAPVT NONVM.

HENRICVS SEPTIMVS, REX ANGLIÆ Chriſtianus quinquageſimus, *ab Anno* 1485. *ad Annum* 1509.

SECTIO PRIMA.

1. ANno 1485. regnum Angliæ obtinuit Henricus ſeptimus, ex regia Lancaſtrenſi familia, idque rexit Annis 23. ad Annum 1509. quo vitam cum morte, ſeu potius vitam temporalem cum æterna, commutauit. *Erat* (inquit Polidorus, l. 26.) *Corpore gracili, ſed bene firmo, ac valido, ſtatura, quæ parum iuſtam excederet, forma eximia, ingenio magno, ſagacique & à literis non alieno, animo excellenti atque forti in ſummis quoque periculis, & naturæ ipſius habitu prope diuino. Rex virtute, fortuna, gloria rebuſque geſtis ampliſſimus. Impiger fuit religionis cultor, libenter rebus diuinis operam dabat, nec vllo negotio, aut tempore ab eo officio excludebatur; attente audiebat binas ternaſue Miſſas, & ſæpè conciones ſacras. Sacerdotio honorem habebat, illudque piè colebat. Orabat multum, & feſtis præſertim diebus, horas recitabat Canonicas, ac toto paſſim regno certis in templis iuſta quotannis ſibi facienda conſtituit, ad idque ex ſuo mercedem paratam voluit.* Harpesfeld, ſæc. 15. c. 7. *Vir fuit inſigni prudentia, temperantia, modeſtia, benignitate, ab omni faſtu & arrogantia alieniſſimus, iuſtitiæ diligens obſeruator & cuſtos; magna erga Deum & diuina, Deique ſacerdotes pietate, ſacris quotidie audiendis valde intentus, vſque ad ternas binaſque quotidie miſſas conſummatas. Nobile illud apud Londinum* a *Sauoyæ hoſpitium pro centum pauperibus recipiendis atque fouendis conſtruxit, cauitque in tabulis, vt duo alia, alterum Eboraci, alterum Couentriæ, in quorum ſingulis idem numerus pauperum hoſpitio quotidie reciperetur, conſtruantur. Ædificauit quoque ptocotrophium Weſtmonaſterij, in quo tredecim viri inopes & tres fœminæ perpetuò ſuis ſumptibus alerentur ſex* b *Franciſcanorũ cœnobia ædificauit, quibus magnas pecuniarum ſummas legauit. Cauit vt in ſingulis Angliæ Eccleſiis, in quibus argentea pixis deerat, huiuſmodi, eaque aurata, ſuis ſumptibus poneretur, cuius pretium quatuor libras* (Sterling) *contineret. Weſtmonaſterij ſacello legauit partem ligni dominici, ex Chio ad ſe allati, & vnam ex tibijs D. Georgij martyris.* Neque aliter de eo referunt hiſtorici exteri. Leſleus, l. 8. *Henricus Anglorum rex, eius nominis ſeptimus, omnibus naturæ, animi atque corporis dotibus ſupra multos ſuæ ætatis principes, cumulatus.* Spondanus, Anno 1509. *Cuius præclaras animi corporiſque dotes, moderationem, benignitatem, iuſtitiæ ſolicitudinem, religionis cultum, pauperum ac regularium curam, optimam regni adminiſtrationem, Polidorus valde commendat.* Ex Proteſtantibus, Srous Anno 1585. *Erat princeps admirandæ prudentiæ, politiæ, iuſtitiæ, temperantiæ & grauitatis.* Eademque habet Foxus in actis p. 670. Spedus, l. 9. c. 20. & alij. Baconus in eius vita p. 386. vocat eum, *Salomonem Anglorũ.* Et quòd *cum viginti tres annos & octo menſes regnaſſet memoria integra, & ſtatu animæ beatiſſimo ad cælum migrauit.* Et addit p. ſeq. *Rex iſte fuit inſtar miraculi cuiuſdam, eius ſcilicet generis, quod prudentes attonitos reddit: vir certè fuit pius & religioſus, & affectu & cultu.* Et alia plura adiungit cum ſumma admiratione huius Regis. Reuſnerus in Genealogijs, *Heros magnanimus, frugi, comis à faſtu & arrogantia ſummè abhorrens, iuſtitiæ cuſtos ſeueriſſimus.*

Laudes Henrici 7. Baconus in Henr. 7 p. 404.

a *Stous An. 1508. Bacon in Henr. 7 p. 185. Weuer. in mon p. 445.*

b *Stous An. 1508. Spedus l. 9. c. 20.*

Laudatur à Proteſtant.

2. Catholica eius religio, præterquam quod ſatis pateat ex teſtimonijs citatis, confirmatur. quod (vt refert Baleus, Centuria 8. c. 62. & Foxus in actis ſuis, p. 732. ex lilio) *Anno 1504. Oratores, ad præſtandum Iulio ſecundo Pontifici Romano, de more, obedientiam, Romam miſit.* Et (vt tradit Stous Anno 1505.) *Iulius ſecundus illi miſit pileum, & enſem benedictum, tanquam defenſori Eccleſiæ*; quod etiam c Alexandrum ſextum, & Pium tertium antea feciſſe, ſcribit Foxus in Actis ſuis, p. 731. aliàs 799. Addit Spondanus, An. 1433. *vt refert Volaterranus*, * *cum ſub Iulio ſecundo Pontifice, inter Henrici ſeptimi Angliæ, & Hiſpaniæ regis oratores, Ro-*

Henricus 7. Rom Catholicus.

c *Bacon in vita eius, p. 295. Polid l. 26.*

* *Camden An. 1560 Anglus orator præcedit Hiſpanum.*

ma inter ſacra de ſedendo orta eſſet contentio, quæ etiam ſub Alexandro ſexto cœperat, Iulius, quanquam rem minimè cognouit, locum honoratiſſimum Anglis pro tempore adiudicauit. Denique Foxus in Actis ſuis p. 671. recenſet nonnullos d Wiclefiſtas exuſtos ſub Henrico ſeptimo; Ac Baconus, p. 337. ſcribit Henricum ipſum diſputatione conuertiſſe vnum ex illa ſecta. Atque ibidem, p. 74. ſcribit, quòd *Henricus legationem ad Innocentium Pontificem miſit, quæ tam perſonam ſuam, quam vires regni ad mandata ſua exequenda, prolixe offerret.* Et p. 125. *Perpetuo ſe erga ſedem Romanam officioſum præbuit.*

d Baleus, Cent. 8. c. 62. p. 648.

SECTIO SECVNDA.

QVIDAM SANCTITATE CLARI IN ANGLIA, *tempore Henrici ſeptimi.*

Ioannes Alcoc. Piſeus de ſcript. n. 90. Spedus in Catalogo admin relig. p. 102.

1. FLoruit hac tempeſtate ſanctimonia Ioannes Alcoc, Epiſcopus Elienſis, quem Polidorus l. 26. aſſerit fuiſſe *virum ſumma ſanctimonia, ſummaque virtute.* Harpesfeldus, ſæc. 15. c. 27. *A primis annis, tam accuratam operam literis omnique pietati dedit, vt magnum & præclarum ſibi inde per totam Angliam nomen compararit.* De eodem ita Baleus, Centuria 8. c. 57. *Ioannes Alcoc, ab ipſa pueritia bonarum literarum ſtudijs ac pietati deditus, ita à virtute in virtutem creuit, vt nemo per Angliam maiori ſanctitatis nomine inſigniretur. Parciſſimè ſanè per totam vitam victitaſſe dicitur, duriterque vigilijs, ſtudijs, abſtinentijs & alijs caſtigationibus domuiſſe prurientis ſuæ carnis illecebras. Tandem Epiſcopus Elienſis factus, Pater ſanctimonia & virtute claret. Cœnobium Cantabrigiæ, domum Dei dictum, in Collegium Theologorum Ieſu Saluatori ſacrum, pro eius amplianda gloria, commutauit. Et hoc ideo ſub nomine Ieſu fecit, vt qui ibi ſe darent ad colendas bonas diſciplinas, eius ſpiritu duce non errarent, ſed ad veram animi pietatem recta contenderent via. In omni vita abſtinentiſſimus iſte erat, claruitque ſub Henrico ſeptimo, ac tandem pro papiſtico Deo* (ſic Atheus iſte loquitur) *veneratur.* Eademque & multa alia in laudem huius tanti Epiſcopi, habet Godwin. in Epiſcopis Elienſibus n. 28.

Margarita Comitiſſa. a Vveuer in Monum. p. 447. Bacon in Henrico 7. p. 405. Stous An. 1509. Fundat duo Collegia

Claruit etiam tunc a Margarita Comitiſſa Richmondiæ, mater regis, quæ teſte Polidoro libro 26. erat, *mulier ſanctiſſima*, & de qua multa habentur in vita Roffenſis Epiſcopi, & apud Ciaconum in vita eiuſdem. Camdenus etiam in ſua Britannia, p. 183. ait quod fuit *princeps pientiſſima.* Et Godwin. in ſuis annalibus, Anno 1509. *Mulier fuit ſanctiſſima, atque ob multa in rempublicam beneficia, perpetua poſterorum memoriæ commendanda. Cantabrigiæ duo inſtituit Collegia, vnum Chriſto, alterum D. Ioanni Euangeliſtæ ſacrum, eaque prouentibus dotauit tam amplis, vt hodie præter famulos & miniſtros, plus minus ducentos ſtudioſos alant.* Twinus, l. 3. Antiquit. Oxonien. §. 198. addit, quòd etiam * lectionem Theologicam inſtituit Oxonij, Baconus in vita Henrici ſeptimi ſcribit, p. 519. *Prior de Shine, pro ſancto admodum viro habitus eſt, quem omnes eo tempore multum reuerebantur.*

** Vveuer. loco cit. Ioannes Roffenſis b An. 1504. ſub Henrico 7.*

Claruit etiam hoc tempore illuſtre illud Angliæ ſidus, Ioannes Fisherus, b Epiſcopus Roffenſis, de quo extant innumera Catholicorum ſcriptorum elogia. Ruardus de l. Arbit. p. 225. *Sanctus Martyr, & Doctor, Ioannes Epiſcopus Roffenſis*, Et de Contritione, p. 143. *Fortis Chriſti martyr.* Polidorus, l. 26. *Vir ſumma doctrina, ſumma gratia, ſumma integritate.* Feuardentius, l. 5. in Ireneum, c. 2. *Doctus & ſanctus Epiſcopus Roffenſis.* Et l. 4. c. 34. *Pridem piiſſimus & doctiſſimus Epiſcopus, nunc autem beatiſſimus pro Chriſto Martyr, Ioannes Fisherus, Epiſcopus Roffenſis.* Cocleus in vita Lutheri, Anno 1538. de Roffenſe. *Decus & corona omnium Epiſcoporum & Doctorum huius temporis.* Et Anno 1525. *Vir iuxta & ſummæ & omnigenæ eruditionis, & integerrimæ vitæ & pietatis.* Sixtus Senenſis, l. 4. *Ioannes Fisherus, eruditionis copia, pietatis ſinceritate, animi conſtantia, cuiquam ex ſanctiſſimis & acerrimis Eccleſiæ propugnatoribus comparandus.* Ciaconus in vita Pauli tertij. *Clariſſimum Britanniæ lumen Ioannes Fisherus, quo nullum Britannia multis annis candore & robore animi & ſacrarum literarum cognitione præſtantiorem tulit.* Idemque ait Myræus

ræus, l. de ſcriptoribus c. 42. Stapletonus in Triplicatione c. 22. *Sanctiſſimus & doctiſſimus Epiſcopus Roffenſis.* Et l. 6. de Princip. doctrinal. p. vltima. *Roffenſis, martyr ſanctiſſimus, & Pontifex doctiſſimus.* Hoſius l. 3. contra prolegomena Brentij. *Inſignem illum pietate virum Ioannem Epiſcopum Roffenſem, qui pro fide atque Eccleſia Catholica vitam etiam cum ſanguine profundere non dubitauit.* Surius in Commentarijs An. 1521. vocat eum *Epiſcopum, tum doctrina, tum pietatis nomine, celeberrimum.* Gretſerus de prohibendis libris c. 8. *Roffenſis Epiſcopus, martyrij & doctrinæ gloria inclytus.* Et tom. 1. defenſionis Bellarmini. *Vir & ſanctitate, & eruditione clariſſimus, & beatus Martyr.* Bellarminus in Epiſtola ad Blackvellum, vocat Roffenſem & Morum, *doctiſſimos & ſanctiſſimos viros.* Et l. de ſcriptor. *Epiſcopus, ac poſtea S. R. E. Cardinalis, & quod longè glorioſius eſt, Martyr Chriſti.* Sanderus de Schiſmate, p. 79. *Ioannes Fisher, Epiſcopus Roffenſis, quo nihil aut doctius, aut ſanctius Anglia protulit.* Et de Claue Dauid, l. 5. c. 3. *Orbis Chriſtiani lumen.* Alanus de Euchariſtia, c. 21. *Eruditione & ſanctitate longè præſtans.* Caſtro contra hæreſes, V. *Euchariſtia, Roffenſis, non minus vita, quàm doctrina clarus.* Boſſius de ſignis Eccleſ. l. 12. c. 22. vocat Roffenſem, *ſingulari innocentia, doctrinaque præſtantiſſimum virum, & vt celeberrimorum martyrum ductorem * exercitus, quales vlla orbis prouincia, regnumue huc vſque propè vix emiſiſſe videtur.* Et ibidem, *ſanctiſſimum & doctiſſimum Cardinalem.* Nauarrus in Manuali, c. 22. *Glorioſus Martyr, & Epiſcopus Ioannes Roffenſis.* Spondanus An. 1523. *Roffenſis vir iuxta & ſummæ eruditionis, & integerrimæ vitæ, ac trium præcipuarum linguarum peritiſſimus.* Idque repetit, An. 1535. Idemque habet Bzouius, An. 1523. & An. 1529. *Roffenſis Epiſcopus, non Anglicani tantum regni, ſed & orbis Chriſtiani lumen, exemplar ſanctitatis, populi ſal & Eccleſiæ doctor.* Ex Proteſtantibus, Eraſmus Epiſtola ad Cardinalem Grimanum. *Roffenſis, vir omnium Epiſcopalium virtutũ genere cumulatiſſimus.* Et ad Cardinalem S. Georgij. *Vir pietate doctrinaque ſingulari.* Weuer. in monumentis, p. 905. *Defletus fuit à multis, quia erat vitæ valde bonæ, ac magnæ doctrinæ, prout eius opera teſtantur. Vulgus adeo magnam exiſtimationem habuit de eius ſanctitate, quòd crederent miracula facta eſſe per caput eius, quod palam affixum fuit ſuper pontem Londinenſem.* Chytreus, l. 14. p. 360. vocat Roffenſem, *ſumma probitate & eruditione Epiſcopum.* Foxus in ſuis Actis, p. 975. *Propter eruditionem & alias virtutes vitæ, Epiſcopus hic æſtimatur à multis, & à nonnullis multum defletur.* Sic Godwin. in Annalibus An. 1534. Sleidan. l. 9. Haddonus in Reſponſ. ad Oſorium, p. 6. Baker. in Henrico. 8.

Poſſeuin in Apparatu. Perſ. ns, n. 948.

Laudatur à Proteſtant.

** Bziui 4 d. 20 q. 1. art. 1. Barclaus cont. Man. l. 4. c. 5.*

SECTIO TERTIA.

QVIDAM DOCTRINA CLARI IN ANGLIA, tempore Henrici ſeptimi.

1. DE eruditione præfati Epiſcopi Roffenſis, ita ſcribit Ruardus, art. 13. de Euchariſtia. *Roffenſis aſſertor veritatis Catholicæ, & hæreſum impugnator acerrimus; in diuino ſuo & eruditiſſimo opere, quod fecit contra libellum Oecolampadij.* Beurlinus in Refutatione Soti, ait quòd *Sotus eruditis omnibus noſtri ſæculi præfert Roffenſem, tanquam omnium eruditiſſimum.* Sotus in 4. d. 20. q. 2. art. 1. *Roffenſis, nobiliſſimus author.* Et l. 1. de nat. & grat. c. 18. *doctiſſimus Roffenſis, vir grauiſſimus.* Cocleus in vita Lutheri, Anno 1528. *Germani præ omnibus Lutheri Aduerſarijs, ei* (Roffenſi) *plurimum, & merito quidem tribuebant.* Idemque agnoſcit Godwin. in Annalibus, Anno 1628. Claruit etiam hoc tempore in Anglia Adrianus Caſtellenſis, Epiſcopus Bathonienſis, ac deinde Cardinalis; qui, vt ait Baleus, Centuria 8. c. 49. *plurimas literas habuit, & eas non vulgares, ſed recondicas.* Polidor. l. 26. addit, quòd *primus omnium poſt illud fœlix Ciceronis ſæculum, ſuis ſcriptis mortales excitauit ad perfectas literas de doctiſſimorum virorum fontibus hauriendas, docuitque modum pure & nitide, & luculenter loquendi.* Idemque habet Harpesfeld, ſæc. 15 c. 7. Baleus, Centur. 8. c. 35. *Ioannes Tonneis, erat certè Philoſophus, Rhetor ac Poeta ſua*

Roffenſis. De viris doctis in Anglia ſub Henr 7. Vide Poſſeuin de ſcript. à n. 225. ad 901.

Adrianus.

tempore non vulgaris. Honorifica functione, poſt ſolemnem Theologiæ profeſsionem, donabatur. Conciones eius ad cleum & populum; à multis etiam mirificè commendatas audiui, claruit vir multi apud Anglos nominis, Anno 1490. Iiſdem temporibus (inquit Polidorus, l. 26.) *perfectæ literæ, ſimiliter Latinæ ac Græcæ, ex Italia ſeſe trans Alpes*, per omnem Germaniam, Galliam, Angliam, Scotiam effuderunt, *Richardus Foxus Epiſcopus* a *Vvintonienſis hoc tempore Collegium Oxonij, quod corporis Chriſti voluit appellari, condidit, nitore & elegantia pauci cedens.* Et Gulielmus [b] Smitheus, *Epiſcopus Lincolnienſis, aliud ibidem poſuit, quod ab æneo naſo nuncupatur. Ioannes etiam Colitus, Decanus Londinenſis, ſuæ ciuitatis pubem*, (inquit Baleus, Cent. 8. c. 63.) *ad literas promouere ſtatuens, in Pauli cæmiterio magnifici operis ſcholam extruxit, nouam puero Ieſu ſacram.* Ioannes Maior Scotus, qui eo tempore vixit, ita ſcribit, l. 1. Hiſtor. Scot. c. 5. *In Anglia duæ præclaræ vniuerſitates ſunt, in vtraque vniuerſitate quatuor aut quinque millia ſcholaſticorum inuenies, omnes ſunt adulti, & pro magna parte nobiles.* Et Iameſius in ſuo remedio corruptionis, p. 12. aſſerit, quòd *non obſtante continua clade librorum manuſcriptorum à tempore Henrici octaui, ſuperſunt in Anglia plures manuſcripti libri Latini, quam in vlla alia prouincia, quantumcumque extenſiore.* Et Spelman in Concilijs Angliæ, p. 275. *Veterum manuſcriptorum codicum inſignis clades ſubſecuta eſt cænobiorum catalyſim.* Vnde rectè Coſterus in Epiſtola dedicatoria operum Ambroſij. *Ex hoc* (loquitur de copia manuſcriptorum in Anglia) *diuinare licet, quàm olim fuerit Anglia literis exculta, & eruditorum, & inſignorum virorum ferax.*

a Godwin. in Epiſcopis Vvintonienſ. n. 57. Harpsf. ſæc. 15. c. 10.
b Godwin. in Epiſcopis Lincolnienſibus. Harpsf. ſæc. 15. c. 24.
Schola Londinenſis.
Academia Angliæ florens.
Copia manuſcriptorum in Anglia.
Clades MS Codicum in hæreſi. See Vveeuer. mon. p. 692.

SECTIO QVARTA.

QVÆDAM MIRACVLA FACTA IN ANGLIA, tempore Henrici ſeptimi.

1. FVit hoc tempore perennis fons miraculorum apud Walſingamiam, in ſacello beatæ Virginis, quam Baconus in vita Henrici ſeptimi, p. 64. 71. fatetur fuiſſe *celebrem ob multa miracula.* Vnde Rex Henricus initurus prælium periculoſiſſimum, Walſingamiam adijt, *ingreſſuſque* (ait Polidorus, l. 26. *templum in eo pago, quod ob ſummam miraculorum religionem, ſanctiſsimum eſt, orat, precatur, vota facit, vt ope diuina & Virginis Mariæ ductu ſibi liceat inimicorum inſidias cauere, & ſe ac Patriam ab inſtanti periculo defendere*, atque adepta victoria, *ſtatim ſignum militare, quo vicerat, ad Vvalſingamiam templum mittit, vt ibidem velut victoriæ, quam Diuæ Virgini auxiliatrici acceptam referebat, monumentum ſeruetur.* Idemque refert Harpesfeld, ſæc. 15. c. 18. ac Baconus loco citato. Thomas Morus in Dialogo, ptimo, c. 16. ita ſcribit de miraculis factis ſuo tempore. *Quod ſpectat ad eum articulum de miraculis, noſtra ætate ad varias imagines editis, quas pietatis ergo peregrini inuiſunt; poſſem iam nonnulla tam apertè deſignata recenſere, ab omni ſuſpicionis nota tam longè remota, & tam amplis etiam teſtimonijs communita, vt inſanus ferè videri poſſit, qui re plenè audita, de ijs miraculis dubitaret. Inter quæ auſim confidenter numerare ſtupendum illud Dei opus, quod paucis abhinc annis in familia ornatiſsimi equitis Rogeri Vventworthi editum eſt, in aliquot ipſius liberos; maximè vero in vnam ex filiabus eius duodenam.* Et pergit narrare quomodo adducta ad imaginem beatæ Virginis Ipſvici, multis ſplendidis & nobilibus ſpectantibus curata eſt. Idemque poſt Morum refert Alanus Copus Dial. 4. c. 16. Sanderus de Schiſmate, p. 84. Surius, Anno 1546. & alij. Tamque illuſtria fuere miracula, quæ hoc tempore Cantuariæ, Walſingamiæ, & Ipſvici, patrabantur, vt Bilneus pſeudomartyr apud Foxum in Actis ſuis, p. 913. non auſus fuerit negare ea facta eſſe, ſed ea diabolo aſcripſerit, more Iudæorum ac Paganorum. Camdenus in ſuo Britannia, p. 420. ita ſcribit. *Vvalſingham, nuper peregrinatione ad Diuam Mariam Virginem, omnibus Anglis celeberrimum. Erat hic viculus, quem qui ſuperiori ſæculo non inuiſerat & dono ſalutarat, in Deos impius videbatur.* Et refert ex Eraſmo oculato teſte, *ſi introſpicias*

Vvalſingamia celebris ob miracula.
Vide Copum Dial. 4. c. 5.
Indubitata miracula hoc tempore.
Apologia Proteſt. pro Rom. Eccl. p. 535.
Eraſmus in Dial. de peregrinatione.

(ſacellum Virginis) *dicas Diuorum eſſe ſedem, adeo gemmis, auro, argentoque nitent omnia.* Demum Tindallus pſeudomartir apud Foxum in Actis ſuis, p. 1143. agnoſcit, quòd *miracula quæ oſtentantur in peregrinationibus, & cultu ſanctorum, ſunt frequentia his diebus.*

FASCICVLVS FLORVM EXORTORVM in Anglia, ab Anno 1327. ad Annum 1509.

SAnctitate floruerunt S. [a] Ioannes Bridlingtonenſis [b] Henricus ſextus rex Angliæ, [c] Gulielmus Fleet Auguſtinianus, [d] Gulielmus Steptholmenſis, [e] Richardus Hampol, aliàs Rolleus, [f] Thomas Waldenſis, [g] Ioannes Shornus, [h] Thomas Scropus, [i] Ioannes Alcoc, [k] Ioannes Roffenſis, Gulielmus ord. Teruorum, c. 1. l. 2. Miraculis illuſtres fuerunt S. Ioannes Bridlington, & Henricus ſextus prædicti, [l] item Cantuaria & [m] Walſingamia [n] Ipſuicus.

Eruditione illuſtres fuerunt, Braduardinus, Occamus, Burleus, Suicettus, Thomas Waldenſis, Ioannes Roffenſis, & alij innumeri.

Thomas Waldenſis conuertit Lutoldum Lituaniæ ducem ad fidem Catholicam, & egregiè confutauit Wiclefum.

[a] c. 8 ſec. 2. [b] c. 5 ſec. 2. [c] c. 1. ſec. 2 [d] c. 1 ſec. 2. [e] c. 1. ſec. 2. [f] c. 5. ſec. 2 [g] c. 6. ſec. 2. [h] c. 6 ſec. 2. [i] c. 9 ſec. 2. [k] c. 9 ſec. 2. [l] c. 9 ſec. 4. [m] c. 9 ſec. 4. [n] c. 9. ſec. 4. c. 4 ſec. 2.

Atque ita hactenus oſtendimus omnes Angliæ Reges, ab Anno 635. ad 1509. fidem Catholicam tenuiſſe, eamque ſub ſingulis eorum fuiſſe à viris ſanctiſſimis cultam, à doctiſſimis prædicatam, & à Deo illuſtribus miraculis comprobatam, reſtat vt eam ab omnibus Angliæ Primatibus nempe Cantuarienſibus Archiepiſcopis propagatam fuiſſe demonſtremus. vt ita pateat tum temporalia, tum ſpiritualia capita gentis Anglorum adeoque vniuerſam gentem tot ſæculis fidem Catholicam amplexam eſſe.

LIBER SEXTVS
DE ARCHIEPISCOPIS CANTVARIENSIBVS, PRIMATIBVS ANGLIÆ.

QVOD OMNES ARCHIEPISCOPI CANTVARIENSES à S. Auguſtino, vſque ad Apoſtatam Cranmerum, fuerint Romano Catholici, probatur generalibus rationibus?

CAPVT PRIMVM.

1\. QVOD omnes Archiepiſcopi Cantuarienſes, à S. Auguſtino vſque ad Apoſtatam Cranmerum, fuerint Romano Catholici, probatur primò, quia S. Auguſtinus ipſe fuit Romano Catholicus, vt a ſuprà fusè oſtenſum eſt: Quòd autem vllus ſucceſſorum ſuorum vſque ad Cranmerum, à fide ipſius deſciuerit, nullum eſt teſtimonium ſcriptum, aut traditum, nullum argumentum idoneum. Ergo contrarium omnino voluntariè, & abſque ratione, aut teſtimonio, adeoque irrationabiliter aſſeritur. Secundò, quia multo minoris momenti diſcrimina in ſucceſſoribus S. Auguſtini notata ſunt à ſcriptoribus, ac literis mandata, vt quinam ex ipſis fuerint Regulares, qui ſæculares ſacerdotes, qui Angli, qui externi; qui ſepulti in Eccleſia Cathedrali, qui alibi. At qui minuta diſcrimina perſecuti ſunt, non omiſiſſent maximum quoad religionem, ſi quod extitiſſet. Tertiò, quia omnes electi ſunt à monachis Cantuarienſibus, vti fatetur [b] Godwinus penè in vitis cuiuſque eorum; & Innocentius tertius Papa apud Pariſium, An. 1267. p. 287. aſſerit, quòd *monachi Cantuarienſes legitimè probauerant, quod Prior & Conuentus Cantuarienſis, à multis retro temporibus, elegerant Epiſcopos in ſuis Capitulis, ſiue Epiſcopis, vſque ad ſuum tempus, ſuaſque electiones obtinuerunt confirmari à ſede Apoſtolica.* Quinimò Foxus in Actis ſuis, p. 215. ſcribit, *praxim monachorum fuiſſe, primùm electionem apud ſe retinere, quoad poterant, tum eligere Priorem aut monachum aliquem ſui Conuentus, aut certè Abbatem aliquem, aut Epiſcopum, qui aliquando fuerat ex ſuo cætu.* Et addit, quòd *Archiepiſcopi Cantuarienſes frequentiſſimè inſtituti ſunt ab ipſo Papa.* Et p. 349. in 4. quòd *mos fuit perpetuo Eccleſiæ Romanæ, eum habere Epiſcopum Cantuarienſem, qui à ſeipſa inſtitutus fuerat, aut qui ei fideliſſimus eſſet.* Et Baleus, Cent. 3. p. 96. *Sedulo certè quærebant Romani Pontifices, eius ſedis Epiſcopos, qui & Metropolites erant, perpetuo ſuos facere.* Atque hæc electio Archiepiſcoporum per monachos perſeue-

l. 1 c. 21.

[b] *Vide eum in Arch. Cant. n. 13.*

rauit vſque ad Cranmerum ipſum. Nam ita ſcribit Parkerus in vita eiuſdem. *Data Cantuarienſi Conuentui eligendi facultate, à Rege; Thomas Cranmerus electus eſt.* Et Godwinus in vita eiuſdem *Henricus VIII. Archiepiſcopum eum per monachos Cantuarienſes curat deſignandum.* Et quod monachi non eligerent alios, quàm Romano Catholicos, ſatis tum per ſe patet, tum quia Parkerus in vita Cranmeri, vocat monachos, *totius Pontificiæ improbitatis, quaſi radicem.*

2. Quartò, quia non ſolum electi erant à monachis, ſed etiam omnes vſque ad Odonem, cognomento bonum, qui floruit, Anno 958. fuerant monachi, vti ipſe Odo teſtatur apud Malmesburienſem, l. 1. Pontif p. 200. Et Foxus fatetur in Actis, p. 136. Vnde Baleus, Cent. 2. c. 30. *Odo nolebat Metropolitanæ ſedi præſidere, prius quam factus eſſet monachus.* Et præfatus Foxus, p. 136. *Hic Odo primus fuit, qui poſt aduentum Saxonum, vſque ad ſuam ætatem, qui cum monachus non eſſet, Archiepiſcopus Cantuarienſis fuit. Nam omnes alij ante ipſum monachiſmum profeſſi fuerant.* Parkerus in vita Rodulphi Archiepiſcopi, n. 35. *E Magnatibus complures qui monachos odiſſe cœperunt, aliquem è regijs Capellanis, aut ſecularibus Clericis, ad Archiepiſcopalem dignitatem aſſumi volebant; cui reclamatum eſt, quòd à prima ſedis illius inſtitutione, quam Auguſtinus p fuit, ſecularis ordinis (vt aſſerebant) nemo eam ſedem tenuiſſet præter Stigandum.*

3. Quinto, quia poſt electionem monachorum, confirmabantur omnes à Pontifice Romano, à quo & [c] Pallium accipiebant, iuxta Decretum Pelagij Papæ, Prædeceſſoris Gregorij Magni Decreto decimo. *Si quis Metropolitanus ad fidem ſuam exponendam, Palliumque ſuſcipiendum, ad Apoſtolicam ſedem non venerit, commiſſa ſibi careat dignitate.* Vnde Rainoldus in Colloquio ſuo, c. 8. ſec. 3. *Pelagius, ne temerè aſſenſu ſuo quemuis Metropolitanum approbari pateretur, qui in fide parum ſanus exiſteret, iuſſit, vt fidem ſuam exponeret, atque ita Pallium expeteret, hoc eſt, aſſenſum eius, cuius iudicium erat Pallium.* Gregorius etiam ſecundus exegit iuramentum à ſancto Bonifacio Moguntino, quod extat apud [d] Surium in vita S. Bonifacij, cuius hanc partem recitat Baleus, Cent. 14. c. 31. *Fidem meam, atque concurſum tibi, & vtilitatibus tuæ Eccleſiæ exhibebo.* Accepiſſe autem omnes Archiepiſcopos Cantuarienſes Pallium, teſtantur Parkerus & Godwinus penè in vitis ſingulorum, & Baleus Cent. 2. c. 46 ait, quòd Agelnotus Archiepiſcopus, *ex more, Romam adijt, vt ſumpto Metropolis ſuæ Pallio, in Antichriſti iuraret fidem.* Et Sleidanus, l. 3. *Pallium non traditur, niſi fidem & obedientiam quis promittat per iuſiurandum.* Iuramentum autem huiuſmodi eſt, vt referunt Parkerus, & Godwinus in vita Denei Archiepiſcopi, n. 66. Foxus in Actis ſuis, p. 208. & 961. *Ego N. Archiepiſcopus Cantuarienſis, [e] ab hac horâ in antea fidelis & obediens ero B. Petro, ſanctæque Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, & Domino meo, D. N. Papæ, ſuiſque ſucceſſoribus Canonicè intrantibus.* Et addit Parkerus. *Hoc iuramentum à ſingulis Epiſcopis, Papæ præſtari conſueuit; ex quo perſpicere poſſumus, eos, qui tanta religione Papam coluerint, Regi (ſi contra Papam quicquam egiſſet) haud fidos eſſe potuiſſe.*

c Edm l. 5. Fox. Arch. p. 137. Pallium Romæ petebant in ſignum confirmationis Papalis.

d Baron. 723. Vrmer. in mea p. 231.

e Vide Edmerum, l. 5. p. 113.

4. Sextò, erant Archiepiſcopi Cantuarienſes, Legati Pontificis: Nam ita ſcribit Ioannes Papa XII. in literis ad S. Dunſtanum Archiepiſcopum Cantuarienſem apud Malmesb. l. 1. Pontif. p 212. *Primatum itaque tuum, in quo tibi, ex more Anteceſſorum tuorum, vices Apostolicæ ſedis exercere conuenit, ita tibi ad plenum confirmamus, ſicut B. Auguſtinus. eiuſque ſucceſſores, præfatæ Eccleſiæ Pontifices, habuiſſe dignoſcuntur.* Vnde Camdenus in ſua Brit. p. 239. al. 296. *Cantuarienſes Archiepiſcopi, erant Legati Pontificis Romani, & (vt Vrbanus ſecundus aiebat) velut alterius orbis Patriarchæ.* Et Godwinus in vita Theobaldi Archiepiſcopi. *Pallium accepit Romæ ab Innocentio ſecundo, à quo etiam titulo donatus eſt Legati Nati, qui ab omnibus ſucceſſoribus iam inde ſemper retentus eſt.* Et priùs in vita Rodulphi Archiepiſcopi. *Rodulphus ſedi Cantuarienſi priuilegium antiquitus conceſſum aſſeruit, vt illius Eccleſiæ Archiepiſcopi, ſedis Apoſtolicæ Legati Nati perpetuo haberentur.* Parker in Antiq. p. 25. *Pontifices Romani Cantuarienſes Archiepiſcopos, vt ſuos Legatos nominabant, vt authoritatem, quam iure ſuo obtinebant, à ſede Romana ſumere viderentur.*

5. Septimò, complures ex Archiepiſcopis Cantuarienſibus, à ſede Apoſto-

lica in numerum ſanctorum relati ſunt, vt liquet ex Martyrologio Romano; nempe Auguſtinus, Laurentius, Mellitus, Iuſtus, Honorius, Theodorus, Dunſtanus, Elphegus, Anſelmus, Thomas, Edmundus, quod nunquam factum fuiſſet, niſi certiſſimè fuiſſent Romano Catholici. Et vt aiebat [f] Calixtus Papa apud Malmesb. l. 3. Pont. *Eccleſiæ Cantuarienſi, tot præclari patres, vt penè toti mundo notiſſimum eſt præſederunt.* Et vt inquit S. Thomas, [g] in oratione ad Alexandrum, P. 3. *Solebat eſſe ſol occidentis.*

f Edmerus l. 3.

g Geruaſius col. 1397.

6. Demum Proteſtantium aperta confeſſione probatur; Nam (vt refert Baleus, Cent. 8. c. 90.) Cranmerus profitebatur ſe, *probaturum, doctrinam vniuerſam, ac religionis ordinem conſtitutum à rege Eduardo ſexto, puriora eſſe, & Verbo Dei magis conſentanea, quàm quicquid mille retro annis in Anglia vſurpatum.* Senſit igitur, *Doctrinam vniuerſam, ac religionis ordinem*, ab Eduardo ſexto conſtitutum, diuerſum eſſe à Doctrina mille retro annis à ſuis prædeceſſoribus prædicata. Diuerſum (inquam) non tantum accidentaliter, ſed etiam ſubſtantialiter, quia diuerſus eſt in medio acquirendi iuſtitiam & ſalutem æternam, ſcilicet per ſolam fidem, & quia damnat veterem religionis ordinem, idolatriæ, in cultu Euchariſtiæ & imaginum, & Antichriſtianiſmi, in Primatu Pontificis, (vt autem ait Whitakerus Contr. 2. q. 5. c. 6. *Fides, quaſi anima ſucceſſionis eſt quâ remota, nuda ſucceſſio tanquam cadauer quoddam eſt.* Parkerus in præfat. ante librum de Antiq. Britan. *Si Papalis illa dominatio ac potentia, quam cæcitate magis & ſuperſtitione, quàm contumacia tuebantur & colebant, abfuiſſet, nullos, aut in rebus diiudicandis prudentiores, aut ab omni luxu continentiores, & in pauperes beneficos, & quotieſcunque rempublicam capeſſebant, regibus aut regno vtiliores, quàm Archiepiſcopos Cantuarienſes, plerumque fuiſſe, ſentiens.* An non hoc eſt diſertè fateri quod Archiepiſcopi Cantuarienſes colebant dominationem & ſuperſtitionem Papalem? *Et quis* (inquit Parkerus) *tùm ferè vixit, quem illa cæcitas non infatuauit.* Et p. 45. *Qui religionis* (Pontificiæ) *fucus cultuſque ſimulatus, vſque ad Henrici Octaui imperium, qui poſt Auguſtini huc aduentum, nongentis ampliùs fuit annis, ſingulis ætatibus, creſcente Pontificum poteſtate, ſimul cum libidine auctus durauit, ab eoque vna cũ Pontificu poteſtate, ſic abiectus & profligatus eſt, vt Euangelij luci veritatique locus eſſe cœperit.* En vt religio Pontificia cæpta in Anglia per Auguſtinum, durauit amplius nongentis annis vſque ad Henricum octauum, nec antea erat locus luci Proteſtanticæ. Et in vita Warhami Archiepiſcopi, n. 67. *Hactenus, quibus artibus atque dolis, Anglicana Eccleſia, à Romanis Pontificibus octingentis ampliùs annis tractata ſit, commemorauimus nunc ad perſpicua magis atque clara tempora, in quibus fulgore Euangelij, Pontificiæ tenebræ profligatæ fuerunt, appropinquamus.* En iterum, vt Eccleſia Anglicana tractata ſit ampliùs octingentis annis à Romanis Pontificibus. Et in vita Cranmeri. *His legibus* (ab Henrico octauo latis) *Potentia Papalis, quæ nongentis ampliùs annis in Anglia durauit, facilè concidit.* Quid igitur clarius, quam quod religio Pontificia vſurpata fuerit mille retro annis in Anglia? quòd omnes Archiepiſcopi Cantuarienſes tuebantur & colebant dominationem Papalem? quod religio Pontificia durauit in Anglia nongentis ampliùs annis, & Pontificia poteſtas creuerit ibi per ſingulas ætates? quòd Anglicana Eccleſia tractata ſit à Romanis Pontificibus octingentis ampliùs annis? quòd potentia Papalis durauit in Anglia nongentis ampliùs annis? Maſonus etiam l. de Conſecrat. Epiſcoporum, p. 131. ſcribit, quod Parkerus (poſt Auguſtinum. Primus Pſeudoepiſcopus Cantuarienſis) *ex toto illo numero* (Archiepiſcoporum Cantuarienſium) *ſolus, & primus omnium erat, qui abſque Pontificis Romani diplomate, conſecrationem recepit. Fælix,* (ait) *fauſtumque exordium ordinandi, magis verè magiſque ſimplicitati, & puritati Euangelij conforme iuſtinens.* Quod eſt planè fateri, quod omnes Archiepiſcopi Cantuarienſes ab Auguſtino vſque ad Parkerum, confirmationem acceperant à Romano Pontifice, adeoque erant Pontificij, ſeu Papiſtæ, & quod Parkerus exorſus eſt nouum genus ordinationis, diuerſum ab ea, quam omnes Priores Archiepiſcopi Cantuarienſes acceperant, adeoque nouum genus Archiepiſcoporum inchoauit. Nam qui habuit aliud *exordium ordinandi*, habuit nouum genus ordinationis. Et nihilominus Proteſtantici Epiſcopi videri volunt [h] legitimi ſucceſſores

Doctrina Proteſtantica diuerſa ab ea quæ fuit mille retro annis in Anglia.

Non eſt ſucceſſio ſine fide

Greg. Nazian. orat. de Athan.

Laus Arch. Cantuar.

Pontificia religio ab Auguſt. ad Henricum 8. An. 900. Non erat locus luci Proteſtanticæ.

Plus 800. annis.

Potentia Papalis ampliùs 900. annis.

Exordium ordinationis Proteſtanticæ.

h Laudus in

mi ſucceſſores S. Auguſtini, & Epiſcopi eiuſdem generis cum ipſo, cùm tamen diuerſum genus ordinationis, vt nihil dicam de diuerſo genere doctrinæ, diuerſum genus Epiſcoporum conſtituat, neceſſe ſit. Quod clarius adhuc eſt ex his verbis Godwini in vita Parkeri, vbi ait, quòd *conſecratus eſt ritu, in Eccleſia noſtra recepto, & ſecundum ritus, authoritate Parliamentari ſub Eduardo ſexto, conſtitutos.* Quod planè indicat, quod non fuit conſecratus ritu in Eccleſia vniuerſali, neque etiam ab vlla alia quacumque Eccleſia recepto, neq; ritu ſeu authoritate diuina conſtituto; Addo etiam, nec ritu vlla authoritate Eccleſiaſtica inſtituto, ſed ritu, qui authoritate humana Parlamentari, eaque etiam Laicali conſtitutus erat. Cùm tamen S. Auguſtinus, & alij omnes eius ſucceſſores, conſecrati fuerint ritu in Eccleſia vniuerſali recepto, & authoritate diuina conſtituto, ideoque eorum conſecratio erat toto cælo diuerſa, & ipſi toto cælo Epiſcopi diuerſi à Parkero. Adde etiam, quòd An. 3. Eduardi ſexti, ita ſtatutum eſt. *Illa forma* (Nota) *inſtituendi & conſecrandi Archiepiſcopos; Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, cæteroſque Eccleſiæ Miniſtros, quæ per ſex Prælatos, & ſex alios in lege diuina peritos, à rege conſtituendos, aut per maiorem eorum partem excogitata* (Nota) *ſub magno ſigillo ante calendas Aprilis proximas edita fuerit, & nulla alia in vſu erit.* En vt Parkerus, qui conſecratus fuit *ſecundum ritus, authoritate Parlamentari ſub Edwardo ſexto conſtitutos*, conſecratus fuit, *per formam excogitatam à ſex Prælatis, & alijs ſex in lege diuina peritis, conſtitutis à rege puero.* Non ergo per formam antiquam S. Auguſtini, aut ab Eccleſia vniuerſali receptam, ſed per nouam formam Synagogæ Anglicanæ propriam, eamque *excogitatam*, ab hominibus hæreticis, à rege puero conſtitutis. Et Coperus, An. 1539. *Authoritas conceſſa fuit regi per ſtatutum Parlamenti, nominandi ac creãdi Epiſcopos, & Epiſcopatus per literas ſuas patentes, aut alia ſcripta.* En authoritatem conceſſam regi per Parlamentum, *creandi Epiſcopos per ſuas literas patentes, aut alia ſcripta.* An quæſo Epiſcopi creati à Rege per literas ſuas patentes, ex authoritate ſibi à Parlamento conceſſa, eiuſdem ordinis erant, cuius erant S. Auguſtinus, eiuſque ſucceſſores Catholici? An hi à regibus creati, aut per patentes literas Regum, aut ex authoritate à Parlamentis, regibus conceſſa? Abſurdum autem & ridiculum eſſet dicere, quòd *per formam inſtituendi & conſecrandi Epiſcopos & Presbyteros*, in prædicti ſtatuti verbis, non intelligatur eſſentialis ſeu ſubſtantialis forma eos conſecrandi. Sentiunt igitur, quod eſſentialis ſeu ſubſtantialis forma conſecrandi ſuos Epiſcopos & Presbyteros, fuerit *excogitata à ſex Prælatis, & ſex alijs, à Rege puero conſtitutis*, adeoque ſunt genus Epiſcoporum ac Presbyterum, non inſtitutum à Deo, ſed excogitatum ab hominibus hæreticis. Nam qualis eſt forma ſubſtantialis eos conſtituendi, tales ſunt ipſi. Non igitur mirum, quòd Molineus apud Lancelottum Andream, Reſp. ad eius 1. Epiſtolam, Anglicanũ Pſeudoepiſcopatum, *humanum inuentum* eſſe dixerit, cum ipſam *formam eos inſtituendi ac conſecrandi*, humanum inuentum eſſe fateantur ipſimet Pſeudoepiſcopi Anglicani; eumque Puritani non ſolum humanum inuentum, ſed etiam Antichriſtianum eſſe vociferantur, ac nuper eadem authoritate Parlamentari qua inſtitutus fuerat, damnarint atque exterminauerint. Quod etiam Godwinus, ſub nomine, *Rituum Parlamentari authoritate conſtitutorum*, comprehendat ipſam ſubſtantialem formam conſecrationis ipſorum, liquet, tum ex ipſis verbis Statuti Parlamentaris ſub Edwardo ſexto, in quibus expreſsè ſermo eſt de ipſa *forma inſtituendi & conſecrandi:* forma autem inſtituendi ac conſecrandi Epiſcopos, plus includit, quam cæremonias accidentales: tum etiam ex articulo 36. Confeſſionis Anglicæ, vbi dicitur, quòd *qui conſecrantur & ordinantur ſecundum ritus illius libri ab anno ſecundo Edwardi ſexti, decernimus eſſe rite, ordinate, & legitimè conſecratos, & ordinatos.* Vbi ſub nomine *Rituum*, comprehenditur ipſa forma ſubſtantialis conſecrationis, alioquin non eſſent ritè & legitimè conſecrati, qui conſecrantur ſecundùm ritus illius libri; ſi enim illius Ritus comprehendant tantùm ceremonias conſecrationis, non etiam ipſam ſubſtantialem conſecrationem Epiſcoporum, non poſſunt credi eſſe ritè & legitimè conſecrati, qui ſecundùm ritus illius libri conſecrantur, quia nemo poteſt credi ritè & legitimè conſecratus, qui non

Relat. p. 171. Montacutus par: poſter. orig. p. 465.

Conſecrati, ritu à Parlamẽto conſtituto.

Forma conſecrandi, excogitata.

Holinshed deſcript. Brit. l. 2. c. 1.

Forma excogitata.

Authoritas creandi Epiſcopi per literas Patentes regis.

Forma conſecrandi Epiſcopos, eſt illis eſſentialis.

Puritani damnant pſeudo Epiſcopatũ Anglicanum.

Ordinati iuxta ritus libri Ed. 6. legitime ordinati.

Vide Camden in hiſt. An. 1568. 1507. 1587. 1588.

creditur habuiſſe formam ſubſtantialem conſecrationis. Quinimo ipſi Proteſtantes aliquando aſſerunt ſuos Epiſcopos toto cælo diuerſos eſſe à noſtris.

Extraordinarii Epiſcopi. Nouũ fundamentum Non in ſucceſsione Epiſcoporum.

Whitakerus Controu. 2. q. 5. c. 6. *Cum ordinaria ſucceſsio corrupta eſſet, viam inuenit Deus extraordinariam, qua Eccleſia reſtitueretur. Quemadmodum enim fieri ſolet in ædificio collapſo, vt qui illud reſtaurare cupit, in veteri fundamento non ædificet, quia conuulſum eſt, & minus firmum, & plenum ruderum, ſed nouum aliquod fundamentum ponit, ita in reſtauratione Eccleſiæ factum eſt. Voluit enim Deus non in veteri fundamento, hoc eſt in ſucceſsione Epiſcoporum, ſed nouo quodam & extraordinario modo, illam reſtaurationem fieri.* En vt Eccleſia Proteſtantica non eſt reſtaurata in veteri fundamento, nempe ſucceſſione Epiſcoporum, ſed nouo & extraordinario modo. Quo pacto igitur Pſeudoepiſcopi Anglicani vendicare poterunt ſucceſſionem Catholicorum Epiſcoporum, cùm eorum Eccleſia, non in veteri fundamento, hoc eſt, in ſucceſſione Epiſcoporum, ſed nouo quodam & extraordinario modo reſtaurata ſit. Imò Stapletonus in volumine quod contra Hornum Pſeudoepiſcopum Wintonienſem edidit, Anno 1667. qui fuit nonus annus Reginæ Elizabethæ, cum adhuc recens eſſet rei memoria, l. 1. c. 1. Sæpius illi obijcit, quod nullam omnino habuerit conſecrationem, ac tandem ait: *Notorium eſt* (Nota) *quod tu & Collegæ tui, non eſtis ordinati, vel iuxta præſcriptum, non dico Eccleſiæ, ſed nec ipſorum ſtatutorum.* Quod vir tantus nunquam dixiſſet, nec Hornus ſine refutatione reliquiſſet, niſi reuera id fuiſſet ita notorium, vt negari non potuerit. Et addit Stapletonus, l. 4. fol. 458. *Quomodo poteſt Hornus haberi Epiſcopus, cum ad illud munus ſit vocatus per ſolas patentes literas Principis, abſque debita conſecratione aut impoſitione manuum vllius Epiſcopi, aut Epiſcoporum viuentium?* Ac l. 1. c. 5. *Tu ipſe* (in caſu Boneri) *inuentus es, quòd non ſis Epiſcopus, per ipſa ſtatuta regni.* Et Sanderus l. de Schiſmate Anglicano, p. 167. aſſerit, quod primi Epiſcopi ſub Elizabetha, *Epiſcopali officio & Cathedra, abſque vlla Epiſcopali conſecratione functi ſunt.* Similia aſſerit Hardingus in Confutatione Apologiæ Eccleſiæ Anglicanæ, fol. 57. 58. Briſtous Motiuo 21. 24. & alij. Videndus eſt Champneus de vocatione Miniſtrorum c. 13. Nec mirum, ſi primi Pſeudoepiſcopi Anglicani non curarint ordinari ſeu conſecrari Epiſcopi, cùm communiter doceant, iure diuino eandem omnino poteſtatem eſſe Epiſcopi ac ſacerdotis[i], & quod Diabolus poſſet fructuoſe adminiſtrare, ipſorum Verbum, ac Sacramenta, vt videre eſt in Lutero, tom. 7. lib. de Miſſa fol. 243. & apud Hoſpinianum, tom. 2. Hiſtor. Sacramen. fol. 14. in Caluino Epiſtola 104 p. 221. Beza lib. quæſt. & Reſponſ. p. 348. Daneo, tom. 2. Controu. 3. c. 24. p. 130. Mortono l. 7. de Miſſa c. 9. ſec. 6. Qui etiam addit, Apologiæ, tom. 1. l. 1. c. 21. quòd *Eccleſia Catholica non poßit perpetuo demonſtrare ordinationem.* Et Whitakerus Controu. 4. q. 2. c. 15. quòd *Epiſcopatus non eſt aliquod donum reale.* Ac Controu. 2. q. 5. c. 6. aperte profitetur, *quod ſi vocationem noſtrorum Epiſcoporum legitimam fuiſſe concedit, de ordinatione minus laboramus.* Et ibid. *Noſtri Epiſcopi & Miniſtri, non ſunt à Papiſtis Epiſcopis ordinati.* A quibus igitur? Qui autem & aliam fidem, & aliam (aut potius nullam) ordinationem ſeu conſecrationem Epiſcopalem habuerunt, quâ fronte dici poſſunt ſucceſſores Epiſcoporum Catholicorum? niſi forte intelligant de ſucceſſione in loco, honore, ac bonis temporalibus, quo modo latro poteſt eſſe ſucceſſor legitimi Domini. Demum, cum omnis Pontifex conſtituatur, *vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Heb. c. 5. quomodo poſſunt illi eſſe Pontifices, qui nunquam ordinantur vt offerant ſacrificia pro peccatis, imò qui omne verum ſacrificium ab hominibus oblatum, reſpuunt, atque ipſa nomina [k] ſacerdotis ac [l] ſacrificij auerſantur. Sed iam de ſingulis veris S. Auguſtini ſucceſſoribus agamus, oſtendamuſque eos omnes fuiſſe verè Romano Catholicos Epiſcopos, adeoque vniuerſum clerum Anglicanum, qui ipſis ſuberat, verè Romano Catholicum.

Non omnino ordinati Epiſcopi.

Per ſolas literas patentes Reginæ.

i Whitaker Cont. 2. q. 5 c 6 Morton Apol l. 1. c. 21.

Non laborant de ordinatione.

Hebr c 5.

k Confeſſ. Heluet c. 18. Caluin. 4. Inſt. c. 18. Luther to. 2. fol. 271. Whitak. l. 2. Contr. Dun.

l Caluin. 1. Cor. 9 v. 29. Whit Cont. 296 c 2. Chilimg. c. 2 p 32. Mort. l. de Miſſa 4 c. 8.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

S. LAVRENTIVS SECVNDVS ARCHIEPISCOPVS Cantuarienſis.

1. PRimus S. Auguſtini ſucceſſor, & ſecundus Archiepiſcopus Cantuariæ, fuit S. Laurentius, ipſius comes, quem ipſemet S. Auguſtinus (inquit Beda l. 2. c. 14.) *adhuc viuens ordinauerat, ne ſe defuncto, ſtatus Eccleſiæ, tunc rudis, vel ad horam Paſtore deſtitutus, vacillare inciperet.* Quo autem anno conſecratus ſit, Beda non refert, nec conſtat, ſicut nec quo anno S. Auguſtinus obierit; obijſſe autem S. Laurentium, anno ſexcenteſimo decimo nono, colligitur ex Beda, l. 2. c. 17. vbi inquit S. Mellitum eius ſucceſſorem è viuis exceſſiſſe, *Anno Domini ſexcenteſimo vigeſimo quarto, poſtquam quinque annis Eccleſiam rexiſſet.* De eius eximia eruditione, pietate, ac Romano Catholica religione ſatis [a] ſuprà retulimus ex Catholicis ſcriptoribus. Hic duntaxat Proteſtantium confeſſiones adiungamus. Godwinus in eius vita, n. 2. *Homo erat & pius & doctus, multum hic laborauit, non ſolùm in rebus eccleſiæ ſuæ conſtituendis, ſed etiam in hoc, vt Cambrobritannos, Scotos, & Hibernos ad vnam fidei diſciplinæque rationem perduceret; Regem Eadbaldum ob flagitia, ſicut alius Baptiſta, arguebat: vt bonus Paſtor nihil intentatum relinquebat, quo, ad deum properantes, in via veritatis contineret.* Et addit ex Beda: *Cuius verba*, ait, *ſe libenter vſurpare*, quo modo S. Laurentius flagellatus fuerit à S. Petro, quòd Angliam ob plebis Apoſtaſiam deſerere ſtatuiſſet, quodque eo miraculo Edbaldus Rex ad Chriſti fidem, ac piam vitam conuerſus fuerit: Parkerus in vita eius, n. 2. *Laurentius, vir doctrina & moribus clarus, quem ſibi, adhuc ſuperſtes ſucceſſorem delegit Auguſtinus; nec Auguſtinum fefellit Laurentius, quam ille religionem, quoſque ritus inſtituerat, hic promouere atque ſtabilire omni diligentia, ſtudio, ſollicitudine, crebris exhortationibus, & continuis bonorum operum exemplis admititur, neque ſolùm recentis Eccleſiæ Anglicæ curam geſſit, ſed & Britannos veteres, Scotos, & Hibernos, adhuc in Chriſtianæ fidei dogmate rudiores, pleniùs erudire, & ad eoſdem ritus ſtuduit perducere.* Et addit [b] miraculoſam eius flagellationem per S. Petrum: Baleus, Cent. 1. c. 72. *Laurentius, Scotos & Hibernos ad ritus Papiſticos per literas hortatorias inuitauit.* Et Cent. 13. c. 2. ita de eo ſcribit. *Ad Angloſaxones in Romana religione inſtituendos, à Gregorio mittebatur, Dialecticæ ac reliquæ Philoſophiæ perbellè peritus, callidis rationibus & ſillogiſmis arguere nouit, & fucata* (ſic impius ille) *ſanctitate corda mouere. In vniuerſo ferè Angloſaxonum dominio, plebem Papiſticam fidem docuit.* Eadem habent Magdeburgenſes, Cent. 7. c. 10. col. 518. & addunt, quòd *multum ſudauit, vt Scotos ſibi & Catholicæ Eccleſiæ coniungeret, & quod miſit Mellitum Romam, qui à Bonifacio Pontifice pareneticas literas tum ad Regem illum, tum ad gentem afferret.* Ex quibus Proteſtantium confeſſionibus liquido conſtat, S. Laurentium & valde doctum, & pium, ac Romano Catholicum fuiſſe. Eius memoriam his verbis celebrat Eccleſia in Rom. Martyrologio ſecundo Februar. *Cantuariæ in Anglia, Natalis S. Laurentij Epiſcopi, qui poſt S. Auguſtinum eam Eccleſiam gubernauit, & regem ipſum ad fidem conuertit.*

Regnante R. Kthelbert (?) — *Regnante R. Ethelb.* Huntingtod. l. 2. Harpsfeild, ſæc. 7. c. 7. Capgrauius in vita S. Laurentij.

a S. Laurentij eruditio. Al. l. 2. c. 5 & 6. Pietas & eruditio.

b Item Magdeburg. Cent. 7. c. 2. col. 43. Iſaacſon An. 616. Holinshed l. 5. c. 24. Romano Catholica religio.

Harpesfeild, ſæc. 7. c. 7. *Sepultus eſt cum* hoc [c] *Epitaphio.*

Hic ſacra, Laurenti, ſunt ſigna tui monumenti;
Tu quoque iucundus Pater, Antiſteſque ſecundus;
Pro populo Chriſti, ſcapulas dorſumque dediſti,
Artubus hui laceris multa vibice mederis.

c Weuer. in monum. p. 246.

Vide nonnulla eius miracula apud Capgrauium in eius vita.

CAPVT TERTIVM.

S. MELLITVS ARCHIEPISCOPVS TERTIVS.

An 619. regnante Rege Kinegilſo. Munting. l. 3. Brompton. col 735. *S. Melliti eruditio.* *a l. 1 c. 3. 6.* *Pietas. Catholica religio.*

1. SVcceſſit S. Laurentio S. Mellitus, qui quondam fuerat Epiſcopus Londinenſis, ſed inde pulſus à Paganis, & mortem obijt Anno (vt diximus) ſexcentefimo vigeſimo quarto. Eius pietatem, eruditionem, miracula ac Catholicam fidem [a] ſuprà retulimus ex Beda, tantum Proteſtantium confeſſiones adijciamus. Godwinus in eius vita, n. 3. *Mellitus, Cœnobij cuiuſdam in ciuitate Romana Abbas, vir natalibus, animi magnitudine, ſolertia, pietate clariſſimus.* Parkerus in eius vita, n. 3. *Mellitus Romanus Abbas Sebertum regem* (Eſtſaxonum) *ac reliquum populum ad Chriſtianæ religionis profeſſionem perduxit. Quo tempore Bonifacius Synodum coegerat Epiſcoporum Italiæ, in qua de moribus monachorum & pace decerneret. Huic Synodo Mellitus interfuit, omniaque ibi ſancita & decreta ſua authoritate & ſubſcriptione confirmauit; ac in Britanniam rediens, eadem Eccleſiæ Anglicanæ obſeruanda dedit.* Erat [b] *Mellitus nobili familia ortus, mentis verò celſitudine, quàm Natiuitate illuſtrior, terrena omnia deſpectaſſe dicitur, ſpiraſſe cæleſtia: & quanquam corpore infirmus & valetudinarius iam diu fuerat, animo tamen forti fuit, & ſtrenuo.* Et ibidem ait: *Mellitum celebraſſe Miſſarum ſolennia*, idemque ait Holinshedus l. 5. Hiſtoriæ, c. 24. Baleus in indice Centuriatum, *Romanas cæremonias in Anglia docuit.* Magdeburgenſes Cent. 7. c. 10. col. 519. *Mellitus functus eſt Archiepiſcopatu annos quinque, cum laude & admiratione eius gentis, ſiquidem non ſolùm volubilitate linguæ, ſed etiam miraculis fuit clarus, adeo vt aliquando incendium, flammis toti vrbi excidium minitantibus, ſolis precibus reſtingueret.* Ex quorum confeſſionibus, eruditio, pietas, miracula, & Romano Catholica S. Melliti religio, manifeſtiſſima ſunt. De eo ita Tabulæ Eccleſiaſticæ 24. Aprilis. *In Anglia Depoſitio S. Melliti Epiſcopi, qui à S. Gregorio in Angliam miſſus, orientales Anglos & Regem ipſorum ad fidem conuertit.*

b Item Vuever. in monumentis, p 147. *Miracula.*

c Vuever. in mon Somner p. 229.

d Polidorus c. 4. *e Vuever. mon p 247.*

2. Baronius An. 624. vocat eum, *virum Apoſtolicum* d *miraculis clarum.* Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 235. ait, quòd *Chriſtianitatis fidem egregiè in prouincia propagauit.* Harpesfeild, ſæc. 7. c. 7. ſepultus eſt, cum huiuſmodi [e] Epitaphio.

Summus Pontificum flos tertius, & mel apricum,
Hac titulis clara redoles Mellite ſub ara,
Laudibus æternis te prædicat vrbs Dorouernis,
Qui ſimul ardenti reſtas virtute potenti.

CAPVT QVARTVM.

S. IVSTVS ARCHIEPISCOPVS QVARTVS.

Regnante R. Kinegilſo. Martyrolog. Rom 10. Nouem.

1. MOrtuo S. Mellito, annò (vt diximus) ſexcenteſimo vigeſimo quarto, in eius locum ſubrogatus eſt S. Iuſtus, qui priùs à S. Auguſtino conſecratus fuerat Roffenſis Epiſcopus, & è vita exceſſit (vt colligitur ex Beda, l. 2. c. 18.) ſexcenteſimo trigeſimo tertio. Harpesfeild, ſæc. 7. c. 7. de eo ſic loquitur. *Tantæ integritatis, vt Iuſti nomine, non tam Gentilitio, quàm propter virtutem honorandus cenſeretur.* Sed eius eruditioni, pietati, ac Romano Catholicæ religioni probandæ ſuperſedemus, quia eas ſatis teſtatas [a] ſuperiùs fecimus à Catholicis authoribus, quibus hic Proteſtantes adiungemus. Parkerus in eius vita, n. 4. *Iuſtus primo Pontificatus ſui anno, à Bonifacio V. Romano Pontifice Pallium cum literis de more accepit. In illis Bonifacius, qui iam pridem à Phoca obtinuerat, vt Romana Eccleſia eſſet omnium Eccleſiarum caput, ſubiectionem & obedientiam Eccleſiæ Ro-*

S. Iuſti eruditio. a l. 1. c. 3. 6 Pietas.

mana à Mellito poſtulauit. —— *Iuſtus poſtquam religionem Chriſtianam diu multumque promouiſſet, deſiit in humanis eſſe, Anno Domini ſexcenteſimo trigeſimo quarto.* Godwinus in eiuſdem vita; n. 4. *Iuſtus, Paſtoris non indiligentis annos per decem functus officio, Anno ſexcenteſimo trigeſimo quarto à viuis exceſſit.* Baleus, Cent. 13. c. 3. *Iuſtus Romanæ fidei Pædagogus: Bonifacius V. Romanus Pontifex in ſuis literis eum commendat, & Pallium ei tradidit. Cantiarum regem Edbaldum ad Romanam perduxit fidem.* Magd. Cent. 13. c. 10. col. 520. *Iuſtus in cæremonijs Romanis propagandis, ad Anglos, Scotos, & Hibernos, ſuam operam gnauiter præſtitit: accepit à Bonifacio Papa Pallium, & tandem perfunctus ſuo munere cum fide & diligentia, humanis rebus ſublatus eſt.* Weuer in monument. p. 247. *Eius virtus, itemque eruditio ſummè laudatur à Bonifacio quarto.* Hæc Proteſtantes ipſi de S. Iuſti eruditione, pietate ac Romano Catholica religione.

Beda l. 2. c. 18. Iuſtus ad cæleſtia regna ſublatus eſt eius Catholica religio.

2. De eo ita Romanum Martyrologium Nouemb. 10. *In Anglia S. Iuſti Epiſcopi, qui vnà cum Auguſtino, Mellito, & alijs à B. Gregorio Papa in eam inſulam miſſus ad prædicandum Euangelium, ibidem ſanctitate celebris, obdormiuit in Domino.* Harpesfeild. ſæc. 7. c. 7. ſepultus eſt cum hoc a Epitaphio.

Iſtud habet buſtum meritis cognomine Iuſtum,
Quarto iure datus, cui ceſſit Pontificatus,
Pro meritis Iuſti ſancta grauitate venuſti
Gratia diuinam diuina dat his medicinam.

a Weuer. mon. p. 247.

CAPVT QVINTVM.

S. HONORIVS ARCHIEPISCOPVS QVINTVS.

1. QVintus Cantuariæ Archiepiſcopus, & ipſe ſancti Auguſtini ſocius, fuit S. Honorius, conſecratus (vt colligitur ex Beda, l. 2. c. 18.) Anno ſexcenteſimo trigeſimo tertio & mortuus anno ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, poſtquam ſediſſet annos viginti, vt idem ait, l. 3. cap. 5. & 20. vbi ait eum fuiſſe diſcipulum ſancti Gregorij, *& in rebus Eccleſiaſticis ſublimiter inſtitutum.* Et ibid. c. 18. indicat eius tempore fuiſſe ſcholam ſeu Academiam Cantuariæ. Nam ita ſcribit. *Sigebertus Rex Eſt-Anglorum, inſtituit ſcholam, in qua pueri literis erudirentur, iuuante ſe Epiſcopo Fœlice, quem de Cantia acceperat, eiſque Pædagogos ac Magiſtros, iuxta morem Cantuariorum, præbente.* Honorius Papa in Epiſtola ad ipſum apud Bedam l. 2. c. 16. ita Deum precatur. *Veſtram dilectionem, in prædicatione Euangelij laborantem & fructificantem, ſectantemque magiſtri veſtri & capitis ſui S. Gregorij regulam, perpeti ſtabilitate confirmet.* Et in alia Epiſtola apud Malmesbur. l. 1. Pontif. ait eum, *Gregem ſuum rexiſſe multa ſolicitudine, labore, ac moleſtia, malis crebreſcentibus.* Harpesfeildus, ſæc. 7. c. 8. ait, quòd *propter virtutem & Euangelij prædicandi ſtudium, honorandus planè & ſuſpiciendus.* Sed Proteſtantes audiamus. Godwinus in ipſius vita, n. 5. *Honorius, ob plurimas animi virtutes, ſumma dignus veneratione, ſed quid mirum eruditione pietateque clarum euaſiſſe, qui Diui Gregorij fuerit diſcipulus; omnes prouinciæ ſuæ Regiones in Paræcias diſtinxit, primus.* Parkerus etiam in eius vita, n. 5. *Honorius venerandus Pater, & in ſacris literis non vulgariter erudiens, quippe qui Gregorij Magni fuerat diſcipulus. Ab Honorio Romano Pontifice eius nominis primo, Pallium cum literis accepit, ſtrenuus ac peruigil diuinæ militiæ Dux, & imperator, prouinciam ſuam primus in Parochias diuidens, inferiores Miniſtros ordinauit, quos etiam ſæpius inſtruit & adhortatur, vt plebem Dei comiter & patienter, non doctrina ſolùm, ſed etiam vitæ probitate erudirent. Ethelbergam defuncti regis Northumbrorum vxorem, & Edbaldi Regis Cantiorum ſororem, velauit.* Weuer. in monumentis, p. 247. *Honorius vir venerandus & doctus.* Et p. 298. *Multa miracula attribuuntur eius ſanctitati, quæ facta ſunt ante, & dum, & poſtquam eius Reliquiæ tranſlatæ ſunt.* Quæ ille, ſola ſua incredulitate, ait eſſe incredibilia. Baleus, Cent. 13. c. 5. ſcribit, quod miſit Fœlicem ad Anglorum Orientalium prouinciam, *qui eam ſtatim ad Papiſmum conuertit*, & quod eius *hortatu ac ſuadela, Sigebertus illius prouinciæ Rex, Cantabrigiæ Gymnaſium inſtituit, iuxta formam Cantiorum.* Ita

Regnante R. Cenualchio. Martyrolog. Rom. 30. Septemb.

Regula S. Gregorij. Vide Capgrauium in Honorio.

S. Honorij eruditio. Pietas. Catholica religio.

Miracula.

illi de eximia eruditione, pietate, ac Romano Catholica religione huius Archiepiſcopi, de quo ita Martyrologium Romanum 30. Septembris. *Cantuariæ in Anglia S. Honorij Epiſcopi & confeſſoris*, vbi Baronius ait eum migraſſe ex hac vita, Anno ſexcenteſimo quinquageſimo quarto. Harpesfeild, ſæc. 7. c. 8. ſepultus cum hoc Epitaphio.

Vvever. mon p. 247.

Quintus honor memori verſu memoraris, Honori,
Digna ſepultura, quam non tenet vlla litura,
Ardet in obſcuro tua lux vibramine puro,
Hæc ſcelus omne premit, fugat vmbras, nubila demit.

CAPVT SEXTVM.

DEVSDEDIT ARCHIEPISCOPVS SEXTVS.

Regnante R. Cenual chio F. rarius 30. Ianij. Deusdedit, eruditio & pietas. Pitſeus n. 74. Simeon Dunelm in hiſtoria, col. 28 Multæ beatitatis vir. Vvever. mon p. 247.

1. PRædicti omnes Archiepiſcopi, Itali erant, ac ſocij S. Auguſtini. Primus autem ex Anglis, Cantuarienſis Archiepiſcopus creatus eſt *Deusdedit*, Anno Domini ſexcenteſimo quinquageſimo quinto, vt liquet ex Beda, l. 3. c. 20. Capgrauius in eius vita miris eum laudibus celebrat, atque quod fuit, *vir Deo dignus, vita & eruditione clarus, verus Dei cultor, vitiorum mortificator, virtutum amator, verbi diuini non ſegnis ſator, peruigil in orationibus, ieiunijs intentus, eleemoſynis deditus, ouile ſibi creditum cum mediocri induſtria procurabat; & ab eo inſidias Dæmonum vexillo Crucis dominica propellebat: erat enim vir Angelicus, virtute præclarus, ſpiritu ſapientia, & humilitatis gratia plenus.* Harpesfeildus, ſæc. 7. c. 8. refert hanc inſcriptionem tumulo eius affixam.

Alme Deus dedit, cui ſexta vacatio cedit,
Signas hunc lapidem lapidi ſignatus eidem,
Prodit ab hac vrna virtute ſalus diuturna,
Quà melioratur quicunque dolore grauatur.

Itemque Ferrarius, ib. & 29. Iun.

2. Illius meminit Molanus in ſuo Martyrologio 15. Iulij, his verbis *Cantuariæ depoſitio S. Deusdedit.* Nec diſſentiunt Proteſtantes: Nam ita Godwinus in eius vita, n. 6. *Deusdedit, vir eruditione, aliiſque virtutibus clarus, Eccleſiam ſibi commiſſam ſtrenuè rexit.* Parkerus etiam in eiuſdem vita, n. 6. *Deusdedit, vita & eruditione inſignis, patria lingua, Frithona vocabatur, ſed ob merita eius in rempublicam præclara, nomen Saxonicum ab electis Dei miniſtris, in Angelicum fuit commutatum, & Deusdedit dictus eſt. Gratia namque Dei illum ad opus ſancti Miniſterij elegit, ſumpto ſacerdotali officio in timore Dei perfectus permanſit.* Baleus, Cent. 10. c. 11. *Frithona, magnificè per diſciplinas à doctis acceptas, vt ſcribit Lelandus, in iuſtam vſque gloriæ accreuit magnitudinem.* Weuerus in ſuis monumentis, p. 298. vocat eum *ſanctum Epiſcopum & confeſſorem*: ibique recitat verſus Anglicos Draitoni, in quibus ait eum *miſſum à Deo, ac pietate inflammaſſe animas hominum.* Item, *Frithona celebris ob eruditionem ſuam & pietatem*: & habet eius Epitaphinm prædictum, p. 248. Catholica eius religio, ex Magiſtris & Prædeceſſoribus eius ſatis teſtata eſt.

CAPVT SEPTIMVM.

S. THEODORVS ARCHIEPISCOPVS SEPTIMVS.

*Regnante R. Cenualchio Harpesfeild. ſæc. 7. c. 8. Baronius An. 668 Paulus Diacon l. 5 c 30 * Vide Ordo*

1. DEfuncto Deus dedit, *electus in Archiepiſcopum* (inquit Beda, l. 3. c. 29.) *fuit Vvighardus, Presbyter de clero Deusdedit, vir bonus & aptus Epiſcopatui, quem cum electione & conſenſu Eccleſiæ Anglicanæ, Reges Oſwinus & Egbertus aſſumpſerunt, & Romam ordinandum miſerunt.* Atque hic primus fuit, qui ex clero (vt vocant) * ſæculari electus eſt Cantuarienſis Archiepiſcopus, idque (vt loquitur Beda) *cum electione Eccleſiæ Anglicanæ*, ſed illo morte prærepto Romæ, ante-

quam

quam conſecraretur, Vitalianus Papa elegit S. Theodorum, cumque ipſemet conſecrauit, Anno Domini ſexcenteſimo ſexageſimo octauo, ac in Angliam miſit vna cum S. Adriano Abbate. Hic videtur fuiſſe Monachus ordinis S. Baſilij, tum quia erat Græcus Natione, tum etiam, quia coronam gerebat more Orientalium, vt teſtatur Beda, non ergo erat ex vllo ordine Monachorum Occidentalium. De admiranda eorum doctrina, multa ſcribit Beda, l. 4. c. 1. 2. 8. quæ a ſuprà retulimus: & l. quæſtionum, c. 3. inquit. *Beatæ memoriæ Theodorus, doctiſſimus vir.* Malmesbur. l. 1. Reg. c. 1. ait, quòd erant *docti viri, & qui omnem literaturam imis medullis combiberant, quod niſi eſſet vſquequaque detritum, libenter pergerem referre, quantum lucis tunc per eos orbi Britannico infulſerit, quo modo hinc Græci, hinc Latini Palæſtras literarum certantibus ſtudijs in vnum contulerint, & inſulam familiare Philoſophiæ domicilium effecerint.* Paulus Diaconus, l. 5. de Geſtis Longobardorum c. 30 *Theodorus & Adrianus viri æquè doctiſſimi.* Baronius, An. 665. n. 6. vocat Theodorum, *virum egregium doctrina, & moribus inſignem.* Plura legi poſſunt apud Harpesfeild, ſæc. 7. c. 8. ſed fortè iucundius erit eius laudes & Romano Catholicam religionem, ex Proteſtantium ore audire. Parkerus in eius vita, n. 7. cùm, dixiſſet, quòd Adrianus erat, *vir in ſacris literis, & omni diſciplinarum genere inſtructiſſimus,* addit; *Erat Theodorus ijſdem diſciplinis inſtructus, quibus diximus Adrianum, vir ætate etiam venerandus. Hic Bibliothecam copioſam tam ex Græcis, quam Latinis libris ſecum in Angliam aduexit, quorum nonnulli Græco idiomate conſcripti apud nos manent. Huic omnis Eccleſia Anglicana libenter ſe ſubiecit, iſque peragrata tota inſula, Paſcæ celebrationem, reliquoſque Romanos ritus vbique ſtabiliuit, tantumque abfuit, vt aliquid à Rom. Eccleſia* b *alienum faceret, vt eius authoritatem contentioſè nimis putetur propugnaſſe. Huius viri virtutes vulgares non fuerunt. Poſt Britanniam ab Anglis occupatam, fœliciora tempora, & eruditione ditiora, non fuerunt, quàm cum ille Cantuariæ præſidebat: præter reliquas eius virtutes, eximè doctus fuit, ac poſt mortem in diſcipulis, qui multi erant & præclari, quaſi viuens. In his fuit Beda, Ioannes Beuerlatenſis, Albinus, Tobias Roffenſis Epiſcopus, qui Latinam & Græcam linguam vt natiuam calluiſſe dicitur.* Eademque etiam habet Godwinus in vita Theodori, n. 7. Weuer. in monumentis, p. 299. *Dignus æterna memoria ob inſignes virtutes.* Baleus, Cent. 13. c. 6. *Theodorus, vtraque ſcientia, diuina & humana, linguaque tam Latina quàm Græca, nulli inter monachos Romanenſes per ſuam ætatem ſecundus habebatur. Iſtum Pontifex Vitalianus ad Angloſaxones, confirmandarum traditionum gratia, tranſmittebat. Nam quod tunc venerit cum magnæ Beſtiæ charactere, valde perſpicuum fit. Veſtales Votarias multis in locis fecit, ac Mildredam cum 70. mulierculis in inſula Tanetos, ad Papiſticæ religionis cultum ſuperſtitioſè velabat. Conſummatis pleriſque, demum quæ regnum Antichriſti promouere videbantur, vitæ finem ſortitus eſt Anno ſalutiferi Partus 690.* Similia ſcribunt Magdeburgenſes, Cent. 7. c. 10. col. 521. Spelman. in Concilijs Angliæ, p. 152. agnoſcit Theodorum fuiſſe *cum in moribus, tum in literis illuſtrem admodum & laudatum.* Harpesfeildus, ſæc. 7. c. 8. ex antiquiſſimo (vt inquit) manuſcripto, refert hos verſus in laudem ſeptem prædictorum Archiepiſcoporum Cantuarienſium.

a Vitalianum Vitalianum, l. 13. vbi eum vocat Frigeardum. & l. 18. An 1123.

S. Theodori mirranda eruditio.

a l. 1. in fine B.

Romano Catholica religio.

b Sic etiam Spelman in Concil. p. 152.

Pietas.

c Septem Primates ſunt Angliæ & Protopatres,
Septem Rectores, ſeptemque per æthra Triones,
Septem ſunt ſtellæ, nitet his hæc area cellæ,
Septem Ciſternæ vitæ, ſeptemque Lucernæ.

c Godwinus in vita Theodori. Camden. in Reſidu. p. 365. in Brit. p. 239. Weuer mon. p. 348.

2. Et Beda l. 4. c. 8. de eiſdem. *De quo, vnà cum conſortibus eiuſdem ſui gradus, rectè & veraciter dici poteſt, quia corpora eorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuet in generatione & generationes, vt enim* (inquit) *breuiter dicam, tantùm profectus ſpiritalis tempore præſulatus illius, Anglorum Eccleſiæ, quantum nunquam antea potuerunt, ceperant.* Et Capgrauius in eius vita ſcribit, quod Theodori tempore *Anglia fulgebat innumeris ſanctis velut lucidiſſimis ſtellis.* De eo verò ita Martyrologium Romanum 19. Septemb. *Cantuariæ in Anglia, S. Theodori Epiſcopi, qui à Vitaliano Papa in Angliam miſſus, doctrina & ſanctitate refulſit.* Malmesbur. l. 1 Pontif. p. 106. ait, quòd Laurentij, Melliti, Iuſti, Honorij, Deusdedit, Theodori *virtutes miras prorſus & prædicandas Goxelinus ſcripſit, adijciens, quas oculata fide perſpexerat nouæ.*

3. Hæc de inſigni eruditione ac ſanctitate S. Theodori, ſed audiamus Proteſtantes, ſuo more, Papiſticam eius religionem, licet inuitos, confitentes. Baleus, Cent. 13. c. 6. *Venit enim magnæ beſtiæ charactere, Veſtales Votarias multis*

Catholica religio.

in locis fecit, ac Mildredam cum 70. mulierculis in inſula Tanetos, ad Papiſticæ religionis cultum velabat, pleraque conſummabat, quæ regnum Antichriſti promouere videbantur. Et ibid. c. 7. *Pro erigendo Purgatorio plura conſtituit.* Et Cent. 1. c. 80. p. 71. *Vitalianus miſit in Angliam monachos Theodorum & Adrianum, vt fluctuantes in ſuſcepta fide Papiſtica, confirmarent, & vt credentes ſuos Antichriſti charactere ſignarent. Horas Latinas, Ceremonias Latinas, cantiones & Miſſas Latinè fieri diſpoſuit.* Magdeburgenſes, Cent. 7. c. 10. col. 521. *Inter alias opiniones Papiſticas, cenſuit pœnitentiæ ritibus vnumquodque peccatum deleri, de fide* (Proteſtantica) *in Chriſtum, & gratuita remiſſione peccatorum parum nouit.* Parkerus in vita Theodori, n. 7. *Paſcæ celebrationem, reliquoſque Romanos ritus vbique ſtabiliuit, tantumque abfuit, vt aliquid à Romana Eccleſia alienum faceret, vt eius authoritatem contentioſè nimis putetur propugnaſſe, magno etiam in pretio & authoritate fuit tum Romanis omnibus, tum etiam Agathoni Pontifici.* Eademque habet Godwinus in vita eiuſdem, n. 7. Foxus in Actis ſuis, p. 112. *Theodorus Miſſus eſt à Vitaliano Papa cum alijs monachis, vt hic erigeret officium Latinum, Miſſas, Ceremonias, Litanias cum eiuſmodi mercibus Romanenſibus.* Et addit, quòd *Theodorus interfuit Synodo, vbi nuptiæ prohibitæ fuerunt ſacerdotibus Latinis.* Hæc ille de manifeſtiſſima Catholica religione huius doctiſſimi & ſanctiſſimi Pontificis, quibus ſi adiungamus quod Beda teſtatur, l. 4. c. 2. *Peragrata inſula tota, quaquauerſum Anglorum gentes morabantur, libentiſſimè ab omnibus ſuſcipiebatur, atque audiebatur. Iſque primus erat Archiepiſcopus, cui d omnis Anglorum Eccleſia manus dare conſentiret:*

d Malmesb. l. 1. Pontif. p. 196.

Tota Anglia ſubiecit ſe Theodoro.

Idque Proteſtantes ipſi fatentur: Nam ita Parkerus in vita eius. *Huic Theodoro, omnis Anglicana Eccleſia libenter ſeſe ſubiecit, itaque peragrata tota inſula, Paſcæ celebrationem, reliquoſque Romanos ritus, vbique ſtabiliuit.* Idque repetit Godwinus in vita eiuſdem; idemque fatentur Magdeburgenſes, Cent. 7. c. 10. col. 52. Selden. in Analectis, l. 2. c. 2. Weuerus in monumentis, p. 298. & alij, qui (inquam) hanc teſtatiſſimam S. Theodori Catholicam religionem, atque vniuerſæ Eccleſiæ Anglicanæ cum ipſo conſenſionem agnouerit, dubitare non poterit quin vniuerſa Eccleſia Anglicana illo tempore Romano Catholica fuerit. Iſacſon in Chronologia, An. 670. (inquit) *Theodorus reduxit Britonum Epiſcopos ad ſuam obedientiam, atque erat fortis propugnator Papalis authoritatis.* Somner in deſcript. Cantuariæ ſcribit, quòd *permiſſu Vitaliani Papæ, erexit Cantuariæ ſcholam ſeu Collegium ad modum Academiæ, in qua poſuit profeſſores omnium artium liberalium.*

Omnes artes liberales doctæ Cantuariæ.

CAPVT OCTAVVM.

BRITHVVALDVS ARCHIEPISCOSPVS OCTAVVS.

Regnante R. Ina.

1. OCtauus Cantuariæ Archipræſul fuit Brithwaldus, electus (inquit Beda, l. 5, c. 9.) Anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo, & anno ſequenti, conſecratus à Godwino Galliarum Metropolitano, ſedit (ait idem Beda, l. 5. c. vltimo) *annos triginta ſeptem*, ac mortuus eſt anno ſeptingenteſimo trigeſimo primo. De illius eruditione idem Beda, c. 9. cit. hoc perhibet teſtimonium. *Vir & ipſe ſcientia ſcripturarum imbutus, & Eccleſiaſticis ſimul & Monaſterialibus diſciplinis ſummè inſtructus.* Idemque habent Marianus ac Florentius in Chronicis, An. 692. Baronius, An. 690. vocat eum *virum doctiſſimum.* Sergius Papa in Epiſtola apud Malmesbur. l. 1. Pont. p. 210. ait, quòd Brithwaldus, *nequaquam faſtu ſiue tumore iactantiæ, ſed mente ſubnixa & humili, tantum munus* (Archiepiſcopatus) *dignus obtinuit.* Et ibid. p. 196. quod Gozelinus *eius miracula prædicat, ſigna exaltat.* Et l. 3. p. 267. eum numerat inter eos, *quos* (inquit) *ſanctiſſimos celebrat antiquitas.* Capgrauius in vita S. a Bregwini aſſerit, quòd *in Epiſcopatu, ſancto Theodoro ſucceſſit, & dignè in omnibus adminiſtrauit.* Poſſeuinus in Apparatu

Brithwaldi eruditio.

Eius miracula

Pietas.

a Ferrarius in Catal. Ian. n. 9.

Apparatu verbo, *Eguinus*, vocat eum *ſanctum.* Demum Pitſeus ætate 8. n. 99. *Laudatur à Proteſtan.*
Bonas literas, regular. m diſciplinam, & omnem pietatem, ſumma cum induſtria didicit. Ex Proteſtantibus, Baleus Cent. 1. c. 99. ait, quòd fuit *iuuenis erudiens, & ad res magnas natus. Talem apud ſuos Commilitones virtutum & doctrinarum tituli exiſtimationem ſibi comparauit, vt demum communi omnium ſuffragio Abbas deſignaretur.* Parkerus in eius vita, n. 8. *Scripturarum ſcientia non mediocri imbutus fuit, & in Eccleſiaſtica diſciplina ſatis inſtructus.* Godvinus, ibid. n. 8. repetit, atque approbat præfata Bedæ verba: Magdeburgenſes, Cent. 7. c. 10. col. 521. *Brithwaldus vir ſcientia ſcripturarum, & Eccleſiaſticis ſimul ac monachicis diſciplinis imbutus.* Weuer. in monumentis, p. 248. *Brithwaldus valde doctus, tum diuinis, tum humanis literis, & peritus in Eccleſiaſticis & Monaſticis diſciplinis.* Vſſerius in Antiquit. Britan. p. 1055. ita refert ex Malmesbur. *Bertwaldus, & fama religionis nominatiſſimus, & gentis nobilitate praclarus, quippe fratris Ethelredi, regis Merciorum filius, Theodoro decedente, illius ſucceſſit Cathedræ.*

2. Catholica eius religio teſtatiſſima eſt. Nam approbatus fuit à Papa Sergio, vt liquet ex eius literis citatis. Et vt teſtatur Beda, l. 5. c. 9. ait, fuerat *Abbas in Monaſterio, quod Raculf nuncupatur*, ſed audiamus Proteſtantes. Baleus c. 99. cit. *Inter myſtas illos, quos, homines olim, Apoſtolicos vocabant, in terra ſuæ natiuitatis* (Glaſconiæ) *ab adoleſcentia vitam duxit ſolitariam. Talem apud ipſos ſuorum Commilitones, virtutum & doctrinarum titulo, exiſtimationem ſibi comparauit, vt demum communi omnium ſuffragio Abbas à Vuorgreſo quartus deſignaretur —— in * Londinenſi Prælatorum Synodo, Anno Domini 712. Mortuorum imagines venerandas, & miſſas ante illas celebrandas, Conſtantini Romani Pontificis decreto, præcepit. — Quantum iſte Papiſmo profuerit, Gernaſius in ſuo catalogo declarat.* Eaque repetit, c. 91. Et c. 94. *Circa An. 714. ſub Brithwaldo Archiepiſcopo Londini Synodus erat, pro Latinæ Miſſæ confirmatione, atque abdicandis ſacerdotum vxoribus.* Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 817. *Brithwaldus vitam Monaſticam, & alias traditiones Pontificias & ſuperſtitiones, magni fecit: imagines venerari, & ad eaſdem Miſſas celebrari docuit.* Parkerus & Godvinus in eius vita, itemque Camden in Britan. p. 293. ſcribunt, quòd fuit *Abbas * Reculuenſis.* Et Parkerus addit, quod Brithwaldo *Sergius Pontifex eius nominis primus, omnis Anglicana Eccleſiæ Primatum, per literas conceſſit.* Et Spelman. in Concilijs Angliæ, p. 212. recitat Epiſtolam Conſtantini Papæ ad ipſum, his verbis datam. *Conſtantinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Brithwaldo Britanniarum Eccleſiæ Primati, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Venerabilem virum Epiſcopum Eguinum, quem bis tua fraternitas ad Apoſtolicam ſedem miſit, &c.* In eaque refert, quod duo Angliæ reges ipſum rogauerint, vt ſua authoritate confirmaret Diplomata, quæ ipſi S. Eguini Monaſterio conceſſerant, & addit Spelman, p. ſeq. *Rebar Archiepiſcopum Cantuariæ, cui hæc à Papa credebantur, nolle vel vnguem latum diſcedere à mandatu Papæ.* Weuerus in ſuis monumentis, p. 249. refert hoc eius Epitaphium.

Catholica religio.

** Vide ſupra, l. 2. c. 7.*

** Sic Beda, l. 5 c. 9.*

Stat ſua laus feretro, Brithwaldus ſtat ſua metro,
Sed minor eſt metri laus omnis laude feretri,
Laude frequentandus, Pater hic & glorificandus,
Si prece flectatur, dat ei qui danda precatur.

Atque horum omnium Archiepiſcoporum reliquiæ in diuerſis thecis repoſitæ, vnà cum reliquijs Nothelmi Archiepiſcopi, S. Adriani Abbatis, & S. Mildredæ, virginis, publicè in Eccleſia S. Auguſtini Cantuariæ, fidelium venerationi exponebantur, vt liquet ex Somneri deſcriptione Cantuariæ, p. 47.

CAPVT NONVM.

TATVVINVS ARCHIEPISCOPVS NONVS.

Regnantis R. Ethelardo.
Eruditio Tatwini.
Pietas.
a Ferrarius 10. Iunij.

1. IN Brithwaldi locum ſuffectus eſt Tatwinus, ac conſecratus, Anno Domini ſeptingenteſimo trigeſimo primo, ac mortuus anno ſeptingenteſimo trigeſimo quarto. *Erat* (inquit Beda l. 5. c. vlt.) *vir religione & prudentia inſignis, ſacris quoque literis nobiliter inſtructus.* Idemque habet Florentius in Chron. An. 731. Huntington l. 4. & alij. Gregorius Papa III. in literis apud Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 210. hoc de eius pietate teſtimonium perhibet. *Fratris noſtri Tatwini aduentus nos admodum lætificauit, quòd virum religiams & magnæ probitatis, ſub ipſo tempore, quo apud nos ſtetit, cum cognouimus.* Et ipſe Malmesbur. ibid. p. 196. ait, quod Gozelinus Brithwaldi & Tatwini *miracula prædicat, ſigna exaltat.* Baronius, Anno 731. *Tatwinus vir religione & literis inſignis.* Harpesfeildus, ſæc. 8. c. 2. *Tatwinus* (corruptè Edwinus) *vir religione & prudentia inſignis, &c.*

Laudatur à Proteſtan.
Catholica religio
b Houeden An 711.

2. Ex Proteſtantibus, ita de eo Baleus, Centuria 2. c. 3. *Tatwinus ſub eruditorum præceptorum tutela, adoleſcentiæ ſuæ annos in optimis ſtudijs fœliciter collocauit, varijs artium bonarum diſciplinis demum imbutus, animum ad vitam Monaſticam conuertit: vir erat religione & prudentia inſignis, ſacriſque literis nobiliter inſtructus.* Eademque habent Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 818. itemque Parkerus ac Godwinus in vita Tatwini, n. 9. Catholica eius religio certiſſima eſt: Nam (vt ait Beda in Epitome) *Ab Apoſtolica authoritate*[a] *Pallium*[b] *accepit.* Et Gregorius Papa in Epiſtola apud Malmesbur. l. 1 Pontif. p. 210. ita ad ipſum ſcribit. *Nos, Deo authore & B. Petro Apoſtolorum Principe, licet indigni eius nomine vicem gerentes, tibi, Tatwine, Dorobernia ciuitatis Archiepiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus legitimis, omnes Eccleſias Britanniæ, earumque rectores ſubijcimus.* Et addit, *cui vices noſtras per omnia gerendas, in regione illa commiſimus.* Godwinus in eius vita, n. 9. ait quòd fuit monachus ordinis S. Benedicti, quòd *Romam profectus, ibi à Gregorio Pontifice Pallio donatus, Primatus etiam confirmationem accepit.* Baleus, l. cit. ait, quòd *Benedictinis factionibus ſe totum dedicauit.* Idemque habent Magdeburgenſes, l. cit. & addunt, quòd *fuit familiaris Bonifacio* (Moguntino) *qui ad eum ſcripſit Epiſtolam.* Weuer. in monumentis p. 249. *Tatwin vir valde pius, nec minus doctus.* Habetque ibi hoc eius Epitaphium.

Pontificis gleba Tatwini Cantia præbe,
Thura, decus, laudes, & cuius dogmate gaudes,
Huius doctrina, caruiſti mente ferina,
Et per eum Chriſti portare iugum didiciſti.

CAPVT DECIMVM.

NOTHELMVS ARCHIEPISCOPVS DECIMVS.

Regnantis R. Ethelardo

1. TAtwino ſubrogatus eſt Nothelmns, *Londinenſis Eccleſiæ Presbyter* (vt eum vocat Beda in præfatione ſuæ hiſtoriæ) vbi eum prædicat, ſeque ab illo adiutum fuiſſe in hiſtoriæ ſuæ conſcriptione fatetur, ordinatus fuit, Anno ſeptingenteſimo trigeſimo quinto, & deceſſit Anno ſeptingenteſimo trigeſimo nono, vt habetur in Epitome Bedæ, & in Annalibus Houedeni. De eo ita ſcribit Harpesfeildus, ſæc. 8. c. 2. *Nothelmus Londinenſis Præsbyter virtutis doctrinæque ſuæ commendatione, Dorobernenſem ſedem adeptus eſt. Romam aliquando profectus, ea monumenta ex ſcrinijs retulit, quæ Beda in Eccleſiaſtica hiſtoria concinnanda vſui fuere.* Baronius, An. 734. ait, quòd erat *nobilis pietate, & doctrina pariter inſignis.* Ex Proteſtantibus, ita Baleus, Cent. 2. c. 8. *Nothelmus, vir certè per illam ætatem eru-*

Pietas
Laudatur à Proteſtant.

ditus

ditus & grauis : multa ſalubris doctrinæ præcepta tam popularibus ac plebeis, quàm ipſis ciuibus dedit. Iuuenis olim ſpectatiſſima probitatis, factis memorabilibus toti inſulæ notus. Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 818. *Nothelmus fuit vir eruditus & grauis, munus docendi obijt, & multa ſalubris doctrina præcepta, tam popularibus, quàm ciuibus dedit.* Weuer. in monumentis, p. 249. *Benè & prudenter ſedem ſuam rexit.* Habetque ibid. hoc eius Epitaphium.

Hac ſcrobe Nothelmus iacet Archiepiſcopus almus,
Cuius vita bono non eſt indigna Patrono,
Cunctis iſte bonus, par in bonitate Patronus,
Protegit hic iuſtos, vigili munimine cuſtos.

2. Eius Romano Catholica religio indubitata eſt : Nam (vt ſcribit Houeden, An. 736.) a *Pallium à Romano Pontifice ſuſcepit.* Idemque teſtatur Huntington, l. 4. p. 340. Parkerus & Godwin. in eius vita aiunt, quòd *Pallium accepit, Romæ conſecratus à Gregorio Papa III.* Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 818. dicunt, *quòd bonis operibus aſcripſit ſalutem, commendat Bonifacij* (Moguntini) *ſtudium, quòd die ac nocte meditetur pro anima ſua redemptione, corda Paganorum Saxonum conuertere. In celebratione Miſſarum, dicit ſe Bonifacij fore memorem.* —— *Bonifacius eum magni fecit, vt conſtat ex Epiſtola ad eundem : Nam precibus eius ſe commendat, eius iudicium & ſententiam poſtulat.* Quem Bonifacium ipſi, ibid. col. 796. vocant *miniſtrum & mancipium Antichriſti*, & aiunt *fuiſſe ita addictum Romanis Pontificibus, vt nihil ſine eorum conſilio ageret.*

a *Florentius An. 736*

Catholica religio.

CAPVT VNDECIMVM.

CVTBERTVS ARCHIEPISCOPVS VNDECIMVS.

1. POſt Nothelmum ſedem Cantuarienſem capeſſit Cutbertus, Anno ſeptingenteſimo quadrageſimo, vt habetur in Epitome Bedæ, & obijt Anno ſeptingenteſimo ſexageſimo, vt vult Baleus, vel, vt alij, ſeptingenteſimo quinquageſimo octauo. De eo ita Malmesburienſis, l. 4. Pontif. p. 285. *Cuius eximiam in rebus Eccleſiaſticis diligentiam, cùm in Archiepiſcoporum rebus ſermo verſaretur, ediſſeruimus.* Baleus, Cent. 2. c. 14. *Cutbertus ex illuſtri Anglorum genere ortus, vir magnæ celebritatis apud Ethelbaldum Merciorum Regem, ex rara quadam tum eruditione, tum eleganti ciuilium morum ſplendore fuit.* Godwin. in eius vita, n. 11. ſcribit, quòd *vti bonus & fidelis Paſtor, quo tot peſtibus caulam ſuam repurgando iram Dei auerteret, Patriæ imminentem, ob tanta popularium flagitia, quæ poſtea ingentibus illis per Danos illatis cladibus vindicata ſunt ad Synodum omnes prouinciæ ſuæ Epiſcopos conuocauit, à quibus, & reliquo Clero, poſt maturam deliberationem multa decreta ſunt ad vitiorum reformationem.*

Regnante R. Cutbredo.

Eruditio Cutberti.

Pietas.

2. Romano Catholica eius religio certiſſima eſt : Nam (vt refert Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 197.) Concilium coegit, cui interfuit, *Ethelbaldus Rex Merciorum cum principibus ac Ducibus triginta tribus, in quo inter alia ſancitum eſt, vt ſeptem horæ Canonicæ diebus ſingulis obſeruentur, vt Rogationum dies non omittantur, vt feſtiuitas SS. Gregorij & Auguſtini obſeruetur, ſanctorum Natalitia celebrentur, vt ieiunia quatuor temporum ſeruentur, vt monachi & moniales regulariter veſtiantur, & vt monachi inter Laïcos non habitent.* Et l. 4. Pontif. p. 285. recitat verſus Cutberti, in quibus ait ſe confeciſſe Crucem, eamque vocat *venerandam.* Weſtmonaſterienſis, An. 740. ait, quòd *Pallium à Papa acceperit.* Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 820. Catholicam eius religionem his verbis profitentur. *Planum eſt, eum erroribus iſtius ſeculi fuiſſe implicatum. Gregorium, Auguſtinum, Bonifacium, apud Deum ſibi & alijs ordinauit Patronos, & ſuffragia Apoſtolorum & Martyrum cenſuit poſtulanda, non tantum pro viuis, ſed etiam pro mortuis, orationes, & Miſſas celebrandas ſenſit.* Et ibid. c. 9. col. 574. *In generali quadam Synodo, Cutbertus & alij ſacerdotes inter alia decreuerunt, vt Natalitium Bonifacij, & eorum, qui cum ipſo interfecti ſunt, Anniuerſario die ſolenniter celebretur, ob eius apud Deum Patrocinium & interceſſionem.*

Catholica religio.

CAPVT DVODECIMVM.

S. BREGVVINVS ARCHIEPISCOPVS DVODECIMVS.

Regnante R. Kinnifo.

1. IN Cutberti locum ſuffectus eſt S. Bregvinus, Anno ſeptingenteſimo quinquageſimo nono, exceſſit anno ſeptingenteſimo ſexageſimo ſecundo. De eo ita Geruaſius in eius vita, *vir magnæ religionis.* Et Weſtmonaſterienſis, Anno 760. *Vir prudens & in literali ſcientia eruditus*, ſed ſuſius Capgrauius in eius vita. *Sanctus Bregwinus in Saxonia natus eſt, & infantiles annos egreſſus, ſacris literis eruditur, & literarum gratia, quæ à tempore Theodori in Anglia floruerunt, natiuo ſolo relicto, in Angliam profectus, & mox cunctis charus, & ciuis patriæ effectus, in ſanctis moribus & cæleſti ſapientia proficiebat, & relictis tandem ſæculi blandimentis, Chriſtum ſequi cupiens, monachorum Collegio ſe ſociauit, Cutberto, licet multum renitens, ſucceſſit: hic ſpeculum omnibus à Deo conſtitutus, ita in ſanctis operibus clarus effulſit, vt qui lucis ſemita volebant incedere, in eius vita ſatis apertè poſſent videre, tandem tertio Epiſcopatus ſui anno, plenus operibus bonis & virtutum exemplis, cæleſtia conſcendit*, &

Laudatur à Proteſtant.

pergit recenſere multa miracula ad eius tumulum facta. Ex Proteſtantibus, ita de eo ſcribit Parkerus in eius vita, n. 12. *Bregwinus ex antiqua Saxonia, claris parentibus oriundus, poſtquam è pueritia exceſſerat, ſacris literis operam dedit, cuius amore raptus, in Angliam, natiuo ſolo relicto, ſe contulit, vbi propter modeſtiam & morum integritatem, tantam apud omnes gratiam iniuit, vt in numerum reliquorum incolarum ac*

Bregwini eruditio.

ciuium aſciſceretur. In ſacris verò literis tantos progreſſus fecit, vt mortuo tunc Cutberto Cantuarienſi Archiepiſcopo, ſolus dignus haberetur, qui in Archiepiſcopatu etiam inuitus

Pietas.

ſuccederet, bonis moribus ita claruit, vt omnes ſui temporis multis gradibus antecelleret. Cumque tres annos Eccleſiam ſuam probè adminiſtraſſet, ſpiritum exhalauit. Eademque habet Godwin. in vita eiuſdem, n. 12.

2. Catholica eius religio conſtat, tum quia monachus erat, tum etiam quia à Pontifice Romano obtinuit, vt corpus ſuum ſepeliretur in Eccleſia Metropolitana, non autem in Monaſterio S. Auguſtini, prout penè omnia corpora priorum Archiepiſcoporum ſepulta fuerant, vt agnoſcunt Parkerus & Godwinus in ipſius vita, n. 12.

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

S. LAMBERTVS ARCHIEPISCOPVS DECIMVS-TERTIVS.

Regnante R. Kenulfo.

1. S. Btigwini locum capeſſit Lambertus, electus Anno ſeptingenteſimo ſexageſimo ſecundo, ac vitam cum morte commutauit, Anno ſeptingenteſimo nonageſimo primo, vel nonageſimo. De eo ita, ſcribit Parkerus in eius vita, n. 13. *Ab Abbate Monaſterij S. Auguſtini, Archiepiſcopus Cantuarienſis factus, à*

a Theruns col. 1775.

a Paulo eius nominis primo, Pallio donatus eſt: Annos plurimos, præſulatus dignitatem, cum magna conſtantia, nec minori labore, tenuit. Additque, quod Angli hoc tem-

Lamberti Catholica religio.

pore *verum Dei cultum abiecerant*; nempe quia non erant Proteſtantes, & in vita Ioannis Kempi, n. 63. ait, quòd *Lamberto Archiepiſcopo ſedente, Pontificia ſuperſtitio vires iam maximas nacta eſſet*; & exinde vſque ad Annum 1411. vocat *Papiſtica ſæcula*. Ex quibus huius Antiſtitis Catholica religio ſatis manifeſta eſt, quæ adhuc manifeſtior eſt ex Actis Concilij habiti in Anglia à Legatis Adriani Papæ relatis à Magdeburgen. Cent. 8. c. 9. col. 584. cui interfuit ipſe & plures Epiſcopi vna cum rege Offa, & ſuis Ducibus. *Qui omnes* (inquiunt Legati) *conſona voce, alacri animo gratias referentes, Apoſtolatus veſtri admonitionibus, promiſerunt, ſe, diuino adminiculante fauore, iuxta qualitatem virium, promptiſſima voluntate, in omnibus hæc*

bus hæc ſtatuta cuſtodire. Quin etiam (vt ſuprà texuimus) tam Rex, quàm principes ſui, Archiepiſcopus cum ſocijs ſuis, in manu noſtra in vice Domini veſtri, ſignum ſanctæ Crucis firmauerunt, & rurſum præſentem chartulam ſacrato ſigno roborauerunt. Eademque habet Spelman in Concilijs Angliæ, p. 301. Addunt Magdeburgenſes, ibid. c. 2. col. 30. *Legati Adrian, Gregorius Oſtienſis, & Theophilactus, Eccleſiæ Anglicanæ Pontificio iugo ſubdiderunt.* Weuer. in monumentis, p. 250. habet hoc eius Epitaph.

Gemma ſacerdotum decus à tellure remotum,
Clauditur hac foſſa Lambertus puluis & oſſa;
Hac ſub mole cinis, ſed laus tua neſcia finis;
Incola nunc cœli, populo ſuccurre fideli.

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

ETHELARDVS, ARCHIEPISCOPVS DECIMVS-quartus.

1. LAmberto ſucceſſit Ethelardus, Anno Domini ſeptingenteſimo nonageſimo tertio, ſedemque tenuit annis tredecim, vt habet Malmesbur. l. 1. Pontificum, p. 199. De eo ita ſcribit idem Malmesbur. l. 2. Pontif. p. 241. *Ethelardus ex Abbate Meldunſi, mox Archiepiſcopus.* Et l. 1. Regum c. 4. *Strenuus ſanè & Deo dignus vir.* Leo Papa in Epiſtola ad Kenulphum regem Merciorum apud Malmesbur. l. 1. Reg. p. 31. *Quanto magis pro ipſo Domino Archiepiſcopo, quem nobis valde nimiſque collaudaſtis, ſic vt eſt videlicet chariſſimus atque peritiſſimus, & vitâ illum ſcitis prudentem, bonis moribus ornatum, Deo & hominibus dignum. Ecce, fili dilectiſſime & amantiſſime atque perſanctiſſime Rex bone, in his tuis aſſertionibus collaudamus Deum omnipotentem, qui talem vobis demonſtrauit Antiſtitem, qui ſicut verus Paſtor indicere vobis, ſecundum doctrinam ſanctarum ſcripturarum, dignam pœnitentiam valeat, & eruere, qui ſub ditione eius ſacerdotali exiſtunt, animas eorum ex inferno inferiori, & ab igne inextinguibili deducens eos, & introducens in portum ſalutis, & offerre pro illis hoſtiam dignam & immaculatam in conſpectu diuinæ maieſtatis omnipotenti Deo. Et quia multum nobis prænominatus Archiepiſcopus, in diuina ſanctitate ſua, & vitæ conuerſatione, vltro citroque placuit, valde nimis ei credentes, ex authoritate ei B. Petri Apoſtolorum Principis, cuius vel immeriti vices gerimus, talem præbuimus præſulatum, vt ſi quiſquam ex ſubiectis ſuis, tam regibus & principibus, quàm vniuerſo populo, tranſgreſſus fuerit Dominica mandata, excommunicet eum, quouſque pœniteat, & ſi impœnitens fuerit, ſit vobis ſicut Ethnicus & Publicanus.* Et Malmesbur. ipſe, l. 1. Pontif. p. 199. *Ethelardus, vir excellentis induſtriæ, potentis apud Optimates gratiæ —— vir, poſt primos doctores, ſummis Pontificibus comparandus, & penè dixerim præferendus. Quantæ ſanctitatis & reuerentiæ fuerit, legat Epiſtolam Leonis Papæ Kenulpho regi miſſam, in qua vocat eum ſanctiſſimum, digniſſimum, chariſſimum, peritiſſimum, quæ nimirum verba ſummus ille & ſanctus Papa non iteraret, niſi rata eſſe conſtaret.* Et ibid. recitat Epiſtolam Alcuini ad eundem Ethelardum, in qua eum vocat, *lumen Britanniæ, ſanctiſſimum Patrem, & in membris Chriſti valde venerandum Archiepiſcopum, & dulciſſimum & amantiſſimum Patrem*, cumque rogat, *vt apud ſanctos Apoſtolos ipſius habeat memoriam, ſicut nos* (inquit) *apud S. Martinum veſtri, habere dulce habemus.* Et p. 211. recitat Epiſtolam Leonis Papæ III. in qua ait, *Tibi Ethelarde, tuiſque ſucceſſoribus, omnes Anglorum Eccleſias, ſicut à priſcis temporibus fuere, in perpetuum in ipſa tua Metropolitana ſede per ſubiectionis cognitionem, irrefragabili iure concedimus obtinendas.* Geruaſius in Pontif. Cantuar. *vir ſummæ ſanctitatis & ſapientiæ. Per omnia, poſt primos doctores, ſummis Pontificibus comparandus.* Thornus, col. 2210. *vir prædicandæ ſanctitatis.*

Regnante R. Bithrico.

Vide Hist. prosessid. fol. 8. c. 5.

2. Ex Proteſtantibus, ita ſcribit Parkerus in vita ipſius, n. 14. *Ethelardus ob virtutem, ſapientiam & fauorem procerum, Archiepiſcopus Cantuarienſis fuit; Leo quartus Papa in Epiſtola quadam ſua ad Kenulphum regem Merciorum, teſtimonium Ethe-*

Laudatur à Proteſtant.

lardo tribuit ſanctiſſimi, clariſſimi, & peritiſſimi præſulis, & bonis moribus ornati: Nomen ſuum excelſo ſublimique in loco, atque in illuſtri quadam ſpecula conſtitutum eſt, quod nulla oblivionis nube deleri, nedum tegi potuit. ---*Morbo oppreſſus, animam efflauit, Anno partæ ſalutis octingenteſimo ſexto.* Godwin. n. 14. *Ethelardus homo præter eruditionem eximiam, multis præditus virtutibus.* --- *Ad Leonem quartum profectus, laudem ab eo retulit, ſanctiſſimi, clariſſimi, peritiſſimi præſulis, & optimis moribus ornati.* Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 10. col. 810. *Athelardum, Leo in Epiſtola ad Kenulphum, valde commendat, quod verus ſit Paſtor, & quod ſciat verbo Dei animas ouicularum paſcere. Notus fuit Albino, qui ad eum librum ſcripſit.* Ex quibus omnibus, non ſolùm eruditio ac pietas, ſed etiam Catholica religio huius optimi Pontificis notiſſima eſt; Adde, quòd (vt omnes ſcribunt) fuerat Abbas. Demum in Ingulfo, Anno 793. ſubſcribit Diplomati regis Offæ, in quo Rex profitetur, *per ſancta opera mercari & metere in futuro præmia ſempiterna.*

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

VVVLFREDVS ARCHIEPISCOPVS DECIMVS-quintus.

Sub rege Egberto. 1. POſt Ethelardum ſedem Cantuarienſem obtinuit Wulfredus, Anno ſalutis octingenteſimo quarto, vel (vt alij volunt) octingenteſimo ſeptimo, ac ſuperſtes fuit annis viginti quinque. De hoc ita ſcribit Polidorus, l. 6. **Vvulfredus Romæ à Leone quarto Pontifice Romano creatus fuit.* Harpesfeild. ſæc. 9. c. 7. *Anno 809. Pallio à Leone ſummo Pontifice in Gallia honeſtatus eſt; deinde ob certas Eccleſiæ Anglicanæ cauſas, Romam profectus eſt.* Parkerus in eius vita, n. 15. Geruaſius in Pontif. Cantuar. *Vir ſagaciſſimus Vvulfredus Cantuarienſis antea monachus, ad Archiepiſcopalem dignitatem Romæ à Leone quarto Pontifice Romano electus, Pallium etiam confirmationis accepit: Nono Archiepiſcopatus anno Romam proficiſcitur, de negotijs quibuſdam Eccleſiæ acturus.* Additque, quoſdam referre, Leonem *miſiſſe ad eum Legatos Cardinales, qui de morte S. Kenelmi regis inquirerent.* Godwinus ſimiliter, n. 15. ſcribit eum fuiſſe, *Monachum ædis Chriſti Cantuariæ, & ad Archiepiſcopatum aſſumptum per Leonem Papam, ac deinde annis poſt nouem, Romam profectum, atque obiiſſe, Anno octingenteſimo trigeſimo.* Apud Ingulfum in hiſtoria Croilandenſi, p. 855. ſubſcribit Diplomati Kenulphi regis Merciorum, in quo Rex aſſerit, quod *ipſe ac regina ſua oculis ſuis viderunt S. Guthlacum Croilandiæ innumeris miraculis coruſcantem, atque habuiſſe Vvulfredum Archiepiſcopum ſuæ peregrinationis comitem.* Ex quibus omnibus Catholica eius religio certiſſima eſt.

** Platina Ap. 804.*

Vide euidentias Eccleſ. Chriſt. col. 2217.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

THEOGILDVS ARCHIEPISCOPVS DECIMVS-SEXTVS.

Sub rege Egberto. 1. SEdi Cantuarienſi poſt Wulfredum, per trium menſium ſpatium, & non amplius, præfuit Theogildus, ſiue Egildus. De quo ob vitæ breuitatem parum ſcribitur. Catholica autem eius religio exinde conſtat, quòd (vt refert Parkerus in eius vita, n. 16.) priùs fuerat Abbas Cantuarienſis.

CAPVT

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

CELNOTHVS ARCHIEPISCOPVS DECIMVS-ſeptimus.

1. THeogildo ſucceſſit, Anno octingenteſimo trigeſimo ſecundo, Celnothus Eccleſiæ Cantuarienſis Decanus, ſeditque annos plus minus quadraginta. De quo tamen parum memoriæ proditum eſt, eo quod toto eius tempore, Dani Angliam grauiſſimè vaſtauerint. Catholica tamen eius religio inde indubitata eſt, quòd (vt refert Florentius, An. 831. & Weſtmonaſt. 832. & agnoſcit Parkerus in eius vita, n. 17. *Pallium à Gregorio Papa quarto accepit.* Præterea, apud Ingulfum, p. 857. ſubſcribit Diplomati Regis Withlafij, in quo donat Eccleſiæ Croilandenſi, *Calicem aureum, & crucem auream, & in monſterium ſanctiſsimi Abbatis chlamidem coccineam, quâ indutus erat in coronatione ſua, ad Cappam, ſiue Caſulam faciendam.* Et p. 864. ſubſcribit alteri Diplomati regis Beonredi, in quo idem rex confirmat dona dicto Monaſterio facta, *in eleemoſinam animæ ſuæ, & remiſsionem ſuorum criminum, pro merito animæ ſuæ, & animarum omnium progenitorum ac hæredum ſuorum.* Et in alio Diplomate Regis Bertulphi, ibid. p. 861. in quo rex profitetur ſe confirmare priuilegia eiuſdem Monaſterij, *pro anima Domini Vuithlafii, quondam regis, fratris & prædeceſſoris ſui, & pro animabus omnium progenitorum parentum & amicorum ſuorum*, ſubſcribit his verbis: *Ego Celnothus Archiepiſcopus Doroberneuſis, ſanus & incolumis tam mente, quàm membris, manu mea conſignaui.* Quo modò ſubſcribit, quia meritis S. Guthlaci, ipſe & alij multi à paralyſi illo in conuentu curabantur. *Sub rege Egberto.*

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

ATHELREDVS SEV ETHEREDVS ARCHIEPISCOPVS decimus-octauus.

1. IN Celnothi locum ſubrogatus eſt Athelredus, Anno octingenteſimo ſeptuageſimo primo, tenuitque annis octodecim. De quo eiuſque tribus deceſſoribus, ita ſcribit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 199. *Multa Deo & ſæculo digna, vt credimus, exercuere, ſed omnia vetuſtas abſorbuit & deleuit.* Polidorus l. 6. ait, quòd fuit *vir virtute & authoritate ſummus.* Harpesfeildus, ſæc. 10. c. 5. *vir ſummæ virtutis & authoritatis.* Parkerus in eius vita, n. 18. *Vir venerandus, & in rebus diuinis inſigniter eruditus.* Godwin. ibid. n. 18. *Theologus (vt fertur) magnus.* Magdeburgenſes, Cent. 10. c. 10. *virtute & authoritate ſummus.* Catholica eius religio inde conſtat, quòd (vt fatentur Parkerus & Godwinus) fuerit monachus. Præterea extat, tom. 3. Concil. parte 2. Epiſtola Ioannis Papæ VIII. ad hunc Archiepiſcopum, vbi laudat eius fidem, charitatem, & deuotionem erga ſedem Apoſtolicam. *Sub Alfredo magno.* *Laudatur à Proteſtant.*

CAPVT DECIMVM-NONVM.

PLEGMVNDVS ARCHIEPISCOPVS DECIMVS-nonus.

1. DEcimus-nonus Archiepiſcopus fuit Plegmundus, electus Annò octingenteſimo octuageſimo nono, ſeditque annis viginti ſex. Malmesburi *Sub Alfredo magno.*

l. 1. Pontificum p. 200. ait, quòd fuit *magiſter Alfredi regis*. Et ibid. p. 211. recitat Epiſtolam Papæ Formoſi, in qua ait, *Plegmundo vices Apoſtolicas per omnia gerere mandamus*. Huntington, l. 5. p. 351. ſcribit, quod Plegmundus, *à Deo & omni populo electus eſt*. Capgrauius in vita S. Bregwini. *Tranſlata ſunt hac occaſione oſſa huius ſancti, cum oſſibus S. Plegmundi Archiepiſcopi*. Florentius. An. 889. *Plegmundus literis inſigniter inſtructus*. Geruaſius in Pont. Cantuar. *vir admodum religioſus, & ſacris literis nobiliter inſtructus*. Polidorus l. 6. *vir doctrina & vita integritate clarus*. Baleus, Cent. 2. c. 26. numerat eum inter multos, quos vocat, *viros doctiſſimos*. Magdeburgenſes, Cent. 10. c. 10. vocant eum *virum doctrinâ & vitæ integritate illuſtrem*. Parkerus in eius vita, n. 19. *Plegmundus literarum ſacrarum ſcientia, reliquos ſui temporis præſtans, Romæ à Formoſo Papa ſacratus eſt, Palliumque accepit vnà cum poteſtatu Metropolitanæ plenitudine ſumma: complures annos eremiticam vitam ducebat, deinde Alfredo regi præceptor adhibitus eſt, quem præ cæteris ſingulari fauore rex proſequebatur*. Godwinus in vita eiuſdem, n. 19. *Plegmundus omnium ſui temporis vir doctiſſimus: Adoleſcens adhuc, monaſticam complexus vitam, complures annos eremita vixit; Alfredi regis opera Archiepiſcopus deſignatus, Romam profectus, ibi conſecratur à Formoſo Papa; Pallium accepit*. Baleus, Cent. 10. c. 32. ex Lelando; *Plegmundus authoritate quadam vel inſtinctu poſcit in eruditorum numerum referri*. Formoſus Papa in Epiſt. ad Anglos apud Spelman. in Conc. p. 389. vocat eum, *venerabilem fratrem, cuius honorem dignitatis; nos nullo pacto minui permittimus, ſed eum vices Apoſtolicas per omnia gerere mandamus; —— mandantes & authoritate Dei, & B. Petri Apoſtolorum principis præcipientes, vt eius Canonicis diſpoſitionibus omnes obediant.*

Laudatur à Proteſtan.

CAPVT VIGESIMVM.

ATHELMVS ARCHIEPISCOPVS VIGESIMVS.

Sub Edwar-do primo R.

1. PLegmundo ſucceſſit Athelmus, Anno ſalutis nongenteſimo decimo quinto, tenuitque ſedem annos nouem. Hic (vt tradit Malmesbur. l. 1. Regum c. 11. & l. 1. Pontif. p. 201.) fuerat Abbas Glaſconienſis, & Patruus S. Dunſtani, de quo plura infrà dicenda ſunt. Eademque fatentur Parkerus & Godwinus in vita ipſius, n. 20. qui etiam addunt in vita præfati Plegmundi, quòd *fidelium eleemoſinas, Romam atque Hieroſolymam, cum magna theſauri ſui parte Alfredus rex per Athelmum tranſmiſit*: Addit Parkerus, quòd huius Archiepiſcopi tempore, *Roffenſis hiſtoria refert, aduectum in Angliam fuiſſe, Annò Domini 925. ſanguinem Domini, qui fluxit de ſtatua Chriſti, cum ſecundo in imagine ſua à Iudæis pateretur*. Quod ille ex ſola ſua incredulitate anilibus fabulis annumerat. Cæterùm non ſolùm Roffenſis hiſtoria, ſed multi alij fide digniſſimi idem referunt, quos citat Harpesfeild, ſæc. 10. c. 5. Tum ex hoc, tum ex eo, quod Athelmus monachus fuerit, ac eleemoſinam regis Romam detulerit, eius Romano Catholica religio clariſſimè elucet.

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM.

VVVLFELMVS ARCHIEPISCOPVS VIGESIMVS-PRIMVS.

Sub Ethelſtano Rege.

1. SVcceſſit Athelmo, Wulſelmus, Anno nongenteſimo vigeſimo quarto, de quo ita ex Polidoro ſcribit, Godwinus in Epiſcopis Wellenſibus, n. 2. *Homo doctrina & ſanctitate clarus*. Harpesfeildus, ſæc. 10. c. 5. refert eum ſubſcripſiſſe Diplomati, *quo poſſeſſiones quaſdam Ethelſtanus rex Sceptonienſi cœnobio donauerat*. Ethelſtanus rex in Proœmio legum ſuarum, apud Spelman. in Concilijs, p. 396. profitetur, quòd tulerit eas *ex Conſilio Vvulfhelmi Archiepiſcopi, & aliorum*

Epiſcoporum

Epiſcoporum Cōſilio, & quod ex eius Conſilio, *ſtatuit ad expianda peccata ſua, vt præfectorum quiſque, Anglum vnum ſuſtentet.*

CAPVT VIGESIMVM-SECVNDVM.

S. ODO *ARCHIEPISCOPVS VIGESIMVS-SECVNDVS.*

1. VVulfelmo defuncto, *Odo ſanctus*, (inquit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 200.) *in Archiepiſcopatu viginti annis emicuit, eiuſque* (ait) *non leuem in ſanctitate & miraculis gloriam eſſe:* & nonnulla eius miracula recenſet, quæ apud ipſum legi poſſunt, ac refert ex Osberno, *quod pro ſanctitate ſua & induſtria, ab omni Anglorum orbe ſemper deflendus eſſet, niſi Dunſtanus ſucceſſiſſet, plurimoſque de veritate Dominici corporis dubitantes ita roborauit, vt panem altaris verſum in carnem, vinum Calicis in ſanguinem, propalam oſtenderet, & denuo in genuinam ſpeciem retorta, vſui humano conducibilia faceret.* Ibique refert Epiſtolam eius ad Epiſcopos Angliæ, in qua ita ſcribit. *Si totius mundi opes ante noſtros ponerentur obtutus, libenter illa omnia diſtribuerem, meque ipſum etiam pro animarum veſtrarum ſalute impenderem.* Addit, ibid. quòd *mentem in Dominum dirigebat, miracula non egenè faciebat.* De eo ita, Molanus 7.* Februarij *In Anglia S. Odonis Epiſcopi & confeſſoris.* Et Houeden in Annalibus An. 958. *S. Odo Dorobernia Archiepiſcopus, vir quidem clarus ingenio, & virtute laudabilis, ſpiritu quoque * prophetia pollens, humanis exceſſit rebus, Angelorum manibus ad Paradiſum deductus.* Osbernus in vita S Dunſtani. *Vir equidem ſanctus, & magnarum virtutum prærogatiuis apprimè ornatus.* Harpesfeildus, ſæc. 10. c. 5. ait, quod *Clara & illuſtria doctrinæ & pietatis eius indicia in omnium aures & mentes incurrebant, & quod in munere Epiſcopali omnes laudati præſulis partes inſigniter obibat:* & quod Latina & Græca lingua inſtructus fuit. Weſtmonaſterienſis, Anno 958. *Odo vir ingenio clarus, virtute laudabilis, & ſpiritu prophetiæ pollens.* Eademque habet Florentius eodem Anno. Ex Proteſtantibus, ita Parkerus in eius vita, n. 22. *Dux Ethelelmus perſpecta iuuenis indole, præceptoribus Græcæ & Latinæ linguæ peritiſſimis tradidit inſtruendum, quorum cura & labore, ad tam eximiam linguarum cognitionem breui peruaſit, vt animi ſenſum, oratione ſoluta aut quouis carminum genere, ſine mora proferre, & confeſtim quiduis dictitare poſſet. Pallium illi ab Agapito ſecundo Romano Pontifice defertur. Grauis contentio Odoni fuit cum Clero Cantuarienſi, de pane Euchariſtico. Alij poſt conſecrationem, priorem in eo manere ſubſtantiam affirmabant. Celebrante quodam die ante populum Miſſarum ſolemnia, cum gemitu & lachrimis, diuinum auxilium implorabat, vt inſitum pluribus errorem, cæleſti quodam miraculo depelleret. Vbi ad conſecrationem ventum eſt, confeſtim inter manus Pontificis, fragmenta corporis Chriſti tenentis, ſanguis guttatim defluere cæpit. Stans itaque Pontifex & præ gaudio lachrimas vbertim fundens, aſtantes miniſtros propiùs accedere iubet. Illi miraculi nouitate perterrefacti, alta voce clamant: O te inter homines fælicißimum, cui hodie filius Dei ſemetipſum in carne dignatus eſt reuelare. Exora, præſul ſanctißime, vt in priſtinam formam ſanguis præſens commutetur, ne nos propter infidelitatis errorem diuina vltio ſequatur: orauit igitur & ad uram reſpiciens vbi ſanguinem dimiſerat, conſuetam vini ſpeciem reperiebat. Huius* (inquit Parkerus) *rei veritatem lectoris iudicio liberam relinquimus.* Et teſtes huius miraculi citat Capgrauium, Edmerum, Malmesburienſem, & Chronica Eccleſiæ Cantuarienſis. Baleus, Centur. 2. c. 30. ſcribit, quòd Odo *vtriuſque linguæ Græcæ & Latinæ tam peritus fuit, vt quicquid vellet, aut ſermone ornato, aut qualicunque carminum genere ex tempore proferre poſſet. Pallium ab Agapito ſecundo Romano Pontifice ſuſcepit. Miniſtrorum Eccleſiæ nuptias hæreticas eſſe iudicandas decernebat. In clero Cantuarienſi magna ſub Odone lis erat circa panem Euchariſticum, quibuſdam affirmantibus, priorem in eo manere ſubſtantiam, & tantum eſſe figuram corporis Chriſti, ac vinum, ſanguinis: quod Odo mendacibus Satanæ miraculis diluere laborabat.* Godwin. in eius vita, n. 22. ait, quòd fuit *egregia indole, quod tam * Græcæ quam Latinæ linguæ cognitionem aſſecutus fuerit non vulgarem, quòd in docendi, concionandique munere, magnam præſtitit.*

Sub rege Ethelſtano.

Miraculum pro Tranſubſtantiatione.

Malmesb. l. 1. Pont. p. 201.

Zelus Odon.

* *Ferrarius 6. Febr.*

Capgrauius in vit. Odonis Harpesfeld ſæc. 10. c. 4.

Geruaſius in vita Odonis.

Laudatur à Proteſtan.

Eruditio eius.

Romano religio.

Miraculum pro reali præſentia.

Teſtes miraculi

Geruaſius in vita Odonis.

* *Magdeb. Cent. 10. c. 10*

diligentiam, quòd ſub diuerſis regibus, Edmundo, Eduardo, Ethelſtano, ac Edredo, multum valuit gratia & authoritate, quodque fuerit vir grauiſſimus. Weuer. in ſuis monumentis, p. 300. *Odo ob ſingularem auſteritatem vitæ, ac plurimas virtutes, in noua Legenda inter ſanctos recenſetur.* Plerique Proteſtantium prædictum miraculum de conuerſione Euchariſtiæ in viſibilem carnem & ſanguinem, præſtigijs, & mendacibus Satanæ miraculis, annumerant, nullo alio fundamento, quàm ſua incredulitate nixi, quod tamen verum miraculum fuiſſe ſuprà oſtendimus. Modò ſufficit, quòd Parkerus liberum relinquat iudicio lectoris, vtrum fuerit verum miraculum necne: quodque illi ipſi, qui de tranſubſtantiatione dubitabant, & præſentes aderant, *nouitate miraculi* (vt loquitur Parkerus) *terrefacti*, eam confeſſi fuerint. Et qualecunque fuit, ex illo conſtat, Odonem ac Anglos omnes, præter paucos Clericos, (qui tamen ex illo miraculo conuerſi fuerunt) Tranſubſtantiationem credidiſſe. Vnde Parkerus loco cit. inquit. *Hoc fuit tranſubſtantiationis Papiſticæ initium.* Et in margine, *Fundamentum tranſubſtantiationis Papiſticæ*: vbi, etſi falſo dicat, hoc fuiſſe vel initium, vel fundamentum tranſubſtantionis Papiſticæ, accipimus tamen, quod dat, Odonem atque Angliam illius tempore, *Tranſubſtantiationem Papiſticam credidiſſe.* Weuerus in ſuis monumentis, p. 215. ſcribit hoc fuiſſe illi poſitum Epitaphium.

S. Odo credidit tranſubſtantiationem.

Stemmate ſerenus iacet hic ſacer Odo Seuerus,
Moribus excellens, acriter peccata refellens,
Præſul at indulgens, omni pietate refulgens,
Eccleſiæ & Chriſti pugil inuictiſſimus, iſti
O bone nunc Chriſte, quia ſic tibi ſeruijt iſte,
Cæli ſolamen ſibi des, te deprecor. Amen.

* Foxus in Actis ſuis, p. 136. ait ſe *referre præfatam Epiſtolam huius Odonis ad Clerum, vt inde appareat, quàm ſtudioſa cura Eccleſiæ Dei, regnabat in Archiepiſcopis illius temporis.*

** Item Spelman. p. 418. qui etiam p. 413 refert eius ſtatuta.*

CAPVT VIGESIMVM-TERTIVM.

S. DVNSTANVS ARCHIEPISCOPVS VIGESIMVS-tertius.

Sub Rege Edgaro Belnacenſis, l. 24. c. 94. 72. & ſeq.

† S Odoni Bono ſucceſſit melior S. Dunſtanus, Anno Domini nongenteſimo quinquageſimo nono, & ad ſuperos abijt, Anno nongenteſimo octuageſimo octauo, eius vitam fusè ſcribunt Osbertus apud Surium, tom. 3. Capgrauius in vitis ſanctorum Angliæ, & Harpesfeild. ſæc. 10. c. 6. vbi addit. *Si alia ſtupenda miracula, quæ per eum, vel in carne manentem, vel carne exutum, Deus deſignauit, narrare velim, vel in longum ea ſola narratio tractatum, præcipuumque librum deſideraret.* Tamen c. 7. refert multa, quæ facta ſunt ad eius ſepulchrum poſt ipſius mortem. Ealredus ſermone 10. in cap. 13. Iſaiæ (inquit) *Recogitent noſtri, quo modo ſuis eluxerint temporibus, Cutbertus, Dunſtanus, nonnè hi ſacerdotium, quaſi vnum maximum ſolem, per vniuerſum mundum luce incomparabili radiare fecerunt?* De eodem ita apud Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 212. * Ioannes Papa XII. *Primatum tuum, in quo tibi, ex more Anteceſſorum tuorum, vices Apoſtolicæ ſedis exercere conuenit, ad plenum tibi confirmamus.* Idem Malmesbur. l. 4. Pontif. p. 287. *In Dunſtanum ſcientia literarum & Dei gratia pleno ſinu infuderat.* Item 1. Pontif. cit. p. 201. *Dunſtanus iamdudum Archipontifex diuino præſignatus oraculo, Regis Edgari ambitur precibus, vt ſedem Primariam dignaretur ſanctitatis ſuæ induſtria: ſed ipſe non ſemel ſurdis auribus rogantem differens, tandem concordi omnium Epiſcoporum aſſenſu preſſus, manus dedit. Fuerat ille priùs Abbas Glaſconiæ, poſt Vvicciorum & Londinenſium Epiſcopus, vltimo Cantuariæ Archiepiſcopus, promotionis ſuæ gradus indefeſſis comebat virtutibus. Fælicia tunc fuere tempora, habentia præſulem, qui nihil infrà dictum faceret, regem, qui ſedulus edictis præſulum intenderet. Hæc immortalem viro pepererunt, & ſeruauerunt*

† Edmerus l. 1.

nauerunt gloriam, multo magis quam miracula, quamuis Domino adminiſtrante, nec eorum mendicus fuerit. Et pergit referre aliqua miracula per Dunſtanum patrata, quod & facit, ibid. p. 202. ſimilia ſcribunt omnes hiſtorici Angli. Baronius, Anno 988. ita de illo ſcribit. *Moritur mirificus ille Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis, quem egregia vitæ ſanctitas, ſacerdotalis immota conſtantia, clariundo miraculorum, & omnia ſpiritus S. chariſmata illuſtrarant; vt ex hac parte Anglia non habuerit, quòd inuideret alijs nobiliſsimis ciuitatibus.* Item, Anno 958. vocat eum *Eccleſiæ Anglicanæ lumen*, à Gordono in Chron. An. 988 dicitur, *vir admiranda virtutis*, ab Edmero, l. 1. hiſtor. *vir totus ex virtutibus factus.* Vide Wenionaſt. Anno 959 Martyrologium Romanum eius memoriam celebrat, die 19. Maij. Polidorus l. 6. *Dunſtani ſanctitas, pietaſque mortalibus perſpecta, Deoque grata, faciebat, vt & illius memoria indies magis magiſque perpetuaretur, & dum viuebat, multis miraculis eniteſceret.*

2. Sed Proteſtantes audiamus, Parkerus in vita S. Odonis, n. 22. *Beatus Dunſtanus omnium iudicio comprobatus ſuccedebat.* [Laudatur à Proteſtant.] Et in vita S. Dunſtani, n. 23. *Parentibus ortus vtriſque nobilibus, ab infantia penè literis inſtitutus, cum ætate eſſet prouectus, lingua ad eloquendum compoſita & formata, à parentibus ad Glaſtonienſem Eccleſiam deductus eſt: ibi ingenuas & liberales artes didicit. Dunſtanus in illa iuuenili inſtitutione cæteris inſtructior, ad eas artes muſicam, & pingendi atque ſculpendi ſcientiam adiecit. Monachorum Pater, Patronuſque & fautor, quaque condidit monaſteria & locupletauit.* Et in vita Stigandi, n. 32. ait, quod *Dunſtanum & Oſwaldum hiſtoriæ inter ſanctos & integerrimos Patres referunt.* Et in vita Cranmeri eum recenſet *in Pontificia* (vt loquitur) *turba* cum Auguſtino, Elphego, Anſelmo, Thoma Becket, & Edmundo. Godwin. in vita Dunſtani, n. 23. ita de ipſo ſcribit. *Dunſtanus educatus in Glaſconienſi cænobio celeberrimo, non tantùm bonarum * literarum, ſed pingendi quoque, calandi, canendique artibus ad miraculum imbutus.* [* Magdeb. Cent. 10. c. 10.] *Cucullum induit, magnam ſanctitatis opinionem ob morum vitæque auſteritatem videtur conſecutus, pleriſque ſanctimoniam vitæ affatim admirantibus: ſub duobuſque principibus, Edmondo & Edredo, ſuo nutu omnia rexit pro libito. Cantuariæ annos præfuit 27. in id ferè ſolum totis viribus incumbens, vt monachos & monaſteria ditaret.* Et in Catalogo ſuo Anglico in Epiſcopis Wigornienſibus, vocat eum * *ſanctum.* Angelocrator in Chron. An. 970. *Dunſtanus Cantuarienſis præſul doctiſsimus, inſignis habetur.* [† Sic Morton. de auctor. Princ. c. 6. p. 285.] Camdenus in deſcriptione Brit. p. 165. *Dunſtanus in Principum conſuetudinem ſe penitus ſanctitatis & doctrinæ opinione immerſit*, & addit *Monachos Benedictinos ab ipſo in Glaſconiam inductos, illic, ſequentibus annis vſque ad Henricum octauum, quaſi regnaſſe.* Holinshed, l. 7. c. 1. *Dunſtanus incubuit cognitioni ſcripturæ & pietatis, erat verè doctus.* Weuerus in monumentis, p. 300. *Miracula per Dunſtanum facta tot referuntur, tamque fidem excedentia, vt neſciam, vbi incipiam, & multo minùs, vbi finiam.* Magdeburgenſes Centur. 10. c. 10. *Dunſtanus ampliſsimo Anglorum genere natus, homo mira ingenij induſtria, & ſagacitate excellens, dono futura prædicendi ornatus fuit*, & addunt. *Id temporis Epiſcopi non plus opum, aut plus doctrinæ; plus ſanctitatis, plus prudentiæ habebant*, & quòd paulo ante obitum cum in lecto decumberet, Seraphim vidit.

3. Catholica eius religio ita euidens eſt, vt Baleus, Cent. 2. c. 38. eum vocet, *Execrabile monſtrum*, quia ſcilicet cogebat Clericos ſeruare cælibatum: & addit, quòd procurauit à Papa *Antichriſtianæ tirannidis Diploma, & Pallium, cùm magna poteſtate beſtiæ, à Ioanne decimo-tertio accepit.* Foxus in Actis, p. 141. ait, quòd fuit *delirus, & immerſus in omni ſuperſtitione;* extatque apud Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 212. Diploma Ioannis Papæ decimi-tertij, datum S. Dunſtano, vbi ait: *Primatum tuum, in quo tibi ex more Anteceſſorum tuorum, vices Apoſtolicæ ſedis exercere conuenit, ita tibi ad plenum confirmamus, ſicut B. Auguſtinum, eiuſque ſucceſſores præfatæ Eccleſiæ Pontifices, habuiſſe dignoſcitur.* [Omnes Cãt. Archiep. Legati Papæ.] Vbi, non ſolùm Dunſtanum, Legatum ſuum conſtituit, ſed etiam omnes eius Prædeceſſores vſq; ad Auguſtinum, Legatos ſedis Apoſtolicæ fuiſſe teſtatur. Camdenus in ſua Britan. p. 193. *Dunſtanus, pro his* (Monachis Hibernis) *recentioris inſtituti monachos, ſcilicet Benedictinos* (Glaſconiam *induxit, ipſeque primus, Abbatis nomine, numeroſo monachorum gregi præfuit.* Baxerus in vita Eduini regis, vocat Dunſtanum *ſanctum Abbatem Glaſconienſem.* Baleus, Cent. 2. c. 30. ait, quòd *Dunſtanus à Ioanne duodecimo confirma-*

tionem, ac Metropolis ſuæ Pallium accepit Romæ, & magnæ authoritatis Diploma, quo poſſet miniſtrorum Eccleſiæ coniugia damnare, & ad Papiſtici cælibatus votum compellere, aut ab omni prorſus Eccleſiaſtico prouentu exuere.

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM.

ETHELGARVS ARCHIEPISCOPVS VIGESIMVS-quartus.

Sub rege Ethelredo 2.

1. S. Dunſtanum ſubſecutus eſt Ethelgarus Anno nongẽteſimo octuageſimo octauo, ſeditque annis duobus. De quo ita ſcribit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 203. *Dunſtano ſucceſsit Ethelgarus, qui primus in nouo Monaſterio Abbas, à B. Ethelwolfo Vvintoniæ factus, poſt etiam præſulatum Auſtralium Saxonum acceperat.* Eadem habet Godwinus, atque etiam Parkerus in eius vita, n. 24. qui etiam addit. *De huius geſtis, propter temporum iniuriam paſsim omnia loca occupantem, nihil memoriæ proditur.* Catholica autem eius religio certiſſima eſt, tum quia monachus & Abbas erat, tum potiſſimum, quia Abbas conſtitutus erat à S. Ethelwolfo Epiſcopo Wintonienſi, quem Zeloliſſimum Papiſtam fuiſſe, ſuprà audiuimus Proteſtantes confitentes.

CAPVT VIGESIMVM-QVINTVM.

SIRITIVS ARCHIEPISCOPVS VIGESIMVS-QVINTVS.

Sub rege Ethelredo 2. Florentius, An. 990 Siritius Archiepiſcopus conſecratur. Et, An. 995. Siritius Archiepiſcopus obijt. Thornus col. 1780.

Ethelgaro ſucceſſit Siritius, de quo ſcribit Malmesbur. l. 2. Regum. p. 75. quòd fuerat monachus Glaſconiæ, *qui factus Archiepiſcopus, Nutricolæ ſuæ ſeptem dedit Pallia, de quibus, in Anniuerſario eius, tota antiqua ornatur Eccleſia.* Parkerus in eius vita, n. 25. *Siritius, ex monacho Glaſconienſi, Auguſtinenſis Cænobij Abbas, Dunſtani Archiepiſcopi beneficio creatus eſt. Poſteà verò ſub eodem Dunſtano, ad Epiſcopatum Vvintonienſem euectus eſt.* Eademque repetit Godwinus in vita eiuſdem, n. 25. Quæ omnia Catholicam eius religionem certiſſimam efficiunt. Weuer. in ſuis monumentis, p. 253. ait, quod primò fuit monachus Glaſconiæ, deinde Abbas S. Auguſtini Cantuariæ, poſteà Epiſcopus Wiltonienſis, ac demum Archiepiſcopus Cantuarienſis.

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM.

ALFRICVS ARCHIEPISCOPVS VIGESIMVS-SEXTVS.

Sub rege Ethelredo 2. a Huntington, l. 6. Simeon, Dun. An. 991. b Sic etiam Florentius.

1. Variant ſcriptores, vtrum Alfricus, an verò Siritius, immediate ſucceſſerit Ethelgaro. Videtur quòd Alfricus [a] ſecutus ſit Siritium, quia ſubſcribit Diplomati regis Ethelredi apud Spelman. in Concilijs, p. 508. quod datum fuit (vt ibi habetur) Anno 1006. quo anno videtur mortuus, quia eodem anno ſucceſſit S. Elphegus. Et Houeden ait, *Anno* [b] *1006. Alfricus Dorobernenſis Archiepiſcopus obijt.* Et An. 996. *Elfricus Archiepiſcopus conſecratur.* Et eodem anno ſubſcribit Diplomati Ethelredi regis, apud Pariſium in additamentis, p. 241. Faſti Sauilliani ponunt Siritium cæpiſſe, Anno 990. & Alfricum 995. Houeden etiam ponit Siritium Archiepiſcopum, Anno 991. ſic etiam Huntington, l. 5. De Alfrico: ita Ethelredus Rex in ſuo Diplomate apud Spelman. in Concilijs, p. 504. *Venerandus Archiepiſcopus Alfricus, ex ſua ſapientia & cura Paſtorali,*

ſtorali, me circa præcepta Dei ſ. pius occupatum reddidit. Geruaſius addit, *vir eximiæ ſanctitatis, in ſumma religione Cantuarienſem rexit Eccleſiam.* Harpesfeildus, ſæc. 10. c. 7. *Poſt Ethelgarum Alfricus Abingdonienſis Abbas, & Vviltonienſium Epiſcopus, vndecim annis adminiſtrauit. Sermones ſcripſiſſe, & ſuper Gregorij Dialogos aliquid commentatus, & Geneſim, atque multas veterum conciones, Diuorum atque martyrum vitas, quæ & hodie extant, è Latina in Saxonicam linguam tranſtuliſſe traditur: Obijt ad annum milleſimum-ſextum.* Et refert ex Chronico cuiuſdam monachi Abingdonienſis eum, etiamnum puerum, miracula feciſſe, & poſt obitum inſignes virtutes ad eius ſepulchrum editas, & electionem eius à Clero & populo Eccleſiæ Cantuarienſi his verbis factam. *Eligimus S. Abingdonienſis Eccleſiæ monachum, Elfricum nomine, nobis ſufficientiſſimè cognitum, natalibus & moribus nobilem, Apoſtolica & Eccleſiaſtica diſciplina imbutum, fide Catholicum, natura prudentem, docilem, patientem, moribus temperatum, vita caſtum, ſobrium, humilem, affabilem, miſericordem, literatum, in lege Dei inſtructum, in ſcripturarum ſenſibus cautum, in dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatum, & ſecundum tramitem ſcripturarum, traditionemque Orthodoxorum, & Canonum ac Decretorum ſedis Apoſtolicæ, præſulum conſtitutiones, ſano ſenſu Eccleſiaſticas regulas intelligentem, ſanoque ſenſu docentem atque ſeruantem, amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, ſermonem fidelem, & cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt, & qui ſanæ doctrinæ aduerſantur, eis reſiſtere & redarguere præualentem, hoſpitalem, modeſtum, domui ſuæ bene præpoſitum, non Neophytum, habentem bonum teſtimonium, in gradibus ſingulis ſecundum traditionem Eccleſiaſticam miniſtrantem, ad omne opus bonum, & ad ſatisfactionem omni poſcenti rationem de ea, quæ in illo eſt, ſpe paratum. Quem nobis, &c.* Addit etiam idem Author. *Quo modo Romam pro Pallio adipiſcendo, idque, (vt quidam aſſeruere) nudis pedibus profectus ſit, penulamque, qua eo in itinere vſus fuerat, in monumentum poſteà Abingdoniæ reſeruatam.* Parkerus in Agelnoti vita, n. 29. ſcribit, *Alfrico*, (quem vocat Alvricium) *accedenti, Papa cum magno honore, ad Petri Altare, Pallium ipſe impoſuit.* Idem in vita Alfrici, n. 26. ſcribit, quod ex Glaſconienſi monaſterio prodijt, primoque Abbas Abingdoniæ, deinde Wiltonienſium Epiſcopus, tandem Cantuarienſis Archiepiſcopus deſignatur, & à Ioanne Papa Pallium accepit, & quod vbi plures annos Cantuarienſem Eccleſiam ab incurſu crudeli Danorum piè fortiterque defendiſſet, obijt Anno milleſimo ſexto. Eademque habet Godwinus in vita eiuſdem, n. 26. qui tamen falſo ait, *Hunc, in ſuo Archiepiſcoporum Cantuarienſium Catalogo, Malmesburienſis non habet.* Nam eum habet, l. 1. Pontif. p. 203. vbi aſſerit, quòd *quidam dicunt eum Cantuaria, monachos, proturbatis Clericis, poſuiſſe*, c *veriſimile non videtur.* Certè ipſe Ethelredus Rex in ſuo Diplomate apud Spelman. in Cócilijs, p. 304. ait, quòd *ipſe, conſulente Alfrico Archiepiſcopo, expulerit Clericos ex Eccleſia ſaluatoris in Cantia, & induxerit monachos.* Et ibid. p. 508. quod ex Eccleſia Chriſti expulit, *Clericos & nouiter locauit monachos.* At quo modo nouiter locaſſet monachos, ſi perpetuo illic fuiſſent. Et Neubrigenſis, l. 4. c. 43. ſcribit, quòd *in præclaris Eccleſiis, Cantuarienſi ſcilicet, & Vvintonienſi, ſeculares olim Clerici miniſtrarunt.* Ac Malmesbur. ipſe, l. 2. Reg. c. 7. *Rex Edwinus omnes in tota Anglia monaſtici ordinis homines, priùs nudatos facultatum auxilio, poſt etiam deportatos exilio, calamitatibus indignis affecit.* Et Rex Edgarus in orat. apud Spelman. in Concilijs, p. 433. *Temporibus anteceſſorum meorum regum Anglorum, monaſteria, tam monachorum, quam virginum, deſtructa, penitus reiecta, in tota Anglia erant.* Ordericus etiam vitalis, l. 4. *Omnes monachi totius Albionis perempti fuerant, aut fugati, rabie gentilium.* Parkerus in vita Agelnothi, refert ex hiſtoria Cantuarienſis Eccleſiæ, tempore Celnothi Archiepiſcopi, monachorum numerum ob peſtem, ad numerum [d] quinarium reductum, ideoque introductos Clericos. Ingulfus, p. 911. *Cætera monaſteria* (præter Croilandenſe) *per Danorum ferocitatem funditus deſtructa, regali fiſco fuerant aſcripta denuo & aſſumpta, omnibus monachis eorum necatis, perditis, ſeu penitus fugatis.* Et Spelman. in Concilijs, p. 434. ex Chronico Wintonienſi. *Vſque nunc* (Ad Edgarum) *in gente Anglorum, non erant monachi*, e *niſi in Glaſconia, & Abingdonia.* Malmesbur. l. 2. Pontif. p 254. *Glaſconia aliquantis annis notos deſiderauit incolas.* Ingulfus, p. 871. *Rex Edmundus Dunſtano ſancto, tunc presbytero ſuo, monaſterium*

c *Sic etiam Vveſtmonaſt. An. 979.*

Neuter locauit monachos.

Omnes monachi pulſi ex Anglia.

Vide Osbernum in vita S. Dunſtani.

Monaſteria penitus reiecta in tota Anglia Osbernus in vita S. Dunſtani.

Semmer, p. 215.

d *Geruaſius in Egelnotho ad quatuor.* *Godwin in Archiep. Cant. n 18.*

Funditus deſtructa.

e *Idem habet Author vita ſancti Ethelwoldi. tom 3. Sur.*

Ante Edmundum, non erant monachi in Glaſconia. Infantes veri.

Glaſconiæ, tunc in deſolatione à paucis clericis occupatum, contulit. Qui Floriacum adiens & monachus ibi factus, cum regulares obſeruantias plenius didiciſſet, valefaciens fratribus, Glaſconiam eſt reuerſus, Abbaſque factus ibidem, fratres ſui ſtemmatis accipiens, ſanctiſſimum in breui Collegium adunauit. Aſſerius etiã in vita Alfredi M. ait eum ex Gallia accerſiſſe monachos, *quia nullum de ſua propria gente nobilem ac liberum hominem, niſi infantes, qui nihil boni eligere, aut mali reſpuere, pro teneritudine inualidæ ætatis, adhuc poſſunt, qui monaſticam voluntarie vellet ſubire vitam, habebat; nimirum, quia per multa annorum curricula, monaſticæ vitæ deſiderium à tota illa gente, necnon à multis alijs gentibus, funditus deſierat.* Imò addit, quod habita erat, *deſpecta vita genus.* Tandem, Alfricum monachos in Eccleſiam Cantuarienſem introduxiſſe, veriſimile non videtur, ſi intelligatur, quod Alfricus primo poſuit monachos Cantuariæ, quia conſtat monachos fuiſſe in Eccleſia Cantuarienſi tempore S.

f Malmesb. l. 1. Pont. p. 208

Laurentij. Id enim conceſſit [f] Bonifacius IV. precibus S. Ethelberti Regis. At quod graſſatione Danica, extinctis aut fugatis monachis, Clerici eam Eccleſiam tenuerint, eiſque eiectis, Alfricus monachos reſtituerit, non eſt im-
1. probabile, tum quia Wulſtanus in vita S. Ethelwoldi ſcribit, quòd eius tempo-
2. re *monachi erant tantum in Glaſconia & Abingdonia*, tum quia quidam, Malmesburienſe antiquiores, id teſtantur, vt liquet ex citatis ipſiuſmet verbis. Atque Aſſerius, p. 18. aſſerit, quòd *vitæ monaſticæ deſiderium à tota gente Anglorum funditus deſierat.* Et quod Alfredus rex coactus eſt accerſire pueros è Gallia, qui fierent monachi, quia Angli illud vitæ inſtitutum nolebant ſequi, tum demum, quia (vt vidimus) Alfricus electus eſt à Clero, & populo Cantuarienſi, ne nominaris monachis, monachi autem nunquam ſe vocaſſent Clerum & populum Eccleſiæ Cantuarienſis.

3. Alfricus igitur non fuit primus, qui poſuit monachos in Eccleſia Cathedrali Cantuaria, nec primus, qui eiecit inde Clericos, ſed fuit primus, qui eiectis Clericis, repoſuit monachos. Primus autem qui illic poſuit Clericos, fuit S. Auguſtinus ex mandato S. Gregorij, vt liquet ex his verbis eius ad S.

Clerici, non monachi, poſiti à S. Auguſtino.

Auguſtinum apud Bedam, l. 1. c. 27. *Sed quia tua Fraternitas monaſterij regulis erudita, ſeorſum non debet fieri à Clericis ſuis, in Eccleſia Anglorum. (quæ Authore Deo nuper adhuc ad fidem perducta eſt) hanc debet conuerſationem inſtituere, quæ initio naſcentis Eccleſiæ fuit Patribus noſtris, in quibus nullus eorum, ex his quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia communia.* In quibus verbis, quòd S. Gregorius per *Clericos* intelligebat viros Eccleſiaſticos, [g] diuerſos à monachis, patet, Primò, ex proprio & genuino vſu eius vocis apud Eccleſiaſticos ſcriptores, qui diuidere ſolent, *Fideles*, in *Clericos*, *Monachos*, *& Laïcos*, verba autem ſemper intelligenda ſunt iuxta [h] proprium & communem eorum vſum, niſi aliunde conſtet

g Vide Suarez. tom. 3. de Relig. l. 3. c. 3.

1. contrarium, quia alioquin eorum ſenſus eſſet incertus, & finis ſermonis irritus. Hic autem contrarium non conſtat, imò gratis aſſeritur. Secundò probatur ex his præcedentibus S. Gregorij verbis, ibid. *Mos autem ſedis Apoſtolicæ eſt, ordinatis Epiſcopis præcepta tradere, vt in omni ſtipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, vna videlicet Epiſcopo & familiæ propter hoſpitalitatem & ſuſceptionem, alia Clero, tertia pauperibus, quarta Eccleſiis reparandis.* Vbi nomine *Cleri*, proculdubio intelliguntur Eccleſiaſtici diuerſi à monachis. Nam in ordinatione Epiſcoporum non fiebat portio pro monachis alendis, ſed hi aut eleemoſynis, aut opere manuum ſuarum alebantur. Tertiò probatur ex his ſequentibus verbis

h Tertul. de carne Chriſti, c. 11. 13. 24. De Reſurr. c. 8. Cont. Praxeam. c. 19. Auguſt. l. 3. de doctrina Chriſtian. c. 10. 11.

2. eiuſdem. *Si qui verò ſunt Clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe continere non poſ-*
3. *ſunt, ſortiri vxores debent, & ſtipendia ſua exterius ſuſcipere.* Vbi clarè diſtinguit Clericos, de quibus loquitur, à monachis. Nam non permiſiſſet monachis, licet extra ſacros ordines conſtitutis, vxores ſortiri, & exterius degere. Adde, quòd Beda, qui refert hæc verba S. Gregorij ſolet diſtinguere Clericos à monachis, vt l. 3 c. 26. *Vbicunque Clericus, aut monachus adueniret.* Et l. 4. c. 27. *A temporibus antiquis ibidem, & Epiſcopus cum Clero, & Abbas ſolebat manere cum monachis.*

4. Quartò, ſi S. Auguſtinus poſuiſſet monachos in Eccleſia Cathedrali Cantuariæ, idque ex præcepto S. Gregorij, S. Ethelbertus Rex, non habuiſſet opus

petere

petere poſteà à Bonifacio IV. Papa, vt ipſe ibi monachos conſtitueret. Sic autem ſcribit Bonifacius IV. Papa ad dictum Regem apud Malmesburienſem, l. 1. Pontif. p. 208. *Quapropter, Fili glorioſe, quod ab Apoſtolica ſede per Coepiſcopum noſtrum Mellitum poſtulaſti, libenti animo concedimus, id eſt, vt veſtra benignitas in Monaſterio, in Dorobernenſi ciuitate conſtituto (quod S. Doctor veſter Auguſtinus, Beatæ Memoriæ Gregorij Diſcipulus, S. Saluatoris nomini conſecrauit, cui ad præſens præeſſe dignoſcitur dilectiſſimus Frater noſter Laurentius) licenter per omnia monachorum regulariter viuentium, habitationem ſtatuat.* Quorſum autem Rex Ethelbertus peteret, vt poſſet ſtatuere habitationem monachorum in Eccleſia S. Saluatoris Cantuariæ, ſi eos ibidem ſtatuiſſet S. Auguſtinus ex præcepto Gregorij? Et nota, quod Rex non perijt, vt Bonifacius *confirmaret* habitationem monachorum ſtatutam iam à ſe in Eccleſia S. Saluatoris, ſed petit vt Rex ipſe eam *ſtatueret*, ideoque non erant antea ibi ſtatuti. Vnde Malmesburienſis, l. cit. p. 203. ait, *Conſtat monachos in Eccleſia S. Saluatoris fuiſſe*, (non à tempore S. Auguſtini, ſed) *à tempore S. Laurentij Archiepiſcopi, qui primus beatiſſimo Auguſtino ſucceſſit, ſicut in Epiſtola Bonifacij Papæ ad Regem Ethelbertum conſtabit.* Quo loquendi modo inſinuat, tempore S. Auguſtini, fuiſſe in Eccleſia Saluatoris alios à monachis. Quinto probatur, quia Gratianus monachus, & monachis addictiſſimus, intelligit prædicta verba S. Gregorij de Clericis, non monachis, in cap. *Quia tua fraternitas* duodecima, q. 1. Imò & Eugenius Papa IV. in Bulla apud Pennotum, l. 2. de Canonicis Regularibus, c. 37. ſub his verbis. *Huius profecto ſacri ordinis & ſancti Propoſiti, poſt ſanctos Apoſtolos, primus in Alexandrina Eccleſia, Marcus, Petri diſcipulus, fuit inſtitutor, & conditor ac glorioſus doctor Auguſtinus Epiſcopus diuinis regulis & doctrina decorauit, & ſanctæ memoriæ Vrbanus martyr & ſanctiſſimus Pontifex, Generalis Decreti ordine reformauit, & beatiſſimus Gregorius Auguſtino Anglorum Epiſcopo, velut Plantationem ſacram in commiſſo ſibi populo præcepit inſtitui, & in occidentis finibus ampliauit.* Et quod adhuc maius, eſt ipſe Beda, l. 4. c. 27. cit. videtur intelligere prædicta S. Gregorij verba de Clericis, qui non erant monachi. Nam cum dixiſſet, quod S. Cutbertus erat ſimul Epiſcopus & Abbas, & quod, vt Epiſcopus, agebat cum Clero, vt Abbas, cum monachis, ſubdit. *Quo modo & priùs beatus Pater Auguſtinus in Cantia feciſſe noſcitur, ſcribente ei Reuerendiſſimo Patre Gregorio: ſed quia tua Fraternitas, &c.* Cùm igitur Beda aperte diſtinguat Clerum à monachis, quibus præfuit S. Cutbertus, de ſimili Clero intellexit verba S. Gregorij. Neque obeſt, quod Bonifacius Papa in literis prædictis, Eccleſiam Cantuarienſem vocat *Monaſterium*. Nam (vt fuſius oſtendit Pennotus, l. 1. de Clericis Regularibus, c. 38. & l. 2. c. 18.) Antiquitus ædes ſacræ, etiam à Clericis inhabitatæ, dicebantur * Monaſteria, & Clerici in eis degentes, monachi. Demum Pariſius, Anno 1244. inquit, *Rex Ethelbertus Londinenſem*, * *Roffenſem, & Cantuarienſem conſtituit Eccleſias, hîc Clericos & ſacerdotes, ibi monachos apponens.* Vbi aperte aſſerit Cantuariæ primùm conſtitutos fuiſſe Clericos, qui non erant monachi. Thornus etiam in Chronico, An. 1005. ita ſcribit. *Si omnia priùs dicta conſiderarentur, iſta ſtant ſimul, nec eſt contradictio, quod à primaua inſtitutione fuiſſent monachi in Eccleſia S. Trinitatis, & quod voluente rota fortuna variabilis, propter eorum inſolentias, aut alia de cauſa, fuiſſent deiecti, & Canonici loco illorum introducti, & modo tempore illius Alfrici Archiepiſcopi iterato reſtituti. Nam & Epiſtola Ioannis Papæ XIII. Regi Eadredo directa, ſub An. 957. teſtatur in illa Eccleſia S. Trinitatis, Canonicos pro illo tempore eſſe, non monachos.* Et An. 1294. aſſeritur, quod Eccleſia S. Auguſtini Cantuariæ, erat, *Prima mater Moniarchalis, Anglorum* Prima autem Moniarchalis non fuiſſet, ſi in Eccleſia Cathedrali ab initio inſtituti fuiſſent Monachi, quia Eccleſia Cathedralis antiquior erat Monaſterio ſancti Auguſtini.

Monachi à tempore S. Laurentij.

Vide Paginam Moblioreca Pramonſtrat, l. 1. p. 100. Broughton de Mon. Writ. c. 5. Sigebert. An. 1107.

S. Gregorius iuſſit poni Clericos Cantuariæ.

* *Vide S. Auguſt. ſerm. 1. de com. vita. Molanum, l. 1. de Canonicis c. 11.*

† *Vide Broughton de Mon. Writ c. 13. p. 143.*

5. Quod autem ſpectat ad religionem Alfrici, Baleus, Centuria 2. c. 4. Teſtatam facit Alfrici Romanam religionem his verbis. *Alfricus monachus, Ethelvoldi diſcipulus, & poſt illum Abbas Abingdonienſis, fuit hic aliquando Vvellenſis Epiſcopus & ob aſtutiam in promouendo Papiſmo, demum Cantuarienſis Primas atque Archiepiſcopus, Purgatorij fornacem flammeam, monachorum cultus valde vtilem eſſe videns, Gregorij*

Dialogos pro eius tuitione futura videbat. Et Magdeburgenſes, Cent. 10. c. 10. *Cùm ſtrenuam propagando apud Anglos Papiſmo uanaret operam, ad Cantuarienſem Archipræſulatum accipitur.* Perkinſus in ſuo Problemate cap. de Reali præſentia, & alij quidam Proteſtantes tribuunt huic Africo k ſermonem Angloſaxonicum, quem tanquam oppoſitum Tranſubſtantiationi, Proteſtantes Angli dudum impreſſerunt. Cæterum ipſimet, qui eum ſermonem ediderunt, negant eum eſſe huius Alfrici, idemque negat Vſſerius l. de ſucceſſione Eccleſiæ, c. 2. & addit, quod Author eius fuit Alfricus Cridienſis Epiſcopus, priùs Abbas Malmesburienſis, vbi forte ſuxerit errorem à Ioanne Scotto ibi ſeminatum. Sed de hoc ſermone l alibi verba fecimus.

k *Spelman in Concil p. 583. ait, quod Author horum ſermonum fuit monachus, & Miſſalis ſacerdos. Et p. 619. quòd fuit ſtrenuus propugnator azimum & fermenti.* l *l. 3. c. 24. n. 4.*

CAPVT VIGESIMVM-SEPTIMVM.

S. ELPHEGVS ARCHIEPISCOPVS VIGESIMVS-*ſeptimus.*

Sub rege Ethelredo 2. Bilnatenſis, l. 25. c. 1. & ſeq. Huntington l. 6 p. 361. Howeden An. 1011. Ingulfus p. 891. Baronius An. 1011.

1. ANno milleſimo-ſexto, ſedem Cantuarienſem conſcendit S. Elphegus, de quo ſic Polidorus, l. 7. *Elphegus, vir omnibus rebus ornatus, dum propagandæ religionis ſtudio, barbaros, qui inter hoſtes erant, ad veræ pietatis cultum, prædicatione & exemplo hortabatur, martyrij palmam aſſecutus eſt.* De eiuſdem ſanctitate & miraculis fusè agit Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 245. & l. 1. p. 203. ait. *Eius vitam ſcripſit Osbernus, plenam virtutibus & miraculis*, quòd *corpus etiam recentis cruoris præferens veſtigia, labem putredinis ad hunc diem ignorauerit, & alias dixi, & populariter tritum, non eget inculcari.* Et p. 245. inquit. *Durat adhuc, & nuperrimè viſa fuit, & ſanguinis uouitas, & corporis integritas.* Geruaſius in Pont. Cantuar. *Pro omnium ſalute bis in die Miſſam celebrabat.* De illius eruditione, pietate, & miraculis ſatis fusè ſcribit Harpesfeildus, ſæc 11. c. 8. & 9. Vide etiam Edmerum in vita S. Anſelmi. Sed Proteſtantes audiamus. Godwin. in eius vita, in Epiſcopis Wintonienſibus, n. 29. *Elphegus vir pius & doctus.* In Epiſcopis Cantuarienſibus, n. 27. *Elphegus, nobili ortus proſapia, vſque ad ætatem adultam, in Cænobio Hirſtenſi educatus eſt, vbi cucullum primum induit, inde Glaſconiam profectus, ad Prioris munus ibidem euectus, id breui reliquit, aſperioris vitæ ducendæ cupidus, Bathoniam tum ſe contulit, & conſtructo tuguriolo, ita vixit, vt propter ieiunia, continentiam, aliamque vitæ ſanctimoniam, omnibus eſſet miraculo. Ethelwoldo Vvintonienſi Epiſcopo defuncto, quem niſi Elphegum ſanctitate tam clarum, Dunſtanus curaret ſuffici? Cùm ſedi Metropoliticæ annis ſex præeſſet, Dani tumultuantes, quòd tributum ex pacto non penderetur, Archiepiſcopum Elphegum, poſtquam ſeptem menſibus vinctum detinuiſſent, obtruncarunt tandem, virum certè præclarum, & ob plurimas animi dotes, præcipuè verò morum vitæque ſanctitatem, nunquam ſatis laudatum: homicidæ varijs cladibus abſumpti, crudelitatis pœnas dederunt, ex toto exercitu, vix quoquam effugiente, qui tantum ſcelus morte & pernitie ſua non lueret.* Addit tamen, *miracula per ipſum patrata, miranda potiùs quam credenda eſſe.* Quod non alio argumento, quàm ſua incredulitate aſſerit. Eadem habet * Parkerus in vita eiuſdem, n. 27. qui addit, quòd *fuit vir omnibus rebus ornatus, & propagandæ pietatis ſtudio, etiam barbaros, qui inter hoſtes erant, ad veræ religionis cultum prædicatione, & exemplo adduxit.* Et in vita Cranmeri eum recenſet *in Pontificia* (vt loquitur) *turba*, cum Dunſtano, Anſelmo, Thoma Becketto, & Edmundo. Adeo aperte eum inſignem Papiſtam egiſſe, & pietatem & veram religionem coluiſſe, profitetur. Et ſimiliter Magdeburgenſes, Cent. 11. c. 10. *Elphegus literarum cognitione inſtructus, dum barbaros ad veræ pietatis cultum pluribus hortatur, poſt multa tormentorum genera, lapidibus obruitur.* De eo ita Weuerus in ſuis monumentis, p. 301. *Elphegus, nobilibus parentibus ortus, educatus in omnibus bonis literis, vir mirandæ abſtinentiæ, nunquam edens, bibens, aut dormiens, plus quam neceſſe erat, tempus impendens omnino aut in precibus, aut ſtudio, aut officijs neceſſarijs; lapidibus obrutus eſt à Danis, & in ſanctos relatus.* Similia ex Ditmaro in Chron. l. 8. recitat Camdenus in ſua Britannia, p. 285.

Laudatur à Proteſtant. Magdeburg. Cent. 11. c. 10.

† *Weuer. in Mon. p. 339.*

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM.

LIVINGIVS ALIAS ETHELSTANVS ARCHIEPISCOPVS vigeſimus-octauus.

1. S*Vcceßit S. Martyri Elphego* (inquit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 203.) *Liuingius, qui & Ethelſtanus, annis ſeptem, ex Epiſcopo Vuellenſi, ſuffragio regis Ethelredi, in Archiepiſcopum prouectus.* Geruaſius, *per ſeptem annos ſtrenue Cantuarienſem rexit Eccleſiam, & ornamentis optimis decorauit.* De eo ita ſcribit Parkerus in eius vit, n. 28. *Huius tempora quoniam ob Danorum crebras incurſiones, turbulentißima plenaque vaſtitatu fuerunt, ſine alicuius rei, tanquam ab Archiepiſcopo geſtæ, commemoratione, ſcriptores pertranſierunt.* Addit tamen, quòd primum, *Edmundo, Cognomento Ferreo Lateri, ac Canuto, regium diadema impoſuit. Ita duobus ab eo Regibus ſacratis, optabilem pacem, poſt tantas turbas, in fine vitæ vidit, & poſtquam ſeptem ſediſſet annis, Eccleſiamque Cantuarienſem plurimis ornaſſet donis, cum gaudio moritur.* Eademque repetit ex Parkero Godwinus, n. 28. In Diplomate Regis Canuti apud Spelman. in Concilijs, p. 533. vocatur, *Liuingus Archipræſul piiſſimus.*

Sub Edmundo 2. Sic Florent. Houeden An. 1013. & An. 1020. ait, quod deceſſit. Idem Florentius

CAPVT VIGESIMVM-NONVM.

AGELNOTHVS, COGNOMENTO BONVS,

1. VIgeſimus-nonus Archiepiſcopus Cantuarienſis fuit Agelnothus, de quo ita Malmesburienſis, l. 2. Regum, c. 11. *Erant tunc in Anglia ſummi & ſapientiſſimi viri, quorum præcipuus Egelnothus Archiepiſcopus, poſt Liuingum. Hic ex* [a] *Decano ſummus ſacerdos, multa opera prædicabili memoria digna fecit, regem ipſum* (Canutum) *authoritate ſanctitudinis in bonis actibus mulcens, in exceßibus terrens. Roma rediens, apud Papiam brachium S. Auguſtini Doctoris, centum talentis argenti, & talento auri comparatum, apud Couentriam miſit.* Harpesfeild. ſæc. 11 c. 10. ait. *Summopere Egelnothum rex Canutus, tum quod ab eo regia corona redimitus eſſet, tum propter hominis præſtantes dotes,* (*ob quas Egelnothus Bonus vulgo vocatus eſt*) *complexus eſt, ac-que coluit.* Supplementum Chronicorum, l. 12. inquit. *Egelnothus ſapientiſſimus atque doctißimus vir, multis ſignis atque virtutibus effulſit.* Author Encomij Emmæ, *vir omni virtute & ſapientia prædiens.* Subſcribit Diplomati Canuti Regis apud Ingulfum, p. 893. De eo ita Trithemius de viris illuſtribus, l. 3. c. 247. *Egelnothus, vir ſapientia &* [b] *ſanctitate clarißimus, magnos in Eccleſia Dei vtiliter impendit labores, & plura ſanctitatis ſuæ veſtigia reliquit.* Similiter ſcribit l. de ſcriptoribus. Et in Chronico Hirſaugienſi, *magna ſanctitate, inſignis miraculorum atteſtatione euaſit.* Houeden, Anno 1020. *Agelnothus, qui Bonus appellatur, nobilis viri Agelmari filius ſucceßit.* Item Florentius ibid. qui addit, An. 1022. (ſicut & Houeden eodem anno) quòd *Agelnothus Romam iuit, quem Benedictus Papa magno cum honore ſuſcepit, & Pallium ei dedit.* Item, Anno 1038. *deceßit Egelnothus.*

Sub Canuto R. Houeden An. 1020. 1022 1038. a Piſtus ætate 11. n. 159. ſecundum nonnullos, ſacerdos ſecularis Malmesbur. ait fuiſſe monachum.

b Ferrarius 30. Octobris. Beſſ. ut l. 22 de figuris 5. §. 32.

2. De illo ita Parkerus in eius vita, n. 29. *Egelnothus propter eximiam, & iuſtam virtutem onomaſticè Bonus appellabatur. Hic nobilis viri Comitis Agelmari filius fuit. Ad Archiepiſcopatum electus, Romam profectus eſt, Anno Domini milleſimo vigeſimo: ibi à Papa Benedicto & Pallium & Primatus honorem accepit. Cantuariam reuerſus, Eccleſiam Chriſti, nondum poſt Danicam vaſtationem integrè repoſitam, totam reſtaurauit; Canutum regem bonis artibus inſtruxit.* Eadem repetit Godwinus, n. 29. Baleus. Cent. 2. c. 46. ita ſcribit more ſuo. *Agelnothus, dum ex more Romam adiret, vt ſumpto Metropolis ſuæ Pallio, in Antichriſti iuraret fidem, apud Papiam Auguſtini Doctoris ſancti brachium comparauit, Canutum venera ſuis incantationibus fecit Romani quam ſuperſti-*

Laudatur à Proteſtant.

nosè proficiſci, iratum timere mortuum Elphegum, illiuſque cadauer ex Londino Cantuariam transferre, & regni Angliæ diadema ligneo Crucifixo reſignare. Magdeburgenſes, Cent. 11. c. 10. *Superſtitionibus dediſſimus fuit.* Holinshed tamen l. 7. c. 14. ait, quod erat, *vir imbutus omni virtute & ſapientia.* Et Weuerus in monumentis, p. 301. quod Canutum, *incitauit ad multa egregia facta, & quod relatus eſt inter ſanctos.* Somner in deſcript. Cantuariæ, p. 155. *Author fuit Canuto ad multa egregia opera peragenda.*

CAPVT TRIGESIMVM.

EADSIN ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS.

Sub S. Eduardo rege.
a *Ita Florent. ibid Simeon Dunel An. 1038. Geruaſius in Edſino.*
b *At Ingulfus, p. 895 ait maximè cohortante Godwino.*
c *Sic etiam Weuer. in monum p. 302 Godwin. in vita eius.*
d *Ferrarius 29 O.tob.*

1. ANno milleſimo trigeſimo octauo in Archiepiſcopum Cantuarienſem electus eſt Eadſin, ſeu Eadſius *regis* (inquit Houeden An. 1038.) [a] *Capellanus.* Hic (ait Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 240.) *regem Eduardum prouexit in regnum, aſſiſtens authoritate, & benedictione ſua, conatibus* [b] *Godwini Comitis, & Danorum contra nitentium vocis irritis. Nec multo poſt incurabilem morbum nactus, viuens & valens poteſtati deceſſit.* Geruaſius, *optimè rexit Pontificatum.* De eo ita Parkerus in eius vita, num. 30 *Eadſin ſacerdos* [c] *ſecularis, & Haroldi Regis primò fuit Capellanus, deinde ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem poſtulatus, & expetitus, ab Alexandro Papa Pallium accepit: ex voluntate Eduardi Regis, inter* [d] *ſanctos relatus eſt.* Eadem omnia Godwinus in vita Eadſin, n. 30. S. Eduardus apud Ingulfum, p. 897. dat chartam Croilandenſi monaſterio, *teſtibus Egitha regina mea, Edſio, & Alfrico, Archiepiſcopis, Anno 1048.* Florentius, An. 1038. eodem modo vocat Eadſin *Capellanum Regis*, quo An. 1044. vocat Stigandum Capellanum Regis, quem conſtat fuiſſe ſæcularem.

CAPVT TRIGESIMVM-PRIMVM.

ROBERTVS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-primus.

Sub S. Eduardo rege. Houeden An. 1050. Florent. An. 1050.

PRoximus fuit Robertus, quem *ex monacho Gemeticenſi* (inquit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 204.) *Rex Eduardus Londoniæ fecerat Epiſcopum, Archiepiſcopum creauit ampliſſimo præmio, bona ſibi, quondam in Normannia exulanti, ab ipſo impertita, recompenſans.* Hic Godwini Comitis iram metuens, Romam iuit. *Vnde cum Epiſtolis innocentiæ & reſtitutionis ſuæ allegatricibus rediens, finem vitæ apud Gemeticum inuenit.* Eadem habet Harpesfeild. ſæc. 11. c. 10. Itemque Parkerus & Godwin. in vita Roberti, n. 31. Florentius An. 1053. ait, quòd tunc profugit ex Anglia propter metum Godwini.

CAPVT TRIGESIMVM-SECVNDVM.

STIGANDVS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-ſecundus.

Sub S. Eduardo rege. Houeden An. 1070. Ingulfus, p. 898 900
a *Flor An. 1058 Baron. An. 1070.*

1. VIuente adhuc Roberto Archiepiſcopo, nec legitimè exautorato, ſedem Cantuarienſem occupat Stigandus, *aliàs* (inquit Malmesbur. l. 1. Pontif. p. 204.) *nec imprudens, nec inefficax, ſed illiteratus. Quare nunquam Pallium Romæ meruit, niſi quod quidam* [a] *Benedictus Apoſtolicæ ſedis peruaſor, ipſi miſit, gratulatus, quod ipſe Papam appellaſſet. Fuit* (ait Harpesfeild. ſæc. 11. c. 11.) *Stigandus vir, aliàs*

aliàs non omnino contemnendus; cæterum literis, pro luce ſuæ dignitatis, tenuiter inſtructus. Thornus in Chronicis, col. 1785. ſcribit, quod *inter cætera bona quæ Monaſterio S. Auguſtini Cantuariæ contulit, Crucem magnam argento vndique coopertam, in nani Eccleſiæ ſuper pulpitum erectam S. Auguſtino dedit. Iocale ſatis pulchrum, & ſibi memoriale perpetuum.* Vbi etiam refert, quomodo ſtratagemate Stigandi, Gulielmus Normanus, coactus eſt patrias conſuetudines & libertates Cantianis concedere. Parkerus in eius vita, n. 32. *Certum eſt, quocunque laborauit vitio, & * magno animo, & profundo ingenio, & de patria benè meritum fuiſſe.* Godvinus in vita eius, n. 32. *Homo cordatus, animoque præditus magno.* Spelman. in Conc. p. 627. refert quod Stigando officium Epiſcopale interdictum erat, eo quod Roberto Archiep. viuente Archiepiſcopatum ſuſcipere præſumpſiſſet.

* Ornaſſe in eius vita.

LIBER SEPTIMVS.

QVOD SINGVLI ARCHIEPISCOPI CANTVARIENSES, A TEMPORE GVLIELMI PRIMI, VSQVE AD HENRICVM OCTAVVM, ERANT ROMANO CATHOLICI.

CAPVT PRIMVM.

LANFRANCVS ARCHIEPISCOPVS CANTVAR. vigeſimus tertius.

Sub Gulielmo primo rege. Simeon Dunel. An. 1070 Ealredus in vita S. Eduardi. Sixtus Senenſis, l. 4.

1. DEpoſito Stigando, in locum eius ſuffectus eſt Lanfrancus, An. 1070. De quo ita Ingulfus, qui eum nouit in hiſtor. Croulandenſe, p. 90t. *Erat omnium artium liberalium Doctor laudatiſſimus & luculentiſſimus, vitaque ac religione ſanctiſſimus.* Malmesburienſis, l. 1. Pontif. p. 205. *A Gulielmo rege, Lanfrancus Cadomenſis Abbas, ad Archiepiſcopatum electus eſt, literatura perinſignis, liberales artes, quæ iamdudum ſorduerant, à Latio in Gallias vocans, teneriorem ætatem in ſecularibus deterens, in ſcripturis diuinis animo & æuo maturijs.* Et l. 3. Regum, p. 109. *Vir antiquis ſcientia & religione comparandus.* Neubrigenſis, l. 1. c. 1. *Vir præter religioſæ vitæ meritum, in vtraque literatura, ſeculari ſcilicet & diuina, clariſſimus.* Houeden, An. 1070. aſſerit, Lanfrancum fuiſſe, *virum vndecumque doctiſſimum, omnium liberalium artium, ſimul ac ſecularium literarum ſcientia peritiſſimum, conſilijs quoque, ac gubernatione rerum mundialium æque prudentiſſimum.* Polidorus, l. 9. ait, quòd *fuit ſingulari virtute, conſtantia, grauitate præditus.* Et l. 10. *Tam diuinis, quàm humanis literis doctus, recognouit diligenter, & emendauit vtrumque Teſtamentum.* Plura de eius doctrina & ſanctitate legi poſſunt, apud æquales Lanfranci, Edmerum, l. 1. hiſtor. Sigebertum, An. 1051. Gulielmum Pictauienſem in Geſtis Gulielmi primi, Ordericum Vitalem, l. 4. Gemeticenſem, l. 5. c. 9. lib. 6. c. 26. Guitmundum, l. 1. de Euchariſtia. Et apud noſtros hiſtoricos; Pariſinm. An. 1089. Geruaſium in Pont. Cantuar. Huntingtonum, l. 7. Marianum, Florentium, Weſtmonaſterienſem, An. 1089. 1070. Et apud recentiores; Capgrauium in Catalogo ſanctorum Angliæ, Sixtum Senenſem, Bellarminum, Poſſeuinum in ſcriptor. Et Baronium, An. 1070. 1089. & Harpesfeildum, ſæc. 11. c. 12. fusè.

Vualſing. An. 1071. Ferrarius 3. Iuny.

2. Sed

2. Sed Proteſtantes audiamus. Parkerus in eius vita, n. 33. *Laufrancus, ab ineunte ætate in literis educatus, omni literarum genere excultus, Archiepiſcopatum Cantuarienſem, & à rege coactus, & à Papa Alexandro iuſſus ſuſcepit. Lanfranco aſſurrexit Papa, motus fama, quæ de viri ſapientia & doctrina percrebuiſſet, quod honoris non authoritati, ſed ſcientiæ ſuæ detuliſſe dixit. Itaque duo conceſſa ſunt Lanfranco * Pallia, vnum honoris, amoris alterum: multa & præclara edidit, pietatis ſimul & eruditionis indicia, & quamuis ſummam gerebat Reipublicæ curam, tamen Theologiæ ſtudio aſſiduè & incontinenter vacabat. Veteris atque Noui Teſtamenti libros à ſcriptoribus corruptos, correxit, emendatos atque ſinceros edidit, acutiſſiméque contra Berengarium de Euchariſtia in ſcriptis diſſeruit.* Stous in Chron. *Laufrancus peritus ſcientia, prudens conſilio, religione & vita ſanctiſſimus.* Et addit, quòd Gulielmus rex obiturus, *aiebat, quod laudes Lanfranci & Anſelmi reſonarent in extremis orbis finibus.* Weuerus in ſuis monumentis, p. 215. *Singularis prudentiæ, & magnæ ſcientiæ in omnibus bonis literis, Archiepiſcopatum laudabiliter adminiſtrauit.* Martinus in vita Gulielmi 2. *Ob magnam eruditionem & ſingulares virtutes, valde charus & venerandus populo.* Stous, An. 1070. *vir erat peritus in ſcientia, prudens conſilio, & quoad religionem ac vitam ſanctiſſimus.* Et plura in laudem eius, An. 1089. Godwinus in eius vita, n. 33. *Laufrancus ab ineunte ætate bonis literis dedit operam. Dialecticam profeſſus eſt magna cum laude, veniens Alexander Papa, honoris ergo aſſurrexit, magna tam induſtriæ, quàm prudentiæ laude per totos 19. annos Cantuarienſem rexit Eccleſiam. In deprauatis ſcripturæ exemplaribus, quæ vbique per Angliam tunc temporis fuerunt vitioſiſſima, emendandis, multum vtiliſſimumque laborem inſumpſit.* Magdeburgenſes, Cent. 11. c. 10. *Eximiæ eruditionis laude in omnium ore ferebatur. Commendatur ob eleemoſinas, humilitatem, affabilitatem, hoſpitalitatem, & comitatem. In Tranſubſtantiationis errore inuolutus, Primatum Romanæ Eccleſiæ agnoſcit.* Baleus, Cent. 13. c. 12. *Romam venit contra Berengarium, in fide Euchariſtiæ, à Romanenſium Synagoga diſſentientem, multa pro exaltando Papiſmo fecit. In opuſculo ſuo contra Berengarium, Hæreticum eſſe definit, qui à Romana Eccleſia in fidei doctrina diſſentit, ita vt ſol ſit ſub eo factus, tanquam ſaccus cilicinus.* Et Cent. 2. c. 62. *Lanfrancus, & Anſelmus, Idolum Miſſæ erigebant, & ſacra Miniſtrorum coniugia damnabant.* Whitaker ad Demonſtrationem 34. Sanderi. *Laufrancus, multa pro Pontificio dogmate contra Berengarium ſcripſit.* Daneus Epiſt. ad Selneccerum. *Lanfrancus Pontificis Romani aſſecla peſſimus, Tranſubſtantiationem defendebat.* Hoſpinianus, part. 1. hiſtor. Sacram. l. 4. c. 9. *Berengarium acerrimè impugnauit Laufrancus.* c. 3. *Lanfrancus primus omnium ſcriptorum inter Tranſubſtantiatores meritò habetur.* Et l. 3. c. 8. *Primus Tranſubſtantiationis propugnator fuit.* Et præfat. partis ſecundæ, *Laufrancus rem ipſam* (Tranſubſtantiationis) *aſſeruit.* Simpſonus, l. 2. Cent. 11. *Laufrancus valde venerandus ob eruditionem, defendit opinionem Tranſubſtantiationis.* Vſſerius de reali præſentia, p. 79. *Infecit Eccleſiam Anglicanam fermento carnalis præſentiæ.* Iuellus, art. 5. ſec. 6. *Lanfrancus capitalis Berengarij Aduerſarius.* Foxus in Actis ſuis, p. 362. vocat Lanfrancum *ſtrenuum Papæ pugilem.* Et p. 1048. refert hanc eius profeſſionem fidei. * *Credimus terrenas ſubſtantias, quæ in menſa Dominica, per ſacerdotale miniſterium diuinitus ſanctificantur, ineffabiliter, incomprehenſibiliter, mirabiliter, operante ſuperna potentia, conuerti in eſſentiam Dominici corporis, reſeruatis ipſarum rerum ſpeciebus.* Et p. 157. ponit hanc eius Epiſtolam ad * Alexandrum II. Papam. *Domino totius Chriſtianæ religionis, ſummo ſpeculatori, Alexandro Papæ, Laufrancus S. Dorobernenſis Eccleſiæ Antiſtes, debitam cum omni ſeruitute obedientiam.* Et ibid. agnoſcit, quod erat *celebris doctrinæ.* Eandem Epiſtolam habet Malmesbur. 1. Pontif. p. 207. apud quem ibid. p. 212. planè profitetur Primatum Romani Pontificis. *Plurimum certè Eccleſia Dei Lanfranco debet,* quòd (vt ait Bellarminus in Lanfranco.) *Diſputauerit in Concilio Romano cum Berengario Hæreſiarcha, cumque ita conuicerit, vt Berengarius ipſe librum ſuum in ignem iniecerit, & eo ad vomitum redeunte Lanfrancus inſignem Epiſtolam de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia conſcripſerit.* Idem ait, Sigebertus de viris illuſtribus, c. 156. Poſſeuinus in Lanfranco, & alij. Weſtmonaſterienſis, An. 1071. ſcribit, quòd *Monachorum ordinem, ſecundum regulam S. Benedicti, in multis cœnobijs Angliæ conſtituit. Primò verò, in Eccleſia Cantuarienſe, poſtea etiam in Eccleſia S. Albani.*

Laudatur à Proteſtant. Semaer. p. 156. Illyricus l. 11 teſt.

* Malmesb. l. 1. Pont. p. 206. 213.

Tranſubſtantiationem defendit & Primatum Papæ. Hæreticus qui diſſentit à Rom. Eccleſia. Miſſa.

* Harpsf. ſæc. 11. c. 12. Hoſp. part. 2. fol. 218.

* Baronius An. 1070.

Lanfrancus optimè meritus de Eccleſia.

Conſtituit Benedictinos in Eccleſia Cantuar.

CAPVT SECVNDVM

S. ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-quartus.

Sub Gulielmo ſecundo rege

1. LAnfranco ſucceſſit S. Anſelmus diſcipulus ipſius, tanto Magiſtro digniſſimus, An. 1093. & ad cælos abijt, An. 1109 Eius vitam miraculis, & virtutibus inſignem, deſcribit Malmesburienſis, l. 1. Pontif. vbi refert, quod à Legato Pontificis, vocatur *vir celebratiſſimæ ſanctitatis & ſcientiæ, nullius obnoxius culpæ*, quem Apoſtolicus magnificè ſuſcipiens, coram ſenatu ampliſſimis laudibus extulit. *Illum eſſe totius Latinitatis Magiſtrum, in diſciplinis liberalibus, in religione parem non inueniens.* Et l. 4. Regum, *Anſelmus, quo nemo vnquam iuſti tenacior, nemo hoc tempore tam anxiè doctus, nemo tam penitus ſpiritualis, Pater patriæ, mundi ſpeculum.* Et l. 1. Pontif. p. 229. *Vir, qui quidem omnes, quos viderimus, ſapientia & religione præſtaret*, p. 216. *Dicebat* (Anſelmus) *ſe malle eſſe in inferno ſine peccato, quam cum peccato, in cælo.* Edmerus in eius vita ſcribit, quòd Papa Vrbanus, *virum illum virtutis ac totius religionis eſſe conteſtatur: illum vtpote hominem cunctis liberalium artium diſciplinis innutritum, pro Magiſtro teneamus, & quaſi comparem, velut alterius orbis* * *Apoſtolicum, & Patriarcham venerandum cenſemus.* Paſchalis Papa II. in Epiſt. apud Malmesbur. l. 1. Pont. p. 231. eum nuper defunctum vocat, *ſanctæ Memoriæ fratrem noſtrum.* Quorum Pontificum Elogijs contentus, omittam inſignia Elogia illius per Ioannem Sariſburienſem, Epiſt. 202. Neubrigenſem, l. 1. c. 2. Ordericum l. 11. Edmerum l. 1. hiſtor. & 2. Gemeticenſem, l. 5. c. 9. Pariſium, An. 1109. Sigebertum, An. 1097. Baronium, An. 1109. & 1093 Bellarminum & Poſſeuinum in ſcriptor. Eccleſiaſt. Harpesfeildum, ſæc. 11. c. 18. ſæc. 12. c. 14. Gordonum, An. 1093. & alios. Tantum addam, quod Eccleſia in Martyrologio. 21. Aprilis eum vocat, *Epiſcopum ſanctitate & doctrina conſpicuum.*

Baron. An 1093.

Decus & ſplendor Eccleſiæ Anglicanæ.

† *Geruaſius col. 1327.*

Henriques, tom 1. Annal. Ciſter. c. 8.

Laudatur à Proteſtant.

2. Iam Proteſtantium confeſſiones audiamus. Parkerus in eius vita, n. 34. *Anſelmus, illuſtribus parentibus prognatus, à pueritia ingenuè ac liberaliter inſtitutus; Rex* (Rufus) *cùm Vrbano Papa egit de Anſelmo penitus ab Anglia abducendo, ſed ob eximiam viri doctrinam morumque probitatem, id efficere non poterat. Doctus, & in omni vita continens habebatur.* Et in vita Cranmeri eum numerat *in Pontificia* (vt loquitur) *turba, cum Dunſtano, Thoma Becketto, & Edmundo.* Godwinus in eiuſdem vita, n. 34. *Vir præſtantiſſimus Anſelmus, vir ſanctimonia clarus. In Angliam redit ſumma totius populi gratulatione, à Regina & Optimatibus perhonorificè exceptus. Nemo, fidenter dico, iam inde ab eo tempore ſancti elogio dignior in Diuorum Album aſcriptus eſt: opera ab illo exarata, non opus eſt commemerare; Chriſtiano orbi ſatis nota ſunt, & à ſtudioſis vbique leguntur.* Et in Epiſcopis Lincolnienſibus, n. 2. vocat eum, *Diuum Anſelmum.* Item in Epiſc. Ceſtrenſibus, n. 1. Kemnitius in locis, part. 2. tit. de peccato originali. *Fuit excellens vir Anſelmus.* Mag. Cent. 11. c. 10. *Apud quoſuis maxima fuit Anſelmi exiſtimatio. Græcè & Hebraicè doctum fuiſſe apparet.* Laudus in Relat. Colloquij, p. 171. *Digniſſimus Prædeceſſor meus S. Anſelmus.* Weuerus in ſuis monum. p. 217. *Vita Anſelmi, quoad integritatem fuit admirabilis, & ſimiliter eruditio eius, prout opera eius, quæ extant, teſtantur.* Eademque repetit ibid. p. 302. vbi etiam agnoſcit multa miracula ei attribui tum viuo, tum mortuo. Inſtituit S. Anſelmus feſtum Conceptionis B. Virginis. Nam ita Simon Mepham Archieſpiſcopus Cantuarienſis in Synodo, An. 1328. *Anſelmi Prædeceſſoris noſtri, qui poſt alia quædam, Beatiſſimæ Virginis & Matris Domini antiquiora ſolemnia, Conceptionis ſolenne ſuperaddere dignum duxit, veſtigijs inhærentes, ſtatuimus, &c.*

Somner. p 158.

3. Romano Catholica eius religio manifeſtiſſima eſt, tum quia in Præfat. lib. de Incarnat. vocat Vrbanum ſecundum, *ſummum Pontificem vniuerſæ Eccleſiæ.* Apud Malmesbur. l. 2. Pontif. ait, *ſe nec pro vitæ ſuæ damno, contra ſedis Apoſtolicæ definitiones acturum.* In c. 10. Hebr. ait, *Mundamur ſacrificio corporis eius* (Chriſti)

quod in

quod in Miſſarum celebratione offertur. Et l. 3. Epiſtolarum, Epiſt. 7. dicit *ſe fuiſſe triginta tres annos monachum.* Et Epiſt. 36. *fuiſſe conſecratum ſub profeſſione obedientiæ Romani Pontificis.* Et Epiſt. 66. ita ſcribit ad maritum ſororis ſuæ. *Facite confeſſionem omnium peccatorum veſtrorum, nominatim ab infantia veſtra, quantum recordari poteſtis.* Atque hoc fatentur ipſi Proteſtantes. Nam Lutherus in c. 12. Eccleſiaſtis. rom. 4. fol. 44. ait. *Anſelmus erat monachiſſimus monachus.* Foxus in Actis ſuis, p. 176. vocat eum *ſtrenuum pugilem Papiſmi.* Morton. in Deciſione Euchar. part. 1. c. 6. ſæc. 4. *Anſelmum, tunc Rom. Eccleſiæ addictiſſimum fuiſſe negabit nemo.* Fulcus contra Heſkin. p. 389. *Anſelmus, profeſſus hoſtis Berengarij.* Baleus, Cent. 2. c. 50. ait, quòd *Romæ erat Paparum Conſultor, & in Anglia Vicarius.* Et ibid. c. 62. *Lanfrancus & Anſelmus mucidum Miſſæ Idolum iniquè erigebant.* Simpſonus l. 2. Cent. 11. *Anſelmus vir inſigniter eruditus, fuit ſtrenuus defenſor authoritatis Pontificis Romani.* Vide inſignem eius confeſſionem Tranſubſtantiationis, in libro de corpore & ſanguine Domini apud Iameſium tractatu de corruptionibus, p. 50.

4. Proteſtantes aliqui contendunt S. Anſelmum primum fuiſſe, qui ſacerdotibus in Anglia interdixerit nuptias. Nam ita Camdenus in ſua Brit. p. 145. al. 163. *Nec ante Annum 1102. ſacerdotibus vxores in Anglia interdictæ fuerunt. Tunc Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, ſacris literis, & naturæ vim intulit.* Idemque aiunt, Baleus Cent. 2. c. 59. Foxus in Actis ſuis, p. 173. & Parkerus in vita Anſelmi. Godwin. ibid. ait. *Anſelmo (viro alias non malo) ſatagente, doctrina hæc Dæmoniorum, vxores ducere prohibens, in Eccleſia noſtra, vix adhuc quingentis abhinc annis, primum eſt recepta.* Addit tamen. *Anſelmum, hominem cæterequin bonum ac ſanctum, non animi malitia, ſed errore temporum infœliciter abreptum, hæc tam perniciosa inſtituiſſe.* Ac ſi vir ſanctus eſſe potuerit, qui doctrinam Dæmoniorum introduxerit, & perniciosa inſtituerit. Nituntur præcipuè teſtimonio Huntingtoni, qui l. 7. ita ſcribit. *Tenuit Anſelmus Archiepiſcopus Concilium apud Londoniam, in quo prohibuit vxores ſacerdotibus Anglorum, ante non* * *prohibitas.* Addit Camden in Brit. p. 192. al. 232. *Hoc* (Monaſterium Wintonienſe ab Alfredo fundatum) *vti illud vetuſtius, coniugatis presbyteris poſitum erat.* Et p. 434. al. 512. *In hoc* (Wigornienſi) *ſtatim à fundatione, collocati erant* (*vt in reliquis Angliæ Cœnobijs*) *Presbyteri coniugati.*

Verſandus; prohibet nuptias ſacerdotibus.

* *S. c. Brompton An. 1101.*

5. At, quòd ab initio Eccleſiæ Anglicanæ, & deinceps, prohibitæ fuerint vxores ſacerdotibus, liquet ex his verbis S. Gregorij ad Auguſtinum Apoſtolum noſtrum, apud Bedam l. 1. c. 27. *Si qui ſunt Clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri vxores debent.* Et in Concil. Rom. ita ſtatuit. *Si quis Presbyter, aut Diaconus, vxorem ducat, Anathema ſit.* De S. Aldelmo, ita ſcribit Foxus in Actis ſuis, p. 536. *Eiecit coniugatos presbyteros ex Eccleſijs.* Ac aliquot annis poſt ita ſcribit Beda, l. 5. c. 22. *Oportet eos, qui vel monachi votum, vel gradum Clericatus habentes, arctioribus ſe neceſſe habent pro Domino continentiæ frænis aſtringere.* Et prologo in Samuelem. *Nos, qui decreuimus, iuxta conſuetudinem vitæ Eccleſiaſticæ, abſtinere ab vxoribus, & cælibes viuere.* Et Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 4. referunt hæc eius verba in Lucæ, c. 4. *Sacerdotibus, vt ſemper Altari queant aſſiſtere, ſemper continendum, ſemper caſtitas ſeruanda eſt.* Et l. 3. de tabernaculo, c. 9. *Nemo poteſt vel ſacerdotium ſuſcipere, vel ad altaris miniſterium conſecrari, niſi aut virgo permanſerit, aut contracta cum vxore matrimonij fœdera diſſoluerit.* Vnde Illyricus in Catalogo, l. [illegible]. p. 65. *Beda contra coniugium ſacerdotum diſputabat. Poſt Bedam vero Clericorum coniugium in magnum contemptum apud vulgus adductum fuit.* Poſt Bedam vixit Alcuinus, qui l. de virtutibus, c. 18 ita ſcribit. *Caſtitas omnibus neceſſaria eſt, ſed præcipuè Miniſtris Chriſti Altaris.* Eodem tempore vixit Britvaldus octauus Archiepiſcopus Cantuarienſis, de quo ita Baleus, * Cent. 1. c. 94. *Circa Annum Domini 714. ſub Brithwaldo Archiepiſcopo Londini Synodus erat, pro Latinæ Miſſæ confirmatione, atque abdicandis ſacerdotum vxoribus.* Et Cent. 14. c. 31. ait, quòd S. Bonifacius Anglus, Moguntinus Archiepiſcopus, *cælibatum ſacerdotibus imponebat*, ſeu (vt loquitur Illyricus in Catal. l. 8. *Bonifacius coniugium ſacerdotum damnauit.* Parkerus in vita Brithwaldi. n. 8.) *non ſolùm Clericorum connubia prohibuit, ſed etiam coniugatos, vxores repudiare coegit.* Poſt hunc vixit Ethelvolfus rex circa Annum 850. qui (vt ſcribit Camdenus in ſua Brit. p. 213. al. 259.) *ſacris ordinibus*

S. GREGORIVS.

S. ALDELMVS.

BEDA.

ALCVINVS.

BRITHVVALDVS

* *Magdeb. Cent. 8. c. 9. Simpſon. l. 4. Cent. 8. p. 544. Illyricus, Cat. l. 9*

S. BONIFACIVS

ETHELVVOLFVS.

initiatus, Pontificia authoritate ſolutus eſt. Quorſum autem Pontificia diſpenſatione eguiſſet, ſi tunc temporis vxores prohibitæ non fuiſſent ijs, qui ſacris ordinibus initiati erant. Sequenti ſæculo vixit S. Odo Archiepiſcopus, de quo ita Baleus, Cent. 2. c. 30. *Miniſtrorum Eccleſiæ nuptias* * *hæreticas eſſe iudicandas decernebat.* Et Bromton in Chronico col. 858. *Edmundus rex congregauit magnam Synodum apud Londoniam, cui interfuit Odo & Vvulſtanus Archiepiſcopi & alij plures Epiſcopi.* Cuius Synodi primum ſtatutum eſt iſtud. *Vt ſanctis ordinibus erecti, qui plebem Dei docere debent lumen vitæ, caſtitatem teneant ſecundum ordinem ſuum.* Illi ſucceſſit S. Dunſtanus, de quo ita Parkerus in vita eius, n. 23. *Adepto Cantuarienſi Archiepiſcopatu, omni opera & contentione in abrogando miniſtrorum coniugio laborabat.* Ac Foxus in Actis ſuis, p. 156. *Dunſtanus & ſocij ſuaſerunt Edgaro regi cogere a Concilium Cleri, in quo decretum fuit, vt Canonici plurium Eccleſiarum Cathedralium Collegiatarum, Curati, Vicarij, ſacerdotes, Diaconi cum vxoribus & liberis, aut illud vitæ inſtitutum demitterent, aut locum monachis darent.* Et p. 112. *Theodorus Cantuarienſis interfuit Synodo, vbi nuptiæ prohibitæ ſunt ſacerdotibus latinis. Ac p. 1041. Elfricus ſcripſit librum contra nuptias ſacerdotum.* Et Baleus, Cent. 2. c. 38. ait, S. Dunſtanum accepiſſe Diploma à Ioanne Papa XII. *Quo Paſtores Eccleſiarum maiorum, quotquot vxores duxerant, priuaret, deponeret, expelleret, quod & tandem fecit.* Paulò poſt vixit Canutus Rex, cuius hanc legem de ſacerdotibus refert Spelman. in Concilijs, p. 545. *Sanè quidem certo ſciunt, non licere eis veneris cauſa, fœminarum ſocietatem coire.* Et p. 592. *Nulla fœmina cum Presbytero in vna domo habitet.* Proximo ſæculo vixit Lanfrancus, de quo ita b Parkerus in eius vita. *An. 1076. celebratur Concilium apud Vvintoniam, præſidente Lanfranco. Decretumque eſt, vt nullus Canonicus vxorem habeat; Sacerdotum verò in caſtellis, vel in vicis habitantium, habentes vxores, non cogantur, vt dimittant, non habentes interdicantur, ve habeant, & deinceps caueant Epiſcopi, vt ſacerdotes, vel Diaconos, non præſumant ordinare, niſi priùs profiteantur, vt vxores non habeant.* Baleus, Cent. 2. c. 62. Lanfrancus *ſacra Miniſtrorum coniugia damnabat.* Et Fulco nota in Mathæi 8. *Lanfrancus in Synodo Vvintoniæ habita, Decretum fecit contra nuptias ſacerdotum.* Et Foxus in Actis, p. 177. recitat Epiſtolam S. Anſelmi, in qua ita ſcribit. *Quoniam adeo execrabile connubium* (ſacerdotum) *nuper prohibitum fuit in Concilio ſub patre ſuo* (intelligit Gulielmum primum) *à prædicto Archiepiſcopo c Lanfranco, iubeo omnes Presbyteros, qui fœminas habent, priuari Eccleſiis, & Eccleſiaſticis beneficijs ſuis.* Prætereà, inter Canones d Egberti Archiepiſcopi Eboracenſis, qui floruit tempore Bedæ, apud Spelman. in Concilijs, p. 260. eſt iſte 609. *Vt nullus ſacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem, nec in ſua domo, in qua ipſe habitat, vllam mulierem vnquam permittat habitare.* Et p. 276. *Si quis Clericus ſolus cum ſola, abſque teſtibus duobus aut tribus, loqui præſumpſerit (quod antiqua Canonum ſtatuta prohibent) acerrimè corripiatur.* P. item 465. recitat hunc Canonem latum ſub Edgaro rege. *Si Miſſalis ſacerdos, ſiue monachus, vel Diaconus, legitimam vxorem habuit, priuſquam ordinem induerat, & relicta ea, ſacros ordines ingrediatur, poſteà tamen libidine pruriens, eam denuo clam ſuſceperit, ieiunet eorum quilibet, eanquam pro homicidio.* Idem Spelman. An. 944. refert legem Edmundi Regis. *Qui ſacris ſunt initiati, caſtè* (*vt eorum fert ordinis ratio*) *ſine viri, ſiue mulieres ſint vitam traducunto.* Idemque habet, p. 425. & p. 479. An. 947. *Authoritate Ioannis Papæ, Dunſtanus coacto Concilio Generali ſtatuit & decreto firmauit, vt Canonici omnes, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, caſte viuerent, aut Eccleſias, quas tenerent, dimitterent.* Et p. 478. *Illud præſtitiſſe dicitur* (Edgarus) *vt accenſi præſules, regiaque armati authoritate, Presbyteros ſæculares cum vxoribus & liberis circumquaque eiecerint.* p. 514. ſub An. Domini 1009. recitat legem Ethelredi Regis latam in Concilio generali Enhamenſe, *omnes miniſtros Dei, præſertim ſacerdotes, obſecramus, & docemus, vt Deo obedientes, caſtitatem colant. Certiùs enim norint, quod non habeant debitè, ob aliquam coitus cauſam, vxoris conſortium.* Et p. 526. *Sacerdotes ſiue Presbyteros ſummopere obſecramus, vt caſte, & continenter Domino iugiter ſeruientes, à connubijs ſe fœmineis abſtineant. — Quodſi hæc obſeruare noluerint, omni honore penitus priuentur.* Et An. 1032. p. 543. habet hanc legem Canuti Regis. *Dei Miniſtros omnes, præſertim* [e] *ſacerdotes, precamur, atque edocemus, vt Deo pareant, caſtimoniam*

charam

ODO.

* Illyricus 9. Catal.

S. DVNSTANVS.

a Baron. An. 970. Camden. ipſe, aut habitum An. 977.

S. THEODORVS.

ELFRICVS.

CANVTVS REX.

LANFRANCVS.

b Fox p. 1062.

c Vide Ordericum l. 5.

EGBERTVS.

d Ordinatus An. 737.

EDGARVS R.

EDMVNDVS R.

ETHELREDVS R.

CANVTVS R.

e Hæpsf. ſæc. 11. c. 2.

charam habeant, iram vt vitent diuinam, atque torrentes inferorum flammas effugiant. Sanè quidem certè ſciunt, non licere eis, veneris cauſa, fœminarum ſocietatem coire. Sub An. 1052. p. 573. habet hunc Canonem Elfrici. *Decreuerunt iam tum omnes vnanimi cogitatione, vt neque Epiſcopus, neque ſacerdos Miſſalis, neque Diaconus, neque qui verè eſt Canonicus, in domo ſua habeat aliquam mulierem, niſi matrem, vel ſororem ſuam, amitam, vel materteram ſuam, & qui aliter fecerit, ordine & gradu ſuo priuetur.* Et p. 592. habet inter capitula incertæ editionis iſtud. *Nulla fœmina, cùm Presbytero in vna domo habitet; quamuis enim Canones matrem & ſororem, & huiuſmodi perſonas, in quibus nulla ſit ſuſpicio, cum illo habitare concedant, hoc nos modis omnibus amputamus, quia in obſequio, ſiue occaſione illarum, veniunt aliæ fœminæ, quæ non ſunt ei affinitate coniunctæ, & eum ad peccandum alliciunt.* Gregorius ſeptimus, l. 9. Epiſt. 5. ait de Gulielmo primo, *Presbyteros vxores, Laïcos decimas, quas retinebant, etiam iuramento dimittere compulit.* Angelocrator Chron. An. 710. *Synodus Londinenſis, Miniſtris matrimonia interdicit.* Camdenus etiam ipſe in ſua Britan. p. 211. ſcribit, quòd *Calnæ, cum inter monachos & ſacerdotes, de ſacerdotum cælibatu tumultuaretur, frequens coacta eſt Synodus anno noſtræ ſalutis 977. Sed ecce in media diſceptatione, Conciliabulum, in quo ordines conſidebant, contabulatione diſſoluta, & trabibus diruptis, ſubitò decidit, vnaque præſules, proceres, nobiles, corruerunt, ruina attriti plurimi, plures interempti, ſolus Dunſtanus, qui Synodo præſedit, & à monachis ſteterit, illæſus euaſit. Quod miraculum (ſic enim habuit ætas illa) monaſticum inſtitutum confirmaſſe creditur.* Ex quibus omnibus liquido conſtat ſemper ab initio Conuerſionis Angliæ, prohibitas ibi fuiſſe vxores ſacerdotibus. Et benè notat Picardus in Epiſt. 62. Anſelmi, quod Fulco Epiſcopus Rhemenſis, in Epiſtola ad Alfredum Regem, dicat, quòd *mos ſacerdotum in Anglia ducendi vxores, ortus ſit ex Ethnicorum Danorum turbido fonte.* Cùm enim omnia Danorum Ethnicorum bellis & incendijs inuoluerentur, veriſimile eſt diſciplinam Eccleſiaſticam magna ex parte corruiſſe. Imò in Concilio Ænhamenſe ſub Ethelredo ſecundo dicitur, quòd *quidam* (ſacerdotes) *dum, quidam plures habeant vxores, & nonnullus, quamuis eam dimiſerit, quam nuper habuit, aliam tamen, ipſa viuente, accipit.* Iam ergo ad authoritatem Huntingtoni reſpondeo, quod illa hac in re minor eſt, eo quod ipſemet fuerit filius ſacerdotis, prout profitetur in eodem libro. Deinde non dicit, quod vxores ſacerdotum vnquam erant approbatæ, nec quod vxores nunquam fuerint prohibitæ ſacerdotibus in Anglia (prout eum intelligunt Proteſtantes) ſed quod ante Anſelmum, non erant prohibitæ, nempè quia Lanfrancus tolerauerat vxores ſacerdotum Parochialium, quas pridem duxerant. Vnde Godwin. in vita Anſelmi, n. 34. cautè ait. *Clericorum coniugia, ad id vſque temporis in Eccleſia Anglicana paſſim vſurpata, magna vi prohibuit.* Non ait Clericorum coniugia fuiſſe prius licita, aut approbata, aut etiam permiſſa, ſed tantùm, *paſſim vſurpata*; iurene, an iniuria, non definit. Et ſimili modo, in Epiſcopis Londin. n. 38. ait, *vſque ad Anſelmi tempora, Clericorum pleroſque, vxores habuiſſe, dubitandum non eſt.* Falſo autem dicit Camden. in ſua Britan. p. 192 quod Monaſterium Wintonienſe, *poſitum erat Præsbyteris coniugatis*, aut quod *ſtatim à fundatione, in Vvigornienſi, & reliquis Angliæ cænobijs, collocati erant Præsbyteri coniugati.* Dicit quidem Malmesburienſis, l. 4. Pontif. p. 146. quod in Monaſterio Wintoniæ, poſiti erant Canonici, idemque dicit Polidorus, l. 5. At neuter, neque vllus author antiquus dicit, quod tunc erant coniugati, quando ibi primò ponebantur. Adde, quòd Alfredus rex qui Wintoniæ Monaſterium inchoauit, *excidit concubinatum Clericorum*, vt patet ex citata Epiſtola Fulconis ad ipſum. Et Chronicon Winton. apud Spelman. p. 49. ait. *Canonici, rege Ethelredo permittente Athulfi filio, monachis per Danos interfectis, Eccleſiam* (Hidenſem) *vſurpantes, intrabant.* Hidenſe autem Monaſterium, illud erat, quod Alfredus rex fundauit, vti agnoſcit Camdenus in ſua Britan. p. 232. Non ergo poſitum erat Presbyteris coniugatis, & multo minus collocati erant Presbyteri coniugati in reliquis Angliæ cænobijs ab ipſa eorum fundatione, vt ex ipſis literis fundationis eorum manifeſtiſſime liquet, quæ ab Ingulfo, Malmesburienſe, & alijs referuntur.

ELFRICVS

GVLIELMVS I. REX.

Vnde vxores ſacerdotum in Anglia.

Harpſfel. 9. c. 10.

CAPVT TERTIVM.

RODVLPHVS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-quintus.

Sub Henrico primo rege. 1. IN S. Anſelmi locum ſubrogatus eſt ſub Henrico Rodulphus, Anno ſalutis 1114. qui eum tenuit vſque ad Annum 1122. aut 1123. de quo ita Epiſcopi Angliæ collecti à Rege ad eligendum ſucceſſorem Anſelmi, apud Malmesburienſem, l. 1. Pontif. p. 210. *Eſſe Rodulphum, qui fama æquet antiquos, humili affabilitate vincat veteres & nouos. Si genus explores, ſpectabili Normannorum proſapia oriundum. Si vitam inquiras, nulla etiam infamia perſtrictum, ſolum eſſe cuius religionem, nec liuor carpere poſſet, quod diſcreta ſit. Si ſcientiam literarum rimeris, totas exhauſit Athenas. Si eloquentiam exigas, melleo quodam lapſu ex eius ore fluit oratio.* Ac monachi Cantuarienſis, apud Edmerum, l. 5. hiſtoriæ. *Electus à nobis, & clero, & populo eſt, ad regimen ipſius Eccleſiæ, Rodulphus Roffenſis Epiſcopus, nobis ſufficientiſſimè cognitus, & propter vitæ ſuæ meritum, & ſanctæ conuerſationis effectum, toti regno valde acceptus.* De ipſo ita Malmesburienſis, l. 1 Pontif. *Rodulphus apud Sagium primo adoleſcentiæ flore monachum ſe deuouerat, coaleſcentibuſque virtutum incrementis, primò Supprior, mox Prior, poſtremo Abbas fuit. —— Factus Epiſcopus, æſtimationem boni, quam de eo habuerunt homines, non fefellit, ſed prouexit in effectum, euexit in publicum. Quare cum de Archiepiſcopo ageretur, omnes in eius electione voluntate prona, tum etiam voce conſona, cucurrerunt. Ductus ergo ad Sedem non multo poſt Pallium meruit Romanæ ſedis indulgentia.* Et p. 233. addit. *Hunc finem habuit Rodulphus, religione impar nulli, peritia literarum magnificè pollens, affabilitate facilè omnium primus, qui fortunarum amplitudine, nihil plus acquieſierit, niſi vt plus bene facere poſſet, quibus vellet.* Eadem habet Harpesfeildus, ſæc. 12. c. 15. Neubrigenſis, l. 1. c. 3. ait, quòd Rodulphus. *Fuit vir religioſus & prudens.* Et Iuo apud Baronium, Anno 1114. *Rodulphus, ſcientia & moribus clarus.*

Laudatur à Proteſt. 2. Parkerus in vita Rodulphi, n. 35. ait, quod fuit *monachus Benedictinus, Auditor Lanfranci, Sagienſis primò Abbas, inde ab Anſelmo ad Epiſcopatum Roffenſem deductus eſt, ab omnibus penè ad Archiepiſcopalem celſitudinem poſtulatus, Palliumque à Paſchali Papa accepit. Vir fuit affabilitate præſtans, nullo delicto notabili ſuſpectus, niſi quod ad iocos & riſus inclinatior eſſet.* Eademque repetit Godwinus in vita eiuſdem, Baleus Cent. 10. c. 43. ait, quòd Rodulphus, *Elaborata quadam induſtria, Theologiam Chriſtianam in ſcripturis ſacris coluit.*

CAPVT QVARTVM.

GVLIELMVS CORBEL ARCHIEPISCOPVS trigeſimus-ſextus.

Sub Henrico 1. Rege. 1. ROdulphum excepit, An. ſalutis 1122. Gulielmus Corbel, quem Neubrigenſis, l. 1. c. 3. itemque Ordericus Vitalis, l. 12. ad An. 1123. illius temporis hiſtorici, aſſerunt fuiſſe priùs *Canonicum* * *Regularem. Erat* (inquiunt Marianus, & continuator Florentij) *vir eximiæ religionis.* Et Malmesburienſis, l. 2. Pontif. p. 237. *Religionis multæ, affabilitatis nonnullæ, cæterum nec iners, nec imprudens.* Continuator Florentij, An. 1125. Cui *Calixtus vices ſuas in Anglia & Scotia commiſit, & Apoſtolicæ ſedis legatum conſtituit.* Geruaſius in Pont. Cantuar. *Vir eximiæ religionis & prudentiæ.* Harpesfeildus, ſæc. 12. c. 15. ait eum *fuiſſe Clericum, & nulli priùs Monaſticæ diſciplinæ initiatum, munus tamen egregiè adminiſtraſſe. Sub hoc Pontifice, feſta celebritas Conceptionis B. Virginis Mariæ, in Londinenſi Synodo confirmata eſt.*

* *Simeon Dun. An. 1123.*

eſt. Poſteà tamen ait eum fuiſſe diſciplinæ Mertonenſis Cænobij, quod erat Canonicorum regularium. Malmesburienſis, l. cit. ait, quòd *monachi trepidabant eum ſuſcipere, quod eſſet Clericus*. Parketus in eius vita, n. 36. agnoſcit, quòd *S. Oſithæ de* a *Chiche fuit Prior, quod Legatinæ authoritatis à Calixto Papa munus accepit, peractoque ſacrationis ritu, Romam profectus eſt, vt Pallio donaretur*. Quod Synodum habuit, *in qua iterum nuptiæ Clericis interdictæ*: quòd, *Eccleſiam Cantuarienſem* b *combuſtam iterum extruxit, & ſplendido ac magnifico apparatu dedicauit, rege, regina, ac Dauide Scotorum rege, & vtriuſque regni proceribus præſentibus*. Quæ omnia etiam habet Godwinus in vita eiuſdem, n. 36. qui addit, quòd *in Miſſa, Stephani Regis capiti coronam impoſuit*. Quæ omnia Catholicam eius religionem clariſſimè patefaciunt.

> a *Vide Picordum in notis ad Neubrig. l. 1. c. 3.*
> b *Somner p. 159.*

CAPVT QVINTVM.

THEOBALDVS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-ſeptimus.

1. GVlielmus ſucceſſorem habuit Theobaldum, Anno ſalutis 1138. *vir* (inquit Polidorus, l. 13.) *multo præſtantiſſimus, doctrina & vitæ ſanctitate clarus*. Et Harpesfeild. ſæc. 12. c. 15. *Commendatur Theobaldus pietate & doctrina. Initiatus eſt Cantuariæ ab Alberico Legato Innocentij, & cum eodem Romam profectus, Pallioque & legatione perpetua honoratus, in Angliam redijt, quod poſteà munus ad ſucceſſores, ita transfuſum eſt, vt ab eo tempore, * Legati Nati dicantur. Rhemis etiam, maximis à Pontifice Eugenio honoribus & plauſibus exceptus eſt*. Et c. 16. addit, quòd Theobaldus, *vir pius ſtatas & maiorum ſuorum eleemoſinas duplicabat*. S. Antoninus tit. 17. c. 1. *Theobaldus vir per omnia laudabilis*. Geruaſius, An. 1161. ſcribit quod eius *corpus poſt decem & nouem annos ſepulturæ ſuæ, integrum & rigidum inuentum eſt, oſſibus & neruis, cute & carne, ſed extenuata, inuentum eſt*.

> *Sub Stephano rege.*
> *Geruaſius An. 1139.*
> † *Magdeb. Cent. 12. c. 10.*

2. Parkerus in eius vita, n. 37. ſcribit, quòd *Ex monacho Benedictino, Abbas Beccenſis fuit, ab Alberico, Legato Pontificis, conſecratus, Romæ ab Innocentio ſecundo Pallium accepit, à quo etiam titulo Legati Nati donatus eſt, qui ſedi, & ſucceſſioni ſuæ attributus, ab omnibus Cantuarienſibus Archiepiſcopis, inde vſque retinetur. Parum eruditus, ſed moribus commodis, ingenioque mitis ac manſueto fuiſſe perhibetur, vt tam regibus, quàm proceribus populoque gratioſus fuerit. Tantum valuit in Anglia authoritas eius atque gratia, vt Stephanum regem, & Henricum Mathildæ Auguſtæ filium, pro iure regni morte dimicaturos, ſua opera & diligentia conciliauerit. Quo & bellum atrox, & inteſtinum auertit, & patriæ tranquillitatem incolumitatemque peperit. Teſtamentum condidit, in quo ſingula, quæ ſuperfuerant illi bona, pauperibus, & in pios vſus contulit*. Quæ omnia repetit Godwinus in vita eiuſdem, n. 37. Itemque Weuerus in monumentis, p. 217. vbi etiam refert eius Epitaphium, in quo dicitur fuiſſe, *Affabilis, veridicus, prudens, in omnes liberalis, & in pauperes munificus*. Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. *Doctos, ipſe haud vulgariter eruditus, in magno honore habuit, plurimumque dilexit, & in his Thomam Beckettum propter optimi ingenij indolem*.

> *Laudatur à Proteſtant.*

3. Romano Catholica eius religio ex prædictis manifeſta eſt, ſed adhuc magis ex his verbis eius, apud Ioannem Sariſburienſem Epiſt. 103. *Pro Romana Eccleſia, ſi neceſſe eſt, paratus ſum in carcerem, & in mortem ire. Me iam tertiò, pro mandatis Apoſtolicis, periculis, minis, & morti expoſui*. Et Epiſt. 103. *Ex quo ſum promotus in Epiſcopum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtudijs, totis viribus inſeruiui*. Epiſt. 36. *Interdum cum ſalutis vitæ diſcrimine, ſummi Pontificis amplexi ſumus obedientiam*. Et Epiſt. 64. vocat *S. Petrum, Paſtorem omnium, principem Apoſtolorum*. Et Epiſt. 83. ait, *Romanum Pontificem, vt rector clauo nauem, ſuo regimine ac moderamine, Eccleſiam regere vniuerſam*, Eugenius P. III. in Epiſtola ad ipſum apud Thotnum, p. 1809. ait. *Quod perſonam eius ſpeciali affectione diligit*.

CAPVT SEXTVM.

S. THOMAS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-octauus.

Sub Henrico ſecundo rege. Geruaſius An. 1154. Polidor l. 13. Vir ſumma integritate atque prudentia. *Sander de Sciſm fol. 92. a b.* Infinitis miraculis illuſtratum. *a Magdeb. Cent. 12. c. 10.*

1. IN Theobaldi locum ſubrogatus eſt S. Thomas, An. 1161. cuius vita ſanctitate & miraculis inclyta, ſcripta eſt à quatuor viris grauiſſimis Epiſcopi æqualibus. Solùm addam aliqua, quæ ab alijs viris Catholicis referuntur, & quædam, quæ Proteſtantes agnoſcunt. Neubrigenſis, l. 2. c. 16. ait, quòd *erat acris ingenij, & competentis eloquij, vultu & moribus elegans, efficacia quoque rerum gerendarum, nulli ſecundus.* Ioannes Sarisburienſis Epiſt. 159. quòd *Rex Francorum, eum magis venerabatur, quàm fratrem.* Et Epiſt. 280. quòd *plebs Angliæ recepto Paſtore* (S. Thoma) *gauiſa eſt, ac ſi de cælo Chriſtus ipſe inter homines deſcenderet.* Geraldus Cambrenſis in deſcriptione Hiberniæ, l. 1. c. 20. ſcribit, quod vſus ſit, [a] *Cilicio duplici, corporali & femorali, lectione & oratione continua.* Ibique agit de miraculis ipſius. Houedenus, An. 1170. *Huius* (S. Thomæ) *vita irreprehenſibilis erat coram Deo & hominibus. Miſſam deuotè celebrauit, & ſingulis diebus ac noctibus ternas, vel quinquenas accepit, de manu ſacerdotis, diſciplinas. Poſt celebrationem Miſſæ, quotidie reintrauit Oratorium ſuum, & clauſo oſtio poſt ſe, vacabat orationi. Quamuis pretioſi cibi ei apponerentur, tamen erant ei in cibo & potu, panis & aqua. Iacebat in nuda area ante lectum ſuum in Hymnis & Pſalmis, & nunquam ab oratione ceſſabat, donec labore victus, paululum reclinaret caput ſuum ſuppoſito lapide. Veſtis eius interior erat cilicina, ex pilis caprarum qua totum corpus eius tegebatur à cubitis vſque ad poplites.* Prædictus Sarisburienſis Epiſt. 286. *Carnem ſuam in orationibus, vigilijs, ieiunijs, & aſperioris Cilicij vſu, crucifixerat.* Robertus Montenſis, An. 1172. S. Thomam vocat, *Florem orbis.* Baronius, An. 1170. *Inuictiſſimum confeſſorem.* Martyrologium Romanum 29. Decembris. *Cantuariæ in Anglia, S. Thomæ Epiſcopi, & Martyris, qui ob defenſionem iuſtitiæ, & Eccleſiaſticæ immunitatis, impiorum hominum factione, in Baſilica ſua, gladio percuſſus, migrauit ad Chriſtum.* Geruaſius, An. 1162. ſcribit, quòd *inſtituit feſtiuitatem principalem S. Trinitatis ſingulis annis in perpetuum, die octaua Pentecoſtes celebrandam.*

Inſtituit feſtum S. Trinitatis.

Sander. de Schiſm p. 92. Godwin. in Annal. An. 12. & 30. Vvever. p. 201. Spedus in deſcript. Cantij. Merton. in Prouincial. l. 2. c. 31. ſec. 12. Camden. Brit. p. 238 295. Spedus in Henr. 8. Saxa cauata. Vide Sanderum, l. 1. de Sciſm. Ang. Stoum An. 1538. b Stous in deſcript. Londini, p. 106. Vveuerus, p. 193.

2. Quanti olim maiores noſtri Catholici hunc inclitum Martyrem fecerint, liquet, quia (vt ſcribit Polidorus, l. 13.) *illi poſteritas Mauſoleum poſuit, quod hodie eſt princeps Angliæ ſpectaculum, vbi omnis generis donariorum meſſis in dies ſingulos creſcit.* Eraſmus, qui illud vidit, ita deſcribit in Colloquijs. *Vilißima pars aurum erat, gemmis raris & prægrandibus nitebant, fulgurabant omnia, quædam ſuperabant oui anſerini magnitudinem, templum vniuerſum pluſquam regijs opibus vndique luxuriauit.* Et de Eccleſia ipſa. *Diceres Midam & Crœſum fuiſſe mendicos ſi ſpectares vim auri atque argenti. Ac de ſacrario: Deus bone quæ illic pompa veſtium holoſericarum, quæ vis candelabrorum aureorum.* Idem refert Somner. in deſcript. Cantuariæ, p. 247. ac p. 249. ex antiquo M S. aliquoties confluxiſſe ad eius feſtum, *centum hominum millia.* Et Caſabonus Exercit. 16. n 63. *Hodie, ante celeberrima quædam altaria, impreſſa veſtigia orantium, & ſaxa vſu cauata, obſeruauimus; nuſquam verò magis inſigniter, quàm in primaria Cantuarienſi Eccleſia, vbi olim* —— (Corpus) *Thomæ Becketti, qui ſuperioribus, multò ſtudioſius ibi ſolitus coli.* Et Anonymus ſeu Godwinus in vita Henrici octaui. *Iam inde ab eo tempore ad noſtram ferè ætatem, confluebant eo certatim cum ampliſsimis donarijs, ſummi, infimi, ex omni hominum genere per vniuerſam Europam.* Parkerus in vita Baldwini, n. 40. *Thomæ Martyrium, per totum orbem Chriſtianum à Pontificijs ſcriptoribus diffuſum, tam illuſtre habebatur, vt qui eius nomini aliquid conſecraſſent, aut condidiſſent, ſancti ipſis patres, atque ſimiles viderentur.* Idem Parkerus, in vita S. Thomæ, n. 38 poſtquam dixiſſet ſe, *veritate diligenter indagata, ea in lucem prolaturum, quæ certiſsimæ fidei eſſe poſſint,* ait; quòd *puer à Priore* b *Mertonenſis Cœnobij primis literis imbutus, cum ſedulus, & docilis ætateque prouectior fuit, ad Academiam Pariſienſem*

Pariſienſem miſſus eſt. Ab Archiepiſcopo Theobaldo, ob ingenium & doctrinam, vnicè dilectus, in Italiam miſſus eſt, vt ius ciuile perdiſceret; qui Thomam in Conſilijs fidum, diligentem, & cautum, in dubijs prouidum, & intrepidum, in aduerſis fortem & magnanimum comperit. Totius Cantuarienſis prouinciæ clerus, Thomam Archiepiſcopum Cantuarienſem, nemine, præterquam Londinenſi Epiſcopo, contradicente, ſumma conſpiratione & conſenſu elegit. Et (vt ſcribit Triuettus) poſt ſuſceptum Paſtoris officium, ſupra humanam æſtimationem factus eſt Deo deuotus. Conſecratus enim, cilicium clam induit femoralibus. Stupenda edita miracula ab Anglicis, Latiniſque ſcriptoribus, eius laudes celebrantibus, commemorantur, & Hymnus in eius laudem à S. Thoma Aquinate compoſitus, quotidie canebatur. Eadem habet Godvvinus in vita eiuſdem; quietium cædem eius vocat *Parricidium*. Martinus in vita Henrici ſecundi, aſſerit eum fuiſſe; *impiè occiſum à quatuor ſceleratis maleficis.* Pouellus in hiſt. Cambriæ, l. 2. c. 14. *Non iuſte trucidatum.* Sic etiam Spedus, l. 9. c. 6. Et ibid. c. 10. vocat eum *ſanctum.* Prout etiam Camden. in ſua Britan. p. 245. & in Hibernia, p. 743. 764. Parkerus in vita Balduini Archiep. n. 40. Godwin. in Archiep. Cant. n. 40. & 38. itemque in Epiſc. Vinton. n. 40. Angliçè, *ſanctum Thomam martyrem.* Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. vocant eius occiſores, *Sicarios.* Somner. in deſcriptione Cantuariæ, p. 110. vocat eum *ſanctum.* Item p. 174. eiuſque occiſores, p. 178. appellat, *Aſſaſinos.* Ac demum, p. 245. aſſerit eum per *ſummam barbariem occiſum.* Reuſnerus, in Genealogia regum Angliæ, ait de Henrico ſecundo. *Omnem ſuam gloriam imprimis fœdauit ſanguine Thomæ Cantuar.* Et in Henrico octauo vocat eum martyrem. Twinus, l. 2. de Antiq. Oxonienſ. ſec. 147. & 281. vocat d *ſanctum*, eumque numerat inter decora illius Academiæ. Foxus in Actis, p. 186. ſcribit, quod *minæ & adulationes perinde erant apud ipſum; memoria pollens, deuotione plenus, vita caſta & auſtera.* Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. *Nec ſetantum vigilijs & inedia excarnificauit, verùm & cilicio indutus, dorſum ſuum familiari ſuo grauiter flagellandum præbuit. Pauperes quotidie, tredecim ad minus, ſummo mane habebat; quibus primum pedes deoſculatus eſt, poſteà etiam lauit, & deterſit; quaternos diſtribuens in ſingulos argenteos. Maximam diebus ſingulis, præter illos, mendicantium turbam aluit.*

Laudatur à Proteſtant.

Totus clerus Cant. elegit S. Thomam

S. Thomas Aquinas, compoſuit hymnum in eius laudem.

Volumi. p. 201. Immaniſſime trucidarunt.

c Item Foxus in monu. p. 217. 283. Camden in Brit. p. 143. & in Hiſter. An. 1583.

3. Catholicam huius ſanctiſſimi viri religionem agnoſcunt Proteſtantes. Nam Parkerus in vita Ioannis Kempi, n. 63 ait eum fuiſſe, *Martyrio Papali candidatum.* Whitaker. Reſponſ. ad Demonſtrat. 34. Sanderi. *Thomas Cantuarienſis, pro cauſa Pontificia ſanguinem profudit.* Baleus, Cent. 2. c. 100. *Aſſiduus ei labor, ac ſtudium fuit, maieſtatem principis minuere, & Antichriſto* (Papam intelligit) *ſubijcere, in Papiſticorum deorum numerum relatus.*

4. Hunc ſanctiſſimum virum, tum ſæculares, tum regulares complures ſuum eſſe aſſerunt. Nam Parkerus in Archiepiſcopis, n. 35. & 40. Godvvinus ibid. n. 40. & Foxus in Actis ſuis, p. 216. aiunt, quod fuit Clericus ſæcularis. Quibus fauere videtur, quod Baldvvinus eius ſucceſſor, etſi monachus Ciſtercienſis inſtiturus Eccleſiam in honorem S. Thomæ, voluerit in ea ponere Clericos d ſæculares, tum etiam, quia non apparet cui quis manens Epiſcopus, obedientiam regularem voueret, cum tamen obedientia, præcipua ſit in vita regulari. Nihilominus [e] tres ordines regulares ſuum eſſe contendunt, nempe Canonici regulares, Ciſtercienſes, & Benedictini. Ex quibus ius Canonicorum regularium mihi probabilius videtur. Primò, quia Magiſter Edwardus eius domeſticus & ſacellanus diſerte aſſerit in eius vita apud Surium, quod amplexus eſt *habitum & inſtitutum eorum, quos vocant Canonicos regulares.* Quæ verba clariora ſunt, quàm vt poſſent vel apparenter intelligi de monachis Benedictinis, aut Ciſtertienſibus. Nam licet monachi Benedictini egerint Canonicos in Eccleſia Cantuar. ac elegerint Archiepiſcopos, tamen nec illi, nec Ciſtertienſes, erant ij, *quos vocant Canonicos regulares*, ſed tum à ſeipſis, tum ab alijs omnibus, vocabantur monachi. E contrario verò, Canonici regulares ſæpiſſimè vocantur monachi, ac proinde non obſtat eis, quod S. Thomas dicatur *induiſſe monachum.* Nullus autem authorum illius æui, qui ſcripſerunt vitam S. Thomæ (quod ſciam) aſſerit vt rem notam quod S. Thomas *amplexus eſt inſtitutum*, vel Benedictinorum, vel Ciſtertienſium, licet aliqui eorum fuerint monachi, ac dicant,

d Houeden An. 1201. Geruaſ. An. 1186.

e Pennottus Marquez An. 1164. Matheu in Troph.

S. Thomas Canonicus regularis.

Pennottus. l. 1. de Cler. reg. c. 38. & l. 2. c. 29.

quod geſtauerit habitum monachi, atque inde inferant eum fuiſſe monachum. Secundò, quia & familiarius & confidentius egit cum Canonicis regularibus, quàm cum vllis alijs regularibus. Nam (vt tradit Houeden, An. 1164. p. 494.) in initio ſuæ perſecutionis, poſt celebrationem Miſſæ, *impoſita collo ſuo ſtola, induit cappam nigram* [f] *Canonicalem, & profectus eſt ſtatim ad curiam.* Et à curia (vt idem ait) *feſtinanter venit ad domum Canonicorum* (Northamptonæ) *vbi ipſe hoſpitatus fuerat, & cœnauit in Refectorio Canonicorum.* Et (vt refert Harpesfeild. ſæc. 12. c. 16. *Duce* [g] *Gilbertino* (Canonico regulari) *fugit ex Anglia,* ac vt ait Herebertus, in itinere hoſpitabatur in eorum domibus. Atque (vt idem Harpesfeld habet, ſæc. 12. c. 37. Itemque Capgrauius in vita S. Gilberti) ipſe S. Gilbertus eiuſque Canonici regulares, in quæſtionem vocati ſunt ob fauorem exhibitum S. Thomæ, quod de alijs monachis non legitur. Addit præfatus Houeden, An. 1170. p. 520. quòd, *nullus hominum erat ſecreta vitæ ſuæ conſcius, præter duos tantum, quorum vnus erat Robertus Canonicus de Merton Capellanus eius.* Accedit, quod S. Thomas educatus fuerit in Cænobio Mertonenſi, quod erat Canonicorum regularium, & antequam eſſet Epiſcopus, fuerat Prior Bridlingtonæ, qui etiam Conuentus erat Canonicorum regularium. Quodque etiam ſoror eius Agnes, fundauit Londini Conuentum Canonicorum [h] regularium in ipſis ædibus, in quibus S. Thomas natus eſt. Et (vt refert Camden in ſua Britan. p. 250.) cum Rex Richardus primus inſtituit ordinem [i] equitum in honorem S. Thomæ, iuſſit eos obſeruare ordinem Canonicorum regularium. Demum, Pius V. in Bulla data 18. Decembris, An. 1570. concedit Canonicis regularibus, vt faciant officium S. Thomæ, velut ſancti ex ipſorum ordine. His omnibus accedit, quòd Benedictini non nitantur vllius fide digni tunc temporis authoris teſtimonio, ſed duntaxat argumento, eo quòd *ſub veſtimentis exterioribus, in habitu monachali inuentus eſt in morte,* vt liquet ex Geruaſio ipſo in Anno 1170. cum tamen habitus ſolus non faciat monachum, idque ipſi Benedictini fatentur, cum certum ſit, quod S. Thomas tulerit habitum Ciſtercienſem, quem tamen pernegant fuiſſe vnquam Ciſtercienſem monachum. Certè, vt alia omnia omittam, expreſſum teſtimonium prædictum Edvardi domeſtici ſui, itemque habitus Canonici regularis, clariùs probant eum fuiſſe Canonicum regularem, quàm ſolus habitus, vel Benedictinorum, vel Ciſtercienſium, probat eum fuiſſe aut Benedictinum, aut Ciſtercienſem.

[f] *Geruaſ. col. 1392.*

[g] *Herebertus.*

Vide Ioan. Sariſbur. Epiſt. 191. & Geruaſ. An. 1170.

[h] *Spedus in Catal. adiū relig.*

[i] *Vide de eis Menenium de ordin. militar.*

Res facti probanda potius teſtimoniis, quā argumentis.

CAPVT SEPTIMVM.

RICHARDVS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-nonus.

1. SVcceſſit S. Thomæ Richardus, An. ſalutis 1173. qui vitam cum morte commutauit, An. 1183. aut ſequenti. De eo ſcribunt monachi Cantuarienſes apud Ioannem Saliſburienſem Epiſt. 299. quòd ſit; *morum honeſtate & literarum eruditione conſpicuus, modeſtus in verbo, prouidens in conſilijs, diſcretus in opere.* Et Ioannes ipſe Epiſt. 302. ait, quòd *Richardo, diuina præeunte gratia, literarum eruditio ad doctrinam ſuffragabitur, vita proficiet ad exemplum, elegantia morum promerebitur gratiam cohabitantium, facundia, verbum Dei ſalubriter diſpenſabit.* Harpesfeildus, ſæc. 12. c. 18. refert, quòd *magnum ſui, pauperibus, quibus liberaliter perpetua eleemoſina proſpexit, deſiderium reliquit.* Pariſius in vita Simonis Abbatis, ait quòd fuerat, *Capellanus S. Thomæ.*

Sub Henrico ſecundo rege. Vide Marques An. 1173 c. 1. & 1184. l. 1.

2. Ex Proteſtantibus, Baleus Cent. 3. c. 2. inquit, quod erat *vir pius, & monachorum Dorouernenſium Cœnobiarcha, & Anagniæ ab Alexandro tertio confirmationem, ac Pontificalia ſuſcepit.* Et quod Nicolaus Triuet prodit, virum hunc *fuiſſe magnæ religionis, & in exteriorum adminiſtratione induſtrium.* Magdeburgenſes Cent. 12. c. 10. ſcribunt, quòd fuit *mediocriter literatus, ſed vita inculpata.* Parkerus in

Laudatur à Proteſtant.

eius vita, n. 39. *erat facilis, atque ſimplici ingenio, multis benignus ac munificus, liberalis, affabilis, prudenſque fuiſſe dicitur, obſequio tam in Papam, quam in Regem pronus. quodque ab Alexandro tertio Anagniæ his verbis inſtituebatur tibi* (Richarde) *tuiſque ſucceſſoribus Cantuarienſis Eccleſiæ Primatum, ita plenè concedimus, ſicut à Lanfranco & Anſelmo, aliiſque eorum prædeceſſoribus quondam Cantuarienſibus Archiepiſcopis fuiſſe poſſeſſum conſtat.* Et paulò poſt, *Archiepiſcopus, Primas, & Romanæ ſedis Legatus, cum Bellio in Angliam redijt.* Eadem habet Godwinus in vita eiuſdem, n. 39. qui etiam addit, quod erat, *inſigni vir* * *prudentia, egregiè liberalis, benignus, comis, & affabilis: quibus artibus effecit, vt & Regem, & Pontificem ſemper habuerit propitios.* Ex quorum confeſſionibus Romano Catholica huius Archiepiſcopi religio teſtatiſſima eſt, quæ tamen adhuc magis eluceſcit ex literis & factis eiuſdem. Nam apud Petrum Bleſenſem, Epiſt. 68. ita profitetur. *Sicut eminentiam Apoſtolicæ ſedis, Magiſtram omnium Eccleſiarum profitemur; ſic ab ipſa conſilia in ambiguis, in anguſtijs ſolatia, reſponſa in iudicijs, expectamus.* Ibidem, *Romanus Pontifex Eccleſias orbis poſſidet vniuerſas.* Et Synodum celebrauit, in qua (teſte Houedeno, An. 1175.) inquit, *Inhærentes Orthodoxorum Patrum regulis, ſtatuimus: Qui in Subdiaconatu, vel ſupra, ad matrimonia conuolauerint, mulieres etiam inuitas, & renitentes relinquant.* Item, *Inhibemus, ne quis, quaſi ex complemento communionis, intinctam alicui Euchariſtiam tradat.* Quod plane indicat, communionem ſub vnica ſpecie fuiſſe tunc temporis vſitatam. Quorſum enim quiſquam intinctam Calici Euchariſtiam tradidiſſet, quaſi pro complemento communionis, ſi omnibus calix ipſe traditus fuiſſet.

Baron. An. 1174.

* Vendit p. 228.

Communio ſub vna ſpecie.

CAPVT OCTAVVM.

BALDVINVS ARCHIEPISCOPVS QVADRAGESIMVS.

1. Richardi ſedem aſcendit Balduinus, Anno Redemptionis 1184. & è vita abijt 1196. Hunc Polidorus, l. 14. primum ponit, inter viros ea tempeſtate *ingenio & pietate claros.* Harpesfeildus, ſæc. 12. c. 18. ſcribit, quòd *cum felici vigeret ingenio; egregiè in literis profecit, euaſitque poſtea in virum, tam in alijs diſciplinis, quàm in Theologia inſigniter doctum, doctrinæque magnitudinem, rerum gerendarum prudentia, & ſingulari eloquentia cumulauit; quodque ad terram ſanctam profectus, quingentos illic milites ſuis ſtipendiis aluiſſe traditur,* & quod in obſidione Ptolemaidis mortuus, *quicquid habuit pecuniæ, id totum ad vſus ſacræ militiæ diſtribuit.* Et demum, quòd *doctiſſimos libros conſcripſit, de corpore & ſanguine Domini, de Sacramentis Eccleſiæ; de orthodoxis dogmatibus, de ſectis hæreticorum.* Bromton, An. 1184. *De eo fertur, quod à primo die quo factus eſt monachus Ciſtercienſis, vſque ad obitum ſuum nunquam carnes comedit.* Ioannes Montenſis, An. 1181. *Magnæ religionis & literaturæ homo.* Giraldus apud Vſſerium in Epiſtolis Hiber. p. 117. vocat eum, *ſanctum & literatiſſimum Archipræſulem.* Et in itinerario Cambriæ, l. 1. c. 11. teſtatur, *cæcum eius meritis curatum.* Et l. 2. c. 2. multa miracula facta fuiſſe *in loco, vbi prædicabat,* quam Giraldi hiſtoriam perſtringit Harpesfeild. ſæc. 12. c. vltimo.

Sub Richardo. 1. Rege. Poſſeuin de ſcript. n. 170.

Knight l. 2. c 12. Henriquez in menolog. 16 Octob. Morques An. 1115. c 9 1184. ...

2. Ex Proteſtantibus, Baleus Cent. 3. c. 27. hoc de eo teſtimonium perhibet. *Vir, ore facundus, exactus Philoſophus, & ad omne ſtudiorum genus per illos dies aptiſſimus inueniebatur, eruditione, ac ſapientia in omni negotio celebris, Fuit præterea Ciſtercienſis monachus, & Abbas Fordenſis Cænobij, ac demum Cantuarienſis Archiepiſcopus, cui muneri Balduinus ſolicitè inuigilans, egregium ſe Paſtorem exhibuit.* Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. *Balduinus, facundus & in Philoſophia benè doctus, muneri diligenter præfuit, verbum Dei vbique locorum ſeminans; nunquam, ab eo tempore quo factus eſt monachus, carnes comediſſe dicitur.* Parkerus in eius vita, n. 40. *Balduinus literis conſtitutus, eos fecit progreſſus, vt ipſe ſcholam aperuerit, publiceque doceret. Inde in clericali ordine conſtitutus, moribus vitaque tam conſpicuus, vt populi lucerna diceretur. Certum eſt quorumcunque ſcriptorum teſtimonio, eum pium, doctum, prudentem & modera-*

Laudatur à Proteſtant.

tum fuiſſe, quem Giraldus deſcribit moribus iſtis. Modeſtus, ac ſobrius, abſtinentiæ magnæ, vt vix vnquam in ipſum quicquam ſiniſtrum auſa fuit fama præſumere, ſermone parcus, ad iram tardus, literarum ſtudijs à pueritia imbutus, iugum Domini ab adoleſcentia portans. — In obſidione Aconenſi milites verbo vita, caritate, & ſumptibus ſuis conſolatus, ibique obiit. Eumque vocat, *optimum hominem, & virum bonum.* Additque quod *in ſingulis Cathedralibus Vvalliæ Eccleſijs, ſolennes Miſſas, Pontificalibus indutus ornamentis, celebrauit.* Godvin. in eius vita, n. 40. *Propter mores probatiſſimos & inſignem vitæ ſanctimoniam Archidiaconus factus eſt. Noſtrorum partes ibi* (in obſidione Aconenſi) *iuuit magnopere, concionando, conſulendo, pecunias egenis erogando, & morum ſanctiſſimorum exemplo.* Foxus in Actis ſuis, p. 208. *De hoc Balduino refertur, quòd nunquam in vita ſua carnes comederit.*

3. Eius Romano Catholica religio certiſſima eſt, tum ex ijs, quæ retulimus, tum ex ipſiuſmet profeſſione apud Bleſenſem Epiſt. 100. ad Pontificem ſcripta.
Baron. An. 1186. *Quod ſtipiti rami, quod Capiti membra, quod radii ſoli, quod fonti riuuli, hoc Apoſtolicæ ſedis eminentiæ debent Eccleſiæ omnes, quas vbique terrarum religio Chriſtiana fundauit me vobis totum debere profiteor, quicquid ſeruus Domino, magiſtro diſcipulus, filius patri poteſt.*

CAPVT NONVM.

REGINALDVS FIZIOCELIN ALCHIEPISCOPVS *quadrageſimus-primus.*

Sub Richardo 1. Rege. 1. PRoximè electus eſt Reginaldus Fizioecelin, priùs Epiſcopus Bathonienſis, qui mox obijt, de quo ita ſcribit Godvvinus in eius vita. *Monachi Cantuarienſes Reginaldum inuitum, & reluctantem ad ſolium Archiepiſcopale pertrahentes, ibidem per vim collocant. Quantumuis verò renitentis ſpeciem tunc præ ſe tulerit, & lachrimis effuſis, obteſtatus fuerit, vt alium eligerent, poſtridie tamen interrogatus ab Archiepiſcopo Rothomagenſi, vtrum electioni de ſe factæ conſentiret, tam procul eſſe reſpondit, vt ambitione motus, hunc tantum honorem conceperit, nihil vt magis optet, quàm mutata monachorum ſententia, alium deſignari. Si verò ſibi non patiantur perſuaderi, quamuis inuitum, & tanti oneris ſuſcipiendum ab intimo corde dolentem, ne tamen Deum habeat iratum, conſentire, neque refragaturum amplius. Mittuntur illico Romam, qui Pallium & Confirmationem illi expediant, qui celeriter confecto negotio, Reginaldum tamen in viuis non repererunt.* Eademque habet Parkerus in vita eiuſdem, n. 41. Addit Godvvinus in Epiſcopis Bathonienſibus, n. 19. quòd *à Richardo Rege impetrauit pro Eccleſia Bathonienſi tria Maneria, ſumma eiuſdem hodie* (inquit) *præſidia, quod Xenodochium pauperibus condidit, præbendas aliquas adiecit, quodque ciues Wellenſes in vnam corporis compagem adunauit, priuilegijs indultis quibus etiamnum hodie fruuntur.* Ex quibus omnibus tum pietas, tum Romano Catholica huius Archiepiſcopi
Baron. An 1171. religio, indubitata eſt. Petrus Bleſenſis Epiſtola 65. [a] ita de eo ſcribit. *Quod ſi aliquid attentauit in contumeliam martyris* (S. Thomæ) *illud expiauit aſperitate cilicij, largioribus eleemoſinis, lachrimis profuſioribus, & auſterioribus diſciplinis.*

CAPVT DECIMVM.

HVBERTVS VVALTERVS ARCHIEPISCOPVS *quadrageſimus ſecundus.*

Sub Richardo, 1. Rege. a Pariſ. An. 1195. Mor. 1. AN demortui locum ſuffectus eſt Hubertus Walterus, de quo ita ſcribit Celeſtinus Papa tertius in Epiſtola ad omnes Epiſcopos Angliæ [a] apud Houedenum, p. 754. *Venerabilis frater noſter, Hubertus Cantuarienſis Archiepiſcopus, de cuius*

de eius meritis, & virtute, ſapientia pariter & doctrina, Eccleſia vniuerſalis congaudet, miniſterio Legationis accepto, vices noſtras ad honorem Eccleſiæ, & totius regni ſalutem & pacem, per totum regnum Angliæ liberè exequatur. Innocentius 3. in literis ad ipſum apud Geruaſium in Chronico, col. 1621. vocat eum, *columnam immobilem in domo Domini.* Geruaſius, col. 1583. ait, quod monachi Cantuarienſes, *cum non viderent aliquem in Anglia Huberto præſtantiorem, eum elegerunt.* Pariſius An. 1199. *Erat Archiepiſcopus* (Hubertus) *vir profundi pectoris, & in regno ſingularis columna ſtabilitatis, & ſapientiæ incomparabilis.* Harpesfeildus, ſæc. 12. c. 19. ait quod eius *prudentiam, induſtriam, & fidem magno ſuo bono expertus eſt Richardus Rex.* Parkerus in eius vita, n. 42. refert hoc teſtimonium Giraldi, qui eum probe nouerat. *Vt ea, quæ de ipſo verè dici ac ſcribi poterant, paucis aperiam. Erat vir ille, vir animoſus ac ſtrenuus, & inter virtutes varias, incomparabiliter dapſilitate conſpicuus. Erat hic principis frænum, & tyrannidis obſtaculum, populi pax & ſolatium, maiorum pariter & minorum, ſuis diebus, contra publicæ poteſtatis oppreßiones, in neceßitate refugium.* Et ipſe Parkerus, n. 42. agnoſcit, quòd *virtute ſingulari, ingenioque pollebat,* quòd *erat inſignis prudentia & pietate vir, & inuicti animi,* quòd *difficile dictu ſit, quanta temperantia lenitatem cum ſeueritate permiſcuerit,* quòd *Pallio & Legatina authoritate à Celeſtino Papa donatus eſt,* quòd *in* b *Mertonenſi Cœnobio* (quòd erat Canonicorum regularium) *monachatu initiatus eſt,* quòd *Monaſteria ordinis Præmonſtratenſis condidit, pro ſuæ, ac Patris, matriſque animarum ſalute,* quodque *incidit in eam ætatem, quæ* (inquit ille) *cæca, & Ægyptiacis tenebris plena fuit.* Eademque habet Godwinus in vita eiuſdem. Stous, An. 1199. *Erat Hubertus profundi ingenij, ſingularis columna ſtabilitatis, & incomparabilis prudentia.* Weuer. in monum. p. 291. *Fidelis regi, amans Patriæ.* Godwin. in eius vita. *Egregia profectò virtute fuit, & dignus cuius memoriam poſteri celebrent. Nempè* (vt loquitur Giraldus) *Principis erat frænum, & tyrannidis obſtaculum, populi pax & ſolatium, maiorum pariter & minorum, eius diebus, contra publicæ poteſtatis oppreßionem, in neceßitate refugium. His licet adijcere, regibus ſemper fideliſſimum extitiſſe, & reipublicæ amantißimum.* Baleus, Cent. 3. c. 56. ſcribit, quòd Hubertus fuit, *vir probus, ingenioque ac pietate clarus.* Ex quibus omnibus, tum pietas, tum Romano Catholica huius inſignis Archiepiſcopi religio elucet, quæ adhuc magis confirmatur ex eis, quæ in Synodo apud Houeden, p. 755. decreuit, circa celebrationem Miſſæ & Euchariſtiæ reſeruationem; circa monachorum ac Monialium conuerſationem, circa pœnitentiæ adminiſtrationem, & ne ſacerdotes mulieres in domibus habeant, ac tandem addit. *Hoc & ſuprà dicta ſtatuimus, ſalua in omnibus ſacroſanctæ Romanæ ſedis authoritate & dignitate.* Et in fine ſingulorum decretorum, addit. *Saluo in omnibus ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ honore & priuilegio.*

1105. Pitſeus ætate 13 n. 291.

Geruaſius col. 1583. & in Chron. col 1621.

Laudatur à Proteſt.

b *Neubrigen l. 4. c. 36. Godwin. in eius vita.*

CAPVT VNDECIMVM.

STEPHANVS LANGTON ARCHIEPISCOPVS quadrageſimus-tertius.

1. QVadrageſimus-tertius Archiepiſcopus Cantuarienſis fuit Stephanus Langton, *quo* (inquit Pariſius ad Annum 1207.) *non erat maior in curſa, imò nec ei par, in moribus & ſcientia.* Weſtmonaſterienſis ad eundem annum ſcribit, quod *Innocentius tertius perſuaſit monachis Cantuarienſibus, vt eligerent Magiſtrum Stephanum de Langtona natione Anglicum, virum profundi pectoris, elegantem corpore, moribus prælectum, aptum & ſufficientem, in quantum hominis eſt, vniuerſalem Eccleſiam gubernare. Et regi Ioanni elegantißimam Epiſtolam direxit, vt ipſe natione Anglicum, ſcientia & moribus incomparabilem, Magiſtrum Stephanum de Langton, ritè electum, & iam conſecratum, ſuſciperet in Cantuarienſem Archiepiſcopum.* Giraldus, qui tunc vixit, in præfat. deſcript. Cambriæ, ait de hoc Stephano. *Quem religio pariter ac literatura commendat.* Et in fine. *In quem, ferè quicquid in terris aliquem decet,*

Sub Rege Ioanne.

LIBER SEPTIMVS.

QVOD SINGVLI ARCHIEPISCOPI CANTVARIENSES, A TEMPORE GVLIELMI PRIMI, VSQVE AD HENRICVM OCTAVVM, ERANT ROMANO CATHOLICI.

CAPVT PRIMVM.

LANFRANCVS ARCHIEPISCOPVS CANTVAR. vigeſimus tertius.

Sub Gulielmo primo rege. Simeon Dunel. An. 1070 Ealredus in vita S. Eduardi & Antus Senenſi, l 4.

1\. DEpoſito Stigando, in locum eius ſuffectus eſt Lanfrancus, An. 1070. De quo ita Ingulfus, qui eum nouit in hiſtor. Croulandenſe, p. 901. *Erat omnium artium liberalium Doctor laudatiſſimus & luculentiſſimus, vitaque ac religione ſanctiſſimus.* Malmesburienſis, l. 1. Pontif. p. 205. *A Gulielmo rege, Lanfrancus Cadomenſis Abbas, ad Archiepiſcopatum electus eſt, literatura perinſignis, liberales artes, quæ iamdudum ſorduerant, à Latio in Gallias vocans, teneriorem ætatem in ſecularibus deterens, in ſcripturis diuinis animo & æuo maturijt.* Et l. 3 Regum, p. 109. *Vir antiquis ſcientia & religione comparandus.* Neubrigenſis, l. 1. c. 1. *Vir præter religioſæ vitæ meritum, in vtraque literatura, ſeculari ſcilicet & diuina, clariſſimus.* Houeden, An. 1070. aſſerit, Lanfrancum fuiſſe, *virum vndecumque doctiſſimum, omnium liberalium artium, ſimul ac ſecularium literarum ſcientia peritiſſimum, conſilijs quoque, ac gubernatione rerum mundialium æque prudentiſſimum.* Polidorus, l. 9. ait, quòd *fuit ſingulari virtute, conſtantia, grauitate præditus.* Et l. 10. *Tam diuinis, quàm humanis literis doctus, recognouit diligenter, & emendauit vtrumque Teſtamentum.* Plura de eius doctrina & ſanctitate legi poſſunt, apud æquales Lanfranci, Edmerum, l. 1. hiſtor. Sigebertum, An. 1051. Gulielmum Pictauienſem in Geſtis Gulielmi primi, Ordericum Vitalem, l. 4. Gemeticenſem, l. 5. c. 9. lib. 6. c. 26. Guitmundum, l. 1. de Euchariſtia. Et apud noſtros hiſtoricos; Pariſinm. An. 1089. Geruaſium in Pont. Cantuar. Huntingtonum, l. 7. Marianum, Florentium, Weſtmonaſterienſem, An. 1089. 1070. Et apud recentiores; Capgrauium in Catalogo ſanctorum Angliæ, Sixtum Senenſem, Bellarminum, Poſſeuinum in ſcriptor. Et Baronium, An. 1070. 1089. & Harpesfeildum, ſæc. 11. c. 12. fusè.

Vvalſing. An. 1071. Ferrarius 3. Iuny.

2\. Sed

2. Sed Proteſtantes audiamus. Parkerus in eius vita, n. 33. *Lanfrancus, ab ineunte ætate in literis educatus, omni literarum genere excultus, Archiepiſcopatum Cantuarienſem, & à rege coactus, & à Papa Alexandro iuſſus ſuſcepit. Lanfranco aſſurrexit Papa, motus fama, quæ de viri ſapientia & doctrina percrebuiſſet, quod honoris non authoritati, ſed ſcientia ſua detuliſſe dixit. Itaque duo conceſſa ſunt Lanfranco* * *Pallia, vnum honoris, amoris alterum: multa & præclara edidit, pietatis ſimul & eruditionis indicia, & quamuis ſummam gerebat Reipublicæ curam, tamen Theologiæ ſtudio aſſiduè & incontinenter vacabat. Veteris atque Noui Teſtamenti libros à ſcriptoribus corruptos, correxit, emendatos atque ſinceros edidit, acutiſſiméque contra Berengarium de Euchariſtia in ſcriptis diſſeruit.* Stous in Chron. *Lanfrancus peritus ſcientia, prudens conſilio, religione & vita ſanctiſſimus.* Et addit, quòd Gulielmus rex obiturus, *aiebat, quod laudes Lanfranci & Anſelmi reſonarent in extremis orbis finibus.* Weuerus in ſuis monumentis, p. 215. *Singularis prudentiæ, & magnæ ſcientiæ in omnibus bonis literis, Archiepiſcopatum laudabiliter adminiſtrauit.* Martinus in vita Gulielmi 2. *Ob magnam eruditionem & ſingulares virtutes, valde charus & venerandus populo.* Stous, An. 1070. *vir erat peritus in ſcientia, prudens conſilio, & quoad religionem ac vitam ſanctiſſimus.* Et plura in laudem eius, An. 1089. Godwinus in eius vita, n. 33. *Lanfrancus ab ineunte ætate bonis literis dedit operam. Dialecticam profeſſus eſt magna cum laude, venienti Alexander Papa, honoris ergo aſſurrexit, magna tam induſtriæ, quàm prudentiæ laude per totos 19. annos Cantuarienſem rexit Eccleſiam. In deprauatis ſcripturæ exemplaribus, quæ vbique per Angliam tunc temporis fuerunt vitioſiſſima, emendandis, multum vtiliſſimumque laborem inſumpſit.* Magdeburgenſes, Cent. 11. c. 10. *Eximiæ eruditionis laude in omnium ore ferebatur. Commendatur ob eleemoſinas, humilitatem, affabilitatem, hoſpitalitatem, & comitatem. In Tranſubſtantiationis errore inuolutus, Primatum Romanæ Eccleſiæ agnoſcit.* Baleus, Cent. 13. c. 12. *Romam venit contra Berengarium, in fide Euchariſtiæ, à Romanenſium Synagoga diſſentientem, multa pro exaltando Papiſmo fecit. In opuſculo ſuo contra Berengarium, Hæreticum eſſe definit, qui à Romana Eccleſia in fidei doctrina diſſentit, ita vt ſol ſit ſub eo factus, tanquam ſaccus cilicinus.* Et Cent. 2. c. 62. *Lanfrancus, & Anſelmus, Idolum Miſſæ erigebant, & ſacra Miniſtrorum coniugia damnabant.* Whitaker ad Demonſtrationem 34. Sanderi. *Lanfrancus, multa pro Pontificio dogmate contra Berengarium ſcripſit.* Daneus Epiſt. ad Selneccerum. *Lanfrancus Pontificis Romani aſſecla peſſimus, Tranſubſtantiationem defendebat.* Hoſpinianus, part. 1. hiſtor. Sacram. l. 4. c. 9. *Berengarium acerrimè impugnauit Lanfrancus.* c. 3. *Lanfrancus primus omnium ſcriptorum inter Tranſubſtantiatores meritò habetur.* Et l. 3. c. 8. *Primus Tranſubſtantiationis propugnator fuit.* Et præfat. partis ſecundæ, *Lanfrancus rem ipſam* (Tranſubſtantiationis) *aſſeruit.* Simpſonus, l. 2. Cent. 11. *Lanfrancus valde venerandus ob eruditionem, defendit opinionem Tranſubſtantiationis.* Vſſerius de reali præſentia, p. 79. *Infecit Eccleſiam Anglicanam fermento carnalis præſentiæ.* Iuellus, art. 5. ſec. 6. *Lanfrancus capitalis Berengarij Aduerſarius.* Foxus in Actis ſuis, p. 362. vocat Lanfrancum *ſtrenuum Papæ pugilem.* Et p. 1048. refert hanc eius profeſſionem fidei. * *Credimus terrenas ſubſtantias, quæ in menſa Dominica, per ſacerdotale miniſterium diuinitus ſanctificantur, ineffabiliter, incomprehenſibiliter, mirabiliter, operante ſuperna potentia, conuerti in eſſentiam Dominici corporis, reſeruatis ipſarum rerum ſpeciebus.* Et p. 157. ponit hanc eius Epiſtolam ad * Alexandrum II. Papam. *Domino totius Chriſtianæ religionis, ſummo ſpeculatori, Alexandro Papæ, Lanfrancus S. Dorobernenſis Eccleſiæ Antiſtes, debitam cum omni ſeruitute obedientiam.* Et ibid. agnoſcit, quod erat *celebris doctrinæ.* Eandem Epiſtolam habet Malmesbur. 1. Pontif. p. 207. apud quem ibid. p. 212. planè profitetur Primatum Romani Pontificis. *Plurimum certè Eccleſia Dei Lanfranco debet, quòd* (vt ait Bellarminus in Lanfranco.) *Diſputauerit in Concilio Romano cum Berengario Hæreſiarcha, eumque ita conuicerit, vt Berengarius ipſe librum ſuum in ignem iniecerit, & eo ad vomitum redeunte Lanfrancus inſignem Epiſtolam de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia conſcripſerit.* Idem ait, Sigebertus de viris illuſtribus, c. 156. Poſſeuinus in Lanfranco, & alij. Weſtmonaſterienſis, An. 1071. ſcribit, quòd *Monachorum ordinem, ſecundum regulam S. Benedicti, in multis cœnobijs Angliæ conſtituit. Primò verò, in Eccleſia Cantuarienſe, poſtea etiam in Eccleſia S. Albani.*

Laudatur à Proteſtant. Semuer. p. 156
Illyricus l. 11 teſt
** Malmesb. l. 1 Pont. p. 206 213.*
Tranſubſtantiationem defendit & Primatum Papæ. Hæreticus qui diſſentit à Rom. Eccleſia. Miſſæ.
** Harpſf. ſæc 11 c. 12; Hoſp. part. 2 fol 218.*
** Baronius An. 1070.*
Lanfrancus optimè meritus de Eccleſia.
Conſtituit Benedictinos in Eccleſia Cantuar.

CAPVT SECVNDVM

S. ANSELMVS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-quartus.

Sub Gulielmo ſecundo rege

1. LAnfranco ſucceſſit S. Anſelmus diſcipulus ipſius, tanto Magiſtro digniſſimus, An. 1093. & ad cælos abijt, An. 1109 Eius vitam miraculis, & virtutibus inſignem, deſcribit Malmesburienſis, l. 1. Pontif. vbi refert, quod à Legato Pontificis, vocatur *vir celebratiſſimæ ſanctitatis & ſcientiæ, nullius obnoxius culpæ*, quem Apoſtolicus magnificè ſuſcipiens, coram ſenatu ampliſſimis laudibus extulit. *Illum eſſe totius Latinitatis Magiſtrum, in diſciplinis liberalibus, in religione parem non inuenient.* Et l. 4. Regum, *Anſelmus, quo nemo vnquam iuſti tenacior, nemo hoc tempore tam anxiè doctus, nemo tam penitus ſpiritualis, Pater patriæ, mundi ſpeculum.* Et l. 1. Pontif. p. 229. *Vir, qui quidem omnes, quos viderimus, ſapientia & religione præſtaret*, p. 216. *Dicebat* (Anſelmus) *ſe malle eſſe in inferno ſine peccato, quam cum peccato, in cælo.* Edmerus in eius vita ſcribit, quòd Papa Vrbanus, *virum illum virtutis ac totius religionis eſſe conteſtatur: illum vtpote hominem cunctis liberalium artium diſciplinis inuntritum, pro Magiſtro teneamus, & quaſi comparem, velut alterius orbis* * *Apoſtolicum, & Patriarcham venerandum cenſemus.* Paſchalis Papa II. in Epiſt. apud Malmesbur. l. 1. Pont. p. 231. eum nuper defunctum vocat, *ſanctæ Memoriæ fratrem noſtrum.* Quorum Pontificum Elogijs contentus, omittam inſignia Elogia illius per Ioannem Sarisburienſem, Epiſt. 202. Neubrigenſem, l. 1. c. 2. Ordericum l. 11. Edmerum l. 1. hiſtor. & 2. Gemeticenſem, l. 5. c. 9. Pariſium, An. 1109. Sigebertum, An. 1097. Baronium, An. 1109. & 1093 Bellarminum & Poſſeuinum in ſcriptor. Eccleſiaſt. Harpesfeildum, ſæc. 11. c. 18. ſæc. 12. c. 14. Gordonum, An. 1093. & alios. Tantum addam, quod Eccleſia in Martyrologio. 21. Aprilis eum vocat, *Epiſcopum ſanctitate & doctrina conſpicuum.*

Baron. An 1093.

Decus & ſplendor Eccleſiæ Anglicanæ.

† *Geruaſius col. 1327.*

Henriques, tom. 1. Anal. Ciſter. c. 2.

Laudatur à Proteſtant.

2. Iam Proteſtantium confeſſiones audiamus. Parkerus in eius vita, n. 34. *Anſelmus, illuſtribus parentibus prognatus, à pueritia ingennè ac liberaliter inſtitutus; Rex* (Rufus) *cùm Vrbano Papa egit de Anſelmo penitus ab Anglia abducendo, ſed ob eximiam viri doctrinam morumque probitatem, id efficere non poterat. Doctus, & in omni vita continens habebatur.* Et in vita Cranmeri eum numerat *in Pontificia* (vt loquitur) *turba, cum Dunſtano, Thoma Becketto, & Edmundo.* Godwinus in eiuſdem vita, n. 34. *Vir præſtantiſſimus Anſelmus, vir ſanctimonia clarus. In Angliam redit ſumma totius populi gratulatione, à Regina & Optimatibus perhonorificè exceptus. Nemo, fidenter dico, iam inde ab eo tempore ſancti elogio dignior in Diuorum Album aſcriptus eſt: opera ab illo exarata, non opus eſt commemerare; Chriſtiano orbi ſatis nota ſunt, & à ſtudioſis vbique leguntur.* Et in Epiſcopis Lincolnienſibus, n. 2. vocat eum, *Diuum Anſelmum.* Item in Epiſc. Ceſtrenſibus, n. 1. Kemnitius in locis, part. 2. tit. de peccato originali. *Fuit excellens vir Anſelmus.* Mag. Cent. 11. c. 10. *Apud quoſuis maxima fuit Anſelmi exiſtimatio. Græcè & Hebraicè doctum fuiſſe apparet.* Laudus in Relat. Colloquij, p. 171. *Digniſſimus Prædeceſſor meus S. Anſelmus.* Weuerus in ſuis monum. p. 217. *Vita Anſelmi, quoad integritatem fuit admirabilis, & ſimiliter eruditio eius, prout opera eius, quæ extant, teſtantur.* Eademque repetit ibid. p. 302. vbi etiam agnoſcit multa miracula ei attribui tum viuo, tum mortuo. Inſtituit S. Anſelmus feſtum Conceptionis B. Virginis. Nam ita Simon Mepham Archieſpiſcopus Cantuarienſis in Synodo, An. 1328. *Anſelmi Prædeceſſoris noſtri, qui poſt alia quædam, Beatiſſimæ Virginis & Matris Domini antiquiora ſolennia, Conceptionis ſolenne ſuperaddere dignum duxit, veſtigiis inhærentes, ſtatuimus, &c.*

Somner p. 158

3. Romano Catholica eius religio manifeſtiſſima eſt, tum quia in Præfat. lib. de Incarnat. vocat Vrbanum ſecundum, *ſummum Pontificem vniuerſæ Eccleſiæ.* Apud Malmesbur. l. 2. Pontif. ait, *ſe nec pro vitæ ſuæ damno, contra ſedis Apoſtolicæ definitiones acturam.* In c. 10. Hebr. ait, *Mundamur ſacrificio corporis eius* (Chriſti)

quod in Miſſarum celebratione offertur. Et l. 3. Epiſtolarum, Fpiſt. 7. dicit *ſe fuiſſe triginta tres annos monachum.* Et Epiſt. 36. *fuiſſe conſecratum ſub profeſſione obedientiæ Romani I ontificis.* Et Epiſt. 66. ita ſcribit ad maritum ſororis ſuæ. *Facite confeſſionem omnium peccatorum veſtrorum, nominatim ab infantia veſtra, quantum recordari poteſtis.* Atque hoc fatentur ipſi Proteſtantes. Nam Lutherus in c. 12. Eccleſiaſtis. tom. 4. fol. 44. ait. *Anſelmus erat monachiſſimus monachus.* Foxus in Actis ſuis, p. 176. vocat eum *ſtrenuum pugilem Papiſmi.* Morton. in Deciſione Euchar. part. 1. c. 6. ſæc. 4. *Anſelmum, tunc Rom. Eccleſiæ addictiſſimum fuiſſe negabit nemo.* Fulcus contra Heſkin. p. 389. *Anſelmus, profeſſus hoſtis Berengarij.* Baleus, Cent. 2. c. 50. ait, quòd *Romæ erat Paparum Conſultor, & in Anglia Vicarius.* Et ibid. c. 62. *Lanfracus & Anſelmus mucidum Miſſæ Idolum iniquè erigebant.* Simpſonus l. 2. Cent. 11. *Anſelmus vir inſigniter eruditus, fuit ſtrenuus defenſor authoritatis Pontificis Romani.* Vide inſignem eius confeſſionem Tranſubſtantiationis, in libro de corpote & ſanguine Domini apud Iameſium tractatu de corruptionibus, p. 50.

4. Proteſtantes aliqui contendunt S. Anſelmum primum fuiſſe, qui ſacerdotibus in Anglia interdixerit nuptias. Nam ita Camdenus in ſua Brit. p. 145. al. 163. *Nec ante Annum 1102. ſacerdotibus vxores in Anglia interdictæ fuerunt. Tunc Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, ſacris literis, & naturæ vim intulit.* Idemque aiunt, Baleus Cent. 2. c. 59. Foxus in Actis ſuis, p. 173. & Parkerus in vita Anſelmi. Godwin. ibid. ait. *Anſelmo (viro alias non malo) ſatagente, doctrina hæc Dæmoniorum, vxores ducere prohibens, in Eccleſia noſtra, vix adhuc quingentis abhinc annis, primum eſt recepta.* Addit tamen. *Anſelmum, hominem cæteroquin bonum ac ſanctum, non animi malitia, ſed errore temporum infaliciter abreptum, hæc tam pernicioſa inſtituiſſe.* Ac ſi vlt ſanctus eſſe potuerit, qui doctrinam Dæmoniorum introduxerit, & pernicioſa inſtituerit. Nituntur præcipuè teſtimonio Huntingtoni, qui l. 7. ita ſcribit. *Tenuit Anſelmus Archiepiſcopus Concilium apud Londoniam, in quo prohibuit vxores ſacerdotibus Anglorum, ante non * prohibitas.* Addit Camden in Brit. p. 192. al. 232. *Hoc* (Monaſterium Wintonienſe ab Alfredo fundatum) *vti illud vetuſtius, coniugatis presbyteris poſitum erat.* Et p. 434. al. 512. *In hoc* (Wigornienſi) *ſtatim à fundatione, collocati erant (vt in reliquis Angliæ Cænobijs) Præsbyteri coniugati.*

Vrſandus; prohibet nuptias ſacerdotibus.

† Sic Brompton An. 1101.

5. At, quòd ab initio Eccleſiæ Anglicanæ, & deinceps, prohibitæ fuerint vxores ſacerdotibus, liquet ex his verbis S. Gregorij ad Auguſtinum Apoſtolum noſtrum, apud Bedam l. 1. c. 27. *Si qui ſunt Clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri vxores debent.* Et in Concil. Rom. ita ſtatuit. *Si quis Præsbyter, aut Diaconus, vxorem ducat, Anathema ſit.* De S. Aldelmo, ita ſcribit Foxus in Actis ſuis, p. 536. *Eiecit coniugatos presbyteros ex Eccleſijs.* Ac aliquot annis poſt ita ſcribit Beda, l. 5. c. 22. *Oportet eos, qui vel monachi votum, vel gradum Clericatus habentes, arctioribus ſe neceſſe habent pro Domino continentiæ frænis aſtringere.* Et prologo in Samuelem. *Nos, qui decrevimus, iuxta conſuetudinem vitæ Eccleſiaſticæ, abſtinere ab vxoribus, & cælibes vivere.* Et Magdeburgenſes, Cent. 8. c. 4. referunt hæc eius verba in Lucæ, c. 4 *Sacerdotibus, vt ſemper Altari queant aſſiſtere, ſemper continendum, ſemper caſtitas ſervanda eſt.* Et l. 3. de tabernaculo, c. 9. *Nemo poteſt vel ſacerdotium ſuſcipere, vel ad altaris miniſterium conſecrari, niſi aut virgo permanſerit, aut contracta cum vxore matrimonij fœdera diſſoluerit.* Vnde Illyricus in Catalogo, l. [illegible] p. 65. *Beda contra coniugium ſacerdotum diſputabat. Poſt Bedam vero Clericorum coniugium in magnum contemptum apud vulgus adductum fuit.* Poſt Bedam vixit Alcuinus, qui l. de virtutibus, c. 18 ita ſcribit. *Caſtitas omnibus neceſſaria eſt, ſed præcipuè Miniſtris Chriſti Altaris.* Eodem tempore vixit Britwaldus octauus Archiepiſcopus Cantuarienſis, de quo ita Baleus, * Cent. 1. c. 94. *Circa Annum Domini 714. ſub Brithwaldo Archiepiſcopo Londini Synodus erat, pro Latinæ Miſſæ confirmatione, atque abdicandis ſacerdotum vxoribus.* Et Cent. 14. c. 31. ait, quòd S. Boniſacius Anglus, Moguntinus Archiepiſcopus, *cælibatum ſacerdotibus imponebat*, ſeu (vt loquitur Illyricus in Catal. l. 8. *Boniſacius coniugium ſacerdotum damnauit.* Parkerus in vita Brithwaldi, n. 8.) *non ſolùm Clericorum connubia prohibuit, ſed etiam coniugatos, vxores repudiare coegit.* Poſt hunc vixit Ethelwolfus rex circa Annum 850. qui (vt ſcribit Camdenus in ſua Brit. p. 213. al. 259.) *ſacris ordinibus*

S. GREGORIVS

S. ALDELMVS.

BEDA.

ALCVINVS.

BRITHVVALDVS

† Magdeb. Cent. 14. & Simpſon l. 4. Cent. 8. p. 344. Illyricus, Cat. l. 9

S BONIFACIVS

ETHELVVOLFVS.

initiatus, Pontificia authoritate ſolutus eſt. Quorſum autem Pontificia diſpenſatione eguiſſet, ſi tunc temporis vxores prohibitæ non fuiſſent ijs, qui ſacris ordinibus initiati erant. Sequenti ſæculo vixit S. Odo Archiepiſcopus, de quo ita Baleus, Cent. 2. c. 30. *Miniſtrorum Eccleſiæ nuptias* * *hæreticas eſſe iudicandas decernebat.* Et Bromton in Chronico col. 858. *Edmundus rex congregauit magnam Synodum apud Londoniam, cui interfuit Odo & Vvulſtanus Archiepiſcopi & alij plures Epiſcopi.* Cuius Synodi primum ſtatutum eſt iſtud. *Vt ſanctis ordinibus erecti, qui plebem Dei docere debent lumen vitæ, caſtitatem teneant ſecundum ordinem ſuum.* Illi ſucceſſit S. Dunſtanus, de quo ita Parkerus in vita eius, n. 23. *Adepto Cantuarienſi Archiepiſcopatu, omni opera & contentione in abrogando miniſtrorum coniugio laborabat.* Ac Foxus in Actis ſuis, p. 156. *Dunſtanus & ſocij ſuaſerunt Edgaro regi cogere* a *Concilium Cleri, in quo decretum fuit, vt Canonici plurium Eccleſiarum Cathedralium Collegiatarum, Curati, Vicarij, ſacerdotes, Diaconi cum vxoribus & liberis, aut illud vitæ inſtitutum demitterent, aut locum monachis darent.* Et p. 112. *Theodorus Cantuarienſis interfuit Synodo, vbi nuptiæ prohibitæ ſunt ſacerdotibus latinis. Ac p. 1041. Elfricus ſcripſit librum contra nuptias ſacerdotum.* Et Baleus, Cent. 2. c. 38. ait, S. Dunſtanum accepiſſe Diploma à Ioanne Papa XII. *Quo Paſtores Eccleſiarum maiorum, quotquot vxores duxerant, priuaret, deponeret, expelleret, quod & tandem fecit.* Paulò poſt vixit Canutus Rex, cuius hanc legem de ſacerdotibus refert Spelman. in Concilijs, p. 545. *Sanè quidem certo ſciunt, non licere eis veneris cauſa, fæminarum ſocietatem coire.* Et p. 592. *Nulla fæmina cum Presbytero in vna domo habitet.* Proximo ſæculo vixit Lanfrancus, de quo ita b Parkerus in eius vita. *An. 1076. celebratur Concilium apud Vvintoniam, præſidente Lanfranco. Decretumque eſt, vt nullus Canonicus vxorem habeat; Sacerdotum verò in caſtellis, vel in vicis habitantium, habentes vxores, non cogantur, vt dimittant, non habentes interdicantur, vt habeant, & deinceps caueant Epiſcopi, vt ſacerdotes, vel Diaconos, non præſumant ordinare, niſi priùs profiteantur, vt vxores non habeant.* Baleus, Cent. 2. c. 62. Lanfrancus *ſacra Miniſtrorum coniugia damnabat.* Et Fulco nota in Mathæi 8. *Lanfrancus in Synodo Vvintoniæ habita, Decretum fecit contra nuptias ſacerdotum.* Et Foxus in Actis, p. 177. recitat Epiſtolam S, Anſelmi, in qua ita ſcribit. *Quoniam adeo execrabile connubium* (ſacerdotum) *nuper prohibitum fuit in Concilio ſub patre ſuo* (intelligit Gulielmum primum) *à prædicto Archiepiſcopo* c *Lanfranco, iubeo omnes Præsbyteros, qui fæminas habent, priuari Eccleſiis, & Eccleſiaſticis beneficijs ſuis.* Præterea, inter Canones d Egberti Archiepiſcopi Eboracenſis, qui floruit tempore Bedæ, apud Spelman. in Concilijs, p. 260. eſt iſte 609. *Vt nullus ſacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem, nec in ſua domo, in qua ipſe habitat, vllam mulierem vnquam permittat habitare.* Et p. 276. *Si quis Clericus ſolus cum ſola, abſque teſtibus duobus aut tribus, loqui præſumpſerit* (*quod antiqua Canonum ſtatuta prohibent*) *acerrimè corripiatur.* P. item 465. recitat hunc Canonem latum ſub Edgaro rege. *Si Miſſalis ſacerdos, ſiue monachus, vel Diaconus, legitimam vxorem habuit, priuſquam ordinem induerat, & relicta ea, ſacros ordines ingrediatur, poſteà tamen libidine pruriens, eam denuo clam ſuſceperit, ieiunet eorum quilibet, tanquam pro homicidio.* Idem Spelman. An. 944. refert legem Edmundi Regis. *Qui ſacris ſunt initiati, caſtè* (*vt eorum fert ordinis ratio*) *ſiue viri, ſiue mulieres ſint, vitam traducunto.* Idemque habet, p. 425. & p. 479. An. 947. *Authoritate Ioannis Papæ, Dunſtanus coacto Concilio Generali ſtatuit & decreto firmauit, vt Canonici omnes, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, caſte viuerent, aut Eccleſias, quas tenuerint, dimitterent.* Et p. 478. *Illud præſtitiſſe dicitur* (Edgarus) *vt accenſi præſules, regiaque armati authoritate, Præsbyteros ſeculares cum vxoribus & liberis ecumque eiecerint.* p. 514. ſub An. Domini 1009. recitat legem Ethelredi Regis latam in Concilio generali Enhamenſe, *omnes miniſtros Dei, præſertim ſacerdotes, obſecramus, & docemus, vt Deo obedientes, caſtitatem colant. Certiùs enim norint, quod non habeant debitè, ob aliquam coitus cauſam, vxoris conſortium.* Et p. 526. *Sacerdotes ſiue Presbyteros ſummopere obſecramus, vt caſte, & continenter Domino iugiter ſeruientes, à connubijs ſe fœmineis abſtineant. — Quodſi hæc obſeruare noluerint, omni honore penitus priuentur.* Et An. 1032. p. 543. habet hanc legem Canuti Regis. *Dei Miniſtros omnes, præſertim* c *ſacerdotes, precamur, atque edocemus, vti Deo pareant, caſtimoniam charam*

Marginal notes:

ODO.

* Illyricus l. 9. Catal.

S. DVNSTANVS.

a Baron. An. 970. Camden. ipſo, aut habitum An. 977.

S. THEODORVS.

ELFRICVS.

CANVTVS REX.

LANFRANCVS.

b Fox p. 1062.

c Vide Ordericum l. 5.

EGBERTVS.

d Ordinatus An. 737.

EDGARVS R.

EDMVNDVS R.

ETHELREDVS R.

CANVTVS R.

e Harpsf. ſæ. 11. c. 2.

charam habeant, iram vt vitent diuinam, atque torrentes inferorum flammas effugiant. Sanè quidem certè ſciunt, non licere eis, veneris cauſa, fœminarum ſocietatem coire. Sub ELFRICVS.
An. 1052. p. 573. habet hunc Canonem Elfrici. *Decreuerunt iam tum omnes vnanimi cogitatione, vt neque Epiſcopus, neque ſacerdos Miſſalis, neque Diaconus, neque qui verè eſt Canonicus, in domo ſua habeat aliquam mulierem, niſi matrem, vel ſororem ſuam, amitam, vel materteram ſuam, & qui aliter fecerit, ordine & gradu ſuo priuetur.* Et p. 592. habet inter capitula incertæ editionis iſtud. *Nulla fœmina, cum Presbytero in vna domo habitet; quamuis enim Canones matrem & ſororem, & huiuſmodi perſonas, in quibus nulla ſit ſuſpicio, cum illo habitare concedant, hoc nos modis omnibus amputamus, quia in obſequio, ſiue occaſione illarum, veniunt aliæ fœminæ, quæ non ſunt ei affinitate coniunctæ, & eum ad peccandum alliciunt.* Gregorius ſeptimus, l. 9. Epiſt. 5. ait de GVLIELMVS I. REX.
Gulielmo primo, *Presbyteros vxores, Laïcos decimas, quas retinebant, etiam iuramento dimittere compulit.* Angelocrator Chron. An. 750. *Synodus Londinenſis, Miniſtris matrimonia interdicit.* Camdenus etiam ipſe in ſua Britan. p. 211. ſcribit, quòd *Calnæ, cum inter monachos & ſacerdotes, de ſacerdotum cælibatu tumultuaretur, frequens coacta eſt Synodus anno noſtræ ſalutis 977. Sed ecce in media diſceptatione, Conciliabulum, in quo ordines conſidebant, contabulatione diſſoluta, & trabibus diruptis, ſubitò decidit, vnaque præſules, proceres, nobiles, corruerunt, ruina attriti plurimi, plures interempti, ſolus Dunſtanus, qui Synodo præſedit, & à monachis ſtetit, illæſus euaſit. Quod miraculum (ſic enim habuit ætas illa) monaſticum inſtitutum confirmaſſe creditur.* Ex quibus omnibus liquido conſtat ſemper ab initio Conuerſionis Angliæ, prohibitas ibi fuiſſe vxores ſacerdotibus. Et benè notat Picardus in Epiſt. 62. Anſelmi, quod Fulco Epiſcopus Rhemenſis, in Epiſtola ad Alfredum Regem, dicat, quòd *mos ſacerdotum in Anglia ducendi vxores, ortus ſit ex Ethnicorum Danorum turbido fonte.* Cùm enim omnia Danorum Ethnicorum bellis & incendijs inuoluerentur, veriſimile eſt diſciplinam Eccleſiaſticam magna ex parte corruiſſe. *Vnde vxores ſacerdotum in Anglia.*
Imò in Concilio Ænhamenſe ſub Ethelredo ſecundo dicitur, quòd *quidam* (ſacerdotes) *duas, quidam plures habeant vxores, & nonnullus, quamuis eam dimiſerit, quam nuper habuit, aliam tamen, ipſa viuente, accipit.* Iam ergo ad authoritatem Huntingtoni reſpondeo, quod illa hac in re minor eſt, eo quod ipſemet fuerit filius ſacerdotis, prout profitetur in eodem libro. Deinde non dicit, quod vxores ſacerdotum vnquam erant approbatæ, nec quod vxores nunquam fuerint prohibitæ ſacerdotibus in Anglia (prout eum intelligunt Proteſtantes) ſed quod ante Anſelmum, non erant prohibitæ, nempè quia Lanfrancus tolerauerat vxores ſacerdotum Parochialium, quas pridem duxerant. Vnde Godwin. in vita Anſelmi, n. 34. cautè ait. *Clericorum coniugia, ad id vſque temporis in Eccleſia Anglicana paſſim vſurpata, magna vi prohibuit.* Non ait Clericorum coniugia fuiſſe prius licita, aut approbata, aut etiam permiſſa, ſed tantùm, *paſſim vſurpata* iurene, an iniuria, non definit. Et ſimili modo, in Epiſcopis Londin. n. 38. ait, *vſque ad Anſelmi tempora, Clericorum pleroſque, vxores habuiſſe, dubitandum non eſt.* Falſo autem dicit Camden. in ſua Britan. p. 192 quod Monaſterium Wintonienſe, *poſitum erat Presbyteris coniugatis*, aut quod *ſtatim à fundatione, in Vvigornienſi, & reliquis Angliæ cænobijs, collocati erant Præsbyteri coniugati.* Dicit quidem *Harpsf. ſæc.*
Malmesburienſis, l. 4. Pontif. p. 246. quod in Monaſterio Wintoniæ, poſiti *9. c. 10.*
erant Canonici, idemque dicit Polidorus, l. 5. At neuter, neque vllus author antiquus dicit, quod tunc erant coniugati, quando ibi primò ponebantur. Adde, quòd Alfredus rex qui Wintoniæ Monaſterium inchoauit, *excidit concubinatum Clericorum*, vt patet ex citata Epiſtola Fulconis ad ipſum. Et Chronicon Winton. apud Spelman. p. 49. ait. *Canonici, rege Ethelredo permittente Athulfi filio, monachis per Danos interfectis, Eccleſiam* (Hidenſem) *vſurpantes, intrabant.* Hidenſe autem Monaſterium, illud erat, quod Alfredus rex fundauit, vti agnoſcit Camdenus in ſua Britan. p. 232. Non ergo poſitum erat Presbyteris coniugatis, & multo minus collocati erant Presbyteri coniugati in reliquis Angliæ cænobijs ab ipſa eorum fundatione, vt ex ipſis literis fundationis eorum manifeſtiſſime liquet, quæ ab Ingulfo, Malmesburienſe, & alijs referuntur.

eſt. Poſteà tamen ait eum fuiſſe diſciplinæ Mertonenſis Cænobij, quod erat Canonicorum regularium. Malmesburienſis, l. cit. ait, quòd *monachi trepidabunt eum ſuſcipere, quod eſſet Clericus.* Parkerus in eius vita, n. 36. agnoſcit, quòd *S. Oſitha de* a *Chiche fuit Prior, quod Legatina authoritatis à Calixto Papa munus accepit, peractoque ſacrationis ritu, Romam profectus eſt, vt Pallio donaretur.* Quod Synodum habuit, *in qua iterum nuptiæ Clericis interdictæ*: quòd, *Eccleſiam Cantuarienſem* b *combuſtam iterum extruxit, & ſplendido ac magnifico apparatu dedicauit, rege, regina, ac Dauide Scotorum rege, & vtriuſque regni proceribus præſentibus.* Quæ omnia etiam habet Godwinus in vita eiuſdem, n. 36. qui addit, quòd *in Miſſa, Stephani Regis capiti coronam impoſuit.* Quæ omnia Catholicam eius religionem clariſſimè patefaciunt.

a Vide Picardum in notis ad Neubrig. l. 1. c. 3.
b Somner p. 159.

CAPVT QVINTVM.

THEOBALDVS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-ſeptimus.

1. GVlielmus ſucceſſorem habuit Theobaldum, Anno ſalutis 1138. *vir* (inquit Polidorus, l. 13.) *multo præſtantiſſimus, doctrina & vita ſanctitate clarus.* Et Harpesfeild. ſæc. 12. c. 15. *Commendatur Theobaldus pietate & doctrina. Initiatus eſt Cantuariæ ab Alberico Legato Innocentij, & cum eodem Romam profectus, Pallioque & legatione perpetua honoratus, in Angliam rediyt, quod poſteà munus ad ſucceſſores, ita transfuſum eſt, vt ab eo tempore,* * *Legati Nati dicantur. Rhemis etiam, maximis à Pontifice Eugenio honoribus & plauſibus exceptus eſt.* Et c. 16. addit, quòd Theobaldus, *vir pius ſtatas & maiorum ſuorum eleemoſinas duplicabat.* S. Antoninus tit. 17. c. 1. *Theobaldus vir per omnia laudabilis.* Geruaſius, An. 1161. ſcribit quod eius *corpus poſt decem & nouem annos ſepulturæ ſuæ, integrum & rigidum inuentum eſt, oſſibus & neruis, cute & carne, ſed extenuata, inuentum eſt.*

Sub Stephano rege. Geruaſius An. 1159.
† Magdeb. Cent. 12. c. 10.

2. Parkerus in eius vita, n. 37. ſcribit, quòd *Ex monacho Benedictino, Abbas Beccenſis fuit, ab Alberico, Legato Pontificis, conſecratus, Romæ ab Innocentio ſecundo Pallium accepit, à quo etiam titulo Legati Nati donatus eſt, qui ſedi, & ſucceſſioni ſuæ attributus, ab omnibus Cantuarienſibus Archiepiſcopis, inde vſque retinetur. Purum eruditus, ſed moribus commodis, ingenioque miti ac manſueto fuiſſe perhibetur, vt tam regibus, quàm proceribus populoque gratioſus fuerit. Tantum valuit in Anglia authoritas eius atque gratia, vt Stephanum regem, & Henricum Mathildæ Auguſtæ filium, pro iure regni morte dimicaturos, ſua opera & diligentia conciliauerit. Quo & bellum atrox, & inteſtinum auertit, & patriæ tranquillitatem incolumitatemque peperit. Teſtamentum condidit, in quo ſingula, quæ ſuperfuerant illi bona, pauperibus, & in pios vſus contulit.* Quæ omnia repetit Godwinus in vita eiuſdem, n. 37. Itemque Weuerus in monumentis, p. 217. vbi etiam refert eius Epitaphium, in quo dicitur fuiſſe, *Affabilis, veridicus, prudens, in omnes liberalis, & in pauperes munificus.* Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. *Doctos, ipſe haud vulgariter eruditus, in magno honore habuit, plurimumque dilexit, & in his Thomam Beckettum propter optimi ingenij indolem.*

Laudatur à Proteſtant.

3. Romano Catholica eius religio ex prædictis manifeſta eſt, ſed adhuc magis ex his verbis eius, apud Ioannem Sariſburienſem Epiſt. 103. *Pro Romana Eccleſia, ſi neceſſe eſt, paratus ſum in carcerem, & in mortem ire. Me iam tertiò, pro mandatis Apoſtolicis, periculis, minis, & morti expoſui.* Et Epiſt. 103. *Ex quo ſum promotus in Epiſcopum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtudijs, totis viribus inſeruiui.* Epiſt. 36. *Interdum cum ſalutis vitæ diſcrimine, ſummi Pontificis amplexi ſumus obedientiam.* Et Epiſt. 64. vocat *S. Petrum, Paſtorem omnium, principem Apoſtolorum.* Et Epiſt. 83. ait, *Romanum Pontificem, vt rector clauo nauem, ſuo regimine ac moderamine, Eccleſiam regere vniuerſam,* Eugenius P. III. in Epiſtola ad ipſum apud Thornum, p. 1809. ait. *Quod perſonam eius ſpeciali affectione diligit.*

CAPVT SEXTVM.

S. THOMAS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-octauus.

Sub Henrico ſecundo rege. Geruaſius An. 1154. Polidor. l. 13. Vir ſumma integritate atque prudentia. *Sander. de Sciſm fol. 92. a b.* Infinitis miraculis illuſtratum. *a Magdeb. Cent. 12. c. 10.*

1. IN Theobaldi locum ſubrogatus eſt S. Thomas, An. 1161. cuius vita ſanctitate & miraculis inclyta, ſcripta eſt à quatuor viris grauiſſimis Epiſcopi æqualibus. Solùm addam aliqua, quæ ab alijs viris Catholicis referuntur, & quædam, quæ Proteſtantes agnoſcunt. Neubrigenſis, l. 2. c. 16. ait, quòd *erat acris ingenij, & competentis eloquij, vultu & moribus elegans, efficacia quoque rerum gerendarum, nulli ſecundus.* Ioannes Sarisburienſis Epiſt. 159. quòd *Rex Francorum, eum magis venerabatur, quàm fratrem.* Et Epiſt. 280. quòd *plebs Angliæ recepto Paſtore* (S. Thoma) *gauiſa eſt, ac ſi de cælo Chriſtus ipſe inter homines deſcenderet.* Geraldus Cambrenſis in deſcriptione Hiberniæ, l. 1. c. 20. ſcribit, quod vſus ſit, [a] *Cilicio duplici, corporali & femorali, lectione & oratione continua.* Ibique agit de miraculis ipſius. Houcdenus, An. 1170. *Huius* (S. Thomæ) *vita irreprehenſibilis erat coram Deo & hominibus. Miſſam deuotè celebrauit, & ſingulis diebus ac noctibus ternas, vel quinquenas accepit, de manu ſacerdotis, diſciplinas. Poſt celebrationem Miſſæ, quotidie reintrauit Oratorium ſuum, & clauſo oſtio poſt ſe, vacabat orationi. Quamuis pretioſi cibi ei apponerentur, tamen erant ei in cibo & potu, panis & aqua. Iacebat in nuda area ante lectum ſuum in Hymnis & Pſalmis, & nunquam ab oratione ceſſabat, donec labore victus, paululum reclinaret caput ſuum ſuppoſito lapide. Veſtis eius interior erat cilicina, ex pilis caprarum aqua totum corpus eius tegebatur à cubitis vſque ad poplites.* Prædictus Sarisburienſis Epiſt. 286. *Carnem ſuam in orationibus, vigilijs, ieiunijs, & aſperioris Cilicij vſu, crucifixerat.* Robertus Montenſis, An. 1172. S. Thomam vocat, *Florem orbis.* Baronius, An. 1170. *Inuictiſſimum confeſſorem.* Martyrologium Romanum 29. Decembris. *Cantuariæ in Anglia, S. Thomæ Epiſcopi, & Martyris, qui ob defenſionem iuſtitiæ, & Eccleſiaſticæ immunitatis, impiorum hominum factione, in Baſilica ſua, gladio percuſſus, migrauit ad Chriſtum.* Geruaſius, An. 1162. ſcribit, quòd *inſtituit feſtiuitatem principalem S. Trinitatis ſingulis annis in perpetuum, die octaua Pentecoſtes celebrandam.*

Inſtituit feſtum S. Trinitatis.

Sander. de Schiſm p. 92. Godwin. in Annal. An. 12. & 30. Vveuer. p. 202. Spedus in deſcript. Cantij. Morton. in Proteſtat. l 2. c. 12. ſec. 12. Camden. Brit. p. 238 295. Spedus in Henr. 8. Saxa cauata. Vide Sanderum, l. 1. de Sciſm. Ang. Stoum An. 1538. b Stous in deſcript. Londini, p. 106. Vveuerus, p. 199.

2. Quanti olim maiores noſtri Catholici hunc inclitum Martyrem fecerint, liquet, quia (vt ſcribit Polidorus, l. 13.) *illi poſteritas Mauſoleum poſuit, quod hodie eſt princeps Angliæ ſpectaculum, vbi omnis generis donariorum meſſes in dies ſingulos creſcit.* Eraſmus, qui illud vidit, ita deſcribit in Colloquijs. *Viliſſima pars aurum erat, gemmis raris & prægrandibus nitebant, fulgurabant omnia, quædam ſuperabant oui anſerini magnitudinem, templum vniuerſum pluſquam regijs opibus vndique luxuriauit.* Et de Eccleſia ipſa. *Diceres Midam & Crœſum fuiſſe mendicos ſi ſpectares vim auri atque argenti. Ac de ſacrario: Deus bone quæ illic pompa veſtium holoſericarum, quæ vis candelabrorum aureorum.* Idem refert Somner. in deſcript. Cantuariæ, p. 247. ac p. 249. ex antiquo M S. aliquoties confluxiſſe ad eius feſtum, *centum hominum millia.* Et Caſabonus Exercit. 16. n. 63. *Hodie, ante celeberrima quædam altaria, impreſſa veſtigia orantium, & ſixa vſucauata, obſeruauimus; nuſquam verò magis inſigniter, quàm in primaria Cantuarienſi Eccleſia, vbi olim* —— (Corpus) *Thomæ Becketti, qui ſuperioribus, multò ſtudioſius ibi ſolitus coli.* Et Anonymus ſeu Godwinus in vita Henrici octaui. *Iam inde ab eo tempore ad noſtram ferè ætatem, confluebant eo certatim cum ampliſſimis donarijs, ſummi, infimi, ex omni hominum genere per vniuerſam Europam.* Parkerus in vita Balduini, n. 40. *Thomæ Martyrium, per totum orbem Chriſtianum à Pontificijs ſcriptoribus diffuſum, tam illuſtre habebatur, vt qui eius nomini aliquid conſecraſſent, aut condidiſſent, ſanctis ipſis pares, atque ſimiles viderentur.* Idem Parkerus, in vita S. Thomæ, n. 38 poſtquam dixiſſet ſe, *veritate diligenter indagata, ea in lucem prolaturum, quæ certiſſimæ fidei eſſe poſſint,* ait; quòd [b] *puer à Priore b Mertonenſis Cœnobij primis literis imbutus, cum ſedulus, & docilis ætateque prouectior fuit, ad Academiam*

Pariſienſem

Pariſienſem miſſus eſt. Ab Archiepiſcopo Theobaldo, ob ingenium & doctrinam, vnicè dilectus, in Italiam miſſus eſt, vt ius ciuile perdiſceret, qui Thomam in Conſilijs fidum, diligentem, & cautum, in dubijs prouidum, & intrepidum, in aduerſis fortem & magnanimum comperit. Totius Cantuarienſis prouinciæ clerus, Thomam Archiepiſcopum Cantuarienſem, nemine, præterquam Londinenſi Epiſcopo, contradicente, ſumma conſpiratione & conſenſu elegit. Et (vt ſcribit Triuetus) poſt ſuſceptum Paſtoris officium, ſupra humanam æſtimationem factus eſt Deo deuotus. Conſecratus enim, cilicium clam induit femoralibus. Stupenda edita miracula ab Anglicis, Latiniſque ſcriptoribus, eius laudes celebrantibus, commemorantur, & Hymnus in eius laudem à S. Thoma Aquinate compoſitus, quotidie canebatur. Eadem habet Godvvinus in vita eiuſdem; quietiam cædem eius vocat *Parricidium*. Martinus in vita Henrici ſecundi, aſſerit eum fuiſſe, *impiè occiſum à quatuor ſceleratis maleficis.* Pouellus in Itin. Cambriæ, l. 2. c. 14 *Non iuſte trucidatus.* Sic etiam Spedus, l. 9. c. 6. Et ibid. c. 10. vocat eum *ſanctum*. Prout etiam Camden. in ſua Britan. p. 245. & in Hibernia, p. 743. 764. Parkerus in vita Balduini Archiep. n. 40. Godvin. in Archiep. Cant. n. 40. & 58. atque in Epiſc. Vinton. n. 40. Angliè, *ſanctum Thomam martyrem.* Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. vocant eius occiſores, *Sicarios.* Somner. in deſcriptione Cantuariæ, p. 110. vocat eum *ſanctum*. Item p. 174. eiuſque occiſores, p. 178. appellat, *Aſſaſinos.* Ac demum, p. 245. aſſerit eum per *ſummam barbariem occiſum*. Reuſnerus, in Genealogia regum Angliæ, ait de Henrico ſecundo. *Omnem ſuam gloriam imprimis fœdauit ſanguine Thomæ Cantuar.* Et in Henrico octauo vocat eum martyrem. Tvvinus, l. 2. de Antiq. Oxonienſ. ſec 147. & 281. vocat [c] *ſanctum*, eumque numerat inter decora illius Academiæ. Foxus in Actis, p. 186. ſcribit, quod *minæ & adulationes perinde erant apud ipſum; memoria pollens, dubitone plenus, vita caſta & auſtera.* Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. *Nec ſolummodo vigilijs & inedia excarnificauit, verùm & cilicio indutus, dorſum ſuum familiari ſuo grauiter flagellandum præbuit. Pauperes quotidie, tredecim ad minus, ſummo mane habebat, quibus primum pedes deoſculatus eſt, poſteà etiam lauit, & deterſit; quaternos diſtribuens in ſingulos argenteos. Maximam diebus ſingulis, præter illos, mendicantium turbam aluit.*

Laudatur à Proteſtant.

Totus clerus Cant. elegit S. Thomam

S. Thomas Aquinas, compoſuit hymnum in eius laudem.

Voſtmr. p. 201. Immaniſſime trucidarunt.

[c] *Item Foxus in mon. p. 217. 283. Camden in Ir hist. p. 140. & in hiſtor. An. 1183.*

3. Catholicam huius ſanctiſſimi viri religionem agnoſcunt Proteſtantes. Nam Parkerus in vita Ioannis Kempi, n. 63 ait eum fuiſſe, *Martyrio Papali candidatum.* Whitaker. Reſponſ. ad Demonſtrat. 34. Sanderi. *Thomas Cantuarienſis, pro cauſa Pontificia ſanguinem profudit.* Baleus, Cent. 2. c. 100. *Aſſiduus ei labor, ac ſtudium fuit, maieſtatem principis minuere, & Antichriſto* (Papam intelligit) *ſubycere, in Papiſticorum deorum numerum relatus.*

4. Hunc ſanctiſſimum virum, tum ſæculares, tum regulares complures ſuum eſſe aſſerunt. Nam Parkerus in Archiepiſcopis, n 35. & 40. Godvvinus ibid. n. 40. & Foxus in Actis ſuis, p. 216. aiunt, quod fuit Clericus ſæcularis. Quibus fauere videtur, quod Baldvvinus eius ſucceſſor, etſi monachus Ciſtercienſis inſtiturus Eccleſiam in honorem S. Thomæ, voluerit in ea ponere Clericos [d] ſæculares, tum etiam, quia non apparet cui quis manens Epiſcopus, obedientiam regularem voueret, cum tamen obedientia, præcipua ſit in vita regulari. Nihilominus [e] tres ordines regulares ſuum eſſe contendunt, nempe Canonici regulares, Ciſtercienſes, & Benedictini. Ex quibus ius Canonicorum regularium mihi probabilius videtur. Primò, quia Magiſter Edvardus eius domeſticus & ſacellanus diſerte aſſerit in eius vita apud Surium, quod amplexus eſt *habitum & inſtitutum eorum, quos vocant Canonicos regulares.* Quæ verba clariora ſunt, quàm vt poſſent vel apparenter intelligi de monachis Benedictinis, aut Ciſtertienſibus. Nam licet monachi Benedictini egerint Canonicos in Eccleſia Cantuar. ac elegerint Archiepiſcopos, tamen nec illi, nec Ciſtertienſes, erant ij, *quos vocant Canonicos regulares*, ſed tum à ſeipſis, tum ab alijs omnibus, vocabantur monachi. E contrario verò, Canonici regulares ſæpiſſimè vocantur monachi, ac proinde non obſtat eis, quod S. Thomas dicatur *induiſſe monachum.* Nullus autem authorum illius æui, qui ſcripſerunt vitam S. Thomæ (quod ſciam) aſſerit vt rem notam quod S. Thomas *amplexus eſt inſtitutum*, vel Benedictinorum, vel Ciſtertienſium, licet aliqui eorum fuerint monachi, ac dicant,

[d] *Houeden An. 1201 Girrald. An. 1186.*

[e] *Pennottus Anrques An. 1264. Morbus in Troph*

S. Thomas Canonicus regularis.

Pennottus l. 1. de Cler. reg. c. 38 & l. 2. c. 29.

quod geſtauerit habitum monachi, atque inde inferant eum fuiſſe monachum. Secundò, quia & familiarius & confidentius egit cum Canonicis regularibus, quàm cum vllis alijs regularibus. Nam (vt tradit Houeden, An. 1164. p. 494.) in initio ſuæ perſecutionis, poſt celebrationem Miſſæ, *impoſita collo ſuo ſtola, induit cappam nigram* f *Canonicalem, & profectus eſt ſtatim ad curiam*. Et à curia (vt idem ait) *feſtinanter venit ad domum Canonicorum* (Northamptonæ) *vbi ipſe hoſpitatus fuerat, & cenauit in Refectorio Canonicorum*. Et (vt refert Harpesfeild. ſæc. 12. c. 16. *Duce* g *Gilbertino* (Canonico regulari) *fugit ex Anglia*, ac vt ait Herebertus, in itinere hoſpitabatur in eorum domibus. Atque (vt idem Harpesfeld. habet, ſæc. 12. c. 37. Itemque Capgrauius in vita S. Gilberti) ipſe S. Gilbertus eiuſque Canonici regulares, in quæſtionem vocati ſunt ob fauorem exhibitum S. Thomæ, quod de alijs monachis non legitur. Addit præfatus Honeden, An. 1170. p. 520. quòd, *nullus hominum erat ſecreta vita ſuæ conſcius, præter duos tantum, quorum vnus erat Robertus Canonicus de Merton Capellanus eius*. Accedit, quod S. Thomas educatus fuerit in Cœnobio Mertonenſi, quod erat Canonicorum regularium, & antequam eſſet Epiſcopus, fuerat Prior Bridlingtonæ, qui etiam Conuentus erat Canonicorum regularium. Quodque etiam ſoror eius Agnes, fundauit Londini Conuentum Canonicorum h regularium in ipſis ædibus, in quibus S. Thomas natus eſt. Et (vt refert Camden in ſua Britan. p. 250.) cum Rex Richardus primus inſtituit ordinem i equitum in honorem S. Thomæ, iuſſit eos obſeruare ordinem Canonicorum regularium. Demum, Pius V. in Bulla data 18. Decembris, An. 1570. concedit Canonicis regularibus, vt faciant officium S. Thomæ, velut ſancti ex ipſorum ordine. His omnibus accedit, quòd Benedictini non nitantur vllius fide digni tunc temporis authoris teſtimonio, ſed duntaxat argumento, eo quòd *ſub veſtimentis exterioribus, in habitu monachali inuentus eſt in morte*, vt liquet ex Geruaſio ipſo in Anno 1170. cum tamen habitus ſolus non faciat monachum, idque ipſi Benedictini fatentur, cum certum ſit, quod S. Thomas tulerit habitum Ciſtertienſem, quem tamen pernegant fuiſſe vnquam Ciſtertienſem monachum. Certè, vt alia omnia omittam, expreſſum teſtimonium prædictum Edvardi domeſtici ſui, itemque habitus Canonici regularis, clariùs probant eum fuiſſe Canonicum regularem, quàm ſolus habitus, vel Benedictinorum, vel Ciſtertienſium, probat eum fuiſſe aut Benedictinum, aut Ciſtertienſem.

f Geruaſ. col. 1392.

g Herebertus.

Vide Ioan. Sarisbur. Epiſt. 191. & Geruaſ. An. 1170.

h Spedus in Catal. adiū relig.

i Vide de eis Menenium de ordin. militaré.

Res facti probanda potius teſtimoniis, quā argumentis

CAPVT SEPTIMVM.

RICHARDVS ARCHIEPISCOPVS TRIGESIMVS-nonus.

1. SVcceſſit S. Thomæ Richardus, An. ſalutis 1173. qui vitam cum morte commutauit, An. 1183. aut ſequenti. De eo ſcribunt monachi Cantuarienſes apud Ioannem Salisburienſem Epiſt. 299. quòd ſit, *morum honeſtate & literarum eruditione conſpicuus, modeſtus in verbo, prouidens in conſilijs, diſcretus in opere*. Et Ioannes ipſe Epiſt. 302. ait, quòd *Richardo, diuina præeunte gratia, literarum eruditio ad doctrinam ſuffragabitur, vita proficiet ad exemplum, elegantia morum promerebitur gratiam cohabitantium, facundia, verbum Dei ſalubriter diſpenſabit*. Harpesfeildus, ſæc. 12. c. 18. refert, quòd *magnum ſui, pauperibus, quibus liberaliter perpetua eleemoſina proſpexit, deſiderium reliquit*. Pariſius in vita Simonis Abbatis, ait quòd fuerat, *Capellanus S. Thomæ*.

Sub Henrico ſecundo rege. Vide Marquet An. 1173. c. 1. & 1184. Lit.

2. Ex Proteſtantibus, Baleus Cent. 3. c. 2. inquit, quod erat *vir pius, & monachorum Dorouernenſium Cœnobiarcha, & Anagniæ ab Alexandro tertio confirmationem, ac Pontificalia ſuſcepit*. Et quod Nicolaus Triuet prodit, virum hunc *fuiſſe magnæ religionis, & in exteriorum adminiſtratione induſtrium*. Magdeburgenſes Cent. 12. c. 10. ſcribunt, quòd fuit *mediocriter literatus, ſed vita inculpatæ*. Parkerus in

Laudatur à Proteſtant.

eius vita, n. 39. *erat facilis, atque ſimplici ingenio, multis benignus ac munificus, liberalis, affabilis, prudenſque fuiſſe dicitur, obſequio tam in Papam, quàm in Regem proclinis; quodque ab Alexandro tertio Anagniæ his verbis inſtituebatur: tibi (Richarde) tuiſque ſucceſſoribus Cantuarienſis Eccleſiæ Primatum, ita plenè concedimus, ſicut à Lanfranco & Anſelmo, aliiſque eorum prædeceſſoribus quondam Cantuarienſibus Archiepiſcopis fuiſſe poſſeſſum conſtat.* Et paulò poſt: *Archiepiſcopus, Primas, & Romanæ ſedis Legatus, cum Rollo in Angliam redijt.* Eadem habet Godwinus in vita eiuſdem, n. 39. qui etiam addit, quod erat, *inſignis vir * prudentia, egregiè liberalis, benignus, comis, & affabilis; quibus artibus effecit, vt & Regem, & Pontificem ſemper habuerit propitios.* Ex quorum confeſſionibus Romano Catholica huius Archiepiſcopi religio teſtatiſſima eſt, quæ tamen adhuc magis eluceſcit ex literis & factis eiuſdem. Nam apud Petrum Bleſenſem, Epiſt. 68. ita profitetur. *Sicut eminentiam Apoſtolicæ ſedis, Magiſtram omnium Eccleſiarum profitemur; ſic ab ipſa conſilia in ambiguis, in anguſtijs ſolatia, reſponſa in iudicijs, expectamus.* Ibidem. *Romanus Pontifex Eccleſias orbis poſſidet vniuerſas.* Et Synodum celebrauit, in qua (teſte Houedeno, An. 1175.) inquit, *Inhærentes Orthodoxorum Patrum regulis, ſtatuimus: Qui in Subdiaconatu, vel ſupra, ad matrimonia conuolauerint, mulieres etiam inuitas, & renitentes relinquant.* Item, *Inhibemus, ne quis, quaſi ex complemento communionis, intinctam alicui Euchariſtiam tradat.* Quod planè indicat, communionem ſub vnica ſpecie fuiſſe tunc temporis vſitatam. Quorſum enim quiſquam intinctam Calici Euchariſtiam tradidiſſet, quaſi pro complemento communionis, ſi omnibus calix ipſe traditus fuiſſet.

Baron. An. 1174.

* Vvenir p. 218.

Communio ſub vna ſpecie.

CAPVT OCTAVVM.

BALDVINVS ARCHIEPISCOPVS QVADRAGESIMVS.

1. Richardi ſedem aſcendit Balduinus, Anno Redemptionis 1184. & è vita abijt 1196. Hunc Polidorus, l. 14. primum ponit, inter viros ea tempeſtate *ingenio & pietate claros.* Harpesfeildus, ſæc. 12. c. 18. ſcribit, quòd *cum felici vigeret ingenio, egregiè in literis profecit, euaſitque poſtea in virum, tam in alijs diſciplinis, quàm in Theologia inſigniter doctum, doctrinæque magnitudinem, rerum gerendarum prudentia, & ſingulari eloquentia cumulauit; quodque ad terram ſanctam profectus, quingentos illic milites ſuis ſtipendijs aluiſſe traditur,* & quod in obſidione Ptolemaidis mortuus, *quicquid habuit pecuniæ, id totum ad vſus ſacræ militiæ diſtribuit.* Et demum, quòd *doctiſſimos libros conſcripſit, de corpore & ſanguine Domini, de Sacramentis Eccleſiæ; de orthodoxis dogmatibus, de ſectis hæreticorum.* Bromton, An. 1184. *De eo fertur, quod à primo die quo factus eſt monachus Ciſtercienſis, vſque ad obitum ſuum nunquam carnes comedit.* Ioannes Montenſis, An. 1181. *Magnæ religionis & literaturæ homo.* Giraldus apud Vſſerium in Epiſtolis Hiber. p. 117. vocat eum, *ſanctum & literatiſſimum Archipræſulem.* Et in itinerario Cambriæ, l. 1. c. 11. teſtatur, *cæcum eius meritis curatum.* Et l. 2. c. 2. multa miracula facta fuiſſe *in loco, vbi prædicabat,* quam Giraldi hiſtoriam perſtringit Harpesfeild. ſæc. 12. c. vltimo.

Sub Richardo. 1. Rege. P.iſeus de ſcript. n. 170.

Knight l. 2. c. 12. Henriques in menolog. 16 Octob. Marques An. 1115. c 9 1184.

2. Ex Proteſtantibus, Baleus Cent. 3. c. 27. hoc de eo teſtimonium perhibet. *Vir, ore facundus, exactus Philoſophus, & ad omne ſtudiorum genus per illos dies aptiſſimus inueniebatur, eruditione, ac ſapientia in omni negotio celebris, Fuit præterea Ciſtercienſis monachus, & Abbas Fordenſis Cœnobij, ac demum Cantuarienſis Archiepiſcopus, cui muneri Balduinus ſolicitè inuigilans, egregium ſe Paſtorem exhibuit.* Magdeburgenſes, Cent. 12. c. 10. *Balduinus, facundus & in Philoſophia benè doctus, muneri diligenter præfuit, verbum Dei vbique locorum ſeminans; nunquam, ab eo tempore quo factus eſt monachus, carnes comediſſe dicitur.* Parkerus in eius vita, n. 40. *Balduinus literis conſtitutus, eos fecit progreſſus, vt ipſe ſcholam aperuerit, publiceque doceret. Inde in clericali ordine conſtitutus, moribus vitaque tam conſpicuus, vt populi lucerna diceretur. Certum eſt quorumcunque ſcriptorum teſtimonio, eum pium, doctum, prudentem & modera-*

Laudatur à Proteſtant.

eum fuiſſe, quem Giraldus deſcribit moribus iſtis. Modeſtus, ac ſobrius, abſtinentiæ magnæ, vt vix vnquam in ipſum quicquam ſiniſtrum auſa fuit fama præſumere, ſermone parcus, ad iram tardus, literarum ſtudiis à pueritia imbutus, iugum Domini ab adoleſcentia portans. — In obſidione Aconenſi milites verbo vitæ, caritate, & ſumptibus ſuis conſolatus, ibique obiit. Eumque vocat, *optimum hominem, & virum bonum.* Additque quod *in ſingulis Cathedralibus Vualliæ Eccleſiis, ſolennes Miſſas, Pontificalibus indutus ornamentis, celebrauit.* Godwin. in eius vita, n. 40. *Propter mores probatiſſimos & inſignem vitæ ſanctimoniam Archidiaconus factus eſt. Noſtrorum partes ibi* (in obſidione Aconenſi) *iuuit magnopere, concionando, conſulendo, pecuniam egenis erogando, & morum ſanctiſſimorum exemplo.* Foxus in Actis ſuis, p. 208. *De hoc Balduino refertur, quod nunquam in vita ſua carnes comederit.*

3\. Eius Romano Catholica religio certiſſima eſt, tum ex iis, quæ retulimus, tum ex ipſiusmet profeſſione apud Bleſenſem Epiſt. 100. ad Pontificem ſcripta. *Quod ſtipiti rami, quod Capiti membra, quod radii ſoli, quod fonti riuuli, hoc Apoſtolicæ ſedis eminentiæ debent Eccleſiæ omnes, quas vbique terrarum religio Chriſtiana fundauit me vobis totum debere profiteor, quicquid ſeruus Domino, magiſtro diſcipulus, filius patri poteſt.*

Baron. An. 1186.

CAPVT NONVM.

REGINALDVS FIZIOCELIN ALCHIEPISCOPVS quadrageſimus-primus.

Sub Richardo 1. Rege.

1\. PRoximè electus eſt Reginaldus Fiziocelin, priùs Epiſcopus Bathonienſis, qui mox obiit, de quo ita ſcribit Godwinus in eius vita. *Monachi Cantuarienſes Reginaldum inuitum, & reluctantem ad ſolium Archiepiſcopale pertrahentes, ibidem per vim collocant. Quantumuis verò renitentis ſpeciem tunc præ ſe tulerit, & lachrimis effuſis, obteſtatus fuerit, vt alium eligerent, poſtridie tamen interrogatus ab Archiepiſcopo Rothomagenſi, vtrum electioni de ſe factæ conſentiret, tam procul eſſe reſpondit, vt ambitione motus, hunc tantum honorem concupierit, nihil vt magis optet, quàm mutata monachorum ſententia, alium deſignari. Si verò ſibi non patiantur perſuaderi, quamuis inuitum, & tantùm oneris ſuſcipiendum ab intimo corde dolentem, ne tamen Deum habeat iratum, conſentire, neque refragaturum amplius. Mittuntur illico Romam, qui Pallium & Confirmationem illi expediant, qui celeriter confecto negotio, Reginaldum tamen in viuis non repererunt.* Eademque habet Parkerus in vita eiuſdem, n. 41. Addit Godwinus in Epiſcopis Bathonienſibus, n. 19. quòd *à Richardo Rege impetrauit pro Eccleſia Bathonienſi tria Maneria, ſumma eiuſdem hodie* (inquit) *præſidia, quod Xenodochium pauperibus condidit, præbendas aliquas adiecit, quodque ciues wellenſes in vnam corporis compagem adunauit, priuilegiis indultis quibus etiamnum hodie fruuntur.* Ex quibus omnibus tum pietas, tum Romano Catholica huius Archiepiſcopi religio, indubitata eſt. Petrus Bleſenſis Epiſtola 65. * ita de eo ſcribit. *Quod ſi aliquid attentauit in contumeliam martyris* (S. Thomæ) *illud expiauit aſperitate cilitii, largioribus eleemoſinis, lachrimis profuſioribus, & auſterioribus diſciplinis.*

Baron. An 1178.

CAPVT DECIMVM.

HVBERTVS VVALTERVS ARCHIEPISCOPVS quadrageſimus ſecundus.

Sub Richardo, 1. Rege. a Pariſ. An. 1195. Mor.

1\. AN demortui locum ſuffectus eſt Hubertus Walterus, de quo ita ſcribit Celeſtinus Papa tertius in Epiſtola ad omnes Epiſcopos Angliæ [a] apud Houedenum, p. 754. *Venerabilis frater noſter, Hubertus Cantuarienſis Archiepiſcopus,*

de cuius

de eius meritis, & virtute, ſapientia pariter & doctrina, Eccleſia vniuerſalis congaudet, miniſterio Legationis accepto, vices noſtras ad honorem Eccleſiæ, & totius regni ſalutem & pacem, per totum regnum Angliæ liberè exequatur. Innocentius 3. in literis ad ipſum apud Geruaſium in Chronico, col. 1621. vocat eum, *columnam immobilem in domo Domini.* Geruaſius, col. 1583. ait, quod monachi Cantuarienſes, *cum non viderent aliquem in Anglia Huberto præſtantiorem, eum elegerunt.* Pariſius An. 1199. *Erat Archiepiſcopus* (Hubertus) *vir profundi pectoris, & in regno ſingularis columna ſtabilitatis, & ſapientiæ incomparabilis.* Harpesfeildus, ſæc. 12. c. 19. ait quod eius *prudentiam, induſtriam, & fidem magno ſuo bono expertus eſt Richardus Rex.* Parkerus in eius vita, n. 42. refert hoc teſtimonium Giraldi, qui eum probe nouerat. *Vt ea, quæ de ipſo verè dici ac ſcribi poterant, paucis aperiam. Erat vir ille, vir animoſus ac ſtrenuus, & inter virtutes varias, incomparabiliter dapſilitate conſpicuus. Erat hic principis frænum, & tyrannidis obſtaculum, populi pax & ſolatium, maiorum pariter & minorum, ſuis diebus, contra publicæ poteſtatis oppreſſiones, in neceſſitate refugium.* Et ipſe Parkerus, n. 42. agnoſcit, quòd *virtute ſingulari, ingenioque pollebat*, quòd *erat inſignis prudentia & pietate vir, & inuicti animi*, quòd *difficile dictu ſit, quanta temperantia lenitatem cum ſeueritate permiſcuerit*, quòd *Pallio & Legatina authoritate à Celeſtino Papa donatus eſt*, quòd *in* b *Mertonenſi Cœnobio* (quod erat Canonicorum regularium) *monachatu initiatus eſt*, quòd *Monaſteria ordinis Præmonſtratenſis condidit, pro ſua, ac Patris, matriſque animarum ſalute*, quodque *incidit in eam ætatem, quæ* (inquit ille) *cæca, & Ægyptiacis tenebris plena fuit.* Eademque habet Godwinus in vita eiuſdem. Stous, An. 1199. *Erat Hubertus profundi ingenij, ſingularis columna ſtabilitatis, & incomparabilis prudentiæ.* Weuer. in monum. p. 291. *Fidelis regi, amans Patriæ.* Godwin. in eius vita. *Egregia profectò virtute fuit, & dignus cuius memoriam poſteri celebrent. Nempè* (*vt loquitur Giraldus*) *Principis erat frænum, & tyrannidis obſtaculum, populi pax & ſolatium, maiorum pariter & minorum, eius diebus, contra publicæ poteſtatis oppreſſionem, in neceſſitate refugium. His licet adijcere, regibus ſemper fideliſſimum extitiſſe, & reipublicæ amantiſſimum.* Baleus, Cent. 3. c. 56. ſcribit, quòd Hubertus fuit, *vir probus, ingenioque ac pietate clarus.* Ex quibus omnibus, tum pietas, tum Romano Catholica huius inſignis Archiepiſcopi religio elucet, quæ adhuc magis confirmatur ex eis, quæ in Synodo apud Houeden, p 755 decreuit, circa celebrationem Miſſæ & Euchariſtiæ reſeruationem; circa monachorum ac Monialium conuerſationem, circa pœnitentiæ adminiſtrationem, & ne ſacerdotes mulieres in domibus habeant, ac tandem addit. *Hoc & ſuprà dicta ſtatuimus, ſalua in omnibus ſacroſanctæ Romanæ ſedis authoritate & dignitate.* Et in fine ſingulorum decretorum, addit. *Saluo in omnibus ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ honore & priuilegio.*

1105. Pitſeus atate 13 n. 291.

Geruaſius col. 1583. & in Chron. col. 1621.

Landa: ur à Proteſt.

b Neubrigen l. 4. c. 36. Godwin. in eius vita.

CAPVT VNDECIMVM.

STEPHANVS LANGTON ARCHIEPISCOPVS quadrageſimus-tertius.

Sub Rege Ioanne.

1. QVadrageſimus-tertius Archiepiſcopus Cantuarienſis fuit Stephanus Langton, *quo* (inquit Pariſius ad Annum 1207.) *non erat maior in curia, imò nec ei par, in moribus & ſcientia.* Weſtmonaſterienſis ad eundem annum ſcribit, quod *Innocentius tertius perſuaſit monachis Cantuarienſibus, vt eligerent Magiſtrum Stephanum de Langtona natione Anglicum, virum profundi pectoris, elegantem corpore, moribus prælectum, aptum & ſufficientem, in quantum hominis eſt, vniuerſalem Eccleſiam gubernare. Et regi Ioanni elegantiſſimam Epiſtolam direxit, vt ipſe natione Anglicum, ſcientia & moribus incomparabilem, Magiſtrum Stephanum de Langton, ritè electum, & iam conſecratum, ſuſciperet in Cantuarienſem Archiepiſcopum.* Giraldus, qui tunc vixit, in præfat. deſcript. Cambriæ, ait de hoc Stephano. *Quem religio pariter ac literatura commendat.* Et in fine. *In quem, ferè quicquid in terris aliquem decet,*

Henricus Gand. l. de ſcript. c. 27. Pitſeus de ſcript., n. 316.

incomparabili gratia, tam induſtria, quàm natura congeßit. Harpesfeildus, ſæc. 13. c. 5. *Vir fuit Philoſophiæ & ſacræ Theologiæ cognitione inſtructißimus, quam Lutetiæ Pariſiorum, magna cum laude profeſſus eſt. Biblia, in ea capita, quæ hodie cernimus, diſtinxit. Commentarios in vetus Teſtamentum, & Nouum inſtrumentum, quos nuper in Cantuarienſi Bibliotheca vidimus, contexuit, qui & vitam Richardi regis & Thomæ Cantuarienſis conſcripſit.* Gregorius IX. in literis ad Epiſcopos, Angliæ apud Pariſium, Anno 1229. aſſerit eum fuiſſe, *virum præeminentißimè donis ſcientiæ, & munere gratiæ ſupernæ chariſmatibus delibutum.* Similiter laudat eum Innocentius tertius apud Pariſium, An. 1207. p. 297. 298. 300. Henriques in Menologio 28. Aprilis, Ciaconus in vita Innocentij 3. Rigordus tom. 5. Cheſnei, p. 53. vocat eum *ſanctæ opinionis virum.*

Laudatur à Proteſtant.

2. Inter Proteſtantes, ita de eo ſcribit Baleus, Cent. 3. c. 87. *Stephanus Langton, ad literas natus, Gymnaſij Pariſienſis Magiſter in Theologia, ac tandem ſupremus eius ſtudij Cancellarius, in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore habebatur ſecundus. Vtramque Theologiam, ſcholaſticam & interpretatiuam, nouo prælegendi genere, per ſubtilitates docuit. Thomæ Becketti cadauer mirabili pompa tranſtulit.* Magdeburgenſes, Cent. 13. c. 10. *In Philoſophia Ariſtotelica, omnium ſui temporis eruditißimus habebatur.* Parkerus in eius vita, n. 43. *Stephanus Langton, erat tam corporis quam animi, atque morum conſtitutione & dignitate, omniſque doctrinæ ac humanæ inſtitutionis præſidio, adminiſtrandæ Eccleſiæ, iuxta illa tempora, ita compoſitus, vt omnium iudicio Anglicanæ regendæ Eccleſiæ aptißimus indicaretur. A Papa accitus Romam, Cardinalis creatus eſt. Multa ſcripſit eleganter & erudite. In reliquis vitæ geſtis, amantem patriæ, doctumque, ac prudentem Patrem ſemper ſe declarauit.* Godwinus in eius vita, n. 43. aſſerit eum fuiſſe, *Cardinalem Romanum, hominem certè ob plurimas * animi corporiſque dotes laudandum, & tanto honore non indignum. Tandem Papa eruditionem eius admiratus, hominem Romam ad ſe vocatum, Cardinalem renunciauit. Homo fuit egregiè doctus, & multa ſcripſit. Illud imprimis memorabile duco, quod ſacram Bibliam primus omnium dicitur in capitula diſtinxiſſe, ordinem ab eo conſtitutum ſequentibus omnibus, quæ vſquam iam inde ab eo tempore fuerunt, Eccleſiis.* Romanam eius religionem, non eſt quod probem. Nam Baleus, l. cit. ait, quòd *contexuit* (libros) *quo ex aureo calice magnæ meretricis ſordes effunderet largius.*

* Vt uer p. 110.

CAPVT DVODECIMVM.

RICHARDVS MAGNVS ARCHIEPISCOPVS quadrageſimus-quartus.

Sub Henrico 3. Rege.
* Godwin. in vita eius. Stous An. 1229. Holinshed An. 1229.
* Parker. in eius vita, n. 44.

1. POſt Stephanum, thronum Cantuarienſem aſcendit Richardus, cognomento Magnus, vel (vt vult Ranulphus in Polichronico, de * Wetherhead) An. ſalutis 1223. de quo ita Pariſius illius temporis Author. *Fauor Archiepiſcopi, quicquid petijt,* (à Pontifice) *impetrauit, erat namque ſtaturæ elegantißimæ, facundia admirabilis, ſcientia & moribus incomparabilis; de quo hoc * mirabile accidit, quia cum Pontificalibus, ſicut moris eſt, corpus defuncti ſepeliendum inſigniretur, homines de nocte aperuerunt ſepulchrum, cupientes vt annulum, & alia inſignia Epiſcopalia furarentur, nulla vi vel ingenio id potuerunt.* Harpesfeild. ſæc. 13. c. 6. ait, quòd *Richardum Lincolnienſis Eccleſiæ Cancellarium, quem Legati regis ob ſingularem doctrinam ac pietatem magnis laudibus extulere, Gregorius Pontifex Cantuarienſi Eccleſiæ ex ſuæ authoritatis magnitudine præfecit.* Gregor. P. IX. in literis ad Epiſcopos Angliæ apud Pariſium, An. 1229. *Ricardum Lincolniæ Cancellarium, tam ex fratrum noſtrorum, qui eum in ſcholis nouerunt, quam ex venerabilium Fratrum noſtrorum Roffenſis & Couentrenſis Epiſcoporum, & aliorum plurium teſtimonio, virum didicimus eminentis literatura, conuerſationis honeſta, fama integerrimæ, excellentißimæ induſtria, zelatorem animarum & Eccleſiaſticæ libertatis.* Pitſeus ætate 13. n. 331. *Vir præſtantißimus, tum animi, tum corporis dotibus præditus.*

2. Ex

2. Ex Proteſtantibus, ita ſcribit Parkerus in eius vita, n. 44. *Erat Richardus ſtatura eleganti, erecta, & procera, oratione facunda atque dulci, in omni genere literarum ſcientia recondita, vitaque non reprehendenda, ſed inculpata, etſi natura mitis ac manſuetus fuit, in vendicandis tamen Eccleſiæ ſuæ iuribus, acris atque fortis. Papa, quicquid petijt, conceſſit: Doctiſſimè ſcripſit de fide & legibus, de Sacramentis, de vniuerſo corporali atque ſpirituali.* Godwin. ibid. n. 44. *Vir is fuit proculdubio grauiſſimus, eruditus, prudens, facundus, moribus inculpatus, animo ſatis magno præditus, iurium Eccleſiaſticorum propugnator ſummus, vultu etiam decorus, & erecto corpore procerus. Papa facundia, grauitate, morumque hominis elegantia plurimum delectatus, omnibus eius poſtulatis promptiſſimè annuit.*

Laudatur à Proteſtant

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

S. EDMVNDVS ARCHIEPISCOPVS quadrageſimus-quintus.

1. RIchardo Magno, ſucceſſit S. Edmundus, An. 1234. de quo ita Weſtmonaſterienſis ad eundem Annum. *Edmundus Cantuarienſis, vir miræ ſanctitatis & manſuetudinis, pacem & honorem Regis ac regni ſitienter deſiderans.* Et ad Annum 1244. *Tot & tanta ipſius meritis Dominus operatus eſt miracula, vt viderentur Apoſtolorum tempora renouari.* Pariſius ad Annum 1233. *Papa dedit monachis Cantuarienſibus poteſtatem eligendi Magiſtrum Edmundum, Eccleſiæ Sariſburienſis Canonicum, virum honeſtæ conuerſationis, & benè literatum.* Et ad Annum 1240. *Corpus eius, cum tumularetur, inuentum eſt pediculis & cilicio rudi corroſum, & genua, ob frequentiam genuflexionum, calloſa.* Et ad Annum 1241. *Ita vt, inauditis miraculis, quæ Deus ex ipſo operari dignatus eſt, Apoſtolorum tempora viderentur renouari.* Atque ad An. 1244. *Habebat cilicium, non ex filis ſubtilibus, vt fieri ſolet, contextum, ſed ex chordulis inter ſe inuicem ad inſtar retis denſiſſimi, intricatis.* Author vitæ eius apud Surium, tom. 6. *Erat profecto* [a] *Concionator egregius, diſputator acutiſſimus, pius Theologiæ profeſſor.* Innocentius Papa quartus in [b] Bulla canonizationis ipſius apud Weſtmonaſterienſem ad An. 1246. hoc de illo teſtimonium perhibet. *Doctor præclarus, ac prædicator eximius, & auditorum mentibus ſcientiæ lumen infudit, & pectoribus fidelium, ſemina virtutum iniecit: humilitate quippe ſublimis, manſuetudine placidus, patientia fortis, benignitate affabilis, pietate condolens, miſericordia innocens, & multiplici eleemoſinarum irriguo, in ſubuentionem affluens egenorum —— in extremis agens, & corpus Chriſti ſibi delatum reuerenter adorans, hæc verba omni attentione notanda, miræ protuliſſe compunctione apertè monſtratur. Tu es, in quem credidi, quem prædicaui, quem docui. Et tu teſtis es mihi, quòd nihil aliud, niſi te (Domine) in terra quæſiui, ſicut tu ſcis, quòd nihil volo, niſi quod tu vis, fiat voluntas tua.* Et addit, quod poſt mortem curauit cæcos natos, mutos, leproſos, paralyticos, hydropicos, gibboſos. Vnde ita Martyrologium Romanum 16. Nouemb. *Cantuariæ in Anglia S. Edmundi Epiſcopi, cuius ſanctitatem, Deus miraculorum gloria, declarauit.* Polidorus l. 16. *Edmundus vir ſanctiſſimus, cui nemo id temporis vera laude probitatis, integritatis, religionis anteponendus erat.*

Sub Henr 3.

S. Antonin. tit 16. c. 10. Belnacen. l. 31. c. 67. Pitſeus de ſcript. n. 314.

a Knighton l. 2. c. 16. b In Addit. Pariſii, p. 156.

Mira confeſſio de illa

Holinshed An. 1240.

2. Inter Proteſtantes, Baleus Cent. 3. c. 96. *Edmundus ita ſe Oxonij omni tum literarum, tum etiam virtutum genere, Lelandi teſtimonio, exercuit, vt breui ingentem nominis ſui famam ſparſerit mortuo Richardo Cantuarienſi Archiepiſcopo, in eius ſucceſſit locum, tanquam ad Romani Pontificis nutum paratior. Vt virginitatis aſſequeretur donum, ligneæ D. Virginis imagini annulo ſe deſponſauit, ſextis ferijs ieiunauit, cilicium portauit, verbum Crucis in Gallijs pro Papa prædicauit.* Magdeburgenſes, Cent. 13. c. 10. multa habent de eruditione, virtutibus, & miraculis illius. Parkerus in vita Bonifacij, n. 46. vocat eum, *pium & eruditum virum.* Et in vita eius, n. 45. dignatur eum nomine [c] *Sancti*, & ait, fuiſſe *ſpectatum prudentia, moribus, & doctrina. Synodum Londini congregauit, in qua 26. leges Prouinciales tulit, quarum pleræque Ponti-*

c Sic etiam Foxus in Act. p. 310

Twin. l. 2. Antiq. ſec. 296. Iſacſon An. 1235. Spedus l. 9. c. 9 Holinshed An. 1237.

ficia ſuperſtitione plenæ atque refertæ ſunt. Et ait: Edmundum ſex penè annis ſepultum Innocentius Papa ſanctorum ſuorum Pontificio catalogo inſcripſit, cuius corpus anno ſequenti tranſlatum eſt à Ludouico Francorum Rege, iterumque triennio poſt, è ſepulchro leuatum, nouoque feretro, ex auro, argento, & chryſtallo fabricato, incluſum fuit. At in vita Cranmeri, eum recenſet, in Pontificia (vt loquitur) turba cum Dunſtano, & Thoma Beckett. Godwinus in eius vita, n. 45. vocat eum, Sanctum Edmundum; & ait, quòd Papa Electores monachos rogabat impensè, vt Edmundum Eccleſiæ Sariſburienſis Theſaurarium, virum tam doctrina, quàm pietate celeberrimum, ſuis ſuffragiis Archiepiſcopum crearent. Pallium continuo miſit in Angliam, homini, qui de tam excelſo dignitatis gradu, vix vnquam, vel per ſomnium cogitaret. Poſtquam Theologiæ mediocrem ſcientiam fuiſſet aſſecutus, ad concionandi munus ſe totum conferens, magnam partem comitatus Oxonienſis, prout etiam Gloceſtrenſis, & Vvigornienſis, peragrans, verbum Dei vbique prædicans: Vix dum ſex annis à morte eius tranſactis, ſanctorum catalogo ab Innocentio quarto aſcribitur. Ludouicus tum Gallorum Rex, à loco, vbi cadauer, primò conditum, ad honoratiorem tranſtulit, & feretro indidit, auro, gemmiſque pretioſiſſimis ornato. Weuerus in monumentis, p. 303. ait, quòd fuit celebris ob pietatem, & inſignem eruditionem. Holinshed, An. 1230. vir magni zeli. Ex quibus omnibus huius ſanctiſſimi Pontificis Romano Catholica religio notiſſima eſt, quæ adhuc magis eluceſcit ex libello, quem ſcripſit, ſpeculum Eccleſiæ, qui extat, tom. 5. Bibliothecæ S. Patrum, vbi c. 5. orat Deum per merita & interceſſiones B. Mariæ & omnium ſanctorum, c. 14. disertè numerat ſeptem Sacramenta, & c. 25. aſſerit, quòd in Sacramento altaris, eſt ſimilitudo panis & vini, & tamen ſubſtantia

Tranſubſtantiatio.

panis & vini, non remanet poſt conſecrationem. Et credimus (inquit) firmiter, quod illa ſimilitudo habet, & continet in ſe veraciter corpus & ſanguinem Domini. Extat Epiſtola S. Richardi Epiſcopi Ciceſtr. in additamentis Pariſij, de incorruptione corporis S. Edmundi, quam in honorem vtriuſque ſancti hic referam. R. Dei gratia Epiſcopus Ciceſtrenſis ven. amico ſuo, Domino R. Abbati de Begeham. Vt de eleuatione & ſtatu ſancti corporis Edmundi efficiamini certiores, noueritis, quòd in craſtino S. Trinitatis proximo præterito, cum monumentum S. Patris noſtri Edmundi, primò paucis in ſero præſentibus, fuiſſet apertum, ſtatum corporis eiuſdem ſuauiſſimo redolentis odore, plenum & integrum inuenimus. Caput quidem cum capillis & facie fulgida, corpuſque cum membris aliis plenarium, integrum, & odoriferum ſupra balſamum aut thymiama. Naſo tamen, paſſo per lapidem ſuperiorem, iniuriam, preſſionem, ſed non conſumptionem vllam: & meritò, quia qui vitam ſuam pleniùs explorat, de virginitate eius ſiniſtrum eſt dubitare. Totumque corpus, maximè facies, quaſi oleo perfuſum repertum eſt. Quod credimus gratiam ſignificare tam morum, quam doctrinæ, quia diffuſa fuit gratia in labiis ſuis, legendo, diſputando, prædicando. Propterea Deus vnxit eum oleo lætitiæ præ omnibus lectoribus & doctoribus ſui temporis, & diſputatoribus, vnde diffuſa fuit gratia in labiis ſuis. Et quædam alia virtutum inſignia quæ, nacta temporis opportunitate, vobis ſecretius referemus, ibidem inuenimus, quæ in ſcriptis prolixitas redigi non permittit. De memoratis autem non dubitet veſtra diſcretio, quia quod ſcimus, loquimur & ſcribimus, & quod vidimus, teſtamur, & manibus propriis contrectauimus ipſius ſanctum corpus, caputque cum capillis firmis & illæſis, pectine diligenter ac reuerenter, necnon & prudenter pectinebamus & compoſuimus. Dominico vero proximo ante feſtum ſancti Barnabæ, Domino Rege Franciæ, & matre, & fratribus ſuis comitibus, & multis magnatibus præſentibus, aliis præterea duobus Cardinalibus, Albanenſi videlicet, & Legato Franciæ, cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & aliis Prælatis venerabilibus quampluribus aſſiſtentibus (quorum numerum ſcire non potuimus) apud Pontiniacum voluntate diuina, cum gloria & exultatione ineffabili, & Dei laudibus magnificis, celebrata eſt tranſlatio beatiſſimi Patris noſtri ſancti Edmundi Cantuarienſis Archiepiſcopi & Confeſſoris, necnon ad augmentum honoris noſtræ nationis non minimum. Hæc Sanctus de Sancto.

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

BONIFACIVS ARCHIEPISCOPVS QVADRAGESIMVS-ſextus.

1. IN S. Edmundi locum ſuffectus eſt Anno 1244. Bonifacius, Comitis Subaudiæ filius, & reginæ Angliæ auunculus: de quo ita Harpesfeild, ſæc. 13. c. 7. *Si corporis gratiæ & proceritati, generiſque ſplendori, cætera reſpondiſſent, inter præclaros Pontifices merito collocari potuiſſet. Pauperes apud Maidſtonam in Cantia multum illi debent, quibus hoſpitium ibidem extruxit.* Parkerus in eius vita, n. 46. *Nobili genere ortus, & corporis proceritate atque virilis perſonæ dignitate præditus fuit. Cantuarienſem Eccleſiam, grandi ære alieno deuinctam, 22. * Marcarum millibus, liberauit. Aulam illam nobiliſſimam & ampliſſimam Cantuarienſis Palatij, cum ſuis Appendiciis, quam Hubertus inchoauit, iſte perfecit, & abſoluit. Maidſtoniæ in Apoſtolorum Petri & Pauli, necnon Thomæ Cantuarienſis honorem, Hoſpitale multis prædiis inſtructum fundauit.* Eandemque habet Godwinus in vita eiuſdem, n. 46. Romano Catholica eius religio inde patet, quòd (vt ijdem fatentur) electus eſt à monachis Cantuarienſibus, & ab ipſo Pontifice Lugduni conſecratus, ab eodemque donatus adminiſtratione Epiſcopatus Valentini, alijſque beneficijs Eccleſiaſticis.

Sub Henrico 3.
Parkerus 14. Iulij.
* *Somner. p. 255.*

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

ROBERTVS KILVVARBIVS ARCHIEPISCOPVS quadrageſimus-ſeptimus.

1. PRoximè ſucceſſit Robertus Kilwarbius, An. 1273. de quo ita Pariſius ad prædictum annum. *Hic, * caſſato electo Cantuarienſi, Pontificatum eiuſdem Eccleſiæ retulit Roberto de Kilwarbie. Erat nempè de Ordine Fratrum Prædicatorum, qui non ſolum religioſæ vitæ ſanctitate, ſed ſcientia & doctrina clariſſimus habebatur.* Harpesfeild. ſæc. 13. c. 6. ait. *Gregorius, Robertum Kilwarbium, ex ſecta Prædicatorum, in locum Bonifacij ſuffecit. Cuius actiones, propter temporis, quo Cantuariæ ſedit, exiguitatem, nullæ ferè reperiuntur. Poſt paucos enim annos, Cardinalis & Epiſcopus Portuenſis creatus, & ad Romanam Curiam euocatus, Cantuarienſi ſe ſede abdicauit.* Ciaconus in vita Nicolai 3. *Theologicis & Philoſophicis ſtudijs excellens, gratiſſimus fuit Edwardo regi & proceribus Anglicis, ob doctrinæ & ſanctæ vitæ opinionem, in Cardinalatu, habitum ordinis nunquam dimiſit, pedes ſemper inceſſit duobus fratribus & eiſdem famulis contentus.*

Sub Eduardo 4. dicto 1.
* *Gregorius decimus.*
2. Sic Baleus, Cent. 4. c 46.
Pariſ. ætat. 13. n. 398.
Ciacon. in Nicolao 3.
Somner. p. 255.

2. Ex Proteſtantibus, ita Parkerus in eius vita, n. 47. *Gregorius Papa, ſine monachorum conſenſu, Robertum de Kilwarbie Cantuarienſem Archiepiſcopum pronunciauit. Hic Robertus, gente Anglus, ab ineunte ætate Pariſiis educatus, artes illas ingenuas & liberales profeſſus eſt. Quarum profitendarum gradu donatus, in Angliam redije, & Fratrum * Minorum Ordinem ingreſſus eſt. Oxonii in ſcholis non modo de Theologia, ſed de Philoſophia atque Logica argute diſceptauit. Romam accitus, Cardinalis Hoſtienſis & Portuenſis, creatus eſt. Scripſit in Theologia, Logica, atque Philoſohia acutè permulta.* Foxus in Actis, p. 310. *Vir bonæ vitæ & magnæ doctrinæ.* Godwinus in vita eiuſdem, n. 47. *Fuit vir ille ſanè doctiſſimus, multaque eruditionis ſuæ monumenta ia ſcriptis reliquit. Sodalitio ſe dedit Fratrum Minorum. In vtraque Academia acutiſſimè diſputando, eruditionis ſummæ ſpecimen edidit. Cum annos ſediſſet plus minus ſex, Romam accerſitus, fit Cardinalis, tumque Archiepiſcopatu abdicato, abiit in Italiam, vbi paucos poſt menſes moritur Viterbij.* Ex quibus omnibus Romano Catholica eius religio teſtatiſſima eſt.

* *Iſaacſon An. 1272. Godwin. hic.*

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

IOANNES PECCAMVS ARCHIEPISCOPVS quadrageſimus-octauus.

Sub Eduardo 4. dicto 1.

Pitſeus aetat. 13 n. 427. Spondanus An. 1279. Bzouius An. 1278. 1291.

1. KIlvvarbij locum accepit Ioannes Peccamus, An. 1278. de quo ita Weſtmonaſterienſis ad dictum Annum. *Monachi Cantuarienſes, D. Robertum Burnel poſtularunt, cuius poſtulatio per ſummum Pontificem caſſabatur, & Frater Ioannes de Peccam vir perfectiſsimus in doctrina, per Romanam Curiam præficiebatur Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſi in Paſtorem.* Walſingamus ad Annum 1278. multa laude digna habet de illo. Harpesfeildus, ſæc. 13. c. 8. *Vir exquiſitè, tum in alijs diſciplinis, tum in Theologia doctus, quique ob concionandi, gregemque ſuum multis magniſque itineribus & laboribus inuiſendi, accuratam diligentiam ob præclara, quæ ſcripſit, volumina, ob aliaſque multas præclaraſque dotes, paucos aut nullos ſui ſimiles, in eadem ſede poſteà ſucceſſores ſortitus eſt.* Ac multa alia ibidem. Poſſeuinus in Apparatu V. Ioannes Peccam. *In pietate atque doctrina, B. Bonauenturam, ſub quo Magiſtro didicit, imitatus, ita expreſsit, vt in pleriſque eundem diceres.* Ibidem nominat plures, qui referunt eum claruiſſe miraculis poſt mortem. Author libri conformitatum ita ſcribit. *Ioannes Peccam Archiepiſcopus Cantuarienſis vita & miraculis inſignis, & ſcientia præclariſsimus.* Wadingus, tom. 2. An. 1278. n. 29. & 30. multa habet de eius inſigni eruditione ac pietate. Et An. 1399. n. 46. ait, *compoſuit officium ſanctiſsimæ Trinitatis.*

Laudatur à Proteſtant.

2. Ex Proteſtantibus Godvvin. in eius vita, n. 48. *Papa ex plenitudine poteſtatis, ſicut ante Kilwarbium, ſic nunc Ioannem Peccam, huic ſedi, licet inuitum, ingerit. Exegit adoleſcentiam Oxonij, Oxonio Lutetiam diſceſsit, vt Theologiæ ſtudio operam daret, ac inde poſt paululum temporis Lugdunum, iuris ciuilis ac Pontificij ſcientiam adiuncturus. Inde Italiam petijt, & Academiarum ibidem plurimis peragratis, Romam tandem peruenit, vt Pontificij Palatio cauſarum auditor præficeretur, in eoque munere perdurauit, donec Archiepiſcopus Cantuarienſis renunciatus eſt. Vſus eſt vbique magna lenitate. Nam quanquam geſtu & inceſſu, ſæpè etiam in ſermone, glorioſus videretur, animo tamen fuit benigniſsimo, & perquam comi. Collegium inſtituit Vvingamiæ, quod poſteà dirutum ab Henrico octauo.* Eadem habet * Parkerus in vita eiuſdem, n. 48. qui etiam addit Epiſtolam eius ad Martinum Papam, quæ ita incipit. *Sanctiſsimo Patri ac Domino, Martino, Dei gratia ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Frater Ioannes, permiſſione diuina, ſacerdos Cantuarienſis inutilis, cum omni reuerentia & honore, pedum oſcula beatorum.* Item, aſſerit quòd *Fratrum mendicitatem, Euangelicam perfectionem nominabat, eiuſque impugnatores, hæreticos eſſe dicebat.* Ex quibus omnibus, eius Romano Catholica religio adeo manifeſta eſt, vt à Baleo Cent. 4. c. 64. vocetur, *Magnus & robuſtus Antichriſti ſatelles.*

† Item Vuener. in monum. p. 220. Stous An 1293.

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

ROBERTVS VVINCHELSEIVS ARCHIEPISCOPVS quadrageſimus-nonus.

Sub Eduardo 4. dicto 1. Polidorus l. 18. Pitſeus n. 460.

1. PRoximus Archiepiſcopus fuit Robertus Winchelſeius, An. 1294. Qui (vt tradit Walſingamus in ſuo Ypodigmate Neuſtriæ, p. 100.) *Eccleſiam Anglicanam inſigniter rexit.* Harpesfeildus, ſæc. 13. c. 9. *Robertus, ſacræ Theologiæ Profeſſor, Ioanni ſucceſsit, quem Celeſtinus Pontifex conſecrauit, varijs à Romana ſede, præſertim à Celeſtino, priuilegijs & prærogatiuis honeſtatus eſt; ſeuerus & acer fuit in peccatis vindicandis. Rex* (Eduardus ſecundus) *aiebat, ſe eum vt patrem eximium colere.* Ex Proteſtantibus, Godvvinus in eius vita, n. 49. *Hoc certè conſtat, primis li-*

terarum

*terarum elementis, puerum Cantuariæ imbutum, vbi ob ingenij acumen, morum modeſtiam, & indolem vſquequaque egregiam, etiam in illa tam tenera ætate, ita plerisque fuit admirationi, vt non deeſſent, qui vel tum Archiepiſcopum eum Cantuarienſem olim futurum, ariolarentur. Academicis ſtudiis maturus, Oxoniam mittitur, & inde poſteà Lutetiam, cuius Academiæ Rector euaſit. Patriam repetens, Oxoniam peruenit denuo, vbi concionando, legendo, diſputando, cum eximiæ eruditionis ſpecimen edidiſſet, Theologiæ primum Doctor, ac mox Academiæ Cancellarius creatus, in eo Magiſtratu ita ſe geſsit, vt ad res quaſlibet magnas adminiſtrandas par videretur. Talis cum fuerit, quis miretur, regem, proceribus adeoque ex omnium Ordinum genere pleriſque, id vehementer expetentibus, ſi à monachis Cantuarienſibus electus fuerit, qui Peccamo ſuccederet? Electus itaque Romam profectus eſt, quo tempore Pontificatum geſsit Celeſtinus, vir pius. Non ſolum hunc, ſed omnes in vniuerſum Cardinales Romanos ſumma Vvinchelſei eruditio attonitos reddidit admiratione, adeo vt parem eius cum tanta prudentia & moderatione coniunctam, nuſquam reperiri poſſe exiſtimarent. In * eleemoſinarum quotidiana largitione, omnes omnium temporum Archiepiſcopos traditur ſuperaſſe. Ob has aliaſque animi virtutes, ſanctus indicatus eſt ab imperita plebe, qui ad tumulum eius crebro accedentes, eum ibi adorarunt.* Eadem habet * Parkerus in vita eiuſdem, n. 49. qui etiam addit, eum huiuſmodi verba feciſſe ad Clerum. *Satis conſtat, quod ſub Deo, vniuerſali rerum Domino, duos habemus Dominos, ſpiritualem, D. Papam, & temporalem, D. Regem, & quanquam vtrique obtemperandum eſt, ſpirituali tamen magis, quam temporali.* Baleus, Cent. 10. c. 80. ait, quòd Lutetiæ, *Theologiam magna cum celebritate profitebatur.* Somneſus in deſcript. Cantuar. p. 257. ſcribit, quòd multa dici poſſunt, *de admirabili eius liberalitate, ac charitate erga pauperes, ac quòd Thomas Lancaſtriæ comes, ac ſucceſſor ipſius, eiuſque Epiſcopi ſuffraganei, petierunt à Pontifice, vt in ſanctorum catalogum referretur.* Ex quibus omnibus eum Romano Catholicum fuiſſe, euidentiſſimum eſt.

† Vvern. p. 90.

† Item Vvernerin Mon. p. 221.

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

GVALTERVS RAINOLDS ARCHIEPISCOPVS quinquageſimus.

1. RObertum Winchelſeium excepit, Anno 1313. Gualterus Rainolds, *quem Clemens Papa III. ex plenitudine ſuæ poteſtatis elegit, reiecto eo, quem monachi Cantuarienſes nominarant, receptoque Pallio, ampliſsimo apparatu conſecratus eſt. Ac in maxima fuit ſemper apud Eduardum ſecundum gratia.* Ita Harpesfeild. ſæc. 14. c. 9. Ex Proteſtantibus Parkerus in eius vita, n. 50. *Eduardus ſecundus, qui Gualterum Rainolds Vvigornienſem Epiſcopum, ob ſingularem erga ſe fidem, & in Procerum diſsidijs ſedandis, prudentiam, ex omnibus regni præſulibus maximè adamauit, præmiſsis ad Papam celeriter Nuncijs, effecit, vt monachorum reprobata electione, Vvalterus Rainolds, Papalis vocis oraculo, Cantuarienſis Epiſcopus pronunciaretur. Pallium per Procuratorem ad eum miſſum eſt.* Eadem habet Godwinus in vita eiuſdem, n. 50. Qui etiam addit. *Bullas octo à Papa impetrauit, in quibus totidem priuilegia, eaque ampliſsima illi ſunt conceſſa. Homo eruditione exili præditus, ſed ob prudentiam, æquitatem, rerumque gerendarum ſcientiam laudandus, niſi quando puſillanimitas in cauſa fuit, vt ab officio diſcederet.*

Sub Eduardo 5 dicto 2. Poſſeuin de ſcript. n. 439. Laudatur à Proteſt.

CAPVT DECIMVM-NONVM.

SIMON MEPHAM ARCHIEPISCOPVS quinquageſimus-primus.

1. POſt Gualterum, Cantuarienſem Eccleſiam rexit Simon Mepham, An. 1327. *Canonicus* (inquit Harpesfeild. ſæc. 14. c. 9.) *Ciceſtrenſis, & ſacra* Sub Eduardo 6 dicto 3.

Theologiæ Profeſſor. Parkerus in eius vita, n. 51. ſcribit, quòd *Monachi Cantuarienſes elegerunt Simonem Mepham, ſacræ Theologiæ Profeſſorem, virum ſacrarum literarum, in illo (vt putabatur) ſæculo peritiſſimum, Papa electionem confirmauit, & Simonem Auenione conſecrauit.* Godwinus, ibid n. 51. *Simon Mepham S. Theologiæ Doctor, homo (vt illa ferebant tempora) egregiè doctus, à monachis Cantuarienſibus electus eſt, à rege probatus, & Papa iubente, Auenione conſecratus.* Baleus, Cent. 10. c. 85. *Simon Mepham, celeberrimi nominis Theologus. Quæ erat hominis virtus & eruditio, non potuit diutius latere, quin ab Eduardo, eius Appellationis tertio, à Cantiorum Archiepiſcopatum euocaretur.* Stephanus Londinenſis Epiſcopus apud Thornum, col. 2046. teſtatur, quòd *Simonem innocentia vitæ, ſcientia, puritate conſcientiæ fulgentem, vniuerſaque morum honeſtate præclarum, narrat & prædicat vox communis.*

Laudatur à Proteſtant.

CAPVT VIGESIMVM.

IOANNES STRATFORDVS ARCHIEPISCOPVS *quinquageſimus-ſecundus.*

Sub Eduardo 6 dicto 3. I. SImonis Mepham locum capeſſit Ioannes Stratfordus, An. ſalutis 1333. de quo ita Harpesfeild. ſæc. 14. c. 9. *Sufficiunt ſupplici ſupplicatione apud ſummum Pontificem Cantuarienſes monachi, Ioannem Stratfordium, & eo quidem pronius, quod in magna gratia apud illum & regem poſitum; regemque non ignorarent, Pontificem literis ſuis, ad eum illa dignitate amplificandum, ſollicitaſſe. Pontifex volens totum hoc beneficium ſuum eſſe & proprium, non ex illorum poſtulatione, ſed ex authoritatis ſuæ exorti amplitudine, illum Simoni ſurrogat. Fuit certè vir egregijs dotibus, & accurata quadam iuris ciuilis cognitione ornatus.* Et Polidorus l 19. *Fuit vir tam Pontificij, quàm ciuilis iuris peritiſſimus.* Parkerus in eius vita, n. 52. *Ioannis Stratfordi ſolida cum virtute parta laus, loco ſtare lubrico, ac fallaci, inuidiæ, criminationibuſque obiecta, niſi cum ſumma tolerantia, prudentiaque ſæpè cauiſſet, ſummum ſibi exitium interitumque attuliſſet. Iuri ciuili atque Canonico adoleſcens operam dedit, in quibus paucis annis doctus atque prudens euaſit. Ingenio in eo tam felici, & tam ſingulari doctrina excultο cognito, Regis Eduardi ſecundi intimis conſilijs adhibitus, eius Secretarius fuit. Cum Eduardus ſecundus à ſuis conſiliarijs proditus eſſet, hic ſolus ſummo ſtudio & integritate fidus permanſit. In eleemoſinis aſſiduus fuit, ſingulis diebus ſummo manè 13. pauperibus 13. denarios, tum hora nona, alijs 13. ſingulis panem & carnem cum olere coctos, & horâ promeridianâ alijs 13. ſingulos panes & denarios largitus eſt. In ſubditos miſericors & benignus fuit, cum nemine ſummo iure agere voluit. Moriens Simonem Iſlepum ſibi ſucceſſurum prædixit.* Eadem repetit Godwinus in vita eiuſdem, n. 52. qui addit, quòd *Collegium extruxit* * *Stratfordiæ ad Auonem, vbi natus videtur, & liberaliter dotauit, quod ab Henrico octauo dirutum eſt.* Extant apud Walſingamum in hiſtoria, An. 1341. plures eius Epiſtolæ, quæ Catholicam eius fidem & zelum pro libertate Eccleſiæ teſtantur.

Laudatur à Proteſtant.

† Vide Monaſt. p. 222.

CAPVT VIGESIMVM-PRIMVM.

IOANNES VFFORDVS ARCHIEPICOPVS *quinquageſimus-tertius.*

Sub Eduardo 6 dicto 3. Polid l. 19. Laudatur à Proteſtant. I. ANno 1348. in Stratfordi locum ſubrogatus eſt Ioannes Vffordus, regis Cancellarius, qui intra annum, & ante initiationem, rebus humanis ereptus eſt. De eo ita Parkerus in eius vita, n. 53. *Hic Ioannes Vfford in iure ciuili & Canonico Cantabrigiæ inſtitutus, primò Legum Doctor, deinde Decanus Eccleſiæ Cathedralis Lincolnienſis fuit. Et quia nobili genere ortus eſt, (Suffolcienſis enim comitis fuit filius) eumque nobilitati ſingularem iuris prudentiam & eloquentiam adiunxiſſet, ad regis*

conſilia

conſilia vocatus, & regni Cancellarius conſtitutus eſt: cuius tantæ amplitudinis ac honoris per breuem vſuram morte extinctus accepit. Eadem habet Godvvinus in vita Thomæ Bradvvardini, n. 53. qui addit, quòd *oraculo Papali Archiepiſcopus pronunciatus eſt.*

CAPVT VIGESIMVM-SECVNDVM.

THOMAS BRADVVARDINVS ARCHIEPISCOPVS quinquageſimus-quartus.

1. SVffectus eſt in locum Vffordi, Thomas Bradvvardinus, An. 1349. de quo ita Harpesfeild. ſæc. 14. c. 9 *Philoſophiam & Theologiam Thomas exactè callnis; quod libri eius abundè teſtantur.* Knighton, An. 1347. *Hic erat famoſus præ cæteris totius Chriſtianitatis, in Theologia præcipuè, ſimiliter & in cæteris ſcientijs liberalibus.* Godvvinus in eius vita, n. 53. *Extincto Vffordo, Cantuarienſes monachi geminata electione Bradvvardinum, rege annuente, Archiepiſcopum iterum renunciant. Et Papa, antequam de hac monachorum electione reſciuiſſet, illum Epiſcopum Eccleſiæ Cantuarienſi præferendum decreuit. Vix alium reperias, qui adeo ſine ambitu, ac nemine tamen contradicente, Archiepiſcopale ſolium conſcendit. Sacratus eſt Auenione per Bertrandum Cardinalem: Mathematicus fuit inſignis, Philoſophus egregius, in Theologiæ verò ſtudijs eo vſque verſatus, vt apud doctos Doctoris profundi appellatione innotuerit, eamque non immeritò delatam illi fatebuntur, credo, qui libros ab eo conſcriptos perlegerint, verùm in hoc homine nihil erat, quod potiùs laudauerimus, quàm morum vitæque ſanctimoniam; ob quam cæteraſque virtutes à Stratfordo delectus eſt, qui regi eſſet à confeſſionibus. Non deſunt certè inter ſcriptores, qui inſignes illas Eduardi victorias, huius potiùs ſanctitati ac virtutibus acceptas ferendas exiſtiment, quàm cuiuſquam ſeu fortitudini, ſeu prudentiæ.* Eadem habet Parkerus in ipſius vita, n. 54. vbi eum vocat, *virum integerrimum.* Baleus, Cent. 5. c. 87. apertè vocat eum *Papiſtam*, & tamen addit. *Proh dolor! Thomas, longiori vita dignus, exacto tantum vno in Pontificatu anno, mortem obijs planè immaturam.* Sic ſolet virtus etiam in hoſte commiſerationem excitare. Catalogus teſtium veritatis l. 18. col. 1752. ita ſcribit de Bradvvardino, *Floruit hic longè doctiſſimus vir, laudatur hic ſcriptor nomine eximiæ eruditionis, etiam ab illuſtribus viris.* Et Camdenus in ſua Brit. p. 461. *Thomas Bradwardin, ob multiplicem & abſtruſam eruditionem, eo æuo Doctor profundus appellatus.* Eadem habet Weuerus in monumentis, p. 223. qui etiam refert eius Epitaphium, vbi dicitur, *Doctor Doctorum*; & quòd *vitam ſine crimine duxit.*

Sub Eduardo 6 dicto 3. Puſ. ætat. 14. n. 163. Laudatur à Proteſtant.

Confeſſarius Eduardi 3.

CAPVT VIGESIMVM-TERTIVM.

SIMON ISLEPVS ARCHIEPISCOPVS quinquageſimus-quintus.

1. SImonem (inquit Harpesfeild. ſæc. 14. c. 10.) *Monachi ſuffragatione ſua cooptarunt. Sed Clemens Pontifex ſexsus, qui viuo adhuc Thoma, ex cautione & prouiſione, ſibi ſoli, futuri Pontificis deſignationem illibatam & integram eſſe voluit, non ex illorum ſuffragatione, ſed ex ſua illa prouiſione, Simoni munus illud mandauit. Homini ius humanum & ſacrum pulchrè callenti, Eccleſiæ D. Pauli Londinenſis Canonico. Libertatum atque prærogatiuarum tum ſuæ Cantuarienſis, tum totius Anglicanæ Eccleſiæ, diligens & acer fuit aſſertor. Nec minus ſeuerè cuiuſcunque ordinis hominum crimina vindicauit, ſolicitè proſpexit, vt ſacerdotes Parochianis ſuis, accuratè Decalogum, & ſeptem Capitalia crimina cum ſuis appendicibus, & id genus alia, in ſuis concionibus explicarent. Apud Maidſtonam Archiepiſcopale Palatium ædificauit. Sed multo antiquius illud eſt, quod ad bonas literas Oxonij promouendas, & in illud Collegium, quod Cantuarienſe hodie dicitur, vbi quoſ-*

Sub Eduardo 6 dicto 3. Puſ. ætat. 44. n. 610.

dam, qui literis operam darent, cum præſide & ſacerdote qui ſacra quotidie obirent, collocauit. Quædam etiam perennibus ſcriptis à ſe mandata, poſteris reliquit. Polidorus l. 19. *Simon, optimus pater, vt de Anglica pube benè mereretur, auctor fuit Collegij Cantuarienſis Oxonij, quod hodie celeberrimum eſt, cum ſcholaſticorum nobili cætu, tum doctrinæ frequenti cultu.*

Laudatur à Proteſtant.

2. Ex Proteſtantibus ita Parkerus in eius vita, n. 55. *Simon Iſlip ex iuriſperitorum ſchola, ad hunc Archiepiſcopatum aſcendit. Eduardi Regis tertii Conſiliarius, Secretarius, & priuati ſigilli cuſtos fuit. His muneribus cum laude ac fide geſtis, mortuo Thoma Braduardin, monachi Cantuarienſes hunc Simonem, quem regi ac pleriſque gratioſum fuiſſe cognouerunt, ſumma conſenſione elegerunt. Sed Papa, monachorum electione ſpreta, Simonem in Archiepiſcopatu ſuæ prouiſionis titulo collocauit, donatuſque eſt Pallio. Vir in omnibus frugi, ſed nimium ſeuerus fuit. Cantuarienſem Dioceſim ſumma animaduerſione viſitauit, celebre Oxonii Collegium, quod Cantuarienſe appellatur, condidit.* Eadem habet Godvvin. in vita eiuſdem; n. 54. qui etiam, refert illius Epitaphium, prout etiam facit Weuerus in ſuis monumentis, p. 223. Baleus, Cent. 6. c. 20. ita de eo ſcribit. *Simon Iſlepus, naturæ ac fortunæ dotibus clarus, magnaque poſt literas humaniores, vtriuſque iuris ac Theologiæ peritia præditus, ad maxima regni negotia pertractanda, à rege aduocabatur. Cùm inſignis vir, ex ſumma integritate, ac rerum prudentia, haberetur, fuit demum creatus Archiepiſcopus à Clemente ſexto. Oxonij Collegium condidit, quod celeberrimum fuit, tam ſcholaſticorum cætu, quam doctrina cultu frequenti. Congeſſit Simon, offenſus regi, quòd * Vviclefum audiret, opuſculum, quod vocabat ſpeculum regis Eduardi. Eius tempore quidam Londini concremabantur ob læſam, vt dicunt, religionem.*

† Sub ſeq. Archiepiſc. tam Iſlepi copit.

CAPVT VIGESIMVM-QVARTVM.

SIMON LANGHAM ARCHIEPISCOPVS quinquageſimus-ſextus.

Sub Eduardo 6. dicto 3.

1. SImoni prædicto ſubſtitutus eſt alius Simon, cognomento Langham, An. 1366. de quo ita Harpesfeild. ſæc. 14 c. 11. *Per Vrbanum P. ab Elienſe ſede Cantuariam tranſlatus, Præfectus fuit aliquando cœnobij Vveſtmonaſterienſis, & regi à Theſauris, mox Elienſi Epiſcopatu, & Cancellarii munere, Cantuarienſi deinde ſede ornatus, & poſt bienuium inter purpuratos Patres relatus, & Præneſtino Epiſcopatu donatus. Quare Archiepiſcopatum dimiſit, Auenione poſt octo aut nouem annos fato functus, ſepultus eſt in templo quodam Carthuſianorum propè Auenionem, quod ipſe conſtruxerat.* Vide plura de eo apud Ciaconum in vita Vrbani V.

Laudatur à Proteſtans.

2. Ex Proteſtantibus ita Parkerus in eius vita, n. 56. *Interceſſione Regia, Vrbanus quintus Papa Simonem Langham à ſede Elienſi, ad Cantuarienſem, prouiſionis titulo, tranſtulit. Monachus hic, primò Vveſtmonaſterienſis, deinde Prior, ac demum Abbas fuit, Pallium accepit. In tota vita omnibuſque, quæ geſſit, muneribus, non minus prouidus atque ſagax, quàm beneficus ac liberalis fuit. Suſcepto Cardinalatu, in maxima Papæ Romanæque Curiæ gratia vixit: ad Conuentum Vveſtmonaſterienſem mille Marcas miſit, ad annuum redditum quadraginta Marcarum comparandum, ad augendas portiones quatuor monachorum, qui perpetuas miſſas pro ſe & parentibus celebrarent.* Eadem repetit Godwinus in vita eiuſdem, n. 55. Sub hoc Pontifice tumultuari cepit Wiclefus, ſumpta occaſione, quòd eiectus eſſet per ſententiam Pontificis, ex præfectura Collegij Cantuarienſis, quæ ex inſtituto * Fundatoris, monacho debebatur. *Vviclefus hac tanta iniuria* (inquit Godvvinus, vbi ſuprà) *prouocatus, in illorum vitiis oculos eo libentiùs defigens, Reformationis viam inter primos & perſpexit, & ingreſſus eſt.* Bella profecto occaſio recedendi à fide orbis terrarum, quam Angli iam octingentos annos profeſſi fuerant, quamque ipſe tota vita profeſſus, & in quâ baptizatus fuerat. Nam quod iuſte pulſus ſit, patet tum ex iudicio Archiepiſcopi, quem ipſi Proteſtantes agnoſcunt, *prouidum ac ſagacem, beneficum ac liberalem;*

Quando & Curvvicleſ. factus eſt hæreticus.

* Harpeſfus ſæc. 14. c. 10.

ralem; tum etiam ex ſententia ſummi Pontificis, ad quem Wicleſus prouocabat, tum demum, quia (vt ait Stous, & ipſe Proteſtans) in Chronico, An. 1376.) *Vviclefus oppugnabat Eccleſiam, eo quod per Archiepiſcopum Cantuarienſem priuatus erat Beneficio, quod (vt dicebatur) iniuſtè poſſidebat.* Vel (vt ſcribit Harpesfeild. in hiſtor. Wicleſiana c. 1. *Primum illius in Eccleſiam & Romanum Pontificem odij ſeminarium fuit, quòd eiuſdem Pontificis decreto, à præfectura Collegij Cantuarienſis Oxonij, quod Simon Archiepiſcopus Cantuarienſis, vt diximus, inſtituit, quam præter ius & fas inuaſerat, quippe quæ ex ſcitu & præſcripto Simonis Iſlepi, monacho tantum debebatur, poſt longam cauſæ in* * *Pontificio Tribunali diſceptationem, abdicatus fuiſſet.* Et in Margine ait, *extat Pontificis decretum cum toto proceſſu, quod ad manus meus peruenit.* Hic infælix ille eſt, qui fidem Anglorum, hactenus virgineam & impollutam, contaminauit. Et perperam faciunt, qui hæreticum * Pelagium, Anglum aſſerunt, qui etiam mortuus eſt, antequam Angli Britanniam ingreſſi ſunt. Adde quòd Gordon An. 405. dicat: *Pelagius, cuias fuerit, incertum*: ac multi contendant eum fuiſſe Scotum.

† *Parker in Simone Lāgham, n. 56.*

* *Gualterus in Chron. ſæc 5 c 3. Dempſter in hiſt. Scot. l 15. 1012.*

CAPVT VIGESIMVM-QVINTVM.

GVLIELMVS VVITESLEIVS ARCHIEPISCOPVS *quinquageſimus-ſeptimus.*

1. POſt Simonem prædictum, Cantuarienſem Eccleſiam regere cæpit Gulielmus Witeſleius, An. 1368 *Quem Vrbanus Papa ſubſtituit. Ante ſuſceptum Epiſcopatum fuit Huntingdonienſis Archidiaconus, cuius opera in cauſarum cognitione vtebatur Iſlepus, cùm quod ſanguinis neceſſitudine illi iungeretur, tum ob ciuilis & Eccleſiaſtici iuris, quâ pollebat, peritiam.* Ita Harpesfeild. ſæc. 14. c. 11. Walſingam An. 1368. ait: *Papa tranſtulit Magiſtrum Vvilleſey, Epiſcopum Vigorniæ, ad Eccleſiam Cantuarienſem.* *Sub Eduardo 6. dicto 3,*

2. Parkerus in eius vita, n. 57. ſcribit, quòd fuit *Conſanguineus Simonis Iſlip, ab eoque non modo educatus, & liberaliter inſtitutus, ſed ad multos honoris gradus euectus. Adoleſcens ex Auunculi conſilio, Iuri operam dedit, ac vtriuſque iuris Doctor, eiuſdem negotia in Romana Curia procurauit. Ad Roffenſem Epiſcopatum, inde ad Vvigornienſem, tum ad Londinenſem, poſtremo ad Cantuarienſem Archiepiſcopatum ab Vrbano Papa tranſlatus eſt. Celebrauit Cleri Synodum in Eccleſia Paulina Londini, in qua ipſe Latinè, doctè ac disertè concionatus eſt.* Godwin. in vita eiuſdem, n. 56. *Archiepiſcopatu Cantuarienſi ab Vrbano quinto donatus eſt, Pallium accepit. In duabus Synodis ſua authoritate coactis latinè concionatus eſt magna facundiæ ac eruditionis laude.* *Laudatur à Proteſtant.*

CAPVT VIGESIMVM-SEXTVM.

SIMON SVDBVRIVS ARCHIEPISCOPVS *quinquageſimus-octauus.*

IN Gulielmi prædicti locum ſuffectus eſt, An. Dom. 1375. Simon Sudburius, de quo ita Walſingamus, Anno 1381. *Erat vir eloquentiſſimus, & incomparabiliter, vltra omnes regni ſapientes, ſapiens.* Et ibidem, p. 266. *Credibile eſt eum martyrio vitam finiſſe.* Harpesfeildus, ſæc. 14. c. 11. *Nemo omnium vel propter prudentiam, vel propter doctrinæ & authoritatis magnitudinem, Simone illis rebellibus ruſticis fuit inuidioſior*: ac refert quo modo piè ac fortiter ſuſtinuerit mortem ab ipſis illatam. Similia ſcribit, Bzouius, An. 1381. Pitſeus ætate 14. n. 671. Spondanus, An. 1381. ait quòd *ad eius monumentum multa fieri ceperunt miracula.* *Sub Richardo 2.*

2. Godwinus in eius vita, n. 57. *Gregorius vndecimus, tunc Papa Archiepiſcopa-* *Laudatur à Proteſtant.*

tum, prouiſionis titulo, Simoni Sudburio contulit 1375. Hic patre prognatus eſt nobili: ex Eph bis vix dum egreſſus, à patre ad tranſmarinas oras emiſſus eſt, vt iuris cognitionem compararet, cuius facultatis Doctor euaſit, tumque Innocentio ſexto à ſacris, & in Romana Curia index ſiue Auditor Rotæ factus eſt. Synodos celebrauit duas, in quarum vtriſque Latino vſus idiomate, doctiſſimè concionatus eſt. Nece tandem indigniſſima affectus. Incredibili facundia, (vt erat vir eloquentiſſimus, inquit Vualſingamus, & incomparabiliter vltra omnes regni ſapientes, ſapiens) ad pietatem in Deum, & principis obſequium hortatur. Inclitus hic præſul, ſacerdotio & canitie venerandus, eruditione, pietate, facundia, comitate præditus, & propter has, aliaſque animi, imo & corporis etiam virtutes, quæ haud deerant, ſummè venerandus. Sudburiæ Collegium condidit ſæcularibus ſacerdotibus, quod Henrico octauo regnante, demolitum. Occidentalem ciuitatis Cantuariæ portam, prout murum, quantum inde ad ſeptentrionalem vſque portam protenditur, à fundamentis excitauit. Opus nobiliſſimum. Eadem Parkerus in vita eiuſdem, n. 58. Qui etiam addit, quòd *Vuiclefum captum, & ad ſe adductum in Ducis Lancaſtriæ præſentia iuſſit, ne huiuſmodi dogmata deinceps diuulgaret. Et Vuiclef aliquando * conticuit.* Negat tamen Ioannem Bal, concitatorem plebis, à quâ interfectus eſt hic Archiepiſcopus, fuiſſe Vuicleſiſtam, at agnoſcit, quòd *popularibus opinionibus permiſcuit quædam Vuiclefi, dogmata.* Et Baleus, Cent. 6. c 75. gloriatur, quòd *Ioannes * Ballus, ob Euangelij prædicationem, per Simonem Cantuarienſem Archiepiſcopum, & Gulielmum Londinenſem Epiſcopum, Londini incarceratus, à communi plebe liberabatur à vinculis, interfecto Archiepiſcopo, cum duobus alijs ſacerdotum principibus.* Walſingamus, An. 1381. refert, † miracula quædam, quæ credebantur facta per reliquias huius Archiepiſcopi. Weuerus in ſuis monumentis, p. 224. inquit, quòd fuit, *valde prudens, eruditus, eloquens, liberalis, miſericors & admodum venerandus.* Spedus, An. 1379. vocat eum, *digniſſimum Prælatum.* Stous in Chron. p. 458. *Erat vir eloquens, ac prudens ſuprà omnes prudentes regni, nobiliſſimum martyrium expleuit.*

Holinshed An. 1377. Stous An 1381.
** Vualſingam An. 1382. Docuit peruerſa dogmata Ioã Vuicleſ. Holinshed An 1382.*
† Stous An. 1381. Harpsf. ſæc 14. c 11.

CAPVT VIGESIMVM-SEPTIMVM.

GVLIELMVS COVRTNEIVS ARCHIEPISCOPVS quinquageſimus-nonus.

S ab Richardo 2.

1. SImoni (inquit Harpesfeildus, ſæc. 14. c. 11.) *Subditur Gulielmus Courtneius, Hugonis Comitis Deuoniæ filius; quem Vrbanus Papa ante monachorum poſtulationem Cantuariam transferandum decreuerat, Palliumque poſtea tranſmiſit. Ad primordia ſuſcepti muneris cepit diligentem cogitationem de Vuicleſiana hæreſi opprimenda. Magno atque excelſo fuit animo, in ſuis, Cantuarienſis totiuſque Eccleſiæ Anglicanæ libertate atque priuilegijs tuendis. In illis comitijs, quæ habita, An. 1389. & 1396. eam Gulielmus, quam. Eboracenſis ſuo, totiuſque Cleri nomine, conteſtabantur, ſi quid ibi tentaretur, quod Romanæ ſedis dignitatem imminueret, ſe ſua ſuffragia decretis huiuſmodi non adiuncturos.* Spondanus, An. 1385. *Magno atque excelſo fuit animo in ſua Eccleſiæ, totiuſque Anglicanæ libertate ac priuilegijs tuendis, necnon in fide Catholica & diſciplina Eccleſiaſtica contra violatores conſeruanda.* Walſingam. An. 1382. *vir, vt creditur, ſpiritu Dei plenus.* ibique refert zelum ipſius contra Wicleſiſtas, & quod compulerit præcipuos eorum ad palinodiam.

Laudatur à Proteſtant.

2. Ex Proteſtantibus ita Parkerus in eius vita, n. 59. *Hic nobilis Antiſtes ex genere illuſtri atque claro profectus eſt, patre natus Hugone, Deuoniæ Comite. Iuri ciuili & Canonico adoleſcens, aſſiduam operam dedit. Non minus nobilitate, quam doctrina prudentiaque celebris, Monachi Cantuarienſes in vno ſenſu congruentes, eum poſtularunt, ac Vrbanus Papa ſextus, ignarus poſtulationis monachorum, prouiſionis vſurpatione, eum ante ad Archiepiſcopatum tranſtulit. Cleri Synodum in Fratrum Prædicatorum cœnobio Londini habuit; in ea plurima Ioannis Vuiclefi dogmata, quaſi hæretica & errorum plena, damnauit.* Et quoſdam nominat, quos coegit palinodiam canere, & quoſdam, quos excommunicauit: Et addit. *Rex huic Eccleſiaſticæ ſeueritati adiungens ſuam,*

*ſuam, literis ad Archiepiſcopum, & eius ſuffraganeos, necnon ad Cancellarium Oxonienſem ſcriptis, authoritatem dedit, apprehendendi & carceribus mancipandi, quoſcunque in dictis dogmatibus ſuſpectos habebant. Hu geſtis, magna crudelitate in permultos de religione, bonoque in diuinis rebus ſenſu, vndique ſæuitum eſt. Ipſe Ioannes Vviclef ne deprehenderetur, latebras quærens, perſequentium inſidias vitauit. Tandem in feſto S. * Thomæ paralyſi correptus, vitam aliquando in ægritudine, vſque ad Siluestri feſtum produxit. Maidſtouæ demolito veteri opere, Collegium ſæcularium ſacerdotum extruxit, ac fundauit, tum Eccleſiam de Mepham collapſam, ad vſus infirmorum Fratrum redintegrauit, iuxtaque eam quatuor nouas ædes extruxit.* Eademque refert Godvinus in vita eiuſdem, n. 58. Weuerus in monumentis, p. 869. *Vir celebris ob excellentem eruditionem in vtroque iure, magnæ proſapiæ, magnæ eruditionis, & magnæ virtutis, nec minus amatus à populo.* Hæc Proteſtantes de damnatore ſui Patriarchæ Wicleſi. Plura de ipſo videri poſſunt apud Harpesfeild. in Hiſtoria Wicleſiana, c. 5. & ſæc. 14. c. 11. † *Vualſing. An. 1323. Mors Vuicleſ.*

CAPVT VIGESIMVM-OCTAVVM.

THOMAS ARVNDELIVS ARCHIEPISCOPVS ſexageſimus.

1. COurtueium (inquit Harpesfeild. ſæc. 15. c. 8) *Arundelius excepit, illuſtris, vtille, non ſolum magnis alijs dotibus, ſed & generis ſplendore. Fuit autem filius Comitis Arundelij, & ex Archidiacono Cantuariæ deſignatus eſt Elienſis Epiſcopus, Eboracum poſteà, inde Cantuariam Bonifacij Papæ prouiſione tranſlatus. Sua apud eum* (Henricum quartum) *flagranti gratia, Cleri dignitatem & commoda, quæ valde his temporibus impetebantur, magna conſtantia defendebat & tuebatur. Illud verò pium inſtitutum, quo manè, meridiè, & veſperi ad noſtra vſque tempora ſolebant Angli vbique ſe ad ſonitum campanæ Deo & Beatæ * Virgini Mariæ per orationem Dominicam & Angelicam ſalutationem commendare, ex Arundelij ſuaſu promanauit. Multum Thomæ negotij Vviclenianæ hæreſis faceſſebat, ad quam ille opprimendam ſumma vigilantia incubuit, nouemque Eccleſiaſtica decreta ſanciuit, quæ contra illam potiſſimum hæreſim tendunt.* Et in hiſtoria Wicleſiana, c. 16. *Nemo maiorem ad hanc peſtem* (Wicleſianam) *profligandam, diligentiam curamque adhibuit, Thoma Arundelio. Quod vt fœlicius atque expeditius ageret, varias Synodos indixit. Curauit vt libri Vvicleſiani rurſus damnarentur, & publicè Londini ignibus conflagrarent. * Complures paſſim eius opera reſipuere.* Vide eius conſtitutiones contra hæreticos apud Foxum in Actis ſuis, p. 484. Spondanus An. 1397. *Magnæ virtutis & prudentiæ vir.* Walſingam An. 1414. *Eminentiſſima turris Eccleſiæ Anglicanæ, & pugil inuictus.* Sub Rich. 2. & Henr. 4. Pitſeus de ſcript. n. 764. † Fox. p. 485.

2. Ex Proteſtantibus ita Parkerus in eius vita, n. 60. *Hic patrem habuit Arundeliæ Comitem, & adoleſcens Theologiæ deditus, cum Subdiaconus tantum eſſet, ad Epiſcopatum Elienſem electus, inde ad Eboracenſem Metropolim, ac demum ad Cantuarienſem prouiſione Papali peruenit, Pallium accepit. In maxima gratia vixit cum Bonifacio Papa. Quoſdam Londinenſes, Vvicleſianas opiniones, vt hæreticas, deteſtari, atque abiurare compulit. Reliquos Archiepiſcopatus ſui annos in Synodis celebrandis, hiſque coercendis, qui Vvicleſi dogmata ſecuti ſunt, tranſegit, Vvicleſianorum numerus indies iam adauctus eſt, in quos Archiepiſcopus atque Clerus ſumma crudelitate ſæuire cœperunt. Quam quidem ob rem totius Cleri Synodus Londini conuenit, & Vvicleſiana dogmata iterum condemnauit.* Et in vita Simonis Sudburie. *Conſtitutionem in Vvicleſianos edidit, in qua conqueritur Anglicanam Eccleſiam multis hæreticis opinionibus, & præſertim nouo damnabili Lollardiæ nomine ſuo tempore infectam.* Eadem habet Godwinus in vita eiuſdem, n. 59. qui addit, quod fuit *Antiſtes proculdubio egregius, vir ſapiens, & animo ſatis magno, præditus.* Et quòd *in Vvicleſianorum dogmatum profeſſores omnium primus ſæuijt viuicomburio.* Vveuerus in ſuis monumentis, p. 226. eum vocat, *dignum Antiſtitem*, quem quod perſequeretur Vvicleſiſtas, Baleus Cent. 7. c. 50. vocat, *Cantuarienſem Archi-Antichriſtum.* Et Foxus in Actis, p. 476. ponit ſententiam Laudatur à Proteſtant.

degradationis latam per eum contra Ioannem Sautrey Vvicleſiſtam, & condemnarionis contra Ioannem Badby. Et p. 482. refert conſtitutionem Arundelij contra Vvicleſiſtas, quam vocat, *ſanguiuariam*. Er p. 519. condemnationem Domini Cobham, item p. 523. Ac tandem, p. 541. vocat eum, *maguum hoſtem verbi Dei*.

CAPVT VIGEEIMVM-NONVM.

HENRICVS CHICHELEIVS ARCHIEPISCOPVS ſeageſimus-primus.

Sub Henrico 5. 1. ARundelij locum & dignitatem ſortitus eſt Henricus Chicheleius, electus vniuerſis ſuffragijs monachorum Cantuarienſium, numero 76. De quo ita ſcribit Harpesfeild. ſæc. 15. c. 10. *Oxonij, iuris ciuilis atque Eccleſiaſtici Doctoratus iuſiguia ſuſcepit, multiſque pro rege & republica atque religione Chriſtiaua, legationibus perſuuctas eſt. Eum ſolita ſua prouiſione, Romauus Pontifex Archieſpiſcopum deſignauit. Cardiualis etiam aute obitum & Legati Pontificij diguitate auctus, qui præter catera, quæ egregiè ac nobiliter patrauit, immortali laude decoraudus eſt ob duo illa Collegia, quæ, ad bouas literas prouehendas, Oxonij poſuit. Apud oppidum quoque, vbi natus eſt, ſacerdotum quoque Collegium collocauit, vberrimè etiam pauperibus, hoſpitio ibidem conſtructo, & aunuis ſumptibus attributis, proſpexit. Eccleſiam Cantuarienſem variis ſtructuris atque oruamentis decorauit, Bibliothecam etiam ibidem reſtaurauit, & optimis libris iuſtructiſſimam reliquit.* Et in hiſtoria Vvicleſiana, c. 16. *Chicheleius tam in Synodis, quam aliàs accuratam quandam operam ad Vvicleſiauas hæreſes ſupprimendas poſuit, multoſque ad paliuodiam reuocauit.* Bzouius An. 1441. *vir prudeus, magnanimus, de Eccleſia perinde ac de repub. optimè meritus.* Et plura ibidem in eius laudem. Item Ciaconius in vita Martini V.

Pitſeus de ſcript. n. 826.

Laudatur à Proteſtant. 2. Ex Proteſtantibus Parkerus in eius vita, n. 61. *Papa Ioaunes XXIII. Archiepiſcopatum Henrico Chicheley, prouiſiouis ſuæ prætextu, douauit. Oxonij, in iure ciuili ac Canouico iuſtitutus, ibi Doctoratus gradu in vtroque iure ſuſcepto, multa regia negotia, muuera, & legationes obijt. Quibus prudeuter & integra fide perſuuctus, regis gratia ad Meueueuſem Epiſcopatum, deinde ad Cautuarieuſem Archiepiſcopatum aſcendit, Pallium accepit à Papa Martino quinto, Cardiualis Romauus, & eiuſdem in Anglia Legatus creatus eſt. In Syuodo (*à Chicheleio*) habita, magna contra Vvicleſianos ſtatuta perſecutio fuit, certa quadam via iuriſque formula deſcripta, qua in Vvicleſianos & hæreticos fuerit procedendum. Virum prudeutem & maguauimum fuiſſe conſtat, & ſi illa Papalis ſuperſtitio abfuiſſet, de Eccleſia periude ac de Republica optimè meritum. Ad Heigham Ferreis, vbi uatus eſt, Collegium maguificum extruxit, & hoſpitalem domum pauperibus extruxit, eique multa prædia iu vſum & eleemoſiuas pauperum comparauit. Oxonij, ad literarum ſtudia coleuda, Collegium celeberrimum, omuium animarum, uecuon Collegium S. Beruardi, erexit. In iuriſdictione ſeueritatem cum æquitate couiuuxit, at ne ſuis quidem, cum deliquiſſeut, pepercit. Demum multis à ſe prudeuter atque piè geſtis, hac vita fuuctus eſt.* Eadem haber Godvvinus in vita eiuſdem, n. 60. Qui etiam apponit eius Epitaphium, in quo dicitur, quòd *per mauus Papæ Gregorij XII. in Epiſcopum conſecratus eſt; & à Ioanne Papa XXII. ad Archiepiſcopatum trauſlatus.* Et addit ipſe, *vir certè fuit honore quouis diguus; muuus Paſtorale laudatiſſimè, ſummaque cum integritatis laude obiuit, eaque pietate, vt opes vniuerſas profuuderet, vel egeuos ſubleuaudo, vel in literarum commodum, Collegia extruendo.* Tantis laudibus efferunt hominem, quem Papiſtam agnoſcunt, ac Vvicleſiſtarum perſecutorem. Et Foxus in Actis, p. 541. ait, quòd *Chicheley, ſecutus veſtigia deceſſoris ſui, oſteudit ſe non minimum aduerſarium fautorum veritatis.* Et p. 605. ait, ſub eo combuſtum eſſe Gulielmum Tailerum Vvicleſiſtam. Spedus, l. 9. c. 15. vocat eum, *fortem pugilem aduerſus doctriuam Vvicleſi.*

Camd in Brit. p. 331. H. Chicheleius Arch. Cant. bina, eaque egregia ædificauit Collegia.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVM.

IOANNES STAFFORDVS ARCHIEPISCOPVS ſexageſimus-ſecundus,

1. CHichelei defuncti ſedem (ait Harpesfeild. ſæc. 15. c. 11.) Anno 1433. *Suſcepit Ioannes Staffordius, in quo ſumma generis nobilitas, cum pari morum, virtutum, atque doctrinæ præſtantia certabat. Fuit autem clariſſimi Comitis Staffordiæ filius. Iuris ciuilis atque Pontificij ſtudio, inter alias diſciplinas, animum ab adoleſcentia diligenter adiecit, in quo tam inſigniter profecit, vt illius profeſſionis atque ſtudij ſumma illa (Doctoratu decoratus) inſignia ſuſceperit, & cauſas in ſumma Cantuarienſi curia, magna diligentia, doctrina, prudentiaque tractarit. A Martino quinto Bathonienſi Epiſcopatu donatur, & per Eugenium deinde, Cantuariam tranſlatus. Cuius Pallium à Roma allatum, per Roffenſem Epiſcopum, humeris eius vſitatis verborum cæremonijs impoſitum eſt.* Sub Henr. 6.

2. Ex Proteſtantibus Parkerus in eius vita, n. 62. *Illuſtris familiæ, atque gentis præſul, poſt Henricum Chicheleium vita functum, Archiepiſcopalem dignitatem ſuſcepit. Celeberrimi Comitis Staffordiæ filius, ſtirpemque atque originem ſuam adoleſcens doctrina nobilitauit. Bathonienſem Epiſcopatum à Martino quinto Papa prouiſionis titulo accepit, ac demum ad Archiepiſcopalem celſitudinem, ab Eugenio Papa tranſlatus eſt. Pallium ab Eugenio Papa miſſum, ac ad ſe, per Epiſcopum Roffenſem delatum, induit. Corpus eius Cantuariam à Fratribus albo veſtitis deductum, & Epiſcopo Roffenſe cum Priore & monachis Cantuarienſibus triduo Miſſificantibus, ac funebres ritus Pontificio more ſolenniter peragentibus ſepultum eſt.* Eadem habet Godvvinus in vita eiuſdem, n. 61. & Weuerus in monumentis, p. 228. *Laudatur à Proteſtant.*

CAPVT TRIGESIMVM-PRIMVM.

IOANNES KEMPVS ARCHIEPISCOPVS ſexageſimus-tertius.

1. STaffordi ſedem (inquit Harpesfeild. ſæc. 15. c. 11.) *Ioannes Kempus capeſſit. Et hic quoque in iuris ciuilis & ſacri ſtudio, egregiam operam poſuit. Roffenſi primum, tum Ciceſtrenſi, & Londinenſi Epiſcopatu, & quadriennio poſt, Eboracenſi, poſtremo & Cantuarienſi auctus. Antequam Cantuariam migrauit, à Romano Pontifice, Galero Cardinalitio ornatus. Ioannem iſtius ſæculi ſcriptores miris laudibus efferunt, è quibus vnus tradit, eum, ſi vitam Romæ traduxiſſet, propter ingenij, virtutis, prudentiæ, & doctrinæ magnitudinem, ſummo Pontificatu amplificandum fuiſſe.* An 1454. Sub Henr. 6

2. Parkerus in eius vita, n. 63. *Ioannem Kemp Eboracenſem Archiepiſcopum & Cardinalem, rege annuente, monachi Cantuarienſes, conſpirantibus ſuffragijs poſtularunt. At Papa Nicolaus, monachorum electione neglecta, prouiſionis titulo, cum ab Eboracenſi Metropoli ad Cantuarienſem tranſtulit. Induit à Nicolao miſſum Pallium. In literis à pueritia, tum in iure ab adoleſcentia inſtitutus, ſuſcepit Doctoratus gradum.* Eadem habet GodWinus in vita eiuſdem, n. 62. & Weuerus in monumentis, p. 229. Baleus, Cent. 11. c. 55. ſcribit. *Ipſum, Eugenius quartus, finito Florentino Concilio, vt ſuas partes augeret, Anno Domini 1439. Florentiæ, in publico conſiſtorio cum alijs octodecim, ſub titulo ſanctæ Balbinæ, Presbyterum Cardinalem creauit.* *Laudatur à Proteſtant.*

CAPVT TRIGESIMVM-SECVNDVM.

THOMAS BOVRCHIER ARCHIEPISCOPVS ſexageſimus-quartus.

Anno 1454. Sub Henr. 6. 1. I*Oannes, Thomam Bourchierum* (inquit Harpesfeild. ſæc. 15. c. 11.) *ſucceſſorem habuit, quem non magis generis ſplendor, quam doctrina, probi mores, atque pietas nobilitauit. Frater fuit Henrici Eſſexiæ Comitis. Elienſis cum Epiſcopus ac Cantuarienſis poſteà, liberrima monachorum poſtulatione deſignatus, quem mox ſummus Pontifex in Cardinalium numerum cooptauit.* Quibus addit c. 12. quòd erat, *vir moribus & vita ſpectatiſsimus.* Polidorus l. 26. ait. *Vir ſanè & doctrina & moribus clariſsimus.* Vide Ciaconum in vita Pauli II.

Laudatur à Proteſtant. 2. Parker. in vita eiuſdem, n. 64. *Cantuarienſes monachi vnanimis ſuffragijs Thomam Bourchier, Elienſem Epiſcopum, ad Cantuarienſem Metropolim poſtularunt. Hæc poſtulatio ad Papam Nicolaum quartum perlata eſt, atque mox ſcriptis, & ſigillatis Bullis confirmata, creatuſque eſt Cardinalis S. Cyriaci in Thermis. Erat illuſtri genere prognatus, Frater Henrici Eſſexiæ Comitis, ac in Academia Oxonienſi inſtitutus, ac eiuſdem Cancellarius.* Eadem habet Godwin. in vita eiuſdem, & Weuerus in ſuis monumentis, p. 229. Foxus in Actis, p. 651. refert eius Acta contra wiclefiſtas. Et Baleus, Cent. 8. c. 19. tradit eum coegiſſe Pſeudoepiſcopum quendam Vvicleſiſtam, ad Palinodiam. Ac Cent. 11. c. 75. ait, quòd fuit, *vir doctrina, moribus, & Eſſexiæ comitum ſanguine clarus.*

CAPVT TRIGESIMVM-TERTIVM.

IOANNES MORTONVS ARCHIEPISCOPVS ſexageſimus-quintus.

Sub Henr. 7. 1. T*Homas, vir moribus & doctrina ſpectatiſsimus* (inquit Harpesfeild. ſæc. 15. c. 12.) *non minus præſtantem ſucceſſorem, videlicet Ioannem Mortonum, Elienſem Epiſcopum, & regni Cancellarium, ſortitus eſt. Vir fuit, cui, neſcio an memoriæ, ingenij, prudentiæque præſtantia, quenquam illis temporibus Anglia parem, nedum ſuperiorem viderit. Mortonus, etſi à prima ferè iuuentute, à ſchola in aulam traductus fuit, magnas tamen, in iuris præſertim doctrina, progreſsiones fecit. Vir fuit inter cæteros optimè moratus, valde cultoque ornatoque ſermone, quique aculeos quoſdam in audientium animis relinqueret, vtebatur, cui non tam dignitatis, quam virtutis prudentiæque magnitudo authoritatem & reuerentiam apud omnes conciliauit. Ex Elienſi Epiſcopo, Cantuarienſis Archiepiſcopus, atque à ſummo Pontifice, Cardinalis mox deſignatus eſt. Vir cum ob alias claras illius dotes, tum & ideo ſuſpiciendus, quòd ad regis Henrici grauiora peccata non conniuere, ſed acrius (ea tamen quâ decuit modeſtiâ) illum reprehendere ſolitus eſt.* Polidorus l. 26. cum dixiſſet, quod Bourchier erat, *vir doctrina & moribus clariſsimus,* addit. *In eius locum ſubſtituitur Ioannes Mortonus, par nempè virtute Antiſtes, quem Alexander ſextus Cardinalem fecit.* Thomas Morus in ſua Vtopia. *Mortonus non authoritate magis, quam prudentia & virtute incomparabili,* & plura ibidem in ejus laudem. Item apud Ciaconum in vita Alexandri VI.

Laudatur à Proteſtant. 2. Parkerus in eius vita, n. 65. *Ioannes Mortonus, adoleſcens Oxonij ſtuduit, & cum in iure ciuili atque Pontificio profeciſſet, controuerſis cauſis in arcuata curia patrocinandis aduocatus fuit. Thomæ Bourchier Cantuarienſi Archiepiſcopo, ob iuris ſcientiam & prudentiam, charus fuit. Henricus regno potitus, Thoma Bourchier mortuo, eundem ad Metropolim Cantuarienſem, à monachis poſtulari, & confirmatione Innocentij Papæ ab Elienſi ſolui, atque transferri procurauit. Vir fuit prudens, facundus, atque grauis, qualem*

Henricus

Henricus ſeptimus vitæ ſocium, morumque Magiſtrum plerumque penes ſe habuit. A tribus regibus, Henrico ſexto, Eduardo quarto, & Henrico ſeptimo probata integerrimi & prudentiſsimi patris fides nunquam in dubium venit. In Teſtamento, omnia penè ad pias cauſas reliquit. Eadem Godwinus in eius vita, n. 64. & in Epiſcopis Elienſibus, n. 27. *Vir celebris, & nunquam ſatis laudatus;* qui addit, quod *Papa eum Cardinalem deſignauit titulo S. Anaſtaſia.* Et in Cardinalibus, vocat eum *præſulem præſtantiſsimum.* Itemque Weuerus in ſuis monumentis, p. 230. Baleus, Cent. 11. c. 82. hoc Elogium illi tribuit. *Vir, qui ſua tempeſtate omnes Angliæ Prælatos, prudentia & grauitate ſuperabat.* Stous in Chron. An. 1486. *Vir excellentis ingenij, doctrinæ, ac virtutis.* Camden. in Reſiduis, p. 166. *Morton, vir magnæ prudentiæ, ac natus vniuerſali bono huius regni.* Similiter Martinus in vita Richardi 3. & Spedus ibidem.

CAPVT TRIGESIMVM-QVARTVM.

HENRICVS DENEVS ARCHIEPISCOPVS ſexageſimus-ſextus.

1. P*oſt Mortonum* (inquit Harpesfeild. ſæc. 15. c. 13.) *Henricus Deneus Cantuarienſem ſedem ſuſcepit. Qui cum Langtonenſis cænobij præfecturam gereret, Hiberniæ à Rege Henrico ſeptimo Cancellarius eſt deſtinatus, quem rex Bangorienſi & Sarisburienſi deinde ſede, tandemque Cantuarienſi Archiepiſcopatu ornauit.* *An. 1501. Sub Henr. 7.*

2. Parkerus in eius vita, n. 66. *Rex Henricus ſeptimus, hunc Archipræſulem, de quo nunc agendum eſt, tunc monachum, & Langtonienſis cænobij præfectum, virum bonæ frugi, & officij plenum, Hiberniæ cancellarium deſignauit. In hoc munere ſolerter exequendo, Bangorenſis Epiſcopus abſens creatus eſt. At Henrico Regi ſeptimo prudentia animique magnitudine notus, in Salisburienſi Eccleſia haud diu ſedit; verùm Ioanne Mortono mortuo, ad Cantuarienſem Archiepiſcopatum elatus eſt. Alexander Papa Pallium, Archiepiſcopatus videlicet inſigne, ei miſit.* Et ibi refert verba, quibus tradebatur ei Pallium, & iuramentum, quòd Deneus præſtitit, vbi iurat * *fidelitatem & obedientiam Eccleſiæ Romanæ, Domino Papæ Alexandro, ſuiſque ſucceſſoribus Canonicè intrantibus.* Et addit Parkerus. *Hoc iuramentum à ſingulis Epiſcopis Papæ præſtari conſueuit.* Eademque habet Godwinus in vita eiuſdem n. 65. Vveuerus in ſuis monumentis, p. 231. ſcribit, quòd fuit Theologiæ Doctor, Abbas Langtoniæ, Cancellarius Hiberniæ, Epiſcopus Bangorenſis, deinde tranſlatus Sarisburiam, ac tandem euectus ad ſedem Cantuarienſem, & quod fuit valde prudens & induſtrius. *Laudatur à Proteſtant.* *Sic Godwin. ibid. Fox. p. 961.*

CAPVT TRIGESIMVM-QVINTVM.

GVLIELMVS VVARHAM ARCHIEPISCOPVS ſexageſimus-ſeptimus.

1. DEneo ſucceſſit Gulielmus Vvarhamus, qui (inquit Harpesfeid. ſæc. 15. c. 13.) *Oxonii tam benè moratus, tamque bonis literis, iuris præſertim ciuilis ſcientia excultus fuit, vt propter ingenii, morum, prudentiæ, & doctrinæ præſtantiam, ex Cantuarienſis curiæ Aduocato, ad magnos ſenſim honores, & Cantuariæ poſtremo Archiepiſcopatum, euectus eſt. Pallium à Romano Pontifice accepit. Et Clemens ſeptimus in literis luculenter teſtimonium de Gulielmi præſtantia præbet, quem optimum, religioſiſsimum, ac omnibus partibus ac dotibus ornatiſsimum præſulem (ſunt enim illa illius verba) appellat; regibus nunquam niſi honeſta, iuſta, & ſancta ſuggeſsit, populique vtilitati, quoad potuit, ſtuduit. Henrici octaui diuortio à Regina Catharina, conſtanter aduerſabatur. Et vt fuit ipſe, oppido quam doctus, ita & doctos in magno habuit pretio, eorumque ſtudiis liberaliter* *Sub Hen. 7.*

proſpexit. Multi his temporibus, prauis atque pernicioſis Vvicleſi dogmatibus in Anglia, atque in Cantuarienſi præſertim Diœceſi, adhærebant, quos ille ferè omnes ad palinodiam deduxit. Et nihil quod ad verum & ſincerũ Paſtorem pertinebat, ad damnata hæc dogmata reprimenda, diligentia curaque prætermiſit. Nepoti ſuo ſolebat dicere, futurum non ita multis poſteà annis, vt Thomas quidam in Metropolitana illa ſede locaretur, qui per praua dogmata magis Cantuarienſem, omnemque reliquam Angliæ Eccleſiam deformaret, quam olim Thomas martyr ſuo martyrio amplificaſſet. Vvarhamus autem eum ipſum Thomam, de quo malè ominabatur, ſucceſſorem ſortitus eſt, vt in ſequenti capite dicetur: Sanderus in l. de ſchiſmate Anglicano vocat Warham. *Excellentem virum*, Campianus de diuortio Henrici Regis, *Doctum ac honorabilem, tum Patronum doctorum hominum propè ſingularem.*

Laudatur à Proteſtant. 2. Ex Proteſtantibus, Eraſmus præfat. in Epiſtolas S. Hieronimi, eum vocat, *incomparabilem heroem, virum omni virtutum genere concinnatum.* Præfat in tom. ſecundum eiuſdem, *Summa conſtantia, cùm pari prudentia.* Et præfat. in tom. tertium, quòd *eius opera, Britannia, religione, iuſtitia, vitæque cultu, denique literarum veterum omni genere effloruit, & fuiſſe eũ grauiſſimi iudicij, ſanctiſſimis moribus, natum ad benefaciendum omnibus, & ſingulari modeſtia.* Et in Epiſtola ad Leonem P. 10. *Quo viro, vt nihil habet ea inſula, vel eruditione, vel integritate, vel omnibus Epiſcopalibus ornamentis abſolutius, ita non alium habet ad promouendum optimarum rerum ſtudium propenſiorem.* Parkerus in vita eiuſdem, n. 67. *Oxonium deductus, incubuit iuri ciuili, cui eloquentiam & humaniores artes adiunxit. In Denei locum, procurante rege, Vvarhamus ſucceſſit. Qui confirmationem & conſecrationem, Pallium atque Legatiuam poteſtatem à Iulio Papa ſecundo accepit. Archiepiſcopus Miſſam ex more celebrauit. Synodum conuocauit, in qua multa in eos, quos tum Lutheranos appellabant, decreta ſunt. Hugo Latimerus, niſi propoſita ſibi ab hac Synodo, Pontificia multa dogmata, chirographo ſuo agnouiſſet, in cineres flamma verſus fuiſſet.* Eadem habet God inus in vita eiuſdem, n. 66. qui addit, quòd *in ædificiis reficiendis Archiepiſcopalium domorum, ingentem erogauit pecuniam.* Somnerus in deſcript. Cantuariæ, p. 272. ait, quod Eraſmus ita eum laudat, *ob humanitatem, doctrinam, integritatem ac pietatem, vt nullam abſoluti præſulis dotem in illo deſideres.*

CAPVT TRIGESIMVM-SEXTVM.

THOMAS CRANMERVS ARCHIEPISCOPVS ſexageſimus-octauus.

Sub Henr. 8. 1. SExageſimus-octauus Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſed primus S. Auguſtini & deceſſorum ſuorum fidei deſertor, fuit Thomas Cranmerus, creatus, An. 1533. & ob hæreſim exuſtus, An. 1556. ſub pijſſima Regina Maria. Quoniam autem Foxus in Actis ſuis, p. 1710. vocat Granmerum, *præcipuum ſigniferum Proteſtanticæ religionis*; & ipſe Cranmerus profitetur ſe authorem Proteſtantiſmi in Anglia, apud Godvvin. in vita eius, n. 67. vbi ait, *Decreta de religione ſub Eduardo, ſe authore † facta.* Et Simlerus in vita Petri martyris: *Cranmerus, adiunctis tribus ſocijs, leges Eccleſiaſticas ſub Eduardo præſcripſit*; breuiter deſcribam, qualis fuerit. Hic non ob merita vlla dignitatem hanc adeptus eſt, ſed cũ eſſet à [a] Sacello Annæ Bolenæ, quam Henricus Rex octauus deperibat, ac Dominæ ſuæ amplificationi, ac Regis libidini enixè faueret, à Rege primum adhibitus eſt Legationibus obeũdis pro [b] diuortio ſuo à Regina Catharina promouendo, ac deinde, procurante eodem, ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem poſtulatus, eo conſilio, vt ſi Pontifex recuſaret diuortij ſententiam ferre, eam Cranmerus pronunciaret, quod & fecit. In initio Catholicus fuit, ac proinde *à Clemente VII † Pœnitentiarius ſuus in Anglia, Hibernia, & Vvallia conſtitutus. Ac data Cantuarienſi Conuentui à Rege facultate, Archiepiſcopus electus eſt. Ac Clemens ſeptimus Papa ad regem ſcripſit ſolito blandius, obſecrauitque, vt Cantuarienſem Eccleſiam*

Author Proteſt. in Anglia.
** Martin. in Maria Regina Parker. in Crãmero, p. 141.*
a Martin. in Fox. p. 1701 Godvvin. in Cranmero.
b Fox. p.
† Parker. in Vvarhamo.

*Eccleſiam, Thomamque Craumerum ad eandem electum, patrocinio tueretur, & indulſit ei facilè; vt à duobus vel tribus Catholicis Epiſcopis, quibus vellet, ſacraretur; ſed verus illud iuramentum inſeruit, quod niſi in ſacratione præſtaret, tam Epiſcopis ſacratoribus, quàm ipſi ſacrato, omni Epiſcopali adminiſtratione interdixit. Verum in ſacratione coram teſtibus fide dignis, Notariiſque publicis proteſtatus eſt, id * iuramentum conſuetudinis tantum Romanæ, non Chriſtianæ neceſſitatis fuiſſe, eoque iuramento perfunctoriè lecto, ſacrationem atque Pallium ſuſcepit.* Cantabrigiæ artium Magiſter creatus, ſed quia vxorem duxerat, Collegio cedere coactus eſt. Verum ea poſtmodum mortua, ad Theologiæ ſtudium ſe tranſtulit, ac eiuſdem Doctor aſcitus eſt. Cùmque Roma per Germaniam reuerteretur, Norimbergæ ſecundam mulierem ſibi iunxit, quam Henrico regnante clam cuſtodiuit. Vt autem præclarum eius ingenium ſeu mores intueamur: Primò fuit mulieroſus: Nam cum eſſet ſocius Collegij Ieſu Cantabrigiæ, ob amorem mulieris, quam duxit, Collegio cedere coactus eſt. Deinde cum eſſet ſacræ Theologiæ Doctor, ac ſacerdos, dum Roma rediret per Germaniam, Norimbergæ aliam mulierculam ſibi conciliauit, quam (inquit Foxus in Actis, p. 1037.) *præſumitur duxiſſe in vxorem.* Et Godwin. in Henrico octauo, An. 1531. *Puellæ cuiuſdam amore irretitus tenebatur, quam etiam ſecundo ſibi connubio iungere omnimodis decreuerat.* Hanc toto reliquo Henrici Regis tempore occultè apud ſe habuit, ac cum iter faceret, in * ciſta affabrè ad id facta, incluſam circumtulit, ac demum ſub Eduardo Rege publicè duxit. Quo facto, oſtendit, ſe ea priùs ſcorti loco vſum eſſe. Quod etiam indicant illa verba Foxi, & Godwini: *Præſumitur duxiſſe, connubio iungere decreuerat.* Non enim ita loquerentur, ſi eam verè duxiſſet, aut verè connubio ſibi iunxiſſet. Secundò, ſæpè periurus fuit. Nam (vt D. Martinus ei obiecit apud Foxum in Actis, p. 1701. 1703.) cùm ſacraretur, bis ſolenne iuramentum ſuſcepit de præſtanda fide ac obedientia ſedi Romanæ, cùm tamen nihil minus in animo habuerit, quàm illud præſtare. Deinde in ſua Palinodia, de qua mox dicam, *Deum teſtem inuocat, ſe eam ex animo feciſſe.* Et tamen poſteà, p. 1712. ait, *abrenuncio ac reiicio tanquam ſcripta manu mea contra veritatem, quam corde credebam.*

Copus dial. 6. c. 41
Sanderus de ſchiſmate Anglicano, p. 58.
Mulieroſus.
† Stapleton l. 1. cont. Hornum. c. 1.
Periurus. Godwin. in vita Cranmeri.

2. Tertiò, bis Apoſtata fuit: Nam primò erat Catholicus (vt enim ait Godwin. in eius vita) *Henricus Rex Archiepiſcopum eum per monachos Cantuarienſes curauit deſignandum*, à Clemente ſeptimo fuit confirmatus, à quo & Pallium accepit, & conſuetum iuramentum præſtitit, & (vt ipſemet fatetur in Foxo, p. cit.) cùm damnabat [a] Lambertum Sacramentarium, *tuebatur doctrinam Papiſticam.* Vnde Godwinus in Henrico octauo, An. 1529. *Ibi* (in Germania) *Cranmerus, in cauſam Lutheri huc vſque iniquior, ſemina putatur hauſiſſe illius doctrinæ, quam poſteà apertius vlnis amplexus eſt.* Sed à Catholica fide defecit ad Lutheraniſmum, ac cum Luthero docuit conſubſtantiationem, ac tandem defecit ad Zuinglianiſmum; aitque apud Foxum, l. cit. *Agnoſco, quòd aliter credebam, quàm modo credo, quouſque contulit mecum D. Ridleius.* Neque in hac hæreſi conſtans permanſit, vt refert Foxus, p. 1710. cum iam damnatus eſſet ad mortem propter hæreſim, ob ſpem vitæ, hanc Palinodiam cecinit. *Ego Thomas Crannerus, nuper Archiepiſcopus Cantuarienſis, abrenuncio, abhorreo, ac deteſtor omnes hæreſes, & errores Lutheri ac Zuinglii, & omnes alias doctrinas contrarias veræ ac ſacræ doctrinæ, & credo conſtantiſſimè in corde meo, ac ore meo confiteor, vnam ſanctam & Catholicam Eccleſiam viſibilem, extra quam non eſt ſalus. Et illius agnoſco Epiſcopum Romanum eſſe ſupremum caput in terra, quem agnoſco eſſe ſupremum Epiſcopum, ac Papam, ac Vicarium Chriſti, cui omnes fideles ſubditi eſſe debent. Credo, & adoro in Sacramento altaris verum corpus, & ſanguinem Chriſti contenti veriſſimè ſub ſpeciebus panis & vini, per omnipotentiam Dei pane mutato in corpus Seruatoris Ieſu Chriſti, & vino in ſanguinem eius. —— Ac Deus mihi teſtis eſt, quòd hoc non fecerim, ob fauorem aut metum cuiuſpiam, ſed libenter, ac mea ſponte, tum ad exonerandam conſcientiam meam, tum ad inſtruendum alios.* Et addit Foxus ibid. quod hæc Cranmeri Palinodia fuit, *typis impreſſa, & vulgata vbique.* Et p. 1712. ait, quod Crannerus ſub mortem eam agnouit à ſe factam, ſed quod eam reuocauit. Parkerus in eius vita, *propoſita ſpe vitæ, mortiſque terrore, ea, quæ antè de religione ſenſiſſet atque docuiſſet, ſcriptis & chirographo retractauit.* Et Godwinus ibid.

Apoſtata.
a Stous An. 1538. Balens, Cit. 9. c. 26. Antichriſtorum tyrannide paſſus eſt.
Palinodia Cranmeri. Holinshed An. 1556.

† Martin. in Maria An. 1556.

*Quæ antea de religione docuerat, ſcripto breui * retractauit, quod mox typis editum & euulgatum eſt.* Perkinſus de Spirituali deſertione, tom. 1. col. 1031. *Cranmerus, Orthodoxam religionem abnegauit, & pernitioſiſſimam Palinodiam cecinit.* Et nihilominus idem Foxus in Actis ſuis, p. 520. poſtquam dixiſſet, quod Epiſcopi Catholici finxiſſent Palinodiam Ioannis Oldcaſtelli Wicleſiſtæ, *quam* (inquit) *ipſe nec fecerat, nec viderat*, ſubdit: *Simili fraude ac ſubtili praxi, excogitata fuit Palinodia Archiepiſcopi Thomæ Cranmeri, ad claudenda ad tempus ora populi.* Adeo ferreo ac impudenti ore aſſerit à Catholicis confictam eſſe Cranmeri Palinodiam, quam & Cranmerus, ipſemet, & ſui agnoſcunt verè ab eo factam.

Foxi impudentia.

Proditor. Vide eum, p. 1701.

Quartò, fuit reus læſæ maieſtatis. Nam ita Foxus in Actis, p. 1698. *Hoc certum eſt, quod paulò poſt coniectus eſt in turrim, & citò poſt damnatus læſæ maieſtatis.* Et p. 1282. *Comparuit coram proceribus in Camera ſtellata, vbi eum accuſantes de læſa maieſtate, & diſperſione ſeditioſarum ſchedularum, in turrim eum amandant.* Et p. 1279. refert † literas, quas Cranmerus & alij ſcripſerunt ad Mariam, iubentes, vt ipſa agnoſcat reginam Ianam, & deſiſtat à petendo regno. Godwinus in vita eius. *Placuit primum in eum, vt Perduellem lege agi, quod Decreto, de Iana Graia in reginam prouehenda, ſubſcripſiſſet. Nouembris itaque 12. cùm in turri aliquando detentus fuiſſet, * maieſtatis læſæ eum reum peragunt vna cum Iana antea memorata, & aliis nonnullis. Ac eius quidem delicti, omnes vt ſontes, damnati ſunt.* Eadem habet Stous. in Chron. An. 1555. Holinshed. in magno Chronico, An. 1553. *Perduellionis reus peractus eſt, non ſolùm quod conſilium dediſſet exhæredandæ Mariæ, ſed etiam quod Duci Northumbriæ, Equites ſubſidiarios miſiſſet.* Parkerus tamen in vita eius, *læſæ maieſtatis in iudicii forma, ſine veritate, enunciatur.* Ac ſi ſparſiſſe ſchedulas ſeditioſas, prouexiſſe vſurpatricem reginam, miſiſſe Equites ſubſidiarios ad Ducem rebellium, non eſſet verum crimen maieſtatis. His adde Elogium Duditij in vita Poli. *Cranmerus ad ſimulationem natus & factus eſſe videbatur, & quâ, omnibus in rebus, tota vita ſemper vſus fuerat.*

† Holinshed An. 1553. Stous in Maria

Damnatur læſa maieſtatis.

† Martin. in Maria Regina.

Inſcitia Cranmeri.

Demum exigua eius eruditio apparet ex ſua propria confeſſione apud Foxum in Actis, p. 1179. vbi dicit Checo præceptori Eduardi Regis pueri: *Ah, Domine Chece, gaudere poſſis omnibus diebus vitæ tuæ, quod habeas talem diſcipulum, qui plus Theologiæ habet in minimo ſuo digito, quàm nos omnes habemus in toto corpore.* Atque hic mulierosus Apoſtata, Periurus, & Perduellis, ſuaque confeſſione puero indoctior, fuit fons defectionis Angliæ à ſede Apoſtolica. Nam * primus fuit, qui ſuggeſſit Regi Henrico octauo, Conſilium declinandi iudicium ſedis Apoſtolicæ, de diuortio à legitima vxore ſua, & conſulendi ea de re Doctores & Academias pecunia corruptas; atque ipſe deinde, contra iudicium ſedis Apoſtolicæ, ſententiam diuortij tulit, ac demum præcipuus adminiſter fuit ſub Eduardo puero, ſciſma ab Henrico octauo cæptum, in hæreſim mutandi, idque ſe authore factum eſſe gloriatur, prout ſuprà retulimus.

** Parker & Godovin in vita eius.*

CAPVT TRIGESIMVM-SEPTIMVM.

REGINALDVS POLVS ARCHIEPISCOPVS Cantuarienſis ſexageſimus-nonus, iſque vltimus.

Sub Maria Regina.

1. EXauthorato, & damnato, ob hæreſim & Perduellionem, Cranmero, in eius locum ſuffectus eſt Reginaldus Polus, Cardinalis, & Pontificis Legatus, qui ſacratus eſt Anno Domini 1555. & è vita exceſſit, An. 1558. eodem Anno, ac die, quo Maria Regina Catholica. Quibus duobus luminibus extinctis, horrendæ tenebræ Angliam vſque ad hunc diem occuparunt. Fuit filius Richardi Poli, qui erat fratruelis Regis Henrici ſeptimi, & Margaritæ Comitiſſæ Sariſburiæ, filiæ Georgij Ducis Clarentiæ, fratris Eduardi Regis quarti. De eo ita, Harpesfeild. ſæc. 15. c. 20. *Lumen non modo noſtræ Britanniæ, ſed & totius noſtri ſæculi, Reginaldus Polus Cardinalis.* Sanderus de ſciſmate Angliæ. *In*

Piſſeus de ſcriptor. n. 1030.

Polo,

Polo, nobiliſſimi generis ſplendor, cum probitate morum, & doctrinæ præſtantia, certabat. Item. *Nihil fuit in toto Angliæ regno, cum Polo, conferendum. Huic igitur primum Rex* (Henricus VIII.) *Archiepiſcopalem prærogatiuam obtulit, ſi tamen diſertis verbis ante ſponderet, ſe diuortium Regis omni ſtudio promoturum. Quam turpem conditionem adiectam vbi Polus audiuit, meritò recuſauit in peſtilentiæ cathedra ſedere.* Ibid. fol. 124. *Polus Angliæ ſpes, Eccleſiæ Romanæ decus, orbis Chriſtiani lumen.* Copus Dialogo. 6. c. 2. *Polum, virum certè talem, vt præter generis nobilitatem, neſcio an meliorem eo & doctiorem, Anglia vnquam pepererit.* Bzouius, An. 1542. n. 7. *Polus, ſuprà regiæ ſtirpis claritudinem, & latinæ facundiæ laudem (nemini ferè fœlicius partam) perfectum Chriſtianæ virtutis habitum præferebat.* Boſſius de ſignis Eccleſ. l. 22. c. 4. §. 39. *Polus doctrina & integritate ſummæ.* Vega l. 5. c. 5. ait, Polum fuiſſe *eximium atque adeo ſingulare, totius nobilitatis & ſanctitatis exemplar, cæleſtemque planè virum & Angelicum potius quam Anglicum.* Spondanus, An. 1537. vocat Polum, *virum doctiſſimum ac prudentiſſimum æque ac pientiſſimum.* Et An. 1544. *Qui præter generis regij nobilitatem,* *Myreus l. de ſcriptor. c. 70.* *eximia doctrina, pietate, & morum probitate excellebat.* Ac An. 1553. *Morum grauitate ac vitæ ſanctimonia, & ſumma animi magnitudine ac prudentia coniuncta valde inſignis.* *Pontanus l. 5. rer. memor.* Ac demum, An. 1557. vocat eum *moribus integerrimum, fideique Catholicæ defenſorem feruentiſſimum.* Vide plura de eo apud Ciaconum in vita Pauli IV. vbi etiam refert eius teſtamentum, dignum ſane lectu. Poſſeuinus in V. Reginaldus, *Polus, vir nobiliſſimus ſanguine, doctrina, pietate.* Thuanus, l. 15. hiſtor. *Polus, vir Natalium ſplendore clarus, ſed doctrina, & rara, hoc æuo, pietate, longè illuſtrior.* Et l. 20. *Polus, morum grauitate ac ſanctimonia, prudentia, & eruditione, cùm paucis comparandus, & non niſi ob ſummas ac raras virtutes ſupremo faſtigio dignus, à Pontificis dignitate, æmulorum ambitione, excluſus, vir pius & innocens.* Et l. 17. *Inuitus faciebat Polus Cardinalis, cui religionis negotium commiſſum erat, vt in eos, quorum ſalutem tanto ſtudio quæreret, durius animaduertere cogeretur, quippe qui cogitabat, (quod & ſæpius dicere auditus eſt) ſe ac cæteros Epiſcopos, non ſolum iudices, aduerſus prauè de religione ſentientes, ſed patres iudices eſſe conſtitutos.* *Commiſeratio Poli.* Et (vt ait Parkerus loco citando.) *Huius viri vita tantis laudibus à diſertiſſimis Italis expreſſa eſt, vt nullius in eo ornando atque illuſtrando orationis elegantia deſiderari amplius poſſet.* *Laudatur à Proteſtant.* Idem Parkerus in eius vita, n. 69. *Statura fuit mediocri, corpore exili, colore candido, rubore permiſto, vultu lætiori oculis lætis, animi placabilitatem indicantibus. Indole docili, ac moribus benignis commodiſque præditus, literis à pueritia domi inſtitutus, cum adoleuiſſet, Oxonium miſſus eſt. Patauij dedit eloquentiæ atque Philoſophiæ diu pariter operam, adeoque in vtraque profecit, vt non magis domeſtica nobilitate, quam doctrinæ ſuæ fama atque celebritate, foris notus clarusque fuerit.* Et, nominatis quibuſdam eloquentiſſimis viris, ait. *Qui tamen omnes in Latinæ orationis facundia atque copia, primas Polo cedebant, vt ex literis inuicem ad ſe crebro datis, ac nuperrimè Pauli Manutij teſtimonio comprobatur. Virtute caſtitatis, omnes Romæ Cardinales, facilè ſuperabat, eam vultus grauitatem ſemper tulit, vt nullius iniuria aut contumelia, aut caſu, ſiue aduerſo, ſiue ſecundo quocunque vnquam mutaretur.* Hunc tamen tantum talemque virum inſimulat fluctuaſſe inter Catholicam & Proteſtanticam religionem, & nihilominus addit, quòd *Tanquam Circæo exhauſto poculo, ex Chriſtiano in Pontificium conuerſus eſt, quòd erat Pontificijs tenebris excæcatus, quòd erat Eccleſiæ Anglicanæ carnifex & flagellum, quod, quia in viuis vix aliqui Euangelici, quos flammis extingueret, noti eſſent, in mortuos ſæuire decreuit, quod bis in Papam electus eſt.* *Zelus Poli contra Proteſt.* Godwinus in vita eiuſdem, n. 69. *Vir fuit Polus egregiè doctus, modeſtus, manſuetus, & moribus ſuaptè natura placidiſſimis, prudens etiam & in rebus gerendis magnæ dexteritatis, vt nihil in eo deſiderares, ſi Pontificia doctrina deprauatus, ad crudelitatem in veræ religionis profeſſores, quaſi inuita minerua & genio non deflexiſſet.* Et addit, quòd cum quidam in Conclaui, *ad calumnias ſe conuertens, hæreſis & incontinentiæ ſuſpicionem Polo obieciſſet. His ita reſpondit Polus, vt non ſolum à criminibus obiectis ſe purgaret, ſed etiam ſuffragiorum ſtudia ad ſe Pontificem conſtituendum ampliùs adhuc multo accenderet.* Similia habet in vita Eduardi ſexti, An. 1549. & in vita Mariæ, An. 1554. & 1558. Camdenus in Apparatu Annalium. *Vir, quem * pietas, doctrina, & integritas multo magis, quàm regij ſanguinis ſplendor illuſtrarunt, licet ille Georgij, Ducis Clarentiæ, fratris Eduardi Regis Angliæ, è filia nepos.* Et

† Idem Martin. in præfat. ad viam Elizabetha

in ſua Britan. p. 158. *Reginaldus Polus, ſuprà familiæ ſplendorem, pietatis, prudentiæ, & eloquentiæ gloria in primis floruit.* Ridleius Pſeudoepiſcopus, (etſi eius authoritate damnabatur) tamen fatebatur (apud Foxum in Actis, p. 1595.) Polum *fuiſſe virum dignum omni ſubmiſſione, reuerentia, & honore, quod eſſet regij ſanguinis, & quod imbutus fuerit multiplicibus donis doctrinæ, virtutis.* Sleidanus, l. 12. numerat Polum inter quoſdam, *nobilitate & doctrina præſtantes viros.* Et l. 10. ait, quòd Polus, *Turcicum ſemen per Angliam atque Germaniam diſſipatum eſſe dicit, doctrinam Pontifici contrariam deſignans.* Baleus, Cent. 8. c. 87. *Polus Romanorum diabolorum Mercurius, ab Henrico Rege ob Papiſmum olim deiectus, à Maria filia iterum ob eundem reſtitutus.* Et Cent. 9. c 100. *Reginaldus Polus, Cardinalitius Antichriſti miles, Christi Euangelium Turcicum, peſtiferum, & adulterinum ſemen appellat. Viuit nunc Euangelicæ veritatis euerſor.* Hæc canis ille, cuius latratus, laudes ſunt.

Ioannes Lydius in continuatione Balei. *Fuit Polus, vir incomparabilis, & non niſi ob raras virtutes, ſupremo honorum culmine dignus, à Pontificia dignitate excluſus, vir candidus, ſingulari vitæ innocentia.* Author Heroologiæ Anglorum in Polo. *Quamuis fuerit Cardinalis, & Eccleſiæ Romanæ adminiſter, tamen ſplendor nobilitatis ſuæ multis clariſſimis virtutibus eſt comitatus. Quippe conſtat eum non modo doctrina, verùm etiam modeſtia & morum integritate, vſque adeo præcelluiſſe, vt fuerit apud omnes ordines gratioſus, & omnes eum colerent, & obſeruarent. — Fuit multis nominibus veræ religioni inimicus, nihilominus pluribus alijs de cauſis ſuprà commemoratis, arbitror mihi fas eſſe abſque*

Boni Cardinalis

tantilla offenſione, Polum, Boni Cardinalis appellatione inſignire. Hæc illi de hoc optimo & vltimo Catholico Cantuarienſe Archiepiepiſcopo ac Primate Angliæ. Demum ſcriptionem meam de his Archiepiſcopis concludam encomijs quorundam Proteſtantium de eiſdem. Parkerus in præfat. ad lectorem, ita ſcribit de Archiepiſcopis Catholicis.

Encomia Proteſt. de Archiepiſcopis Cant.

Si de Eccleſiæ inſtitutione ac diſciplina, agere quiſquam volet, eam ſentiet (vt illa tenebroſa errorumque plena tempora tulerunt) nec accuratius deſcriptam, nec ſeuerius cultam in quacunque prouincia, quàm in Anglia fuiſſe. Et ibid. *Si Papalis illa dominatio ac potentia, quam cæcitate magis, quàm contumacia tuebantur, abfuiſſet, nullos aut in rebus diiudicandis prudentiores, aut ab omni luxu continentiores, aut in tota vita moderatiores, magiſque frugi, & in pauperes beneficos, & quotieſcumque rempubliam cap ſſebant, regibus atque regnis vtiliores, quàm Cantuarienſes Archiepiſcopos plerumque fuiſſe ſentiet.* Et ſimiliter Spelman. in Epiſt. dedicat. ſuorum Conciliorum de Clero Anglicano vniuerſim.

Item de Clero Anglicano vniuerſim.

Clerum ipſum intueamur, pium, & in crebris ieiunijs, orationibus, diuinoque cultu (pro religionis ſuæ norma) exhibendo ſedulum, in eleemoſinis verò, operibuſque charitatis, & in excolendo Eccleſiam Dei, egregiè ſanè prælucentem. Non hic proſequendi ſigillatim locus eſt, quot baſilicæ, & Monaſteria, quot Eccleſiæ & Xenodochia, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Clero cætero extructa ſint ampliſſimiſque dotata prædijs & facultatibus. Habentur ſparſim apud authores Nomina, valor, ſummatim in Henrici VIII. fiſco regio.

His confeſſionibus Proteſtantium adiungam teſtimonium nobiliſſimi martyris Thomæ Mori de ſæculari Clero Anglicano ſui temporis; ſic igitur ille Dialogo. 3. c. 11. *Quatenus ipſemet vidi, & à fide dignis accepi, prout vos* (Lutherani) *dicitis Laïcos noſtros æque probos eſſe ac quoſuis alibi, ita audacter poſſum dicere, quòd Eccleſiaſtici in Anglia, ac præcipuè pars illa, quam potiſſimum criminamini, hoc eſt, pars illa, quam vulgo dicimus clerum ſæcularem, eruditione ac probitate vitæ par ſit, & niſi comparationes odioſæ eſſent, dicerem Superiorem (habita ratione numeri) Clero cuiuſcunque gentis Chriſtianæ.* Hæc ille fide digniſſimus de Catholico Clero ſæculari Angliæ ſui temporis. Atque hic finis eſto huius operis.

Qualis erat Clerus tempore Thomæ Mori.

EPISTOLA

EPISTOLA
HISTORICA
DE MVTVIS OFFICIIS INTER SEDEM APOSTOLICAM, ET MAGNÆ BRITANNIÆ REGES CHRISTIANOS,

ANLICE OLIM SCRIPTA:

AD SERENISSIMVM POTENTISSIMVMQVE PRINCIPEM,

IACOBVM

DEI GRATIA MAGNÆ BRITANNIÆ, &c. REGEM.

Per RICHARDVM SMITHEVM, S. T. D. nunc Epiſcopum Chalcedonenſem.

Et Latinè verſa per

RICHARDVM LASCELLES.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE

PRINCIPI,

IACOBO

DEI GRATIA MAGNÆ BRITANNIÆ, &c. REGI.

SI ſanctus Paulus (Rex Sereniſſime) grauiſſimorum ſcelerum reus inſimulatus, totâ in eum conſpirante Iudæorum Synagogâ, & eorum oratore Tertullo in eum, velut legum omnium humanarum ac diuinarum contemptorem debacchante, tantum nihilominus apud Præſidem Feſtum, inuenit fauorem, vt ille iudicem ſe oblitus, aduocatum eius egerit; reſponderitque aduerſariis eius: *Non eſſe Romanis conſuetudinem damnare aliquem hominem, priuſquam is qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Si etiam idem Paulus coram Rege Aggrippa cauſam agens, tam benignum expertus eſt iudicem, vt non ſolùm facultatem illi fecerit Agrippa reſpondendi pro ſe; verum etiam beneuolam illi & attentam accommodauerit aurem. Longè maiori cum ratione (Rex Sereniſſime) ſubditi tui Catholici Puritanorum accuſationibus poſtulati, & à conductitio illo & venali oratore Thoma Bello in ius vocati, æqualem ſaltem, ſi non & maiorem, à te expectant fauorem. Si enim Romani, etiam tum Ethnici, iniuſtum exiſtimabant particularem aliquem, ob clamores totius Iudæorum gentis, teſtibus adhuc non productis, inauditáque altera parte, condemnare. Si etiam Agrippa Rex; licet Iudæus & Chriſtianorum acerrimus hoſtis, boni tamen Principis eſſe iudicauit, aurem præbere reo etiam illius religionis inſimulato, quam ipſe & odio proſequutus & gladio perſequutus fuerat: quanto magis Rex Chriſtianus non permittet ſe in eum errorem abripi, vt maleuolorum iniquis poſtulationibus, & venalis oratoris clamoſis calumniis acquieſcens, Catholicos ſuos ſubditos indictâ cauſa, teſtibus non productis, tempore & loco ad defenſionem non ſignatis, condemnandos eſſe iudicet. In qua quidem re præclarè admodum nobiſcum eſſe actum, & fœlicius multò quàm cum S. Paulo, cenſemus, quod acturi ſumus cauſam non coram Iudæo, ſed Chriſtiano, eoque, qui longè melius mores & quæſtiones Chriſtianorum nouit, quàm Agrippa Iudæorum ritus intellexit.

Act. 25. *Sic Alexander Macedo vnam ſemper accuſato ſeruauit aurem Plutarch.* *Actor. 26.*

Quapropter cùm non ita pridem Thomas Bellus (trãsfuga aliquando è Proteſtantium caſtris, ſicut iam deſertor Catholicæ Eccleſiæ & militiæ) non ſolùm verbis accuſauit, verùm etiam edito libello (quem Maieſtati tuæ dicauit, & *Occaſum Papiſmi* inſcripſit) Catholicam cauſam diris calumniis exagitauit: prouocans inſuper, imò adiurans (in quo caſu tacere ipſe Saluator mundi, licet cum periculo capitis ſui, integrum non eſſe putauit) adiurans, inquam, omnes

Matth. 26.

omnes Ieſuitas Anglos, Seminariorum Sacerdotes, ipſos denique omnes Ieſuiticos (vt vocat) Papiſtas, vt ſibi reſpondeant; Ego ſolus, MAIESTATIS TVÆ benigniſſimo fauore, cauſæque meæ bonitate fretus, in arenam cum illo deſcendere cupio; paratus hac ipsâ horâ (ſi modo per te liceat) coram, & inſpectante Angliâ cum illo congredi. Interim autem ne extra teli iactum vires iactare videar, MAIESTATEM TVAM quàm humillimè exoratam cupio, vt libellum hunc, ſeu Confutationem omnium argumentorum & calumniarum præfati aduerſarij, tuo nomini conſecrare mihi liceat. In qno quidem non tantùm pro meipſo, vti fecit Paulus coram Aggrippa, ſed pro auita religione tuorum parentum & prædeceſſorum, pro fide noſtrorum maiorum, pro cauſa omnium Catholicorum, imò, quod caput eſt, pro ſalute tua regnique tui vtilitate certandum mihi erit. Licet enim aduerſarius meus quâ eſt impudentiâ, Chriſtianis Regibus & Imperatoribus inſignem hanc calumniam irroget, quòd ipſi ſcilicet magnam feneſtram Antichriſtianæ tyrannidi aperiant, planamque viam illi ſternant: necnon & Catholicis omnibus hanc notam inurat, qnòd ſcilicet Chriſtum centies in die pro ſe occidi exiſtiment: præcipuè tamen in Summos Pontifices integra iniuriarum & calumniarum plauſtra exónerat, quaſi ipſi poteſtatem Deo propriam, & ius deponendi Reges, diſponendique de regnis eorum pro libitu ſuo vſurpent. Quæ omnia vt verè fingit, ita nullo alio conſilio fingit, niſi vt MAIESTATIS TVÆ animum à ſede Apoſtolica alienum reddat. Verùm hac ſua audaciâ non ſolùm patientiâ tua egregiè ábutitur, centones tibi farciendo, fictáque pro veris narrando; verùm etiam & perſonæ regnóque tuo grauiſſimum damnum infert, dum horrendis calumniis Summorum Pontificum apud te ſamam proſcindit, animumque tuum ab eiſdem alienare ſtudet, qui tamèn regno Angliæ eiuſque Regibus antiquiſſimi, fideliſſimi & maximè omnium neceſſarij amici extiterunt. Quod vt MAIESTATIS TVAE oculis manifeſtum fiat, humiliter à te peto, vt aliquot exemplis mutuam illam amicitiam, quæ inter ſedem Apoſtolicam & Reges Angliæ olim intercеſſit, aliaque inſignia beneficia inuicem collata, recenſere mihi liceat. In quibns commemorandis ſi vltra epiſtolares cancellos prouectus fuerit ſermo, datum iri veniam & rerum varietati & lectionis vtilitati facilè ſpero.

Pag. 17.

Pag. 122.

Vir Apoſtata prauo corde machinatur malum, omni tempore iurgia ſeminat. Prou. 6.

Non multò poſtquam ſedes Apoſtolica Romam tranſlata, ibidem fuerat ſtabilita, S. Petrus primus Papa, circiter annum Chriſti 63. in hanc inſulam venit, vti non ſolùm Græci, verùm etiam ipſimet Proteſtantes teſtantur. Sic enim Simeon Metaphraſtes; * *Venit (*ſcilicet S. Petrus*) in Britanniam, quo in loco cum longo tempore fuiſſet moratus, & multas gentes non nominatas attraxiſſet ad fidem Chriſti, Angelicam aſpexit viſionem, quæ dicebat; Petre, inſtat tempus tuæ reſolutionis, & oportet te ire Romam, in qua cum mortem per crucem ſuſtinueris, recipies mercedem iuſtitiæ. Cum ergo propterea Deum glorificaſſet & egiſſet gratias, & apud Britannos manſiſſet dies aliquot, & verbo gratiæ multos illuminaſſet, & Eccleſias conſtituiſſet, Epiſcopoſque & Preſbyteros & Diaconos ordinaſſet, duodecimo anno Cæſaris Neronis Romam reuertitur.* Hæc Metaphraſtes, octingentis * abhinc retro annis, quæque omnia ex antiquis monumentis hauſiſſe ſe fatetur, dum in initio ſui commentarij ſpondet ſe ea collecturum, *quæ de ſummis Apoſtolorum Petro & Paulo hic & illic decantantur.* Et ſub finem addit. *Euſebius autem Pamphili dicit Petrum duodecim quidem annos eſſe verſatum in oriente, viginti autem & tres annos tranſegiſſe Romæ & in Britannia & in ciuitatibus quæ ſunt in occidente.* Ita vt non ſolùm Metaphraſtes, verùm etiam Euſebius S. Petrum in Britannia verſatnm fuiſſe tradat.

S. PETRVS Pap.

** Tract. de Pet. & Paul. apud Lippoman. 29. Iunij.*

** Vixit An. 819. Vt Baron. hoc anno teſtatur.*

Nec obſtat quod hoc teſtimonium nuſquam apud Euſebium inueniatur, cum & ipſe Euſebius, (temporis iniuriâ neſcio, an ſcriptorum negligentiâ) nuſquam apud nos integer reperiatur. Plurimi enim libri ab ipſo elucubrati apud nos deſiderantur, vti de eo S. Hieronymus teſtatur in Catalogo. *Edidit* (inquit) *infinita volumina, & inter alia omnimodam hiſtoriam & epitomen eiuſdem, & de martyribus alia opuſcula,* In quorum aliquo Euſebins hæc de quibus agimus facilè affirmaſſe poterat. Nam dicere Metaphraſtem eouſque famæ ſuæ fuiſſe prodigum, vt de Euſebio hæc confinxerit, nec ſanctitas viri, quem Græci in Menologio pro ſancto

colunt, permittit, nec veriſimilis vlla ratio cur hæc vel de Euſebio vel de Britannia fingeret, adferri poteſt.

Metaphraſto ſuffragantur Proteſtantes nempe Camdenus,[a] & Magni Theatri Britanniæ, collectores.[b] Ex quibus patet magnam certè fuiſſe Diui Petri, dum viueret, erga inſulam noſtram charitatem. Nec minor fuit poſt mortem, (hoc enim habet perfecta charitas, *vt* [c] *nunquam excidat*) verùm ſicut quibuſdam promiſerat,[d] ſic ſanè poſt mortem curauit, illam in memoria habere, afflictiſſimiſque Angliæ temporibus tanquam cœleſte quoddam ſydus ad miraculum vſque illi affulſit.

Hinc eſt quod Sergius, primus illius nominis, Summus Pontifex ad Ethelredum, Alfridum & Adulfum Angliæ Reges ſcribens, patrocinij & curæ D. Petri erga Anglos meminerit, dicens.[e] *Porro vos Gens ſancta, genus electum, populus acquiſitionis, filij lucis, ſtirps regia, fidei propago, ac incrementa virtutum, gaudete in domino & exultate, quòd veſtri non immemor ſtadij egregius ac primus Apoſtolorum fidei firmiſſima Petra, dum mentis ac conſcientiæ veſtræ ſenſu lætatur, nominum quoque veſtrorum reminiſcitur & agnoſcit. Confidimus namque quod & aditum regni cœleſtis aperiat, quibus tantam inter gentes, quibus, Deo auſpice, præpollentis fauorem contulit dignitatis.* Hinc etiam eſt quod Alexander III. Summus Pontifex ad Henricum II. Angliæ Regem ſcribens, Angliam, ab illo tempore quo Chriſto nomen dederat, ſub protectione S. Petri ſemper extitiſſe dicat. Vnde etiam Bonifacius V. ad Edwinum Angliæ Regem, cui ſanctum Petrum apparuiſſe refert Simeon Dunelmenſis in hiſtoria S. Cuthberti, col. 72. litteras & munera mittens, in calce litterarum ita concludit.[f] *Præterea benedictionem Protectoris veſtri Beati Petri Apoſtolorum Principis vobis direximus.*

Sed ne hoc à Summis illis Pontificibus gratis videatur dictum, Venerabilis Beda vir omni exceptione maior rem totam exemplo confirmat.[g] *Quo enim tempore Laurentius* (primus poſt S. Auguſtinum Archiepiſcopus Cantuarienſis, Eadbaldum Regem à Chriſtiana religione auerſum penitus videns) *Mellitum & Iuſtum ſecuturus ac Britanniam eſſet relicturus, iuſſit ipſa ſibi nocte in Eccleſia Beatorum Petri & Pauli ſtratum parari, in quo cum poſt fuſas preces & lachrymas obdormiſſet, apparuit ei Beatus Petrus, & acrioribus flagellis afficiens, ſciſcitabatur Apoſtolica diſtrictione quare gregem quem ſibi ipſe crediderat, relinqueret, vel cui paſtorum oues in medio luporum poſitas, fugiens ipſe demitteret. His flagellis & exhortationibus animatus Laurentius, mane facto, ad Regem venit, quantiſque eſſet verberibus laceratus oſtendit. Rex vt audiuit quia ca[u]ſa ſuæ ſalutis tanta tormenta perpeſſus eſſet, extimuit multùm, atque anathematizato omni idololatriæ cultu, abdicatoque connubio non legitimo, ſuſcepit fidem Chriſti, & baptizatus Eccleſiæ rebus quantum valuit in omnibus conſuluit.* Hæc Beda. Quod quidem miraculum adeò luculentum & apud pleróſque in confeſſo eſt, vt Proteſtantes [h] aliqui Bedæ authoritate conuicti, ſacræ veritati litarint; licet alij pauculi inueniantur qui cœlum palmo, fidemque oculis metientes, id planè negent, quia Thomæ inſtar nec vibices in corpore S. Laurentij viderunt, nec digitos ſuos in vulnera eius immiſerunt. Certè cum æquus rerum arbiter videat S. Laurentium (licet aliquantulum in dedecus eius cederet remiſſioris animi caſtigatio) id palam confeſſum fuiſſe; ipſum Eadbaldum Regem huius ſpectaculi indignitate confuſum, veram fidem ſuſcepiſſe; ipſum etiam S. Bedam (qui tum apud Regem ſub quo vixit, tum apud Proteſtantes [i] noſtros in hiſtoria optimè ſemper audiuit) hanc hiſtoriam fusè & feriò retuliſſe; optimos denique [k] Chronologos noſtros & rerum antiquarum paulò peritiores, in Bedæ verba iuraſſe, vlteriùs de hac re ſine magno piaculo dubitare non poteſt.

Nec multò ante cum Rex Sebertus Monaſterium & Eccleſiam in honorem S. Petri Londini, eo loci vbi nunc ſtat Weſtmonaſterium, ædificaſſet; S. Petrus de cœlo veniens [l] *& coram viſus Eccleſiam recèns factam per ſe dedicauit,* (vti ex miraculo manifeſtè conſtat) promiſitque ſe in illa Eccleſia fidelium preces libenter auditurum. Vnde poſtea Edvardus Rex, cognomento Confeſſor, Eccleſiam illam de nouo conſtruxit, & ſibi illam in ſepulturam elegit. Quem etiam imitati poſteri Reges templũ hoc & ſua inauguratione & ſepulturâ inſigne reddiderunt.

Similiter

a Camden in de ſcript. Britan. mi his p. 52.
b Lib. 6 c. 9.
c 1. Corinth. 13. v. 8.
d 2. Pet. 1.
e Malmeſburienſis de geſtis Pontif. Anglorum l. 1. p. 209.
Eugub. de donat. Conſtantin.
D. Petrus protector Angliæ.
f Beda Hiſtor. Gent. Anglor. l. 2. c. 10. & Henric. Huntin. l. 3. hiſtor. p. 377.
g Beda in hiſt. Gent. Anglor. l. 2. c. 6.
S. Petrus illi gregem crediderat.
h Godwinus in vita S. Laurentij Cantuarienſis. Nemo ad ſuum decorem mentitur. Tertul. apologet. c. 23.
i Godwin. in vit. Tatuini. Camden. in Britan. p. 13.
k Malmeſbur. l. 1. Reg. & l. 2. Pontif. Huntingt. l. 3. Marian. An. 631. al. 617.
Weſtmonaſt. 616.
l Malmeſbur. l. 2. Pontiſ. ſub initium Abbas Ealred. in vit.

Similiter ea tempeſtate, quâ Dani ſub Canuto Rege Angliam miſera depopulatione vaſtarunt, S. Petrus a Epiſcopo Wiltonienſi (Brithwaldo nomine) per viſionem apparens Edwardum Confeſſorem in Normannia exulantem, in Regem conſecrare, annoſque eius Regni, & Danici furoris finem prædicere illi viſus eſt: addens inſuper hæc verba conſolatione pleniſſima, b *Regnum Anglorum eſt Regnum Dei, poſt eum prouidet Regem ad placitum ſui.*

Si autem aduerſarij hic reclament, authoreſque à me citatos Papiſtas (vti vocant) fuiſſe dicant. Fateor quidem illud. Verum hoc addo (quod ſine ingenti rubore audire non debent) nuſquam loci vel temporis, ante Henricum Octauum, ſcriptorem aliquem Proteſtanticum vel vidiſſe me, vel vllum alium inueniſſe. At nihilominus authores à me citati tales ſunt Papiſtæ, quorum aliquos ipſimet c Proteſtantes *ſingularia Angliæ ornamenta, præcipuos veritatis amicos, per totum orbem Chriſtianum celebres & conſpicuos* indigitant. Alios autem *& Fideles rerum geſtarum ſcriptores, authores cum primis bonos & diligentes, veriſſimoſque ſuperiorum temporum indices appellant.* Tales inſuper ſunt, qui cum multo antequam Proteſtantes extarent ſuas hiſtorias elucubrarint, omni prorſus ſuſpicione vacant quaſi hæc vel ex ſtudio partium, vel ex odio aliquo in Proteſtanticam religionem affirmarint. Tales denique ſunt ex quorum præcipue authoritate & fide, totum illud, quicquid eſt veritatis in noſtris annalibus dependet.

Nec S. Petro peculiaris fuit hic erga Anglos affectus, verùm ab ipſo tanquam à fonte hæreditario quodam iure in ſucceſſores eius emanans, ad noſtra vſque tempora vnà cum eius fide deriuatus eſt. Quippe cum ſanus ille Euangelij ſonus ab ipſo B. Petro hic primum (vt vidimus) diuulgatus, eouſque in dies creuiſſet vt tandem aliquando ad aures Lucij Britanniæ Regis peruenerit, tantum potuit, apud eum ſacri vis eloquij, vt ſtatim miſſas faciens priſtinas vanitates, cæleſti veritati manus & nomen dederit. Quapropter Romam mittens, ab Eleutherio vehementer petiit, vt Prædicatores, per quos Chriſtianus efficeretur, quamprimum ad ſe mittere dignaretur. e Quod & factum eſt: miſſis in Britanniam, circa annum 156. duobus illis ſanctiſſimis viris Fugatio & Damiano, à quibus ipſe Rex vnà cum Regina & toto ferè populo baptiſmatis vnda regeneratus eſt. Quo pacto euenit ad æternum patriæ noſtræ decus, *Vt Britannia*, (Verba ſunt doctiſſimi f Pamelij) *omnium prouinciarum prima fuerit, quæ publicè Euangelium recepit*: ideóque iure merito *Primogenita Eccleſia* vocari poſſit. Similis etiam erat charitas Victoris Papæ erga Scotos, g qui circa annum 203. rogatu Donaldi Scotorum Regis. Legatos ſuos illuc mittens, Regem illum, reginam, ſimul & regni Proceres ad Chriſti fidem conuertit.

Nec de Syluestro Papa tacendum eſt, qui cum Conſtantinum illum Magnum in Britannia h oriundum, in omnibus Chriſtianæ fidei articulis penitus inſtruxiſſet, tandem eum baptizauit & à lepra tum animæ tum corporis miraculosè ſanauit: vti non ſolùm ipſemet Imperator i verùm etiam alij optimæ notæ hiſtorici teſtatum reliquerunt.

Similiter circa annum 434. cum Pelagiana hæreſis per Britanniam graſſaretur, incolaſque eius à veritatis tramite abduxiſſet, Cæleſtinus Papa, k pro cura ſua paſtorali, ſanctiſſimos illos Epiſcopos Germanum & Lupum, ad expellendam illam hæreſim è patria noſtra, mittendos huc curauit. Quod & feliciter præſtiterunt. Quin & anno 434. idem Cæleſtinus Palladium l Epiſcopum conſecrauit, & eum in Scotiam. vbi nullus fuerat adhuc Epiſcopus, deſtinauit. Nec Hyberniæ immemor S Patricium illuc direxit, qui innumeris pene editis miraculis inſulam illam ad Chriſti fidem conuertit, meruitque (etiam Proteſtantium noſtrorum calculis) vt Hyberniæ Apoſtolus diceretur. Atque in hunc modum videt MAIESTAS TVA. Quanta fuerit ſedis Apoſtolicæ erga nos charitas toto illo tempore, quo Britones hanc inſulam poſſederunt.

S. Edwa Nicolaus 2. Papa in epiſt. ad Edwardum apud Surium. Baron, An. 610. a Malmesburienſis, l. 2. Reg. c. 13 p. 91. b Malmesb, cit. pront. mic Ablas Ealred. Peludor. c Camden. in Britan. p 12. & in Dunelm. Stons An. 726. Bell. in occaſu Papiſmi p. 14. De B. Beda. d Sanil. in epiſt. dedica ad Regin Elizabetham ante b flor Malmesb. Hunting. & Houeden. de illes. ELEVTHERIVS. P. 156. e S. Beda l. 1. hiſt. c. 4. Martyrol. Rom. Baron. Ann. 183. Ado & Marian. in Chr. Weſtmonaſt. An. 118 Stans An. 179. f Pamel. in annot. ad. ſuper. Tertul. librum aduerſ. Iudeos c. 7. VICTOR. Pap. an. 201. g Boeth. l. 6. hiſtor Scot. Gen. Chron. in V. Ber. SILVESTER. h Sic eum vocat Gallican. Orator in panegyrico coram Maximiano & ipſo Conſtantino dicto. Dexter in Chronico An 333 S Aldelmus, à Beda laudatus, lib de Virg. c. 5. Biblioth. SS patrum c. 25 Malmesbur. l. 4 de Geſtis Reg Angl p 136 Baron. tom. 3. An 306 Et alii innumeri. i Conſtantinus in edicto Menolog Græcor. cal Iun. Hunting. l 1 p 306. Acta Liberii Vita Syluestri. COELESTINVS P. An. 423. k Proſper in Chronico An 432 Baron An 429. l Proſper An. 434. Beda l. 1. c. 13. Vatin in Cæleſtino. Baron. An. 429. Camden. in Hybernia Marian. in Chron. l Camden. in Hybernia.

Si verò iam ad illa beneficia, quæ Angli, poſtquam ſumma rerum apud nos potiti ſunt, à ſede Apoſtolica perceperunt, conuertamus oculos, & plura longè & potiora ea fuiſſe facilè intelligemus. Nam cum non ſolùm [a] Britones recuſarent, verùm etiam Galli vicini noſtri, ſicut & aliæ nationes Chriſto iamdudum ſubditæ, maioribus noſtris Anglis idolorum ſeruituti (vt dicit Beda) adhuc mancipatis fidem Chriſti prædicare negligerent; [b] Roma ſola noſtram miſerata cæcitatem, auxiliatricem nobis porrexit dexteram. Quippe quamprimum S. Gregorius (etiamnum Monachus) [c] à mercatore quodam certior factus eſſet, Anglos (quos ob corporis & vultus miram venuſtatem Angelos vocitabat) Ethnicis adhuc erroribus irretitos teneri; protinus ad Benedictum Summum Pontificem accedens, vehementer ab eo expetere cœpit vt idoneos aliquos verbi miniſtros ad Anglorum gentem, in opus Euangelij deputaret. Quid multa? Ipſe Gregorius [d] petita obnixè & ægrè obtenta veniâ, itinere etiam trium dierum iam emenſo, ad oras noſtras quamprimum appuliſſet, niſi Romani ciues, tanti viri abſentiâ perturbati, turmatim ad Summum Pontificem accurriſſent, ipſumque clamoribus ſuis ad Gregorij reuocationem adegiſſent. Deſtitit ergo ab itinere Gregorius, Summi Pontificis iuſſu, ſed non deſtitit à cura & ſolicitudine conuertendi Anglos. Nam [e] *cum primum* (verba ſunt Bedæ) *in toto orbe gereret Pontificatum, noſtram Gentem eatenus idolis mancipatam Chriſti Eccleſiam fecit.* Quippe Anno 596. S. Auguſtinum [f] cum quadraginta aliis ſociis ad prædicandum Euangelium ad nos direxit. Nec fruſtra, humaniter enim ab Ethelberto Rege excepti, paruo tempore tantos prædicationis ſuæ retulerunt fructus; vt ipſum Regem & regnum eius è tenebris infidelitatis in admirabilem lucem veritatis traduxerint. Quod autem veram Chriſti fidem prædicauerint, nemo inficias ibit qui innumera miracula per ipſos à Deo, in teſtimonium veritatis, perpetrata attentè conſiderauerit. Tot enim & tanta erant, *vt videatur* (inquit S. Gregorius [g]) *virtutes Apoſtolorum imitatos eos fuiſſe*: tamque vera & indubitata erant, vt non ſolum à S. Gregorio [h] diuerſis in locis teſtata ſint, à S. Beda [i] aliiſque antiquis ſcriptoribus credita & relata; verum etiam ipſe Lapis [k] ſepulchralis S. Auguſtini, imò ipſimet Proteſtantes [l] de miraculis eius palam loquantur.

Nec multo poſt Gregorius Anno 601. plures de nouo prædicatores & vnà cum iis omnia ad ornatum & miniſterium Eccleſiæ, *Vaſa videlicet ſacra* (inquit Beda) [m] *& veſtimenta altarium, ſacerdotalia & clericalia indumenta, Sanctorum etiam Apoſtolorum & Martyrum reliquias, necnon & plurimos codices* vnà cum *pallio quo vteretur Auguſtinus infra Miſſarum ſolemnia*, in Britanniam miſit. Auguſtinum inſuper omnibus Epiſcopis & Sacerdotibus Britanniæ præfecit, fecitque illi licentiam inſtituendi 24 Epiſcopatus, quorum duodecim Cantuarienſi, duodecim etiam Eboracenſi prouinciæ ſubderentur. [n] Munera præterea non contemnenda tum Regi tum Reginæ tranſmiſit, vnà cum litteris gratulatoriis, quibus eos ad fidei conſtantiam exhortatus eſt. [o] Demum ad ſuos in Gallia ſcripſit, præcipiens vt pueros omnes Anglos quos venales ibi inuenirent ſoluto eorum pretio emerent, & in vrbem ad ſe tranſmitterent: quos omnes pietate pariter ac doctrina imbuendos curauit. Quæ eius ſingularis pietas & prudentia norma quaſi & idea fuit illius ædificandi ſeminarij, quod non multo poſt Reges Angliæ in vrbe fundauerunt. Atque hæc ſunt beneficia illa quæ S. Gregorius Papa genti noſtræ contulit: *quem rectè* (inquit Beda [p]) *noſtrum appellare poſſumus & debemus Apoſtolum, & Apoſtolicum illum de eo proferre ſermonem. Quia etſi aliis non eſt Apoſtolus, tamen nobis eſt. Nam ſignaculum Apoſtolatus eius nos ſumus in Domino.*

Neque hic deſiit Summorum Pontificum erga nos affectus; quin imò bonum opus quod S. Gregorius per Legatos ſuos tam feliciter hîc inchoauerat, ſucceſſores eius præcipuis quibus potuerunt officiis ſemper promouerunt. Quod quidem manifeſtè patet ex variis eorum legationibus & litteris ad Reges noſtros & Epiſcopos diuerſis temporibus miſſis: nempe Bonifacij V. Anno 618. Honorij Anno 633. Agathonis 679. Zachariæ 746. Adriani Anno 789. Formoſi Anno 894. & aliorum. Præcipue autem celebrandæ ſunt Honorij & Vitaliani, quorum

a Beda l. 1. c. 22.
b Greg. l. 5. Epiſt. 58. 59. Godwin in vita S. Auguſt.
GREGORIVS Pap. An. 569.
c Beda l. 2. c. 1. Malmesbur l. 1. Reg.
d Ioan. Diacon. in vita Gregor.
e Lib. 2. c. 1
f Beda ſupra Stous An. 556. Godwin. ſupra.
g Lib. 7. Epiſt. 30.
h Gregor. l. 9. Epiſt. 56. 58.
i Beda l. 1. c. 31. l. 2. c. 2.
k Epitaphium S. Auguſtini apud Bedam l. 2. cap. 3.
l Godwin. in vita S. Auguſt. Stous An. 603. Camden. p. 104.
m Beda l. 1. c. 29.
n Beda l. 1. cap. 32. Gregor. l. 9. Epiſt. 59. 60
o Greg. l. 5. Epiſt. 10.
p Lib. 2. c. 1. 1. Cor. 9.

quorum ille Anno 635. Apoſtolicum illum virum a S. Birinum huc miſit, eiuſque opera, Occidentales Saxones ad Chriſtum conuertit; hic vero Anno 668. ſanctiſſimos illos & Doctiſſimos viros b Theodorum & Adrianum ad nos direxit; quorum præceptis & inſtitutis Angli, breui tempore, tantam in bonis litteris & ſeuerioribus diſciplinis adepti ſunt famam, vt doctiſſimi mortalium audierint, illam florentiſſimam Academia c Pariſienſem fundauerint, atque adeo ſublimioris illius doctrinæ & optimarum artium, quæ poſtea in Occidente floruerunt, præcipui authores ac parentes extiterint. Poſt hæc tempora Eardulfo Northumbrorum Rege patriâ ſuâ & regno exuto, Leo III. Anno 808. Cardinalem Adulphum d Legatum ſuum in Angliam miſit. Hic vero adiutus conſilio & auxilio oratorum Caroli Magni, Regem illum, ſolum vertere coactum, & terris ſuis & regno reſtituit. Nec multo poſt Leo IV. cum Ethelulpho Rege e (qui Subdiaconus fuerat & cœlibem vitam profeſſus) de matrimonio diſpenſauit, &, eiuſdem Regis rogatu, f filium eius Alfredum Regem creauit, & in filium ſibi adoptauit. Nec indignum. Tot enim & tantis domi militiæque rebus fortiter geſtis claruit Alfredus, vt cognomentum Magni meruerit, & inter omnes Angliæ, forſan & Chriſtiani Orbis) Reges præſtantiſſimus euaſerit. Nec multo poſt, ad inſtantiam dicti Alfredi, Martinus, primus illius nominis Summus Pontifex, g ſeminario Anglo-Romano tributum illud, quod ſingulis annis pendere ſolebat, remiſit: h munera etiam non leuis pretij, inter quæ, præcipue numeratur fruſtum ſalutiferæ crucis, in qua nimirum Redemptor mundi pro ſalute noſtra pependit, ad Regem miſit.

Item, Anno 990. cum Richardus Normaniæ Comes Angliam inuadere & Ethelberto Regi bellum inferre ſtatuiſſet, Ioannes XV. duos Chriſtianos Principes inter ſe digladiari non eſt paſſus, verùm Apoſtolico ad illos deputato i Nuncio litem illam feliciter terminauit.

Quid quod Anno 1059 Nicolaus II. Edvardo Confeſſori eiuſque ſucceſſoribus: k *Aduocationem & tuitionem omnium totius Angliæ Eccleſiarum conceſſit?* Quid quod Vrbanus II. Anno 1094. in Synodo Barenſi hunc honorem S. Anſelmo Archiepiſcopo Cantuarienſi detulit l vt locum illi & ſucceſſoribus eius iuxta Archidiaconum Romanum (cui m ante Papam ſedere moris eſt) deſignauit? addens: n *Includamus hunc in orbe noſtro tanquam alterius orbis Papam.* Cum ante hoc tempus ignotum eſſet (inquit Malmesburienſis) quis locus in Conciliis Archiepiſcopo noſtro deberetur. Eundem etiam locum Paſchalis II. in Concilio Romano, Anno 1102 habito eiſdem noſtris Archiepiſcopis confirmauit. Sicut & alij Summi Pontifices alia priuilegia & dignitates illis conceſſerunt; nempe Honorius Papa qui Archiepiſcopo Cantuarienſi *vt primas Angliæ* eſſet, & Innocentius II. vt *Legatus Natus* diceretur, conceſſerunt.

Huc etiam facit quod Scoti (vti meminit Genebrardus o ex Maiore & Boethio) ab Vrbano ſecundo nomen, titulum & vnctionem (ſicut Hungariæ p & Poloniæ Principibus, Anno 100. conceſſum fuerat) Principi etiam ſuo impetrarunt. Vnde Edgar primus omnium in Scotiæ Regem vnctus eſt.

His adde quod circa Annum 1107. Paſchalis II. ad Henricum primum, Angliæ Regem, ſcribens tantum & Regi & filio eius promiſit fauorem & amorem, q *Vt qui* (inquit) *te vel illum læſerit, Romanam Eccleſiam videatur læſiſſe.* Et certè quod Henrico primo promiſit Paſchalis, Henrico II. Eugenius III. factis præſtitit. Nam Anno 1152. quo tempore Stephanus r Rex (qui iniuſte Regnum Angliæ inuaſerat) cum Epiſcopis de coronatione filij ſui Euſtachij in conſortem regni egiſſet, eo conſilio vt aditum omnem ad coronam Henrico legitimo hæredi precluderet, infecta tamen res fuit, prohibitis ſcilicet ab Eugenio III. Epiſcopis ne huiuſmodi quippiam attentarent.

a Beda l. 3. c. 7. Godwin in vita Birini. HONORIVS Pap. 113. VITALIANVS Pap. An. 668. b Beda l. 4. c. 1. 2. Godwin in vita Theodori. c Antonin. tit. 14. c. 4. Lazius l. 3. de Commentariis Rerum Romanarum & Poeta Germanus apud Camden. in Britan. p. 105. Polidor l. 5. LEO III. Pap. An. 808. d Antoninus l. 4 c. 94. Regino in Chron. Baron. An. 808. LEO IV. Pap. An. 855 e Gotſelinus in vita S. Swithuni apud Surium Baron. An. 855. f Voſſim. An 855. Baron. ſup. MARTINVS I. Pap. An. 883. g Voſſim. & Baron. An 883. h Godwin. in vita Plegmundi. IOANNES XV. Pap. An 990. i Malmesbur. l. 2. Reg. c. 10. Baron. An. 990. NICOLAVS II. Pap. An. 1059. VRBANVS II. Pap. An. 1094 k Ealredus in vita S. Edwar. apud Surium l Malmesbur. l. 1 Pont. f. Godwin. in vita Anſelmi. m Malmesbur. ibid. n Idem ibid. Malmesbur ſupra Polydor. l. 19 Godwin in vita Theobaldi. o Genebrar. in Chron. p Baron. An. 1000. PASCHALIS II. Pap. An. 1107. q Malmesbur. l. 5. Reg. HONORIS III. Pap. An 1152. r Stow An. 1152. Godwin. in vita Theobaldi.

Nec Henrico II. Imperium ſuum ſolummodo conſeruauit Papa, verum etiam nouo ſuperaddito regno cum locupletauit. Anno enim 1169. Adrianus IV.

Hyberniæ dominium [a] & regimen Henrico II. conceſſit, miſſa ad eundem Regem Donationis ſuæ Bullâ, vnâ cum aureo annulo in ſignum inueſtituræ. Quod eius donum, rogatu eiuſdem Regis, [b] Alexander III. dicto Regi & hæredibus eius confirmauit.

De Lucij quidem III. qui Alexandro ſucceſſit, beneuolentia, nemo eſt qui dubitet, ſi modo Epiſtolam eius ad Henricum II. ſcriptam legat. Tantis enim laudibus Reges Angliæ exornat, vt [c] *eos præ cæteris terræ Principibus armorum gloria & animi nobilitate longè retro claruiſſe* teſtetur. Nec minor beneuolentia Vrbani III. à quo (vti ſcribit Houedenus [d]) Henricus II. multa impetrauit, inter alia autem vt quem vellet ex filiis Regem Hyberniæ crearet: quod & Bulla ſua confirmauit, & in argumentum beneuolentiæ ſuæ coronam eidem Regi tranſmiſit.

Accedit his quòd Anno 1189. quo tempore non ſolùm Francorum Rex, verum etiam proprij filij & regni proceres, diſceſſione ab Henrico II. facta, maximiſque copiis in terras eius immiſſis in grauiſſimum periculum eum conieciſſent, Clemens III. Cardinalem [e] Anagninum ad litem illam dirimendam, & pacem inter eos componendam miſit. Venit Cardinalis, Regem vtrumque ad pacem exhortatus eſt, & ne quis priuato commodo ſtudens publicum bonum impediret, excommunicationis ſententiam in priuatos omnes, tam Clericos quàm Laïcos, per quos ſtaret ne pax inter dictos Reges fieret, fulminauit; ipſique Francorum Regi interdictum regni ſui minatus eſt, niſi cum Rege Angliæ pacem componeret.

Similiter Anno 1193. cum Rex Angliæ Richardus (cognomento Cor Leonis) contra ius faſque in reditu ſuo de terra ſanctâ à Duce Auſtriaco captus ac detentus eſſet, Cæleſtinus III. eiuſdem Regis rogatu, [f] in Ducem illum Excommunicationis ſententia animaduertit: præcipiens ei inſuper vt pacta omnia ad quæ Regem Angliæ coegerat, reſcinderet, & obſides omnes ab eo acceptos domum remitteret. Cuius monitis minimè acquieſcens Auſtriacus, poſt paucos dies intempeſtiua morte extinguitur. Corpus autem eius tamdiu inhumatum iacuit, donec filius eius obſides omnes ſaluos remiſiſſet, ac iuraſſet inſuper decretum & iudicium Eccleſiæ ſumma ſe veneratione ſubiturum.

Poſthæc Anno 1207. Innocentius III. Epiſtolam elegantiſſimam [g] vnà cum multis pretioſiſſimis gemmis ad Regem Ioannem miſit. Necnon Anno 1215. cum proceres regni vi quadam,& armatis (vt vocant) precibus priuilegia quædam & immunitates extorſiſſent, idem Innocentius, Ioannis rogatu, [h] priuilegia illa omnia irrita prorſus & antiquata reddidit; Proceres illos perduelles excommunicauit, & Ludouicum Principem Francorum (ab illis in auxilium, in Angliam & in Regem admiſſum) Legato ad eum miſſo ex Anglia diſcedere iuſſit, intentata in eum, ni parere vellet, Excommunicationis ſententia. Quod & fortiter fecit.

Si Innocentius III. regnum conſeruauit, Innocentius IV. non minori beneficio Henricum III. obligauit, [i] quippe qui in Edmundum filium eius ius omne & titulum regnorum Apuliæ & Siciliæ tranſtulit, miſſo ad eum, ad huiuſmodi effectum, Cardinale quodam cum inueſtitura eiuſdem donationis.

Poſt conſeruatum non ſemel Anglis regnum, nouàque illis (vt vidimus) adiecta, quid amplius potuit facere ſedes Apoſtolica, niſi vt & Imperij diadema illis conferret. Nec ſegniter certè in hac parte ſe geſſit. Quippe Anno 1257. Alexander IV. nuncios [k] & litteras ad Richardum, dicti Henrici III. Fratrem, miſit, qui ſpem certiſſimam potiundi Imperij illi iniicerent, ſimul & exhortarentur vt in Germaniam ad inaugurationem contenderet. Quod cum feciſſet Aquiſgrani Rex Romanorum creatus eſt.

Adiice his quòd Anno 1292. cum Proceres regni, ab Henrico II. immunitates quaſdam extorſiſſent, Vrbanus IV. Regis caſum indignatus, Legatum ſuum eò miſit, vt in Proceres illos arma iam capientes anathematis ſententiam fulminaret.

Item Anno 1272. rogatu Edwardi Primi, Gregorius X. Guidonem de Monte-forti

ADRIANVS IV. Pap. An. 1060. [a] Stous An. 1060. Vueſtmonaſt. in Chron.
ALEXANDER III. Pap. An. 1171. [b] Houeden. part. 1. Annal. Polydor l. 13.
LVCIVS III. Pap. An 1181. [c] Houeden. part. 2. Annal.
VRBANVS III. Pap. An. 1185. [d] Houeden. part. 2. Annal. Stous An. 1185.
CLEMENS III. Pap. An. 1189. [e] Houeden. part. 2. Annal. Vueſtmonaſt. An. 1189.
CAELESTINVS III Pap. An. 1191. [f] Vueſtmonaſt. An. 1193. Stous An. 1193. Polyd. l. 14.
INNOCENTIVS III. Pap. An. 1207. [g] Stous An. 1207. [h] Stous 1195 1196. 1197. Godwinus in vita Stephani. Polydor. l. 21.
INNOCENTIVS IV. Pap An. 1283. [i] Comi. ventura nella volat de Napoli. Polyd l. 16. Stous An. 1254.
ALEXANDER IV. Pap. An. 1257. Vueſtmonaſt. An. 419.
VRBANVS IV. Pap. An. 1262. [k] Stous ad 1262. 1267.
GREGORIVS X.

te-forti [a] (qui Henricum primogenitum Richardi Romanorum Regis, Viterbijin Eccleſia incautum obtruncarat) excommunicauit primùm: Deinde ſacrilegij, ſicarij, homicidij & læſæ Maieſtatis reum condemnauit: denique infamem, ab omnibus muneribus & dignitatibus tam priuatis quàm publicis delapſum & vſque ad quartam generationem exhæredatum declarauit. Quin & eos omnes qui ſcienter eum receptarent aut celarent excommunicationis vinculo innodauit, & terras eorum interdicto ſubiecit.

Nec ita multo poſt, regnante eodem Edwardo, Cantabrigia ex ſchola facta eſt vniuerſitas *per Curiam Romanam*, vt loquitur Remington apud Camdenum. b Similiter Anno 1311. ſub Ewardo II. Clemens V. duas lectiones Oxonij in Hebraïca, c Arabica & Chaldaica Lingua inſtituit, & ſua authoritate vniuerſitatem illam vnam è præcipuis Chriſtiani Orbis Vniuerſitatibus declarauit.

Poſt hæc, Anno 1316. Ioannes XXII. rogante Edwardo II. duos Legatos [d] ad pacem inter Angliæ & Scotiæ Reges, ſimul & Angliæ Regem & Comitem Lancaſtriæ conciliandam miſit. Hi autem cum viderent Scotos nulla ratione vt pacem amplecterentur induci poſſe, eos omnes excommunicarunt. Sic eodem anno, eodémque Rege poſtulante, Summus Pontifex omnia antiqua iura & priuilegia Vniuerſitatis Cantabrigienſis, quibus multo iam tempore e *Summorum Pontificum beneficio*, inquit Stous, fruita fuerat, confirmauit.

His adde quod Innocentius VIII. Nuncium Apoſtolicum [f] in Scotiam, ad dirimendam illam litem quæ inter Regem & ſubditos interceſſerat, direxit. Verum priuſquam eò venire potuit, g *quamuis magnis ſit itineribus profectus* (inquit Polydorus) Rex à ſuis (Proh nefas!) è medio ſublatus periit. Et paulò poſt, Anno ſcilicet 1504. ortâ contentione inter Henricum VII. Angliæ & Ferdinandum Hiſpaniæ quis quem præcederet, Iulius II. auditis vtriuſque Legatis, Regi Angliæ h cauſam adiudicauit. Et ſequenti Anno eidem Regi gladium & pileum honoris miſit.

Verùm enimuero ſicut nullus vnquam ex Regibus noſtris meliùs de ſede Apoſtolica meritus fuerat quàm Henricus octauus, ſaltem aliquot primis regni ſui annis; ſic nemo vnquam ab eadem ſede maiora beneficia percepit. Nam non ſolùm à Iulio II. Anno 1514. gladium i & pileum honoris, quia eum contra Francorum Regem defenderat, accepit: verum etiam, Anno 1521. ob librum ab eo in defenſionem Fidei Catholicæ contra Lutherum egregiè compoſitum, à Leone X. Summo Pontifice titulo illo k *Defenſoris Fidei* omnium ſanè præclariſſimo inſignitus eſt. Quem quidem titulum vt Henricus ille dum viueret plurimi ſemper fecit, ita poſt mortem in epigraphe ſui tumuli eundem inſcribi voluit; omiſſo illo altero, ſcilicet *Capitis Eccleſiæ*, quem ſibi arrogauerat.

Et quamuis Regina Elizabetha Apoſtolicæ ſedis amicitiam penitus repudiauit, ipſe tamen Summus Pontifex eam non tam facile deſerendam putauit. Hinc eſt quod Pius IV. exiſtimans eam à Sede Apoſtolica defeciſſe, non tam ex odio Catholicæ Religionis, quam patre & ſorore regnantibus profeſſa fuerat, quàm ex timore ne in ius vocata de legitima ſucceſſione cauſa & corona caderet; Nuncio ſuo Apoſtolico ad eam miſſo, omnem prorſus fauorem circa ius ſuum ad coronam illi promiſit. Et paulò poſt alium Nuncium ad eandem miſit poſtulatum ab ea vt Theologos ſuos ad Concilium Tridentinum, omni prorſus illis promiſſa ſecuritate & libertate, mittere dignaretur.

Neque eſt, SERENISSIME REX, quod inter tam multa tamque præclara nomina Regum noſtrorum, qui Summorum Pontificum experti ſunt beneuolentiam, nihil de TVA MAIESTATE referam. Dixiſti enim aliquando, & publicè dixiſti plurimum te debere Clementi octano Summo Pontifici ob moderatum eius regimen & varia tibi præſtita beneficia. Nec immeritò, intimatum enim mihi eſt piiſſimum illum Pontificem cenſuræ Eccleſiaſticæ eos omnes qui MAIESTATI TVAE quocunque modo negotium aliquod faceſſant, ſubijciendos eſſe declaraſſe. Imò ſæpe ſæpius profeſſus eſt paratiſſimum ſe eſſe, etiam cum ſanguinis ſuieffuſione, æternam Regno Angliæ ſalutem procurare. Maiorem autem charitatem nemo habet (Si Euangelicæ voci credamus) quàm vt

Pap. An. 1272.
a Vueſtmonaſt. in Chr. Polyd. l. 17.
b Camdem in deſcript. Cantabrig.
CLEMENS V. Pap. An. 1311.
c Clement. tit. de Magiſtris c. 1.
IOANNES XXII. Pap. An. 1316.
d Polydor. l. 17. Stous 1316.
e Stous An. 113?. vita Hen. 7.
INNOCENTIVS VIII Pap. An. 1489.
f Stous in Annal.
g Polydor. in vita Henrici VII.
IVLIVS II Pap An. 1504.
g Comin. vetura Volateran.
Stous ſuprà.
h Stous 1514
LEO X. Pap. An. 1521.
i Stous in Chronic. Onufr. in Chro. Stous An. 1547.
PIVS IV. Pap. An. 1560.
An 1562.
k Proclamat Ann. 1. Regni.
CLEMENS VIII. Pap. An. 1603.

animam ſuam ponat quis pro amico ſuo: & tamen ponere eam pro MAIESTATE TVA paratus eſt Clemens Papa. Peſſimè ergo Angliæ rebus conſultum eſſe cupiunt, qui tales amicos, tam benè de regno noſtro meritos, falſis ſuis calumniis apud MAIESTATEM TVAM criminantur, eo tantùm conſilio, vt Principi pariter ac populo eos exoſos reddant.

Ex his autem quæ hactenus diximus (multa alia breuitatis ergo omittentes) apertè vides, SERENISSIME REX, quàm perpetuo fauore Sedes Apoſtolica regnum tuum fouere: quàm crebris tum ſpiritualibus tum temporalibus beneficiis Reges noſtros demereri; quàm denique opportunis auxiliis res noſtras accifas & periculoſo loco nonnunquam poſitas adiuuare ſtuduerit. Conferat nunc MAIESTAS TVA (ſi placet) æquâ iudicij ſui trutinâ beneficia illa quæ à Sede Apoſtolica, cum illis quæ à reliquo orbe accepimus, inuenietque beneficia illa ſola à Summis Pontificibus accepta, & pondere & numero illa omnia, quæ à reliquo orbe Chriſtiano accepimus, longe ſuperare: atque adeo facilè percipiet MAIESTAS TVA luctuoſiſſimam illam & ſanguine planè deflendam patriæ noſtræ ab amicitia Summorum Pontificum diſceſſionem, plus regno tuo attuliſſe incommodi, quàm ſi à reliquâ totius orbis amicitia defeciſſet. Præcipuè autem MAIESTATEM TVAM exoratam cupio vt beneficia à Summis Pontificibus patriæ noſtræ collata, cum eis quæ Thomas Bell oſtendere poteſt eidem collata fuiſſe à duabus illis peſtilentiæ Cathedris Wittemberga & Geneua conferre dignetur. Quibus quæſo nouis additis regnis imperij tui fines ampliarunt? ad quod faſtigium vel imperiale vel regale maiores tuos extulerunt? A quo Paganiſmo terras tuas conuerterunt? Quos hoſtium gladios à iugulis noſtris auerterunt? Quod auxilium rebus noſtris obtulerunt? Quod emolumentum paruum vel magnum regno Angliæ attulerunt? Imò quod detrimentum non intulerunt? Certè vnus ille Apoſtata, ſeditionis fax, incentórque malorum Knoxius, Geneuâ miſſus, plus damni ac turbarum Auiæ tuæ, Patri tuo, beatæque memoriæ Matri tuæ attulit, quam ego hic referre, aut MAIESTAS TVA ſine ingenti dolore audire poteſt. Prætendunt [a] quidem ſeditioſi illi amorem Euangelij, tanquam vnicam cauſam, cur nihil amicitiæ inter Romanos Pontifices & MAIESTATEM TVAM intercedere cupiant, quaſi piaculum eſſet cum talibus dextras iungere; & tamen ab amicitia cum Turca ineunda nequaquam diſſuadent. Prætendunt etiam tuam ſecuritatem, ſed reuera ſuas tantùm res agunt & curant; vti probe MAIESTAS TVA in Knoxij molitionibus intellexit. Timent, timent homines iſti in limpido flumine inanem futuram eſſe piſcationem, nihilque ſe vel authoritatis vel ſecuritatis habituros, ſi ſemel antiqui & fideles amici iterum in amicitiam admitterentur, ideóque turbant omnia, audent omnia, omnia denique ſuſque deque ferunt, nihil penſi habentes tuone (vt patet in cauſa Auiæ tuæ) an regni damno hoc faciant, modò ad ſemetipſos, ô boni ſubditi! lucrum aliquod & emolumentum deriuent. Atque hæc de Summorum Pontificum in reges noſtros, maiores tuos, collatis beneficiis dicta ſufficiant.

[a] *Vide Collat. Nam.* ... *ton.*

Quod autem ad Chriſtianos huius Inſulæ Reges pertinet, licet fuerint diuiſi & diuerſi (à diuerſis ſcilicet nationibus origines trahentes) nempe Britones, Angli, Dani & Normanni; vnanimi tamen conſenſu in hoc iuxta conſpirabant, vt Summum Pontificem ſummo proſequerentur honore, eiuſque amicitiam, velut ſacrum quoddam imperij ſui Ancile, quibuſcunque poterant beneficijs demererentur. Inter Britones autem Reges Chriſtianos primus fuit Lucius, cuius ſingularis erga ſedem Apoſtolicam affectus [b] ex eo maximè elucet quod poſthabitis vicinis Eccleſiis, Romam vſque poſtulatum prædicatores miſerit. Quod verò ad Conſtantinum Magnum (æternum Britannorum decus) attinet, notiora ſunt eius beneficia & pietas erga ſedem Apoſtolicam, quàm vt hic à me recitari neceſſe ſit. Nam non ſolum Syluestro Papæ Ciuitatem Romam cum magna parte occidentalis Imperij donauit (vti præter eum [c] & Latinos ſcriptores, tùm Græci tùm Iudæi, iurati aliàs hoſtes Romanorum Pontificum, teſtantur) verum etiam conſcendenti Syluestro equum, ſtapiam eius, inſtar pediſſequi,

LVCIVS REX. *An. 156.*

[b] *Beda l. 1. c. 4.*

CONSTANTINVS MAGNVS *An. 324.*

[c] *Conſtantin. in edicto Iſidorus Eugubin.*

diſſequi, tenuit, & equum eius per habenas eiſdem manibus quibus Maxentium Tyrannum deuicerat, deduxit.

Gratian. a ſ. nit. 69. Genebrar.

in Chron Balſamon in Nomo can R-abraham in Zekron. Dibre Romi Abben. Eſra 11. Danielis.

Poſt hos numerandus eſt Cadvvalladerus, vltimus Britannorum Regum, qui tanto amore ſedem Apoſtolicam proſecutus eſt, vt regno relicto a Romam contenderit, ibique ſanctiſſimè vitam finiuerit. Et certè ſi vel Britones diutiùs in Anglia regnaſſent, vel eorum res geſtæ accuratius paulò fuiſſent ſcriptæ, non dubito quin multò plura eorum erga ſedem Apoſtolicam pietatis & deuotionis exempla modò extarent: vti apparet ex literis Salomonis, qui Britannis patriâ pulſis in Britannia minori imperauit. Scribens enim Rex ille ad Adrianum II. ita exorditur: b *Domino ac Beatiſſimo Apoſtolicæ ſedis Romanæ Hadriano Salomon Britannorum Rex flexis genibus inclinatóque capite.* Mittit præterea ad eundem Pontificem ſtatuam ſuam ex auro conflatam, vnà cum aliis muneribus, & non contemnenda pecuniæ ſumma: annuam inſuper ei penſionem promittit, ac titulum ſuum Regium ſibi à Summis Pontificibus datum fuiſſe ingenuè fatetur: Tantus fuit Regum Britannorum erga Sedem Apoſtolicam affectus & amor.

CADVVALLADERVS REX. Polydor. l. 4. SALOMON REX. An. 869. a Argentraus hiſtor. Britan. l. 2. c. 27. Baron. An. 869. ETHELBERTVS REX An. 596.

Britannos ſequuti ſunt Saxones ſiue Angli, vt in imperio ita in amore erga ſedem Apoſtolicam. Rex enim Ethelbertus ſine vlla mora Legatos c Diui Gregorij Papę humaniter excepit, neceſſaria ad hoſpitium & victum tribuit, copiam denique illis prædicandi Euangelij fecit, his verbis (dignis prorſus quæ à MAIESTATE TVA vſurpentur) (eos alloquens: *Quia* (inquit) d *de longe huc peregrini veniſtis, vt ea quæ vos vera & optima credebatis nobis quoque communicetis, nolumus moleſti eſſe vobis.*

b Beda l. 1. c. 25. c Beda l. 1. c. 25. OSVVINVS R. An. 665. c Beda l. 3. c. 29. d Beda l. 3. c. 25. Baron. An. 664.

Poſt hunc Oſvvinus Rex *cum intellexiſſet* (verba ſunt Bedæ e) *quia Romana eſſet Catholica & Apoſtolica Eccleſia*, Anno 665. Preſbyterum quendam Romam, Antiſtitem ibi ordinandum, miſit; vt accepto ipſe Archiepiſcopatus gradu, per omnem Britanniam Epiſcopos conſecrare poſſet. Similiter idem Rex, ortâ controuerſiâ inter Epiſcopos Angliæ & Scotiæ de Paſchatis obſeruatione, cum audiſſet in Colloquio (vbi de hac re diſceptatum eſt) cæleſtis regni claues Beato Petro traditas fuiſſe, ſic concluſit: f *Et ego vobis dico, quia hic eſt oſtiarius ille cui ego contradicere nolo, ſed in quantum noui vel valeo, huius cupio in omnibus obedire ſtatutis.* Denique idem Oſvvinus (verba ſunt Bedæ) g *in tantum tenebatur amore Romanæ & Apoſtolicæ Inſtitutionis, vt ſi ab infirmitate ſaluaretur etiam Romam venire, ibique ad loca ſancta vitam finire diſponeret.*

e Beda l. 4. c. 1. CEDVVALLA REX. An. 689. f Beda l. 3. c. 25. COENREDVS & OFFA RR. An. 709.

Sed quod ipſe morte interueniente facere non potuit, Rex ille fortiſſimus Cedvalla florentibus adhuc, tum rebus tum ætate fecit. Quippe Anno 689. h *Relicto Imperio* (vti dicit Beda) *venit Romam, hoc ſibi gloriæ ſingularis deſiderans adipiſci, vt ad limina Beatorum Apoſtolorum fonte baptiſmatis ablueretur, ſimul etiam ſperans quia mox baptizatus, carne ſolutus ad æterna gaudia iam mundus tranſiret.* Quod vt mente diſpoſuerat, Domino adiuuante completum eſt. Mortuus enim eſt paucis à baptiſmo diebus, & honorifica ſepultura in Baſilica S. Petri à Sergio Papa tumulatus eſt. Quo in loco non ita pridem ſub Gregorio XIII. corpus eius repertum eſt.

g Beda l. 5. c. 10. Baron. 709. Huntingt. l. 4. Malmesb. l. 1. Marian. Vueſtmon. in Chron. INA REX. An. 726. h Beda l. 5. c. 7. Baron. An. 726.

Nec multo poſt, anno ſcilicet 709. duo Angliæ Reges Coenred & Offa regnis relictis Romam profecti ſunt, ibique attonſi, ac Monachi facti *ad limina Apoſtolorũ* (inquit Beda) *precibus, ieiuniis & eleemoſinis ad diem vltimum permanſerunt.*

Ethelwerdus l. 2. c. 19. Huntingt. l. 4. Malmesb l. 1.

Cedvvallæ ſupradicto ſucceſſit Ina alias Hun, *qui* (vti refert Beda) *cum triginta & ſeptem annis imperium tenuiſſet, & ipſe relicto regno ad limina Apoſtolorum profectus eſt: quod his temporibus plures de gente Anglorum nobiles, Laïci & Clerici, viri ac fœminæ certatim facere conſueuerunt.* Nec tantummodo Romam iuit, verum ibidem Monachus factus eſt, primuſque fuit qui vectigal illud, quod Denarius Diui Petri dicebatur, ſingulis ſcilicet denariis ſingulis familiis impoſitis, Summo Pontifici ſoluendum ſanciuit. Quod quidem tributum partim Summo Pontifici ad vſus ſuos dabatur, partim etiam ad alendum ſeminarium i illud quod idem Rex Romæ ædificauit, vt iuuentus Anglicana puriorem & doctrinam & pietatem ibidem imbiberet.

Genebr. Chron. Polyd. l. 4. Sions in Ina. i Vueſtmon. naſt. An. 727. 730.

Poſt hos S. Richardus, circa Annum 750. relicto regno & duobus filiis fidei S. Bonifacij Germanorum Apoſtoli commiſſis, a iter Romam verſus direxit; verùm in via deficiens, mortuus eſt Lucæ, & ibidem magno cum honore ſepultus eſt. Similiter Anno 775. Rex Offa ob res in bello præclarè geſtas celebris, mundo nihilominus regnoque valedicens Romam b petiit, & ibidem Monachorum inſtitutum amplexus eſt. Nec non, ad exemplum Regis Inæ, ſeminarium c Anglorum in Vrbe bonis ſuis non mediocriter auxit, & toti Merciorum regno Denarium S. Petri impoſuit: ſicut illo tempore Carolus Magnus toti Galliæ idem tributum Summo etiam Pontifici ſoluendum indixerat.

Regi Offæ ſucceſſit Kenulphus d *Vir imprimis magnus & virtutibus famam ſupergrediens* (inquit Malmesburienſis e) cuius erga Sedem Apoſtolicam pius affectus duplici beneficio oſtenditur. Primo enim Summi Pontificis Legatum à Pyratis captum Anno 808. ſoluto eius lytro redemit: deinde literas officio & humanitate pleniſſimas ad Summum Pontificem ſcripſit, in quibus inter alia hæc addit: f *Hanc benedictionem omnes qui ante me ſceptro præfuere Merciorum, meruerunt ab anteceſſoribus tuis adipiſci: hanc ipſe humilis peto, & à vobis (ò Sanctiſſime) impetrare cupio, quatenus imprimis adoptionis ſorte me filium ſuſcipias, ſicut te in patris perſona diligo & totis obedientiæ viribus ſemper amplector.* Tandem autem proteſtatur paratum ſe eſſe toto niſu id agere vt Summi Pontificis commodis & ſaluti, etiam cum vitæ ſuæ diſpendio, proſpiciat & ſtudeat, g *quia*, inquit, *illius ſublimitas noſtra eſt ſalus, illius proſperitas, nobis perennis exultatio.*

Poſt hunc Ethelulphus regnum ſortitus, & hæreditaria quadam pietate ductus Romam profectus eſt; vnà ſecum Alfredum filium ſuum iuniorem, quem præ cæteris charum habuit, adducens, *vt à Leone Papa* (inquit Weſtmonaſterienſis h *moribus pariter & religione informaretur.* Vbi cum annum integrum demoratus eſſet, filium ſuum à Summo Pontifice in Regem coronari & in filium eiuſdem adoptari fecit. Præterea Seminarium i Anglorum ibidem, paulo ante incendio pene abſumptum, reparauit, donationes prædeceſſorum ſuorum Inæ & Offæ ratas habuit, denique toti Angliæ Denarium S. Petro domeſticatim ſoluendum impoſuit. k Quod tributum ab hoc tempore vſque ad Henricum VIII. perpetua deuotione penſitari ſolitum eſt. Circa idem etiam tempus Rex Burdredus regno relicto Romam & ipſe profectus eſt, & ibidem apud Seminarium Anglorum in Eccleſia S. Mariæ tumulatus fuit.

Nec Canutus Rex, quamuis Danus, ingratus erga Sedem Apoſtolicam videri voluit; quin & ipſe Anno 1031. Romam etiam profectus, ſupradictum tributum S. Petro perenniter aſſignauit. Multa præterea anathemata auro argentóque grauia ad tholos S. Petri appendit; ac Seminario Anglicano immunitatem à Ioanne Papa impetrauit.

Denique Edvardus Rex, cognomento Confeſſor, vltimus Saxonicæ ſtirpis Rex Angliæ, ſuſcepta peregrinatione Romam libentiſſimè contendiſſet l niſi ſubditi Danorum inuaſionem timentes, eius pio deſiderio reſtitiſſent. Nihilominus Legatos ſuos ad Summum Pontificem, cum muneribus regiâ munificentiâ dignis, miſit: Nec non iura omnia, conſuetudines & tributa Apoſtolicæ Sedi à maioribus ſuis conceſſa, pari pietate ipſe confirmauit. Atque in hunc modum Reges Anglici, ſeu Saxones, toto tempore quo ſummâ rerum apud nos potiti ſunt, Sedem Apoſtolicam ſingulari & honore & amore proſecuti ſunt.

His autem Normanni vt in Imperio ſuccedunt, ſic in pietate & deuotione erga Summos Pontifices eos imitantur. Præterquam enim quod annuatim tributum ſupradictum promptiſſimè ſoluebant; in particulari etiam quiſque pro ſe certare videbatur quis quem in officiis & beneuolentia erga ſedem illam ſuperaret. Hinc Gulielmus Rex, (Conqueſtor dictus) Anno 1066. m Heraldo vſurpatore ad extremum occiſo, Vexillum ſuum Summo Pontifici, tanquam amico ſuo coniunctiſſimo, tranſmiſit. Sic Henricus primus per legatos ſuos coram Paſchall II. Angliam peculiarem eſſe prouinciam Romanæ Eccleſiæ &

S. RICHARDVS REX An. 750. a *Surius 7. Februar. Baron. An. 750* OFFA REX An. 775. b *Foxus Martyrolog. l. 2.* c *Malmesbur. l. 2. Reg. c. 2. Veſtmonaſt. An. 794. Barón. 775. Polyd. l. 4 Hunting. l. 788.* KENVLPHVS REX. An. 808. d *Malmesbur. l. 1. c. 4. annal. Franc. Baron. An. 803.* e *Malmesbur. ſupra.* f *Malmesb. ibid.* ETHELVLPHVS REX An. 855. g *Veſtmonaſt. An. 855. Baron. 855. Ethelwerd. l. 3. c. 3. Stous. In. gulphus.* h *Malmesb l. 2. c. 2. Stous An. 839.* i *Malmesb. ſupra. Marian. 877. Platina in Leone 4.* BVRDREDVS REX. *Ethelwerdus l. 4. c. 3. Malmesb. l. 2. c. 4. Ingulphus. Stous An. 875.* CANVTVS REX An 1032. *Malmesb l. 2. c. 2. Hunting. l. 6. Ingulphus. Iſidor. l. 9 Marian. 1031. Stous in Canut.* S. EDVVARDVS REX An. 1056. k *Ealred in vita apud Surium.* GVLIELMVS VICTOR 1066. l *Stous in Haraldo* HENRICVS I REX m *Malmesb. l. 2. Pont. f.*

tributum

tributum illi pendere ſolere profeſſus eſt. Similiter Henricus II. circa annum 1180. ſimul & Francorum Rex Ludouicus, Alexandri Papæ equum hinc inde a ſtipantes, eum per habenas admiranda (ſpontanea tamen) pietate ducebant, & magna cum pompa extra ciuitatem Tociacum deducebant. Nec non & Richardus Rex (cognomento Cor Leonis) Summi Pontificis exhortationi promptiſſimè obſequens, b valido collecto exercitu, ad triginta quinque millia peditum, & quinque millia equitum, Terram Sanctam petiit. In qua quidem expeditione res egregias geſſit: nam Cypri regnum ſuæ ditioni ſubiecit; Ciuitatem Ptolemaidem expugnauit; ipſumque Saladinum collatis ſignis & acri commiſſo prælio profligauit, oſtenditque Barbarum poſſe vinci. Similem expeditionem poſt eum Edvvardus primus Anno 1241. ſuſcepit.

HENRICVS II. REX An. 118.
a Ger. Strat. in Chron.
RICHARDVS I. REX.
b Polydor. l. 4 Genebrar. in Chron. Stous in Ann.

Nec Henrico III. inuidenda ſua laus eſt; quippe qui in publicis epulis Summi Pontificis Legatum medium inter ſe & Archiepiſcopum Eboracenſem, loco ſcilicet honeſtiſſimo collocauit: ac eundem diſcedentem c *magna cum pompa innumeris ſcilicet nobilibus comitantibus, tubiſque ante eum clangentibus ad littus maris deduxit.*

HENRICVS III. REX. 1261.
c Stous in Ann.

Quanta etiam fuerit deuotio Richardi II. & Anglorum illius temporis erga Sedem Apoſtolicam, vel ex eo patet; quòd, in vſum peregrinorum ex Anglia ad vrbem venientium, Xenodochium d (loco dicti Seminarij, quod in communi vrbis incendio Anno 1084. penitus conflagrauerat) Romæ, eo ipſo in loco vbi S. Thomas Cantuarienſis capellam in honorem S. S. Trinitatis conſtruxerat, ædificauerint. Quod Xenodochium poſtea, regnantibus Henrico VI. & VII. reædificatum fuit & auctum; ac poſtremo, Anno 1570. nouis ædificiis & copioſioribus reditibus à fœlicis recordationis Gregorio XIII. locupletatum, & in priſtinum vſum Seminarij (ſeruata tamen obligatione Xenodochij) conuerſum fuit.

RICHARDVS II. REX.
d Stous in Ann.

De Henrico IV. non eſt quod laborem; cum literæ eius ad Alexandrum Papam Anno 1409. ſcriptæ egregium eius erga Summum Pontificem ſtudium luculenter produnt. Sic enim exorditur: e *Beatiſſime Pater filiali more ante omnia Beatitudini tuæ nosmetipſos commendatos habemus.* Et paulò poſt: *Habita inſuper cum dicto filio noſtro, ſimul & regni Præſulibus & Proceribus matura deliberatione, ſumma cum humilitate obſecramus & oramus tuam clementiam (cuius dignitatem & honorem diuerſis de cauſis tanquam filius deuotus, & quantum cum Domino poſſumus amplectimur & amplexi ſemper ſumus) per expreſſum & integrum aſſenſum dictorum regni noſtri ordinum,* &c.

HENRICVS IV. REX. 1409.
e Stous in Ann.

Quod autem ad Henricum V. attinet, ipſe Legatos ſuos ad Concilium Conſtantienſe miſit, quorum rogatu, f *Ibi decretum eſt* (verba ſunt Stoi) *vt Anglia nomen Nationis obtineret, eſſetque vna ex quinque illis Nationibus quæ deuotionem ſuam Eccleſiæ Romanæ debent. Quod quidem vſque ad illud tempus, homines aliarum Nationum impediuerant.* Ecce, SERENISSIME REX, quanto honori ſibi duxit Rex ille fortiſſimus & Angliæ Alexander, quanto inquam honori ſibi duxit inter proſpera belli & medios pene triumphos victrices manus Sedi Apoſtolicæ deuouere. Quod eius factum æterna laude dignum Puritani noſtri hodierni indignum facinus appellarent. Si vero iam ad noſtra tempora propiùs accedamus & ad Henricum VII. MAIESTATIS TVAE abauum conuertamus oculos, videbimus eum Sedi Apoſtolicæ honeſtiſſimè ſemper cupiiſſe, vt ſupra vidimus & manifeſtè conſtat ex muneribus ei à Summo Pontifice tranſmiſſis, gladio ſcilicet & pileo honoris.

HENRICVS V. REX 1416.
f Stous in Ann.
HENRICVS VII REX. An. 1505.

Sed nemo ex Regibus noſtris Normannica ſtirpe oriundis, tot argumenta pij erga Sedem Apoſtolicam animi & affectus dedit, quot Henricus VIII. in initio regni ſui edidit. Nam primo circa annum 1511. ad Francorum Regem ſcripſit, eum g admonens, vt ab inferenda moleſtia Iulio II. quam primum deſiſteret: & anno ſequenti decem millia virorum ſuppetias eidem Iulio in Galliam immiſit: & non multo poſt, Anno ſcilicet 1513. ipſemet maximis collectis copiis in Galliam traiecit, ibique Taruennam & Tornacum expugnauit. Nec contentus gladio defendiſſe Summum Pontificem, Anno 1521. doctiſſimo edito libro, h eundem Pontificem contra Lutheri nouos errores & calumnias acerrimè

HENRICVS VIII. REX.
g Stous 1521. 1518. 1521 Onufr. in Iulio 2.
h Stous An. 1521.

GGg

vindicauit. Similiter Anno 1527. cum Clemens VII. à Cæſaris militibus captus eſſet, Henricus noſter (Fidei iam Defenſor,) memor tituli, memor loci, memor maiorum ſuorum, omnes cogitationes ſuas eò applicuit, vt Summum Pontificem, hoc eſt Chriſti Vicarium libertati reſtitueret, ideoque ſingulis menſibus a ſexaginta millia Angelottorum (hoc eſt centum mille aureos) ad alendum exercitum qui pro eius liberatione pugnaret, expendit. Et quidem 22. annorum ſpatio cum duraſſet hæc eius erga Sedem Apoſtolicam ſingularis beneuolentia, tandem, non ex iniuria aliqua illi à Summo Pontifice illata, nec ex eo quod Romanæ Eccleſiæ religionem improbaret, quam (excepto articulo primatus) mordicus vſque ad extremum Spiritum defendebat, & contrarium ſentientes acriter puniebat; verum *ex occaſione* b *mora* (inquit ipſe Stous) *facta à Summo Pontifice ſuper controuerſia de repudio, necnon indignatione motus quod audiuerat rumores quoſdam de ſe ad curiam Romanam delatos fuiſſe, ſimul etiam inſtigatus à conſiliariis quibuſdam vt exemplum Germanorum ſequeretur*, vetuit primo ne quis quid à Curia Romana procuraret: mox tributa omnia ſicut & appellationes ad Sedem Apoſtolicam fieri ſolitas inhibuit: ac tandem poteſtatem illam & ſuperioritatem in ſpiritualibus, quam Maiores eius omnes in ſolo Romano Pontifice reſidere confeſſi fuerant, inaudito exemplo ſibi ipſi arrogauit.

a *Stous An.* 1532.

b *Stous* 1530. *& ſeq.*

In hunc ergo modum videt MAIESTAS TVA quàm diu, quàm vtiliter & quanto cum honore vtriuſque partis mutua illa amicitia inter Romanos Pontifices & Reges noſtros viguit ſemper & durauit. Videt etiam è contrario quomodo ab vno irato Rege, contra maiorum ſuorum omnium, & ſucceſſorum etiam (exceptis vno puero & fœmina) exemplum, turpiter violata ſit tot ſæculorum duratione firmata amicitia. In quot pericula & moleſtias ſeque regnumque ſuum coniecit; quomodo varia eius ſoboles, ex tot vxoribus ſuſcepta, penitus iam extincta ſit) vti iam tum Frater Pæto illi prædixerat) regnumque eius ab ipſius proſapia ad exteros, cum quibus aliquando acre bellum geſſerat, deuolutum ſit, non eſt quod dicam, cum lippis & tonſoribus, manifeſtè pateat. Hoc autem vnum dicam, ipſum ſcilicet Henricum paulò ante obitum (cum efferbuiſſet iam ira eius, ipſeque in ſe aliquantulum deſcendiſſet) laboraſſe vt Sedi Apoſtolicæ reconciliaretur, & ad id Epiſcopi Gardineri (vti idem Epiſcopus publicè in concione ad crucem Paulinam, ſuggeſtum totius Angliæ celeberrimum, teſtatus eſt) operâ fuiſſe vſum.

Quid iam mihi reſtat, SERENISSIME REX, vt Epiſtolam hanc bene longam finiam, niſi vt humiliter ad MAIESTATIS TVÆ pedes pronolutus hoc vnum & tuo & maiorum tuorum nomine orem obſecremque, vt ſicut Dei beneficio conſtitutus es caput quintæ illius Nationis, quæ (iuxta diuinam prouidentiam & prædictionem viri cuiuſdam ſancti c qui multis abhinc ſæculis floruit) gubernacula huius regni accepit; ita veterem illam & vtilem amicitiam quæ inter Sedem Apoſtolicam & Maiores tuos ſemper interceſſit, ſartam tectam eſſe velis. Quis obſecro conſilium vel opportunum magis vel magis ſanum tibi dare poteſt quam maiores tui? Quis modum regnandi vel ſecurum magis vel magis proſperum docere poteſt, quàm prædeceſſores tui? Quorum exemplum vel rectius vel laudabilius imitari potes, quàm auorum tuorum, quorum conſilia domi, vires autem foris perpetuò floruerunt? Et tamen hi omnes tot & tanti viri vno ore & conſilio rogant obſecrantque vt in regno tuo adminiſtrando non tam ſuum, quam Salomonis, imò ipſiuſmet Dei conſilium ſequaris. Quale autem illud? certè non aliud niſi aureum illud; d *Amicum tuum, & amicum Patris tui ne dimiſeris;* præſertim talem qui non ſolum tibi amicus fuit, verùm etiam matri tuæ & prædeceſſoribus tuis neceſſarius maximè & coniunctiſſimus ſemper extitit. Qui quidem Prædeceſſores tui vt ſceptra ſua & coronas tibi reliquerunt, ita religionem ſuam & amicitiam cum Sede Apoſtolica, tanquam præcipuum fœlicitatis ſuæ fulcrum, & imperii ſui velut ſacram anchoram, tibi commendarunt. Certe nos Catholici publicas illas voces, quibus Romanam Eccleſiam matricem eſſe Eccleſiam publicè e prædicabas, téque ipſum Clementi VIII. ob regimen eius moderatum, & amica tibi præſtita beneficia, multum

c *Hunting. l.* 1.

d *Prouerb.* 27.

e *In Col. loq. Hant.*

multum debere dicebas, tanquam ſcintillas quaſdam maioris ardoris & amoris erga Sedem Apoſtolicam æſtimamus: quæ vt ſuo tempore, ad animæ tuæ perennem felicitatem, & Chriſtiani orbis ingentem lætitiam erumpant & eluceant, Deum Optimum Maximum, obnixè deprecamur. Interim, SERENISSIME REX, Dominus Ieſus MAIESTATEM TVAM gratia ſua & melioribus benedictionibus ſuis accumulet, & diu incolumem ſeruet,

MAIESTATIS TVÆ.

Subditus deuotiſsimus,

R. S.

FINIS.

INDEX RERVM, AC PERSONARVM memorabilium, quæ in hoc volumine memorantur. Quoniam Typographus alicubi confudit numerum paginarum, cogor non ſolum paginarum, ſed etiam librorum, capitum, ac ſectionum nonnunquam numerum apponere.

A

ABBO Floriacenſis in Anglia, pag. 205. 211. l. 3. c. 11. ſect. 3
Academia Cantabrigienſis fundata à Sigeberto Rege, pag. 99
Eadem inſtaurata ab Edwardo Seniore, p. 190. l. 3. c. 7. ſec. 3
Eadem facta Vniuerſitas, p. 298
Academia Oxonienſis fundata ſeu inſtaurata ab Alfredo Magno, p. 186. l. 3. c. 6. ſec. 3
Eadem Numeroſiſſima, p. 287. 299. l. 4. c. 8. ſec. 3
Academiæ in Anglia refloreſcunt, p. 254. l. 4. c. 3. ſec. 3
Academiarum in Anglia inſignis Diſciplina, p. 300. l. 4. c. 10. ſec. 3
S. Acca Epiſcopus, p. 147. l. 2. c. 9. ſec. 2. Idem doctus, p. 148. Extruit nobiliſſimam Bibliothecam, ibid.
Adami de Mariſco inſignis eruditio, p. 286. l. 4. c. 8. ſec. 3
Adami Eſtoni inſignis eruditio, p. 317. l. 5. c. 2. ſec. 3
S. Adelbertus, p. 135. l. 2. c. 7. ſec. 2
Adrianus Papa IV. Anglus conuertit Noruegiam, p. 265. l. 4. c. 5. ſec. 2
S. Agilolfus, p. 142
S. Agilbertus, vir doctus, p. 109. l. 2. c. 2. ſec. 3
Agatha mater S. Margaritæ, fit Monialis, p. 240. l. 4. c. 1. ſec. 2
Ædithidis Regina, Monialis, p. 157. l. 2. c. 12. ſec. 2
S. Aidanus, p. 98. l. 2. c. 1. ſec. 2
Eius miracula, ibid.
S. Albani miracula, p. 161. 314
Albigenſium hæreſes, p. 263
Albinus Abbas Cantuarienſis, p. 127. l. 2. c. 6. ſec. 3
Alcuinus magiſter Caroli M. Anglus, non Scotus, p. 161. l. 2. c. 12. ſec. 3
Idem inceptor Academiæ Pariſienſis, p. 159
Diuerſus ab Albino Cantuar. p. 160. Habuit celebres diſcipulos, & coluit Crucem, ibid.
S. Alcmundus Rex, eiuſque miracula, p. 161 l. 2. c. 12. ſec. 4
S. Adelmus, p. 133. l. 2. c. 7. ſec. 2. doctiſſimus, ibid. 136. Non vocat Anglos alumnos S. Benedicti, ibid. p. 136. Eius miracula, ibid. p. 139. Senſit non eſſe ſalutem extra Rom. Eccleſiam, p. 130. Senſit S. Petrum habere monarchiam, p. 130. Eius iudicium de monachis Britan. ſui temporis, p. 45.
S. Allricus eremita, p. 251. l. 4. c. 3. ſec. 2
Alexander Papa IV. plurimum laudat Anglos, p. 281. l. 4. c. 8. ſec. 1
Et eorum eruditionem, p. 281. 286
Alexandri Halenſis inſignis eruditio, p. 283. l. 4. c. 8. ſec. 3. Fuit magiſter SS. Bonauenturæ & Thomæ Aquinatis, ibid.
Alexandri Neckami inſignis eruditio, p. 285. l. 4. c. 3 ſec. 3
B. Algiſa regina, p. 184. l. 3. c. 6. ſec. 2
Alfredus Magnus, Rex Angliæ Catholicus, coronatur à Papa, p. 182. l. 3. c. 6. ſec. 1. Eius eruditio, pietas iuſtitia, fortitudo, ibid. p. 183. Pugnauit 56. vicibus, ibid. p. 183.

Fundauit

Fundauit ſeo inſtaurauit Academiam Oxonienſem, ibid. p. 186. Ingens ſecuritas ſub illo, p. 184

Alfredus Rex Northumbriæ, doctiſſimus, p. 110. l. 2. c. 2. ſec. 3

Alfricus Archiep. Cantuar. agnoſcitur Romano Catholicus à Proteſtantibus, l. 6. c. 26. Idem electus à clero & populo Cantuar. ibid.

Alfridæ Reginæ, inſignis pœnitentia, p. 213. l. 3. c. 13. ſec. 4

S. Alfwaldus Rex, p. 157. l. 2. c. 12. ſec. 2

Angiſperga, aliàs Engilberga Imperatrix monialis, p. 175. l. 3. c. 2. ſec. 2

Anglia olim diuiſa in plura regna, p. 17. l. 1. c. 1. ſec. 1.

Anglia ſeruata meritis ſanctorum indigenarum, p. 187. l. 3 c. 6. ſec. 4

Anglia ſeruata per inuocationem ſanctorum, p. 196. l. 3. c. 8. ſec. 4

Anglia abundat viris doctiſſimis, p. 145. 160. 158. 281. 329.

Anglia fulget innumeris ſanctis, p. 163

Anglia olim dicta Saxonia, p. 103. l. 2. c. 1. ſec. 2

Anglia auctrix ſcholaſticæ Theologiæ, p. 300. l. 4. c. 10. ſec. 3.

Angliæ reges dominabantur Scotis, p. 192. 193. l. 3. c. 8. ſec. 1.

Angli diuerſa gens à Britonibus, p. 17. l. 1. c. 1

Angli, an Britones, primi intulerint bellum, p. 19. l. 1. c. 1

Angli erant Pagani ante aduentum S. Auguſtini, p. 20 l. 1. c. 2

Angli erant Pagani 150. Annis, p. 20. l. 1. c. 2

Anglorum conuerſionis quæ prima occaſio? p. 20. l. 1. c. 2

Angli deſiderabant fidem Chriſtianam, p. 20

Angli docti & religioſi, tempore regis Kinigilſi, p. 100. l. 2. c. 1. ſec. 3. Item tempore Kenwalchij Regis, p. 108. l. 2. c. 2. ſec. 2. Item tempore Centwini Regis, p. 117. l. 2. c. 5. ſec. 2

Anglorum zelus, Anno 717. p. 135. 165. l. 2. c. 7. ſec. 2.

Anglorum zelus contra Vvicleſiſtas, p. 316. l. 5. c. 2. ſec. 1

Anglorum reuerentia erga Papam, p. 156. l. 2. c. 12. ſec. 1.

Anglorum & Papæ Agathonis, eadem fides, p. 116. l. 2. c. 5. ſec. 1

Angli ſeruati ab interitu per profeſſionem Catholicæ religionis, p. 101. l. 2. c. 1. ſec. 4. & p. 110. ibid. c. 2. ſec. 4.

In Anglia cepit conſuetudo docendi in monaſterijs, p. 152

Anglorum pluſquam decem millia eunt in terram ſanctam p. 283. l. 4. c. 8. ſec. 1

Angli fundatores quatuor ordinum religioſorum, p. 283. l. 4. c. 5. ſec. 2

Anglorum mirabilis victoria de Scotis, p. 297. l. 4. c. 9. & 10

Anglorum eruditio plurimum laudatur à legatis Concilij Baſilienſis, p. 329. l. 5. c. 5. ſec. 3

Anglicus Orator præcedit Hiſpanicum, p. 323. l. 5. c. 4. ſec. 1

Angli vna ex nationibus quæ parent Sedi Apoſtolicæ, p. 323

Anna rex Pater plurium ſanctorum, p. 112. l. 2. c. 2. ſec. 1

Archiepiſcopi Cantoarienſes omnes Catholici, l. 6. c. 1. per totum.

Arthuri Regis corpus inuentum, p. 261. l. 4. c. 5. ſec. 1

Aſwaldus Epiſcopus, p. 214. l. 3. c. 18. ſec. 2

Athelardus, p. 253

S. Anſelmus, p. 248. 251. & l. 7. c. 2. eius miracula, p. 249. 254

S. Auguſtinus Cantuar. Apoſtolus Anglorum, p. 23. l. 1. c. 2

Conuertit regem Ethelbertum & gentem eius, p. 16. l. 1. c. 4

Baptizauit pluſquam decem millia Anglorum vno die, p. 26 l. 1. c. 4. Ipſe & ſocij eius conuerterunt centum millia Anglorum, p. 27. Conuerterunt quatuor regna, & ſex reges, ibid. p. 19

Ibat ſemper pedes, p. 26

S. Auguſtinus accuſatur inſcitiæ à Proteſtant. p. 30. l. 1. c. 5

Eius inſignis eruditio probatur per S. Gregorium & alios, p. 31. l. 1. c. 5.

Eadem agnoſcitur à Proteſtant. ibid. p. 31

S. Auguſtini inſignis ſanctitas, probatur per S. Gregorium & alios, p. 35. 36

Eadem probatur per acta eius, & pietatem eorum quos conuertit, p. 35. 36

Eadem agnoſcitur à Proteſtant. p. 37

Eadem probatur miraculo, p. 33

S. Auguſtini fides, erat generalis Chriſtiani orbis. p. 60. l. 1. c. 16. Id agnoſcitur à Proteſtant. p. 61

Eius fides approbatur à monachis Britannicis, p. 62. l. 1. c. 17

Et à Proteſtant. ibid. p. 62

Eadem probatur veris miraculis, p. 65. 66. 67. l. 1. c. 18

Eius ingens miraculum, p. 67

Pene omneſcius ſocij clari miraculis, p. 68.

Multitudo & grauitas teſtium eius miraculorum, p. 69. Sunt facta ad confirmandum fidem Rom. Catholicam, p. 72. l. 1. c. 19.

S. Auguſtini fides erat Rom. Catholica ex S. Gregorio, p. 75. l. 1. c. 20. Ex ipſius & ſociorum dictis & factis, p. 80. Ex fide Anglorum, quos conuertit, p. 83. & ſeq. Ex confeſſione Proteſtant. p. 88. l. 1. c. 23

S. Auguſtinus legitime miſſus ad prædicandum Anglis, p. 56. l. 1. c. 14

Eius miſſio à S. Petro, p. 57 Eadem approbatur à Proteſtant. p. 58

S. Auguſtinus fuit rite ordinatus, p. 59. l. 1. c. 15

Conſuluit S. Gregorium de quibuſdam capitulis Eccleſiaſticæ politiæ, p. 32. l. 1. c. 5. Non ignorabat ea de quibus conſulebat, ibid. p. 32

Non egit contra charitatem non communicando cum monachis Britannicis, p. 51. l. 1. c. 10. Erat immunis à cæde illorum, p. 38. l. 1. c. 7.
Erat mortuus multo tempore, ante cædem illorum, p. 38. Eius innocentia agnoſcitur à Proteſtant. ib. p. 40. Eius accuſatores ſibi inuicem contradicunt, p. 44. l. 1. c. 8. Collegit duos conuentus Britonum, eoſque diſputatione & miraculo conuicit, p. 23. l. 1. c. 4
Non erat ſuperbus, p. 54. l. 1. c. 13. Eius generoſus animus, p. 55. Erexit vnam ſedem Archiepiſcopalem, duas Epiſcopales & quatuor monaſteria, p. 27. l. 1. c. 4. Obijt Anno 604. p. 42. l. 1. c. 8. Erat proceræ ſtaturæ, p. 33. l. 1. c. 6. Primus poſuit Clericos in Eccleſia Cantuar. l. 6. c. 26

B

S. BAlterus Anachoreta, p. 148. l. 1. c. 9. ſec. 2. Eius miraculum, p. 203. l. 3. c. 10. ſec. 4
Ballus fuit VViclefiſta, p. 316. l. 5. c. 2. ſec. 2
S. Bathildis Regina Galliæ fuit Angla, p. 105. l. 2. c. 1. ſec. 2
S Boiſil, p. 214. l. 2. c. 4. ſec. 2.
V. Beda vir doctiſſimus, p. 152. 153. l. 2. c. 11. Accerſitur Romam à Papa Sergio, p. 152 Agnoſcitur Rom. Catholicus à Proteſt. p. 152. Credidit Tranſubſtantiationem, & coluit imagines, p. 153. Quando obijt, p. 151
S. Benedictus Biſcopus, p. 227. l. 2. c. 6. ſec 2
S. Bernardus Anglus, prædicat in Suetia, p. 219. l. 3. c. 14. ſæc. 2
Belgij magna pars conuerſa per Anglos, p. 135
Bertha Regina, p. 25. l. 1. c. 3
Bibliotheca nobilis Eboraci, p. 153. & Oxonij, l. 5. c. 1
S. Birinus Occidentalium Angloſaxonum, Apoſtolus p. 94. l. 2. c. 1. Erat Canonicus regularis, ibid. p. 94. Eius inſignis ſanctitas, p. 98. Eius ingens miraculum, p. 101. Alia eius miracula, p. 289
S. Birnſtanus Epiſcopus, p. 195. l. 3. c. 8. Eius miracula, ibid. p. 196
Bithricus Rex Catholicus, p. 155. l. 2. c. 12. ſec. 1.
S. Bonifacius Apoſtolus Germaniæ, p. 142. l. 2. c. 8. ſec. 2. zelus & eruditio, p. 145. Quot populos conuertit, p. 143. Fuit Anglus, non Scotus, p. 144. Eius ſocij docti & ſancti, p. 145. 148
S. Boſa, p. 126
Benedictini nigredinem veſtium habent à S. Columbano, p. 81
S. Botulphus, p. 99. l. 2. c. 1. ſec. 2
Bruno & Aio, p. 202. l. 3. c. 10. ſec. 3
S. Burchardus Epiſcopus, p. 156. l. 2. c. 12. ſec. 2

C

CAnonici regulares quando ingreſſi in Angliam, p. 94. Iidem poſiti Cantuariæ à S. Auguſtino, p. 95
Canonici Lincolnienſes doctiſſimi, p. 241. l. 4. c. 1. ſec. 3
Cantuaria Sedes Regia, data S. Auguſtino, p. 96. l. 2. c. 1
Canutus primus Rex Angliæ, Catholicus, p. 218. l. 3. c. 16. ſec. 1. Eius modeſtiſſimum factum, ibid. p. 219. Eius munificentia erga S. Cuthbertum, ibid. Ducit multos Epiſcopos Anglos in Daniã, p. 220
Canutus II. Rex Angliæ, Catholicus, p. 2, 3
Carmelitæ quando ingreſſi in Angliam, p. 264. l. 4. c. 9. ſec. 1.
Carthuſiani in Anglia, p. 263
S. Ceadda Epiſcopus, p. 100. l. 2. c. 1. ſec. 2. Eius miracula, p. 111. c. 2. ſec. 4
Cedualla, Rex Catholicus, p. 125. l. 2. c. 6. ſec. 1. Fuit Anglus, non Brito, p. 124. It Romam, p. 125
Centuinus Rex Catholicus, p. 115. l. 2. c. 5. ſec. 1
Ceolfridus Abbas, p. 137
Ceolulfus Rex fit monachus, p. 140. l. 2. c. 3. ſec. 2. Eius miracula, p. 146
Chriſtina Soror S. Margaritæ monialis, p. 246. l. 4. c. 2. ſec. 2
Cynedritha filia regis, Abbatiſſa, p. 171
Chronicon Petroburgenſe, quale, p. 45. l. 1. c. 8
Cilla Soror Ceduallæ Regis, p. 127. l. 2. c. 6 ſec. 2.
S. Clarus Presbyter, p. 198. l. 3. c. 9. ſec. 2
Claſſis Anglicana ſeruata per S. Thomam Cant. p. 274. l. 4 c 6. ſec. 4
Clerus Angliæ laudatur à Proteſtant. p. 120. l. 2. c. 5.
Collegium Etonenſe, p. 329
Communio ſub vna ſpecie, l. 7. c. 7
Confeſſio peccatorum neceſſaria, p. 138. l. 2. c. 7. Et p. 156. c. 12. ſec. 1
Congregatio Bonorum-hominum, inchoata à Richardo Imperatore, p. 283. l. 4. c. 8. ſec. 2
Conſtantinus magnus Britannus, p. 136. Eius enſis, p. 193
Cornus & Iuglans mirabilis in Anglia, p. 159. l. 2. c. 7. ſec. 4
Corpora ſanctorum incorrupta in Anglia, p. 225. l. 4. c. 3. ſec. 4.
Croulandenſium monachorum pietas, p. 171. l. 3. c. 1. ſec. 2
Croulandiæ ingens Bibliotheca, p. 180. l. 3. c. 5. ſec. 3
Curia verè ſancta in Anglia, p. 201
S. Cuthbertus, p. 117. l. 2. c. 5. ſec. 2. Eſt Tutelaris Northumbriæ, p. 119. & 188 Erat Anglus, non Hibernus, nec Scotus p. 120. Eius corpus incorruptum, p. 254 Eius miracula, p. 187. l. 3. c. 6. ſec. 4. Eius annulus, p. 120

Erat

Erat Canonicus regularis, p. 333
S. Cuthburga, & Quinburga, p. 131. l. 2. c. 2. ſec. 2.
Cuthredus Rex Catholicus, p. 147. l. 2. c. 9. ſec. 1.

D

DAniel Epiſcopus vir doctiſſimus, p. 136. l. 2. c. 7. ſec. 3
Dempſterus qualis vir, p. 129. l. 2. c. 7. ſec. 1. Et p. 153. l. 2. c. 11. ſec. 3
Diſcrimen inter Angliæ reges Paganos & hæreticos, p. 107. l. 2. c. 2. ſec. 2
S. Dompneua Regina, monialis, p. 106. l. 2. c. 2. ſec. 2
S. Dunſtanus Archiepiſcopus, p. 201. l. 3. c. 9. ſec. 2. & 3. Eius miracula, p. 199. 205. 217. 219. Eius eruditio, pietas ac religio, p. 199. 205. l. 6. c. 23
Duddo vir doctus, p. 146

E

S. EAdbertus Epiſcopus, p. 127. l. 2. c. 6. ſec. 2
Eadbertus Rex & monachus, p. 141. l. 2. c. 11. ſec. 2
S. Ealredus, p. 266. 267. l. 4. c. 5. ſec. 2. Ait non communicantes cum Eccleſia Rom. eſſe hæreticos, ibid. p. 268
Edilburga filia Regis Annæ, p. 116. l. 2. c. 5. ſec. 2.
S. Ealſwitha, aliàs Ælgifa vxor Alfredi Magni, p. 189. l. 3. c. 6. ſec. 2
S. Eanfleda Regina, p. 105. l. 2. c. 2. ſec. 2. & c. 5. ſec. 2
S. Eanſwida filia Regis Edbaldi, p. 98. l. 2. c. 1. ſec. 2
S. Eartongatha filia Regis Ercobberti, p. 116 l. 2. c. 5. ſec. 2
S. Ebba filia Regis Edelfridi, p. 98. l. 2. c. 1. ſec. 2
S. Ebba Coldingamenſis, p. 180. l. 3. c. 5. ſec. 2. Eius, & monialium ſuarum memorabile facinus, ibid.
Egbertus Rex Angliæ Catholicus, p. 169. l. 3. c. 1. ſec. 1. Redegit Angliam in monarchiam, & vocauit eam Anglicè, Engleland, ibid.
Egbertus Archiepiſcopus Eboracen. vir doctiſſimus, p. 153. l. 2. c. 11. collegit nobiliſſimam Bibliothecam, ibid.
S. Eguinus Epiſcopus, p. 132. l. 2. c. 7. ſec. 2
Egfridi Regis Northumbriæ munificentia erga S. Cuthbertum, p. 117. 120. l. 2. c. 5. ſec. 2.
Edburga filia Regis Oſuini, p. 116
Edbaldus Rex profitetur ſe conuerſum per miracula S. Laurentij, p. 101. l. 2. c. 1. ſec. 4
S. Edburga filia Regis Edwardi Senioris, p. 189. l. 3. c. 7. ſec. 2
Eius miracula, p. 190
Edilburga Regina, vxor Inæ Regis, p. 132. l. 2. c. 7. ſec. 2
Edelfridus Paganus Rex Northumbriæ: author cædis monachorum Britannicorum, p. 38. l. 1. c. 7
Edgarus Rex Angliæ Catholicus, p. 306. l. 3. c. 12. ſec. 1. Eius potentia, iuſtitia, fortitudo, pietas, ibid. p. 205. Eius miracula, p. 210. Non ait, *ad nos*, ſed, *ad vos*, p. 209.
S. Edgitha Regina Northumbriæ, p. 195. l. 3. c. 8. ſec. 2.
Eius miracula, ibid.
B. Edgitha Regina vxor Regis Edwardi Senioris, p. 189. l. 3. c. 7. ſec. 2
S. Edilburga, p. 97. l. 2. c. 1. ſec. 2
S. Editha filia Regis Egberti, p. 171. l. 3. c. 1. ſ. 2
S. Editha filia Regis Edwardi Senioris & Imperatrix, p. 198. l. 3. c. 9. ſec. 2
S. Editha filia Regis Edgari, p. 210. l. 3. c. 12. ſec. 2. Eius celebritas, ibid.
Edmerus, hiſtoricus, p. 255. l. 4. c. 3. ſec. 3
S. Edmundus Rex, p. 175. 179. l. 3. c. 2. ſec. 2. Eius celebritas, p. 179. l. 3. c. 5. Eius miracula, p. 181. l. 3. c. 5. ſec. 4
S. Edmundus Archiepiſcopus, p. 281. l. 7. c. 4. Eius miracula, ibid. Eius mater & ſorores, ſanctæ, p. 280. l. 4. c. 8.
Edmundus primus Rex Angliæ Catholicus, p. 197. l. 3. c. 15. ſec. 5
Edmundus II. Rex Angliæ Catholicus, p. 219. l. 3. c. 15. ſec. 5
Edredus Rex Angliæ Catholicus, p. 203. l. 3. c. 10. ſec. 1. Eius curia, ſancta, p. 203. Eius pietas, p. 204
Eduardus primus Rex Angliæ, Catholicus, p. 188. l. 3. c. 7. ſec. 1. Eius liberi egregij, ibid. p. 189
S. Eduardus II. Rex Angliæ Catholicus, p. 212. l. 3. c. 13. ſec. 1. Erat ſanctus ac legitime natus, ibid. Item ejus miracula, ſec. 4. p. 213
S. Eduardus Confeſſor Rex Angliæ Catholicus, p. 225. l. 3. c. 19. ſec. 1. Curat ſtrumas, & relinquit illud donum ſucceſſoribus, p. 230. ſec. 4. Eius annulus, ibid. p. 230
Eduardus IV. dictus primus Rex Angliæ Catholicus, p. 290. l. 4. c. 9. ſec. 5 Proficiſcitur in terram ſanctam, eamque ſeruat, p. 289
Eduardus V. dictus ſecundus Rex Angliæ Catholicus, p. 298. l. 4. c. 10. ſec. 1. Habetur ſanctus, ibid.
Eduardus VI. dictus tertius Rex Angliæ Catholicus, p. 305. l. 5. c. 1. ſec. 1. Fuit victorioſiſſimus, p. 303. 304. Comburit hæreticos, p. 306. Dicit eſſe hæreſim negare primatum Pontificis, p. 307. Non reſtringit poteſtatem Pontificis, ſed licentiam Anglorum, p. 308. Laudatur à Gregorio Papa II. p. 307
Eduardus VII. dictus quartus Rex Angliæ Catholicus, p. 330. l. 5. c. 8. ſec. 5
Eduardus VIII. dictus quintus Rex Angliæ Catholicus, p. 332. l. 5. c. 7. ſec. 1

Edwinus Rex Angliæ Catholicus, p. 204. l. 3 c. 11. ſec. 1

S. Eduinus Rex Northumbrorum, p. 97. l. 2. c. 1. ſec. 2. Eius zelus, ibid. Eius cæleſte oraculum, p. 22. Ei apparet S. Petrus, ibid.

S. Egbertus ſacerdos, p. 126. l. 2. c. 6. ſec. 2. Idem doctiſſimus, p. 127. conuertit Hueneſes monachos, p. 142

Egburga filia Regis Adulfi, p. 13. l. 2. c. 7. ſec. 2

Egitha ſponſa S. Eduardi Regis, p. 216. l. 3. c. 19. ſec. 2. Eadem doctiſſima, p. 219

Ela, pia Abbatiſſa, vidit animam filij ſui aſſumptam in cælum, p. 283. l. 4. c. 8. ſec. 2

Eleonora, vxor Henrici tertij Regis, monialis, p. 284. l. 4. c. 3. ſec. 2

Eleonoræ vxoris Eduardi primi, pietas erga maritum, p. 292. l. 4. c. 9. ſec. 2

S. Elphegus Archiepiſcopus, p. 217. l. 3. c. 14. ſec. 2. Eius miracula, p. 223

S. Elfleda neptis Regis, p. 195. 210. l. 3. c. 8. ſec. 2

Elfleda filia Alfredi Magni, bellicoſiſſima, p. 183

S. Elfreda diſcipula, S. Merwennæ, p. 211. l. 3. c. 18. ſec. 2

S. Elgiua, vxor Regis Edmundi primi, p. 198. l. 3. c. 9. ſec. 2. Eius miracula, ibid. p. 199

S. Elphegus, Epiſcopus, Vvintonienſis, p. 201. l. 3. c. 10. ſec. 2

Elſtanus, p. 203

Emma, Regina meritis S. Suithuni, calcat illæſa candentes vomeres, p. 231. l. 3. c. 19. ſec. 4

Emma incluſa, p. 332. l. 5. c. 8. ſec. 1

Engilberga Imperatrix & monialis, p. 175

B. Ermenburga, p. 105. l. 2. c. 2. ſec. 2

S. Ermenilda, p. 113. l. 2. c. 4. ſec. 2. Et p. 116. c. 5. ſec. 2

Eſcuinus Rex Catholicus, p. 113. l. 2. c. 4. ſec. 1

S. Eſchilus Epiſcopus, p. 218. 258.

Ethelbaldus Rex Catholicus, p. 177. l. 3. c. 5

S. Ethelbertus Rex Cantij, primus regum Anglorum Chriſtianus, p. 96. l. 2. c. 1. ſec. 2. Ædificat Eccleſiam S. Pauli Londini, p. 28. 94. Dat ſedem ſuam Regiam S. Auguſtino, p. 37. 96. Eius charta mendoſa manno, aut indictione. p. 42. l. 1. c. 8

S. Ethelbertus Rex & martyr, p. 156. l. 2. c. 12. ſec. 2. Eius miracula, p. 161

SS. Ethelbertus & Ethelbrithus, p. 107 l. 2. c. 2. ſec. 2

Ethelbertus Rex Angliæ Catholicus, p. 178. l. 3. c. 4

S. Ethelburga filia Regis Erconberti, p. 112. l. 2. c. 3

Ethelburga Regina, vxor S. Eduini Regis, monialis, p. 97. l. 2. c. 1. ſec. 2. & l. 6. c. 5

Ethelardus Rex Catholicus, p. 139. l. 2. c. 8. ſec. 1

Ethelrida filia Offæ Regis, p. 157. l. 2. c. 12. ſec. 4. Et p. 171. l. 3. c. 1. ſec. 2

S. Etheldritha, p. 105. l. 2. c. 2. ſec. 2

Ethelgiſa filia Alfredi Magni, monialis, p. 184. l. 3. c. 6. ſec. 2

Ethelredus Rex Merciorum, Monachus, p. 132. l. 2. c. 7. ſec. 2

Ethelredus primus Rex Angliæ, Catholicus, p. 178. l. 3. c. 5. ſec. 1. Eius deuotio erga Miſſam, ibid. p. 181. Nouies in vno anno pugnauit contra Danos, p. 178

Ethelredus II. Rex Angliæ Catholicus, p. 216. l. 3. c. 14. ſec. 1. Expulit clericos & nouiter locauit Monachos Cantuariæ, l. 6. c. 26.

Ethelſtanus Rex Angliæ Catholicus, p. 191. l. 3. c. 8. ſec. 1. Eius miraculoſa victoria, p. 196. Non fuit occiſus à Scotis ſeu Pictis, p. 192

S. Ethelrudis, Regina & Virgo, p. 112. l. 2. c. 3. ſec. 2. Eius miracula, p. 318.

S. Etheluoldus Epiſcopus, p. 202. 218. l. 3. c. 13. Item p. 212. 217.

Ethelulfus Rex Angliæ Catholicus, p. 173 l. 3. c. 2. ſec. 1. An fuerit Monachus. ibid. Proficiſcitur Romam, p. 174. Eius munificentia, ibid. Concedit denarios S. Petri per totam Angliam, ibid. Relatus in ſanctos, p. 175

Euchariſtia mutata in ſpeciem carnis, per S. Odonem, p. 202. l. 3. c. 10. ſec. 4. Item per alium, p. 155. l. 4. c. 3. ſec. 4

Euſtachij de Flay miracula, p. 279. l. 4. c. 7. ſec. 4

Exemplum memorabile quatuor regum Anglorum, p. 132. l. 2. c. 7. ſec. 2

F

S. FOelix, Apoſtolus Eſtanglorum, p. 99. l. 2. c. 1. ſec. 2

Finlandia conuerſa per Anglos, p. 258. l. 4. c. 4. ſec. 2

Florentius, p. 153. l. 4. c. 13. ſec. 3

S. Fredericus Epiſcopus, p. 176. l. 3. c. 2. ſec. 2

S. Fremondus Rex, p. 157. 179. l. 3. c. 4. ſec. 2

S. Frideſuida Virgo, p. 142. l. 2. c. 8. ſec. 2

Frigedida Regina it Romam, p. 141. l. 2. c. 8. ſec. 2

S. Friſtanus Epiſcopos, p. 189. 195. l. 3. c. 8. ſec. 2. Eius miracula, p. 196

G

GOnildis filia Canuti Regis, nubit Henrico II. Imperatori, p. 223 Eius innocentia miraculoſè defenditur, p. 224

Germania conuerſa per Anglos, p. 145

S. Germanus, p. 112. l. 2. c. 3. ſec. 2

Gerardus Epiſcopus Eboracenſis, p. 153

S. Gilbertus Ciſtercienſis, p. 251. 278. l. 4. c. 3. ſec. 2

S. Gilbertus de Semprimgham, Fundator ordinis religioſi, p. 251. 257. l. 4. c. 4. ſec. 2.

ſec. 2. Eius religioſi ac religioſæ, caſti, p. 257. Eius miracula, p. 274
Gilbertus Magnus, p. 203. l. 4. c. 9. ſec. 3
Gilbertus vniuerſalis, p. 255
Giſelbertus, p. 195. l. 3. c. 8. ſec. 3
S. Godricus Eremita; p. 252. 265. l. 4. c. 3. ſec. 2. Eius ducenta viginti octo miracula, p. 269
Gozelinus, p. 248. l. 4. c. 2. ſec. 3
S. Gregorius Magnus cupit ire in Angliam, p. 19. l. 1. c. 2. Inſignis ſanctus, p. 34. Eius ſanctitas agnoſcitur à Proteſtant. p. 34. Eius regula p. 18
S. Grimbaldus, p. 185. l. 3. c. 6. ſec. 2. Eius inſignis eruditio, p. 185
Gualteri Burlei inſignis eruditio, p. 313. l. 5. c. 2. ſec. 3
Gualterus Mapes. p. 273. l. 4. c. 6. ſec. 3
S. Guericus, p. 185. l. 3. c. 6. ſec. 2. Eius miracula, ibid. p. 187
S. Gulielmus Archiepiſcopus Eboracenſis, p. 256. l. 4. c. 4. ſec. 2. Eius miracula, p. 259. 288
S. Gulielmus Epiſcopus Roſchildenſis, p. 224. l. 3. c. 18. ſec. 2
S. Gulielmus puer martyr, p. 278. l. 4. c. 4. ſec. 1. Eius miracula, p. 289
S. Gulielmus, Presbyter, p. 247. l. 4. c. 2. ſec. 2. Eius miracula, p. 247. 273. 274
S. Gulielmus Minorita, clarus miraculis, p. 277. l. 4. c. 7. ſec. 2
Gulielmus Middleton, p. 285
S. Gulielmus Eremita, p. 311. l. 5. c. 1. ſec. 2
S. Gulielmus Seruita, ibid p. 311
Gulielmus primus Rex Angliæ Catholicus, p. 239. l. 4. c. 1. Quodnam ius habuit ad regnum Angliæ, p. 338. Lætanter ſuſcipitur ab Anglis, p. 237. Nunquam vendicauit Angliam iure victuris, p. 238. Ingens ſecuritas ſub eo, p. 239. Eius duæ filiæ Moniales, & tertia recuſat nuptias regis, p. 240
Gulielmus II. Rex Angliæ Catholicus, p. 243. l. 4. c. 2. ſec. 1. Eius liberalitas erga Eccleſias ibid.
Gulielmus Ciſtertienſis, Amanuenſis S. Bernardi, p. 251. l. 4. c. 3. ſec. 2
Gulielmus Malmesburienſis, p. 258. l. 4. c. 4 ſec. 3
Gulielmus Neubrigenſis, p. 268
Gulielmus Wainflet Epiſcopus, fundat inſigne Collegium Oxonij, p. 329. l. 5. c. 5. ſec. 3
Gulielmi Warunis ſeu de Ware inſignis eruditio, p. 286. l. 4. c. 8. ſec. 3. Fuit præceptor Scoti, ibid.
Gulielmus de Marchia, p. 292
Gulielmus Wiccam, inſignis patronus literarum, p. 322. l. 5. c. 3. ſec. 3
Gulielmi Wicwam, Archiepiſcopus Eboracenſis, p. 292. l. 4. c. 9. ſec. 2
Gulielmus Woodfordi inſignis eruditio, p. 318 l. 5. c. 2. ſec. 3. Item, p. 321
S. Guthlacus Eremita, p. 132. l. 2. c. 7. ſec. 2. Eius miracula, 139. 172. 172. 176

H

Haroldus primus Rex Angliæ Catholicus, p. 224. l. 3. c. 17. ſec. 1
Haroldus II. Rex Angliæ Catholicus, p. 232. l. 3. c. 20. ſec. 1 Vincit Noruegos ingenti prælio, p. 233. Temerarie pugnat cum Gulielmo Normanno, p. 233. Vincitur ab eo per ſtratagema, ibid.
Haimo & Strabus, p. 162
Haimo, p. 229. Alius Haimo, p. 154
Haimo Generalis Ordinis Minorum, p. 283. l. 4. c. 8. ſec. 3 Correxit Breuiarum & Miſſale, ibid.
S. Heddus, p. 126. l. 2. c. 6. ſec. 2. Eius miracula, p. 128
Heddius Stephanus, p. 148. l. 2. c. 9. ſec. 3
S. Helena fuit Britanna, p. 136
S. Henricus Eremita, p. 252. l. 4. c. 3. ſec. 2
S. Henricus Apoſtolus Finlandiæ, p. 258. l. 4. c. 4. ſec. 2
Henricus primus Rex Angliæ Catholicus, p. 250. l. 4. c. 3. ſec. 1. Eius reuerentia erga ſummos Pontifices, ibid. Extruxit quatuor monaſteria, ibid. Eius filiæ Moniales, ibid. Eius tempore viginti quatuor monaſteria erecta, ibid.
Henricus II. Rex Angliæ Catholicus, p. 262. l. 4. c. 5. ſec. 1. Eius potentia & munificentia, ibid. Ei rex Scotiæ facit homagium de ipſa Scotia, p. 261. Curat Alexandrum III. recipi per totam Galliam, p. 263. Perſequitur Albigenſes, p. 263. Impetrat dominium Hiberniæ ab Hadriano Papa IV. p. 263. Pronunciatur innocens à cæde S. Thomæ, p. 263. Eius inſignis pœnitentia, p. 271. Vna cum rege Galliæ inſtar Stratoris deducit equum Alexandri Papæ III. p. 262. Fundat monaſteria, p. 262. Alit decem millia hominum tempore famis, p. 261
Henricus III. Rex Angliæ Catholicus, p. 280. l. 4. c. 8. ſec. 1. Qualibet die audit tres miſſas cantatas, ibid. Eius deuotio laudatur à S. Luduuico, ibid. Eius munificentia erga S. Ewardum, ibid. Eius reuerentia erga Legatum Papæ, ibid. Allicit Pariſienſes Scholares in Angliam, p. 287
Henricus IV. Rex Angliæ Catholicus, p. 220. l. 5. c. 3. ſec. 1. Condit ſeueras leges contra Wicleſiſtas, ibid.
Henricus V. Rex Angliæ Catholicus, p. 223. l. 5. c. 4. ſec. 1
Henricus VI. Rex Angliæ Catholicus, p. 317. l. 5. c. 5. ſec. 2. Eius ſanctitas ac miracula, p. 329. Fundat duo inſignia Collegia, ibid.
Henricus VII. Rom. Catholicus. p. 335.
Henricus Huntington, p. 259. l. 4. c. 4. ſec. 3
Hentisberius, p. 318. l. 5. c. 2. ſec. 2
Herebertus, p. 248
S. Hereuiſda Regina, p. 105. l. 2. c. 2. ſec. 2

SS. Heualdi, p. 135. l. 1. c. 7. ſec. 2
S. Hilda, p. 107. l. 2. c. 2 ſec. 2. Eius miracula, p. 110
Hiſtoricis quibus potius credendum, p. 279. l. 4. c. 7. ſec. 4
Hibernici monachi habebant regulam, p. 122
S. Honorius Archiepiſcopus Cantuarienſis, diſtribuit Angliam in parochias, p. 28. l. 1. c. 4. Inſtituit ſcholam Cantuariæ, ibid. Eius eruditio, pietas, & Catholica religio, agnoſcitur à Proteſtant. l. 6. c. 5. Eius Epitaphium, ibid.
S. Hugo Epiſcopus Lincolnienſis, p. 273. 276. l. 4. c. 7. ſec. 2. Eius miracula, ibid. p. 278
Hugo de Nouo caſtro, p. 299
S. Hugo puer martyr, p. 281. l. 4. c. 8. ſec. 2

I

IGlacus, p. 146
Ieiunandum in Angliâ omni die veneris, p. 214. l. 3. c. 14. ſec. 1
Imagines ſanctæ cultæ à S. Gregorio, Beda, Alcuino, & Anglis, p. 133. l. 2. c. 7. ſec. 2
Ina, Rex Catholicus, it Romam, p. 130. l. 2. c. 7. § 1. Primus concedit denarios S. Petri, p. 229. Eius inſignis munificentia, p. 130. Fundat ſeminarium Anglorum Romæ, p. 137. Claret miraculis, p. 131
Ingulfus hiſtoricus, p. 253. l. 4. c. 1. ſec. 3
S. Ioannes Beuerlacenſis, p. 118. l. 2. c. 5. Et p. 257. c. 7. Eius miracula, p. 138. 145. 196. 322
S. Ioannes Salisburgenſis Epiſcopus, p. 143. l. 2. c. 8
S. Ioannes Bridlingtonenſis, p. 317. l. 5. c. 2. ſec. 2. Eius miracula, p. 319. 322
Ioannes Rex Angliæ Catholicus, p. 275. l. 4. c. 7. §. 1. Non eſt mortuus ex veneno, p. 276
Ioannes Alcoc, Epiſcopus, p. 334. l. 5. c. 9. ſec. 2
Ioannes Peccam, p. 292. 295. & l. 7. c. 16
Ioannis Baconis inſignis eruditio, p. 299. l. 4. c. 10 ſec. 3
Ioannes Egidius, p. 286
Ioannes Belmeis, p. 268
Ioannes Scotus, Duns, Natione Anglus, p. 295. Fuit ſocius Collegij Martonenſis, ibid.
Ioannes Eldſaxo, p. 186. l. 3. c. 6. ſec. 3. Alius à Ioanne Scoto, ibid.
Ioannes Blondus, p. 286
Ioannes Fisherus Epiſcopus Roffenſis. Eius ſanctitas & eruditio, p. 333. l. 5. c. 9. ſec. 3
Ioannes Garlandus, p. 224
Ioannis Gualenſis inſignis eruditio, p. 286. l. 4. c. 8. ſec. 3
Ioannes Houeden, p. 292
Ioannes de Sacroboſco, p. 286. l. 4. c. 8. ſec. 3
Ioannes Schornus, p. 331
Ioannes Sariſburienſis, p. 267. l. 4. c. 5. ſec. 3
Ioannes Scotus alius ab Eldſaxone, p. 186. l. 3. c. 6. ſec. 3. Reſipuit à ſuo errore, ibid.
Ioſephus Iſcanus, p. 177. l. 4. c. 7. ſec. 3
Ithamar Epiſcopus, vir doctiſſimus, p. 109. l. 2. c. 2. ſec. 3. Eius miracula, p. 111
Iuellus ſub mortem faſſus eſt ſe ſcripſiſſe contra veritatem, p. 36 l. 1. c. 13
S. Iuo Epiſcopus, p. 99. l. 2. c. 1. ſec. 2. Eius miracula, p. 254
S. Iuſtus Archiepiſc. Cantuar. p. 51. l. 1. c. 5. Eius eruditio, pietas, ac Catholica religio agnoſcitur à Proteſtant. l. 6. c. 4. Eius Epitaphium, ibid.

K

KAoibada, p. 148. l. 2. c. 9. ſec. 2
S. Kenelmus Rex, p. 171. l. 3. c. 1. Eius miracula, ibid. p. 172
Kenulphus Rex Catholicus, p. 150. l. 2. c. 11. Deuote accipit Legatos Papæ, p. 150
Kenulfi Regis Merciorum Epiſtola ad Leonem P. III. p. 170. l. 3. c. 1. ſec. 4. Eius munificentia, ibid.
Kenvalchius Rex Catholicus, p. 103. l. 2. c. 2. ſec. 1. Eius munificentia, ibid.
S. Ketellus, p. 266. l. 4. c. 5. ſec. 2
SS. Kineburga & Kineſuitha, p. 107. l. 2. ſec. 2.
Kinigilſus primus regum Occidentalium Angloſaxonum, Chriſtianus, p. 93. l. 2. c. 1. ſec. 1. Fuit Romano Catholicus, p. 95

L

LAnfrancus vir doctiſſimus, p. 241. l. 4. c. 1. ſec. 3. Et l. 7. c. 1. Conſtituit Benedictinos in Eccleſia Cantuarienſe, l. 7. c. 1. Multum illi debet Eccleſia, ibid.
S. Laurentius Archiep. Cantuar. conuertit Edbaldum Regem, p. 27. l. 1. c. 4. Eius viſibilis flagellatio per S. Petrum, p. 56. 57. Eadem agnoſcitur à Proteſtant. p. 56 & l. 6. c. 2. Eius pietas, eruditio & Rom. Catholica religio agnoſcitur à Proteſtant. l. 6. c. 2. Eius Epitaphium, ibid.
Lanzo, p. 247
Laudian quandodata Scotia, p. 180
Leucander, p. 219. 223
Leofricus Comes & Godiua eius vxor, p. 226. l. 3. c. 19. ſec. 2
S. Lioba Virgo, p. 147. l. 2. c. 9. ſec. 2. Eius miracula, p. 149
Londinenſis Synodus pro imaginibus, fictitia, p. 233. l. 2. c. 7. ſec. 1
S. Lullus Epiſcopus, p. 154. l. 2. c. 15. ſec. 3. Eius miracula, p. 154
S. Lutardus Epiſcopus, p. 25. l. 1. c. 3
Lutheri ſæuitia in ſuos ſectatores, p. 53. l. 1. c. 12. Et in Catholicos, ibid.

M

MAidulfus vir doctiſſimus, p. 109. l. 2. c. 3. ſec. 3
Manuſcriptorum copia in Anglia, p. 319. l. 5. c. 9.

l. 5. c. 9. ſec. 3. Eorum clades ex mutatione religionis, ibid.
S. Marcellinus, p. 185. l. 2. c. 7. ſec. 2
S. Margarita Angla Regina Scotiæ, p. 244. l. 4. c. 2. ſec. 1, Abrogat turpem conſuetudinem in Scotia, p. 245
Margarita Comitiſſa Richmundiæ, p. 334. l. 5. c. 9. ſec. 2
B. Mathildis Regina, p. 251. l. 4. c. 3. ſec 2. Nunquam fuerat Monialis, p. 252
S. Mellitus conuertit Sebertum Regem cum gente ſua, p. 27. l. 1. c. 4. Eius eruditio, pietas, Rom. Catholica religio, agnoſcitur à Proteſtant. l. 6. c. 4. Eius Epitaphium, ibid.
Mendicantes ordines in Anglia capiunt denarium ſumarium quadrantem ſinguli, p. 287. l. 4. c. 8. ſec. 3
S. Merwenna, p. 110
S. Meringaudus, p. 106
S. S. Milburga & Mildreda, p. 114 l. 2. c. 12. ſec. 2. Earum miracula, p. 245. 255
Miracula vera, ſufficiens ſignum veræ doctrinæ, p. 71. l. 1. c. 19
Miraculum pro valore Miſſæ, p. 124. l. 2. c. 3. Et p. 181. l. 3. c. 5
Miraculum pro confeſſione peccatorum, p. 138. l. 2. c. 7. ſec. 4
Miraculum pro voto Monachatus, p. 110. l. 2. c. 4. ſec. 4
Miraculum pro Conceptione B. Virginis, p. 242. l. 4. c. 1. ſec. 4
Miraculum Crucifixi, p. 212. l. 3. c. 13. ſec. 4
Miraculum crucis apud Bromholm, p. 288. l. 4. c. 8. ſec. 4
Miraculum pro reali præſentia Chriſti in Euchariſtia, p. 202. 229
Miracula pro multis dogmatibus Catholicis, p. 73. l. 1 c 19
Miraculum de aranea, p. 319. l. 5. c. 2. ſec. 4
S. Modouena, p. 186. l. 3. c. 2. ſec. 2
Monaſterium verè regium, p. 116. & 131
Monachi non in Eccleſia Cantuar. à tempore S. Auguſtini. l. 6. c. 26
Monachi Britanni in tempore S. Auguſtini erant ſchiſmatici, l. 1. c. 9. per totum. Erant infecti hæreſi, ibid. c. 10. In quo conueniebant & in quo diſſidebāt à Quartodecimanis Aſianis, ibid. p. 46. Erant impij, ibid. c. 11. Quare nolebant ſe ſubmittere S. Auguſtino, ibid. c. 13. Eorum cædis occaſio, ibid. c. 7. Adiudicati morti à Deo, ibid. c. 12. Occiſi anno 615. p. 43
Moniales de Noneaton, piæ, p. 266
Monialium filij iudicati adulteri, p. 156. l. 2. c. 12. ſec. 1
Mors mirabilis, p. 204. 217
Mulieris peccatricis mirabilis conuerſio, ac contritio, p. 314. l. 5. c. 1. ſec. 4

N

S. NEotus, p. 189. l. 3. c. 6. ſec. 2. Eius inſignis eruditio, ibid. p. 185. Eius miracula, p. 187
Nicolaus Gorham fuit Anglus, p. 321. l. 5. c. 3. ſec. 3
Nothelmi Archiepiſcopi, eruditio, pietas & Catholica religio agnita à Proteſtantibus l. 6. c. 10. Eius Epitaphium, ibid.
Noruegia cōuerſa per Anglos, p. 214. 219. 265

O

OCcami inſignis eruditio, p. 321. l. 5. c. 1. ſec. 3
S. Odo Archiep. Cantuar. p. 196. 204. l. 3. c. 8. ſec. 2. at l. 6. c. 22. Eius eruditio, pietas, ac religio Catholica agnita à Proteſtantibus, l. 6. c. 12. Conuertit Euchariſtiam in ſpeciem carnis, p. 202. Alia eius miracula, p. 202. l. 3. c. 10. ſec. 4
S. Odo monachus, p. 266. l. 4. c. 5. ſec. 2.
Offa Rex Angliæ proficiſcitur Romam, Anno 610. p. 24. l. 1. c. 3
Offa Rex Merciorum concedit denarios S. Petri, p. 155. l. 2. c. 12. ſec. 1. Peregrinatur Romam, & eius munificentia, ibid. p. 155
Oleum fluit de ſepulchro S. Ioannis Beuerlacenſis, p. 301. l. 4. c. 10. ſec. 4: Item, p. 312. l. 5. c. 3. ſec. 4
Ordinatio in Rom. Eccleſia approbata à Proteſtantibus, p. 59. l. 1. c. 15
Ordinatio Catholicorum Epiſcoporum, & Proteſtanticorum, diuerſa, l. 6. c. 8
Ordinatio pſeudoepiſcoporum Proteſtantium fit per ritum à Parlamento inſtitutum, l. 6. c. 1. Eadem damnatur à Puritanis, ibid.
Ordo Vallis ſcholarium fundatur à Gulielmo Anglo, p. 283. l. 4. c. 8. ſec 2
Orandi mos per calculos in Anglia, p. 226. l. 3. c. 19. ſec. 2
S. Oſanna, p. 157. l. 2. c. 12. ſec. 2
S Oſitha, p. 107. l. 2. c. 2. ſec. 2
Osbaldus dux & monachus, p. 157
Osbertus, p. 169
Osburga Regina, p. 175
S. Oſmundus Epiſcopus, p. 220. l. 4. c. 1. ſec. 3. Fuit author officij Sarum, ibid. p. 240. Eius miracula, p. 310
S. Oſwaldus Rex, Patrinus regis Kinigilſi, p. 95. l. 2. c. 1. ſec. 1. Erigit crucem & orat coram eâ, ibid. Eius miracula, p. 101
S. Oſwaldus Archiep. Eboracenſis, adducit viros doctos in Angliam, p. 218. l. 3. c. 15. ſec. 3. Eius mirabilis mors, ibid. p. 217. Eius miracula, p. 219. 223. l. 3. c. 17. ſec. 4
Oſwini Regis pietas & zelus, p. 105. l. 2. c. 2. ſec. 2. Non vult diſſentire à S. Petro, p. 104
S. Oſwius Rex, p. 104. l. 2. c. 2. ſec. 2. Eius miracula, p. 232. l. 3. c. 19. ſec. 4
Oxonium florentiſſimum ſub Henrico III. Habuit 15. millia ſcholarium, p. 287

P

PApæ ſublimitas, ſalus Anglorum, p. 270. l. 3. c. 1. ſec. 1.
Pariſius hiſtoricus, p. 286

Parochiæ ordinatæ in Anglia, p. 28. & l. 6. c. 5
Parochiales Eccleſiæ olim in Aoglia ſuprà 45000. p. 241. l. 4. c. 1. ſec. 2
Paſcha, feſtum maximi momenti, p. 48. l. 1. c. 10
Paſchatis tempus, traditio Apoſtolica, p. 47. l. 1. c. 10
Paſchatis tempus, à S. Auguſtino obſeruatum confirmatom miraculo, ibid. p. 47
S. Patritius Abbas, p. 176. l. 3. c. 2. ſec. 2.
S. Paulinus conuertit Northumbros, p. 29. l. 1. c. 4. Triginta diebus continuis catechizabat & baptizabat, ibid. p. 29. Et vna die pluſquam decem millia, ibid. p. 29. Laudatur à Proteſtantibus, ibid. p. 29
S. Pega Soror S. Guthlaci, p. 133. l. 2. c. 7. ſec. 2
S. Petrus habuit monarchiam, p. 130. l. 2. c. 7. ſec. 1. Conſecrauit Eccleſiam Weſtmonaſterienſem, p. 96. c. 1. ſec. 2. Eiuſdem prædictio de regno Anglorum, p. 223. l. 3. c. 16. ſec. 4. Apparet S. Eduino Regi, p. 97
Petrus Bleſenſis, p. 267. l. 4. c. 5. ſec. 3. Eius mirabile ingenium, ibid. Profitetur tranſubſtantiationem, ibid.
Picti conuerſi ad Catholicum Paſcha per S. Ceolfridum Anglum, p. 142
Plegmundi Archiepiſcopi eruditio, pietas, ac Catholica religio agnita à Proteſtantibus, l. 6. c. 19
Proteſtantes agnoſcunt Catholicos maiores ſuos excellere ipſos in pietate, p. 36. l. 1. c. 6. Quid reſpondent Bedæ teſtimonio pro S. Auguſtino, p. 40. l. 1. c. 8. Laudant in ſois quod damnant io S. Auguſtino, p. 54. ibid. c. 13. Eorum ſæuitia in Catholicos, p. 53. c. 12. Agnoſcunt miſſionem in Eccleſia Catholica eſſe legitimam, p. 58. c. 14. Credont mira Paganorum, non autem miracula ſanctorum, p. 74. c. 19. Eorum iuſtificatio olim ignota Anglis, p. 307. Eorum obiectiones contra fidem Catholicam, p. 87. l. 1. c. 34
Proteſtantes Angli primi ac præcipui abiurabant fidem ſuam, p. 55. l. 1. c. 13. Puella per ſeptennium nihil guſtauit præter Euchariſtiam, p. 283. l. 4. c. 8. ſec. 2
Puella alia per quindecim annos, & alia per octo annos nihil guſtauit præter Euchariſtiam, p. 326. l. 5. c. 4. ſec. 4

Q

QVartodecimanorum error, erat hæreſis, p. 49. l. 1. c. 10. Et quare, p. 50. Damnatur eorum hæreſis à Proteſtantibus, ibid. p. 50
Quartodecimani Aſiani differebant à Quartodecimanis Britannicis, p. 46. c. 10

R

REges Coenredus & Offa eunt Romam, & fiunt monachi, p. 332. l. 2. c. 7. ſec. 2
Reges Anglorum multi, non nominati in ſerie regum, p. 141. l. 2. c. 8. ſec. 2
Regioæ tres, eædemque ſanctæ, ſucceſſiuè Abbatiſſæ Eliæ, p. 116. l. 2. c. 5. ſec. 2
Reginæ tres ſucceſſiuè Abbatiſſæ Gloceſtriæ, p. 131. l. 2. c. 7. ſec. 2
Regula S. Gregorij, p. 28. & l. 6. c. 5
S. Richardos Rex Anglorum, p. 140. l. 2. c. 3. ſec 2
S. Richardos Epiſcopus, eminentis ſcientiæ & pietatis, p. 281. l. 4. c. 8. ſec. 2. Eius miracula, p. 287
Richardus primus Rex Angliæ Catholicus, p. 272. l. 4. c. 6. ſec. 1. Portat exercitum in terram ſanctam, vbi vincit Saladinum, & capit Ciprum, ibid. Liberatur à Purgatorio, p. 273
Richardus II. Rex Angliæ Catholicus, p. 315. l. 5. c. 1. ſec. 1. Eius zelus contra Vviclefiſtas, ibid.
Richardus III. Rex Angliæ Catholicus, p. 332. l. 5. c. 8. ſec. 1
Richardus frater Henrici tertij, it in Palæſtinam cum 40. millibus Anglorum, p. 283. l. 4. c. 8. ſec. 2
Richardus Scropus Archiepiſcopus, p. 325. l. 5. c. 3. ſec. 2. & 3
Richardus Angeruil, p. 313
Richardus Fleming, p. 325
Richardos Deuiſienſis, p. 275
Richardus Scriba, p. 268
Richardus de media Villa, p. 293. l. 4. c. 9. ſec. 3
Richardus Rolle, ſeu de Hampol, p. 311. l. 5. c. 1. ſec. 2
Rictritha Regina Abbatiſſa, p. 151. l. 2. c. 11. ſec. 2
S. Robertus Epiſcopus Lincolnienſis, p. 282. l. 4. c. 8. ſec. 2. Eius inſignis eruditio, p. 284. Eius miracula, p. 188
S. Robertus Abbas Ciſtertienſis, p. 266. l. 4 c. 5. ſec. 2
S. Robertus de Cnaresburg. p. 282 l. 4. c. 8. ſ. 2
S. Robertus de Capella, p. 276. l. 4. c. 7. ſec. 2
S. Robertus puer & martyr, p. 266
Robertus Curſon, p. 278
Robertus Maſcal, p. 372
Robertus Dux Normanniæ filius Gulielmi I. electus primus Rex Hieroſolymæ, p. 246 l. 4. c. 2. ſec. 1
Robertus Herefordenſis, p. 247. l. 4. c. 1. ſec. 1. Eius miracula, p. 260
Robertus Polenus, p. 259. l. 4. c. 4. ſec. 3
Robertus Bacon, p. 285
S. Rogerus Epiſcopus Londinenſis, p. 282. l. 4. c. 8. ſec. 2. Eius conſtantia, p. 286. Eius miracula. p. 284

Rogerus Bacon, p. 284. 293. l. 4. c. 9. ſec. 3
Rogerus Houeden, hiſtoricus, p. 277. l. 4 c. 7. ſec. 3
Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica, p. 104. l. 2. c. 2. ſec. 1. Non communicans cum ea eſt hæreticus, p. 268. & l. 7. c. 5
S. Rumbaldus, p. 112. l. 2. c. 3. ſec. 2

S.

SAlus non eſt extra Eccleſiam Romanam, p. 130. l. 2. c. 7. ſec. 1
Schola Anglorum Romæ, p. 137
Scoti conuerſi ad Catholicum Paſcha, per Anglos, p. 169
S. Sebbus Rex fit monachus, p. 104. l. 2. c. 2. ſec. 2
Sedrido, p. 116. l. 2. c. 5. ſec. 2
Serlo, p. 212
Serlo alius, p. 241. l. 4. c. 1. ſec. 3
S. Sexburga, p. 112. l. 2. c. 3. ſec. 2
Sigebertus Rex Eſt-Anglorum, fit monachus, p. 97. l. 2. c. 1. ſec. 2. Idem doctiſſimus, p. 97. Fundat ſcholam, ibid.
Sigebertus Rex Catholicus, p. 149. l. 2. c. 10. ſec. 1
Sicardus ſacerdos, p. 252
S. Sigefridus, p. 118. l. 2. c. 5. ſec. 2
S. Sigefridus Epiſcopus Vpſalenſis, p. 202. l. 3. c. 10. ſec. 2. Eius nepotes, p. 265
Siluester Giraldus, p. 277. l. 4. c. 7. ſec. 3
S. Simon Stoc, p. 283. l. 4. c. 8. ſec. 2
Simon de Tornay non fuit Anglus, p. 278 l. 4. c. 7. ſec. 3
Smaragdus, p. 111
S. Sola, p. 142. Eius miracula, p. 154. l. 2. c. 11. ſec. 4
Strabus, p. 149
Stephanus Hardingus, author Ordinis Ciſtertienſis, p. 245. l. 4. c. 2. ſec. 2
Stephanus Rex Angliæ Catholicus, p. 256 l. 4. c. 4. ſec. 5. Fundat quinque monaſteria, p. 256. Plura monaſteria ſub ipſo erecta quam centum retro annis, ibid.
Stephanus Langton, p. 277
Stephanus Patrington, p. 321
Soierdus, p. 229. l. 3. c. 19. ſec. 3
Suanus Rex Daniæ miraculoſe occiſus à S. Edmundo, p. 219. l. 3. c. 14. ſec 4
Suetia conuerſa per Anglos, p. 217. 220. 265
S. Suibertus Epiſcopus, p. 134. l. 2. c. 7. ſec. 2. Primus ſolenniter canonizatus, p. 146. Eius miracula, p. 139. 149
Suicetus, p. 312. l. 5. c. 1. ſec. 3
S. Suithunus Epiſcopus, p. 171. l. 3. c. 1. ſec. 2. Eius miracula, p. 173. Eruditio, p. 172. 177. 178

T

TAtwin Archiep. Cantuar. p. 146. l. 2. c. 8 ſec. 3. Eius eruditio, pietas, ac religio Catholica agnoſcitur à Proteſtantibus, l. 6. c. 9
Tetta Soror regis, Monialis, p. 147. l. 2. c. 9. ſec. 2
S. S. Theodorus & Adrianus, viri doctiſſimi, p. 102. l. 2. c. 2. ſec. 3. Inſtituunt copioſam Bibliothecam Cantuariæ, ibid. Et ſcholam, l. 6. c. 7. S. Theodori Epitaphium, ibid.
S. Thomas Cantuar. p. 266. l. 4. c. 5. ſec. 2. Eius miracula, p. 269. 270. Inſtituit feſtum ſanctiſ. Trinitatis, l. 7. c. 6. S. Thomas Aquinas compoſuit hymnum in eius honorem, l. 7. c. 6
S. Thomas Herefordenſis Epiſcopus, p. 291. l. 4. c. 9. ſec. 2. Eius ſtupenda miracula, p. 296
S. Thomas monachus Douorenſis, p. 292. l. 4. c. 9. ſec. 2. Eius miracula, p. 297
S. Thomas Northumbrenſis, eiuſque miracula, p. 288. l. 4. c. 8 ſec. 2
Thomas Senior, Archiep. Eboracenſis, p. 251. l. 4. c. 1. ſec. 3
Thomas Iunior, Archiep. Eboracenſis mauult perdere vitam quam caſtitatem, p. 251. 253
Thomas Comes Lancaſtrenſis habetur pro ſancto, p. 298. l. 4. c. 10. ſec. 2
Thomas Cobham, p. 298
Thomas Gualenſis, p. 313. l. 4. c. 1. ſec. 3
Thomas Scropus, valde pius, p. 321. l. 5. c. 6. ſec. 2
Thomas Vvaldenſis, p. 324. 325. l. 5. c. 4. ſec. 3
Thyra Regina Daniæ, Angla, p. 181. l. 3. c. 5
Tobias Roffenſis Epiſcopus, p. 109. Eius miracula, p. 146
Turgotus, p. 248. l. 4. c. 2. ſec. 3
Turſtanus, p. 253. 258

W

S. VValburgis perenne miraculum, p. 154. l. 1. c. 11. ſec. 4
VValdeofus Comes, clarus miraculis, p. 242. l. 4. c. 1. ſec. 4
VValdenſium hæreſes, p. 263
S. VVallenus, p. 258. l. 4. c. 5. ſec. 4. Eius miracula, p. 271
VValſingamia celebris ob miracula, p. l. 5. c. 9. ſec. 4
VValfridus Strabus, p. 154
S. VVerburga, p. 113. l. 2. c. 4. ſec. 2
VVerfridus, p. 190
VVerburga Regina Abbatiſſa, p. 151. l. 2. c. 11. ſec. 2
VVeſtmonaſterium miraculoſe conſecratum, p. 96
VViclefus peruertit pauciſſimos Anglos, p. 310. l. 5. c. 1. ſec. 1. Eius palinodia, ibid. Paralyſi percuſſus in die S. Thomæ Cantuar. l. 7. c. 6.
VViclefiſtæ falſant literas Academiæ Oxonienſis, p. 320. l. 5. c. 3. ſec. 1
S. VVigbertus, p. 134. 145. l. 2. c. 8. ſec. 2.
B. VVilfrida, p. 210. l. 3. c. 12. ſec. 2
S. VVilfridus Epiſcopus, p. 115. l. 1. c. 5. ſec. 2

S. VVilibaldus, p. 147. 154. l. 2. c. 11. & c. 12. ſec. 2

S. VVilibrordus eiuſque ſocij, p. 134. l. 2. c. 7. ſec. 2. S. VVilibrordi miracula, p. 139

S. VVilihadus celebrat Miſſam quotidie, p. 154. l. 2. c. 11. ſec. 3

S. VVilericus, p. 145

S. VVinibaldus, p. 154. Eius corpus incorruptum, ibid. Eius miracula, p. 149

S. VViſtanus, p. 277. l. 3. c. 21. ſec. 2. Eius miracula, ibid. ſec. 4

S. VVithburga, p. 107. 116. 154. l. 2. c. 1. ſec. 2

VVitburga incluſa Romæ, p. 133. l. 2. c. 7. ſec. 2

VVithredus Rex agnoſcit correctionem Epiſcoporum ſpectare ad Archiepiſcopum, p. 207. l. 3. c. 12. ſec. 1

SS. VVulfaldus & Ruffinus, p. 106. l. 2. c. 2. ſec. 2

S. VVulfilda, p. 203. l. 3. c. 10. ſec. 1

S. VVulſius Anachoreta, p. 219. 222. 257. l. 3. c. 16. ſec. 2

S. VVulfredus, p. 219. l. 3. c. 10. ſec. 2.

S. VVulfrici miracula, p. 255. 257. l. 3. c. 12. ſec. 4

S. VVulfruna, p. 211. l. 3. c. 12. ſec. 2

S. VVulſini mirabilis mors, p. 204. l. 3. c. 11. ſ. 2

S. VVulſtanus Epiſcopus, p. 226. 244. l. 3. c. 19. ſec. 2. Eius miracula, p. 240. 248

VVulſtanus alius, p. 216

FINIS.

A01 1470229

APPROBATIO DOCTORVM.

NOS infra ſcripti in Facultate Patiſienſi Sacræ Theologiæ Doctores fidem facimus, à nobis attentè lectum, & ſedulò examinatum eſſe librum cui titulus eſt. *Florum Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Gentis Anglorum Libri Septem ex quibus dulciſſimum mel Catholicæ Religionis eiùſque admirabiles fructus in ea gente copioſiſſimè colliguntur collectore Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Domino D. Richardo Smitheo Epiſcopo Chalcedonenſe.* Quæ opera Nihil niſi ſanctum, pium, & tanto Epiſcopo dignum ſpirant perennem ac iugem ſine vlla inter miſſione fidei Romanæ in Anglia à prima Gentis Conuerſione vſque ad Henrici Octaui deplotandum ſchiſma, conſtantiam, omnium tum Catholicorum tum Hæreticorum teſtimonijs confirmant nec hoc nouum Illuſtriſſimo Epiſcopo quod gētis ſuæ ſaluti conſulat qui omnem impendit operam totam inſumpſit ætatem, vt ſeductam & errore excæcatam patriam, ad veritatem & vnitatem reuocatet, nouitatis ac rebellionis aduerſus Eccleſiam condemnaret, vt tandem contumaciæ & ſchiſmatis conuicta, rediret ad Eccleſiam Catholicam & Romanam à qua ſacrilego auſu diuulſa eſt communemque Catholicorum parentem Romanum Pontificem, cui præ omnibus Gentibus olim fuit addicta, agnoſceret ac veneraretur. Quare hoc opus idoneum ad continendum in officio Catholicos & reuocandum ab hæreſi Allophylos, ac proinde dignum quod fiat publici iuris iudicamus. Ita ſub ſcribimus Pariſijs anno 1654. Die 23. Aprilis.

P. O. LONERGAN.

Frater CAROLVS THIBAVLT.

Extraict du Priuilege du Roy.

IL eſt permis à FEDERIC LEONARD Marchand Libraire à Paris, d'imprimer, ou faire imprimer, vendre & debirer vn Liure intitulé *Florum Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Gentis Anglorum libri ſeptem: Compoſé par RICHARD SMITHEVS Eueſque de Chalcedoine:* Et deffences ſont faites à tous Marchands Libraires & Imprimeurs, & autres perſonnes de quelque condition qu'ils ſoient, de l'imprimer ou faire imprimer, vendre ny debirer ſans la permiſſion dudit Federic Leonard, à peine de mil liures d'amende, pendant le temps & eſpace de neuf ans finis & accomplis, comme il eſt plus amplement porté par les Lettres dudit Priuilege. Donné à Paris le 5. iour de May 1654.

Les Exemplaires ont eſté fournies.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 20 May 1654.